~~C.1.M.7.~~ Œ. 8.

Aurelii Auguſtini de ciuitate dei
primi libri incipiunt rubrice

E aduerſariſ nominiſ chriſti: quibuſ in uaſtatione urbiſ propter chriſtũ barbari pepercerunt uictiſ. ¶ Capitulũ primum. Glorioſiſſimam.
¶ Quod nulla unq̃ bella ita geſta ſint ut uictoreſ propter deoſ eorum quoſ uicerant: parcerent uictiſ. ¶ Capitulum ſecundum. Tot bella.
¶ Quã imprudenter romani deoſ penateſ qui troiam cuſtodire non poterant ſibi crediderint profuturoſ. ¶ Capitulum tercium. Ecce quibuſ.
¶ De aſilo Iunoniſ in troia: q̃ neminem liberauit a grecis: et baſilicis apoſtolorum que omneſ ad ſe confugienteſ a barbariſ defenderunt. ¶ Capitulũ. iiii. Vel quaſi.
¶ De generali cõſuetudine hoſtium uictaſ ciuitateſ euertentium: quid Cato ſenſerit. ¶ Capitulum. v. Niſi forte.
¶ Quod ne romani quidem ita ullaſ ceperunt ut ciuitateſ in templiſ earum parcerent uictiſ. ¶ Capitulum. vi. Quid ergo.
¶ Quod in euerſione urbiſ: que aſpere geſta ſũt de conſuetudine acciderint belli: que uero clementer de potentia prouenerint nominiſ xp̃i. ¶ Capitulũ. vii. Cũ igitur.
¶ De cõmodiſ atq; incõmodiſ que boniſ ac maliſ pleruq; cõia ſũt. ¶ Ca. viii. Ita uero.
¶ De cauſiſ correctionũ: ꝓpter q̃ſ & boni & mali pariter flagellãt. ¶ Ca. ix. Quid igĩ.
¶ Quod ſanctiſ in amiſſione rerũ tꝑaliũ nihil pereat. ¶ Capitulũ. x. Quibuſ recte.
¶ De fine temporaliſ uite: ſiue longioriſ ſiue breuioriſ. ¶ Capitulũ. xi. Sed enim.
¶ De ſepultura humanorum corporum: que chriſtianiſ etiam ſi fuerit negata nil adimit. Capitulum. xii. At enim.
¶ Que ſit ratio ſanctorum corporum ſepeliendi. ¶ Capitulum. xiii. Nec ideo.
¶ De captiuitate ſanctoꝝ: quibuſ nũq̃ diuina ſolacia defuerũt. ¶ Ca. xiiii. Sed multi.
¶ De Regulo in quo captiuitatiſ ob religionem etiam ſpõte tolerande extat exẽplũ: q̃ tñ illi deoſ colenti prodeſſe nõ potuit. ¶ Capitulum. xv. Habent tamen.
¶ An ſtupriſ que etiã ſanctarũ forte uirginũ & paſſa captiuitaſ cõtaminari potuerit uirtuſ animi ſine uoluntatiſ aſſenſu. ¶ Capitulum. xvi. Magnum ſane.
¶ De morte uoluntaria ob metũ pene ſiue dedecoriſ. ¶ Capitulũ. xvii. Ac per hoc.
¶ De aliena uiolentia et libidine: quã in oppreſſo corpore menſ inuita perpetitur. ¶ Capitulum. xviii. At enim.
¶ De Lucretia: que ſe ob illatum ſibi ſtuprum peremit. ¶ Capitulũ. xix. An forte.
¶ Nullam eſſe auctoritatem: que chriſtianiſ in qualibet cauſa iuſ uoluntarie neciſ attribuat. ¶ Capitulum. xx. Neq; enim.
¶ De interfectionibuſ hominũ que ab homicidii crimine excipiũtur. ¶ Ca. xxi. Quaſdã uero.
¶ Quod nũq̃ poſſit morſ uoluntaria ad magnitudinẽ ai̾ pertinere. ¶ Ca. xxii. Hiſ ergo.
¶ Quale exemplum ſit Catoniſ: qui ſe uictoriam Ceſariſ non ferenſ interemit. ¶ Capitulum. xxiii. Sed tamen.
¶ Quod in ea uirtute qua Reguluſ Catone preſtantior fuit: multo magiſ emineant chriſtiani. ¶ Capitulum. xxiiii. Nolunt autem.
¶ Quod peccatum nõ per peccatũ debeat declinari. ¶ Capitulum. xxv. At enim.
¶ De hiſ que fieri nõ licet cum a ſanctiſ facta noſcuntur qua ratione facta credẽda ſint. Capitulum. xxvi. Sed quedam.
¶ An ꝓpter declinationẽ peccati morſ ſpõtanea appetẽda ſit. ¶ Ca. xxvii. Reſtat

¶ Quo iudicio dei in corpora continentium libido hoſtilis peccare permiſſa ſit. Ca/
pitulum.xxviii. ¶ Quod ſi forte
¶ Quid familia chriſti reſpondere d[illegible] infidelibus, cū exprobrāt ꝙ eam a furore
hoſtium non liberauerit chriſtus. ¶ Capitulum.xxix. Habet itaq.
¶ Quā pudendis proſperitatibus affluere uelint: qui de chriſtianis temporibus con/
queruntur. ¶ Capitulum.xxx. Cur enim.
¶ Quibus uitiorū gradibus aucta ſit in romāis cupido regnādi. Ca.xxxi. Nā qñ.
¶ De ſcenicorum inſtitutione ludorum. ¶ Capitulum.xxxii. Veruntamen.
¶ De uitiis romāoꝝ quos patrie nō correxit euerſio. ¶ Capitulū.xxxiii. O mentes
¶ De clementia dei: que urbis excidiū temperauit. ¶ Capitulū.xxxiiii. Et tamen.
¶ De latentibus inter impios eccleſie filiis: et de falſis intra eccleſiam chriſtianis.
¶ Capitulū.xxxv. Meminerit.
¶ De quibus cauſis ſequēti diſputatiōe ſit diſſerēdum. ¶ Capi.xxxvi. Sed adhuc.

¶ Rubrice ſecundi libri Aurelii Au/
guſtini de ciuitate dei incipiunt.

DE modo qui neceſſitati diſputationis adhibendus eſt. ¶ Ca.pmū. Si rationi.
¶ De his que primo uolumine expedita ſunt. ¶ Capitulū ſecundū. Super ||re.
¶ De aſſumenda hiſtoria: qua oſtendit que mala acciderint romanis cū deos col ēr:
anteq̄ religio chriſtiana obcreſceret. ¶ Capitulum.tertiū. Memento autem.
¶ Quod cultores deorū nulla unq̄ a diis ſuis precepta ꝓbitatis acceperint: et in ſacris
eorum turpia queq; celebrauerint. ¶ Capitulum.quartum. Deus enim uerus.
¶ De obſcenitatibus quibus mater deorū a cultoribus ſuis honorabatur. ¶ Capitulum
quintum. Nequaq̄.
¶ Deos paganorū nunq̄ bene uiuendi ſanxiſſe doctrinā. ¶ Capitulū.vi. Hinc eſt.
¶ Inutilia eſſe inuēta philoſophica ſine auctoritate diuina: ubi queq; ad uitia pronū
magis mouet quod dii fecerint: q̄ quod homines diſputauerint. ¶ Capitulum
ſeptimum. An nobis.
¶ De ludis ſcenicis in quibus dii non offenduntur editione ſuarum turpitudinum: ſed
placantur. ¶ Capitulum.viii. At enim.
¶ Quid romani ueteres de cohibenda peccati licentia ſenſerint: quam greci deorum
ſecuti iudicium liberam eſſe uoluerunt. ¶ Capitulum.ix. Quid.
¶ Qua nocendi arte demones uelint uel falſa de ſe crimina uel uera narrari. ¶ Capi/
tulum.x. Sed maligni.
¶ De ſcenicis apud grecos in republice ādminiſtratiōem receptis: eo ꝙ placatores deoꝝ
iniuſte ab hominibus ſpernerentur. ¶ Capitulum.xi. Ad hanc conuenientiam.
¶ Quod romani auferendo libertatem poetis in hominibus quam dederunt in deos
melius de ſe q̄ de diis ſuis ſenſerunt. ¶ Capitulum.xii. At romani.
¶ Debuiſſe intelligere romanos: ꝙ dii eorum qui ſe turpibus ludis coli expetebant
indigni eſſent honore diuino. ¶ Capitulum.xiii. Sed reſponderet.
¶ Meliorem fuiſſe Platonem: qui poetis locū in bene morata urbe non dederit: q̄ hos
deos q ſe ludis ſcenicis uoluerūt honorari. ¶ Capitulum.xiiii. Deinde querimus.
¶ Quod romani quoſdam ſibi deos non ratione ſed adulatione inſtituerūt. ¶ Capi.
.xv. Que autem.

¶ Quod ſi diiſ ulla eſſet cura iuſticie. ab eiſ romani accipere debuerunt pcepta uiuēdi: potiuſ q̃ legeſ ab aliiſ hominibuſ mutuare. ¶ Capitulū. xvi. Si autem.
¶ De raptu ſabinarū aliiſq; iniquitatibuſ: que in ciuitate romana etiā laudatiſſimiſ uiguere temporibuſ. ¶ Capitulum. xvii. An forte.
¶ Que de moribuſ romanorum aut metu cōpreſſiſ aut ſecuritate reſolutiſ Saluſtii prodat hiſtoria. ¶ Capitulum. xviii. Itaq; habebo.
¶ De corruptione humane republice priuſq̃ cultum deorum chriſtuſ auferret. ¶ Capitulum. xix. Ecce romana.
¶ Quali uelint felicitate gaudere: et quibuſ moribuſ uiuere: qui tempora chriſtiane religioniſ incuſant. ¶ Capitulum. xx. Veruntamen.
¶ Que ſententia fuerit Ciceroniſ de romana republica. ¶ Capitulū. xxi. Sed ſi con.
¶ Quod diiſ romanorū nulla unq̃ cura fuerit: ne maliſ moribuſ reſpublica deperiſſet. ¶ Capitulum. xxii. Sed quod pertinet.
¶ Varietateſ rerum temporalium non ex fauore aut impugnatione demonū: ſed ex ueri dei pendere iudicio. ¶ Capitulum xxiii. Quid q.
¶ De ſillaniſ actibuſ: quorū ſe demoneſ oſtētauerūt adiutoreſ. ¶ Ca. xxiiii. Silla.
¶ Quantū maligni ſpirituſ ad flagicia incitant homineſ: cū committendiſ ſceleribuſ q̃ſi diuinam exempli ſui interponūt auctoritatē. ¶ Capitulum. xxv. Illi uero.
¶ De ſecretiſ demonum monitiſ: que pertinebant ad bonoſ moreſ: cum palā in ſacriſ eorum omniſ nequicia diſceretur. ¶ Capitulum xxvi. Que cum.
¶ Quanta euerſione publice diſcipline romani diiſ ſuiſ placandiſ ſacrauerīt obſcena ludorum. ¶ Capitulum. xxvii. Vir grauiſ.
¶ De chriſtiane religioniſ ſalubritate. ¶ Capitulum. xxviii. Ab iſtarum.
¶ De abiciendo cultu deorum cohortatio ad romanoſ. ¶ Capi. xxix. Hec potiuſ.

¶ Libri tercii rubrice Aurelii Auguſtini de ciuitate dei incipiunt.

DE aduerſitatibuſ quaſ ſoli mali metuunt: et quaſ ſemper paſſuſ eſt munduſ cū deoſ coleret. ¶ Capitulum. primum. Iam ſatiſ.
¶ An dii qui & a romaniſ et a greciſ ſimiliter colebantur: cauſaſ habuerint quibuſ Iliū paterentur excidere. ¶ Capitulum. ſecundum. Primum ipſa.
¶ Nō potuiſſe offendi deoſ Paridiſ adulterio: quod inter ipſoſ traditur frequentatū. ¶ Capitulum. tercium. Vrbem romam.
¶ De ſentencia Varroniſ: qua utile eſſe dixit ut ſe homineſ diiſ genitoſ mentiantur. ¶ Capitulum. quartum. Dixerit aliquiſ.
¶ Non probari q diiſ adulteriū Paridiſ punierint: quod in matre Romuli non ulti ſint. ¶ Capitulum. quintum. Sed utrum.
¶ De parricidio Romuli: quod dii non uindicarūt. ¶ Ca. vi. Aliud adicio.
¶ De euerſione Ilii quod dux Marii Fimbria excidit. ¶ Capitulū. vii. Certe enim.
¶ An debuerit diiſ Iliaciſ roma cōmitti. ¶ Capitulum. viii. Dii itaq;.
¶ An illam pacē que ſub Numa fuit: deoſ preſtitiſſe credendū ſit. ¶ Ca. ix. Dicetur.
¶ An optandum fuerit ut tanta bellorum rabie romanū augeretur imperium: cū eo ſtudio quo ſub Numa auctū ē: et quietū eē potuit & tutū. ¶ Ca. x. An reſpōdet.
¶ De ſimulacro Cumani Apolliniſ: cuiuſ fletuſ creditus eſt cladem grecorum quibuſ

opitulari non poterat indicare. ¶ Capitulum.xi. Neq̄ enim.

¶ Quantoſ ſibi deoſ romani preter conſtitutionem Nume adiecerint: quorum eoſ numeroſitaſ nihil iuuerit. ¶ Capitulum.xii. Nec hiſ ſacriſ.

¶ Quo iure quo federe romani optinuerīt p̄ma cōiugia. ¶ Capi.xiii. Quomō nec.

¶ De impietate belli quod albaniſ romani intulerunt: et de dominādi libidine adepta uictoria. ¶ Capitulum.xiiii. Quid deinde.

¶ Qualiſ romanorum regū uita atq̄ exituſ fuerit. ¶ Capitulū.xv. Nulluſ ergo.

¶ De p̄miſ apud romanoſ cōſulibuſ: quorum alter alteruſ patria pepulit: moxq̄ rome poſt atrociſſima parricidia a uulnerato interit hoſte uulneratuſ. ¶ Capitulum .xvi. Huic tempori.

¶ Poſt initia cōſulariſ imperii quibuſ maliſ uexata fuerit romana reſpublica: diiſ nō opitulantibuſ quoſ colebant. ¶ Capitulum.xvii. Finito ſcilicet.

¶ Quāte cladeſ romanoſ ſub belliſ punicaſ triuerint: fruſtra deorū preſidiiſ expetitiſ. ¶ Capitulum.xviii. Iam uero.

¶ De afflictione belli punici ſecūdi: q̄ uireſ utriuſq̄ cōſūpte ſūt. ¶ Cap.xix. Sc̄do.

¶ De exitio ſaguntinorum [quibuſ propter romanorum amiciciam pereuntibuſ] dii romani auxilium non tulerunt. ¶ Capitulum.xx. Sed in.

¶ Quā ingrata fuerit romana ciuitaſ Scipiōi liberatori ſuo: et ī q̄buſ moribuſ egerit quando eam Saluſtiuſ optimam fuiſſe deſcribit. ¶ Capitulum.xxi. Porro inter.

¶ De Mitridatiſ edicto: quo omneſ ciueſ romāoſ qui intra aſiam inuenirentur iuſſit occidi. ¶ Capitulum.xxii. Quamuiſ illud.

¶ De interioribuſ maliſ: quibuſ romana reſpublica exagitata eſt [precedēte prodigio quod in rabie oīm aīalium que hominibuſ ſeruiūt fuit. ¶ Ca.xxiii. Sed iā illa.

¶ De diſcordia ciuili quā gracci ſeditioneſ excitauerunt. ¶ Cap.xxiiii. Initium.

¶ De ede concordie: ex ſenatuſconſulto in loco ſeditionū & cedium cōdita. Capi. .xxv. ¶ Eleganti ſane.

¶ De diuerſiſ generibuſ belli: que poſt cōditam edem concordie ſunt ſecuta. Capi. .xxvi. ¶ Preclarum uero.

¶ De bello ciuili mariano atq̄ ſillano. ¶ Capitulum.xxvii. Cum uero Mariuſ.

¶ Qualiſ fuerit ſillana uictoria: uindex Mariane crudelitatiſ. ¶ Ca.xxviii. Sillana.

¶ De cōparatione gothice irruptioniſ: cum eiſ cladibuſ quaſ romani uel a galliſ uel a bellorum ciuilium auctoribuſ exceperunt. ¶ Capi.xxix. Quid roma funeſtiuſ.

¶ De connexione bellorum: que aduentum chriſti plurima & grauiſſima preceſſerūt. ¶ Capitulum.xxx. Crudelia.

¶ Quā impudenter preſentia incōmoda xp̄o imputent [qui deoſ colere non ſinuntur: cum tāte cladeſ contra eoſ tempore quo colebant: extiterunt. ¶ Ca.xxxi. Deoſ.

¶ Quarti libri rubrice Aurelii Auguſtini de ciuitate dei incipiunt.

De hiſ que primo uolumīe diſputata ſūt. ¶ Capitulū.primū. De ciuitate dei.

¶ De hiſ que libro ſc̄do & tertio continent̄. ¶ Capi.ſecundū. Promiſeramuſ.

¶ An altitudo imperii que non niſi belliſ acquiritur: in bono ſiue ſapientium habenda ſit ſiue felicium. ¶ Capitulum.tercium. Quāq̄ priuſ.

¶ Quā ſimilia ſint latrociniiſ regna abſq̄ iuſticia. ¶ Capitulum.iiii. Remota itaq̄.

¶ De fugitiuiſ gladiatoribuſ: quorum potentia ſimiliſ fuerit regie dignitati. ¶ Capit. .v. Proinde omitto.
¶ De cupiditate Nini regiſ: qui ut latiuſ dominaretur primuſ intulit bella finitimiſ. ¶ Capitulum .vi. Iuſtinuſ qui.
¶ An regna terrena inter ꝓfectuſ ſuoſ atq; defectuſ: deorũ uel iuuentur uel deſerant᷑ auxilio. ¶ Capitulum .vii. Si nullo.
¶ Quoꝝ deoꝝ preſidio putant romani imperium ſuũ auctũ atq; ſeruatũ ꝗ̃ singuliſ uix ſingularũ reꝝ tuitionem cõmittẽdã eſſe crediderũt. ¶ Capi. viii. Deinde que.
¶ An imperii romañ amplitudo & diuturnitaſ Ioui fuerit aſcribenda: quẽ ſummũ deũ cultoreſ ipſiuſ opinantur. ¶ Capitulum .ix Nimirum ergo.
¶ Quaſ opinioneſ ſecuti ſunt: qui diuerſoſ deoſ diuerſiſ mundi partibuſ perfecerunt. ¶ Capitulum .x. Cur illi etiam.
¶ De multiſ diiſ quoſ doctoreſ paganorum unum eundemq; Iouem eſſe defendunt. ¶ Capitulum .xi. Quotquot libet.
¶ De opinione eorum qui deũ animam mundi: et mundũ corpuſ dei eſſe putauerũt. ¶ Capitulum .xii. Quod et illud.
¶ De hiſ q ſola ratiõabilia aĩantia parteſ eẽ uniuſ dei aſſerũt. ¶ Ca .xiii. Si aũt ſola.
¶ Augmenta regnorũ Ioui incongruenter aſcribi: cum ſi ut uolunt dea eſt Victoria. ipſa huic negotio ſola ſufficeret. ¶ Capitulum .xiiii. A rege igitur.
¶ An congruat boniſ latiuſ uelle regnare. ¶ Capitulum .xv. Videant ergo.
¶ Quid fuerit ꝙ romañ omnibuſ rebuſ & omnibuſ motibuſ deoſ ſinguloſ deputanteſ: edem quietiſ extra portam eſſe uoluerunt. ¶ Capitulum .xvi. Miror autem.
¶ An ſi Iouiſ ſumma poteſtaſ eſt: etiam Victoria dea debuerit eſtimari. ¶ Capitulũ .xvii. An forte dicunt.
¶ Felicitatẽ & fortunã q deaſ putãt qua ratione ſecernũt. ¶ Ca .xviii. Quid ꝙ &.
¶ De fortuna muliebri. ¶ Capitulum .xix Tantum ſane huic.
¶ De uirtute & fide quaſ pagani tẽpliſ & ſacriſ honorauerũt: ꝑtermittẽteſ alia bona que ſimiliter colenda fuerũt: ſi recte aliiſ diuinitaſ tribuebat᷑. ¶ Ca .xx. Virtutẽ.
¶ Quod unum non intelligenteſ deum: uirtute ſaltem felicitate debuerũt eſſe cõtenti. ¶ Capitulum .xxi. Hec enim.
¶ De ſcientia colendorum deorum: quam a ſe Varro gloriatur collatã eſſe romaniſ. ¶ Capitulum .xxii. Quid ergo.
¶ De felicitate: quam romani multorum ueneratoreſ deorũ diu nõ coluerũt honore diuino: cum pro omnibuſ ſola ſufficeret. ¶ Capitulum .xxiii. Sed unde nunc.
¶ Qua rõe defendãt pagãi ꝙ inter deoſ colãt ipſa dona diuia. ¶ Ca .xxiiii. Vſq; adeo.
¶ De uno tantum colendo deo: qui licet nomine ignoretur: tamen felicitatiſ dator eẽ ſentitur. ¶ Capitulum .xxv. Si enim iam.
¶ De ludiſ ſceniciſ quoſ ſibi dii celebrari a ſuiſ cultoribuſ exegerunt. ¶ Capitulum .xxvi. Sed fingebat.
¶ De tribuſ generibuſ deorum: de quibuſ Sceuola pontifex diſputauit. ¶ Capitulum .xxvii. Relatum eſt.
¶ An ad obtinendum dilatandumq; regnum profuerit romaniſ cultuſ deorũ. ¶ Capitulum .xxviii. Nullo igitur modo.
¶ De falſitate auſpicii: quo romani regni fortitudo & ſtabilitaſ uiſa ẽ iudicari. ¶ Capitulum .xxix. Nam illud quale.

¶ Qualia de diiſ gentium etiam cultoreſ eoꝝ ſe ſētire fateantur. ¶ Ca.xxx. Sed iſte.
¶ De opinióibuſ Varroniſ: qui reprobata ſuaſióe populari: licet ad noticiam ueri dei non peruenit: ſunum tñ deū colendum eē cenſuent. ¶ Capitulū.xxxi. Quid ipſe.
¶ Ad quā ſpeciē utilitatiſ principeſ gētiū apud ſubiectoſ ſibi populoſ falſaſ religioneſ uoluerunt permanere. ¶ Capitulum.xxxii. Dicit etiam.
¶ Quod iudicio & poteſtate dei ueri: omniū regū atq; regnorū ordinata ſint tēpora. ¶ Capitulum.xxxiii. Deuſ igitur ille.
¶ De regno iudeorum: quod ab uno & uero deo inſtitutum atq; ſeruatum eſt: donec in uera religione manſerunt. ¶ Capitulum.xxxiiii. Itaq; ut cognoſcerentur.

¶ Rubrice libri quinti Aurelii Auguſtini de ciuitate dei incipiunt.

Cauſam romani imperii omniumq; regnorum nec fortuitam eē nec in ſtellarū poſitione conſiſtere. ¶ Capitulum primum. Quoniam.
¶ De geminorum ſimili diſſimiliq; ualitudine. ¶ Capitulum ſecundū. Cicero dicit.
¶ De argumento quod ex rota figuli Nigidiuſ mathematicuſ aſſumpſit in queſtione geminorum. ¶ Capitulum tercium. Fruſtra.
¶ De Eſau & Iacob geminiſ multum inter ſe morū & actionum qualitate diſparibuſ. ¶ Capitulum.iiii. Nati ſunt.
¶ Quibuſ modiſ conuincant̄ mathematici uanā ſcientiā pfiteri. ¶ Ca.v. Quid idem.
¶ De geminiſ diſpariſ ſexuſ. ¶ Capitulum vi. Noui.
¶ De electione diei quo uxor ducitur: quo ue in agro aliquid plantatur aut ſeritur. ¶ Capitulum.vii. Iam illud.
¶ De hiſ qui non aſtrorum poſitionem ſed connexionē cauſarum ex dei uoluntate pendentem fati nomine appellant. ¶ Capitulum.viii. Qui uero
¶ De preſcientia dei & libera hominiſ uoluntate contra Ciceroniſ diffinitionē. ¶ Capitulum.ix. Hoſ Cicero.
¶ An uoluntatibuſ hominum aliqua dominet̄ neceſſitaſ. ¶ Capi.x. Vnde nec illa.
¶ De uniuerſali prouidentia dei: cuiuſ legibuſ oīa cōtinent̄. ¶ Ca.xi. Non ergo.
¶ Quibuſ moribuſ antiqui romani meruerīt ut deuſ uerus q̄uiſ non eū colerent eorū augeret imperium. ¶ Capitulum xii. Proinde.
¶ De amore laudiſ. q cū ſit uitiū ob hoc uirtuſ putatur: quia per ipſum uitia maiora cohibentur. ¶ Capitulum.xiii. Quāobrem.
¶ De reſecādo amore laudiſ humāe: q̄m iuſtoꝝ gloria ōniſ ī deo ſit. ¶ Ca.xiiii. Hinc.
¶ De mercede tpali: quā deuſ reddidit boniſ moribuſ romanoꝝ. ¶ Ca.xv. Quibuſ
¶ De mercede ſanctoꝝ ciuium ciuitatiſ eterne: quibuſ utilia ſunt romanoꝝ exempla uirtutum. ¶ Capitulum.xvi. Merceſ.
¶ Quo fructu romani bella geſſerint: et quantum hiſ quoſ uicere contulerint. ¶ Capitulum.xvii. Nam quid.
¶ Quā aliena iactātia debeāt eē chriſtiani ſi aliqd fecerint p dilectiōe eterne patrie: cum tanta romani geſſerint pro humana gloria & ciuitate terrena. ¶ Capitulum.xviii. Quid ergo.
¶ Quo inter ſe differant cupiditaſ glorie & cupiditaſ dn̄ationiſ. ¶ Ca.xix. Intereſt.
¶ Tā turpiter ſeruire uirtuteſ humane glorie q̄ corporiſ uolūtati. ¶ Ca.xx. Solent.

Romanum regnum a deo uero eſſe diſpoſitum: a quo eſt omnis poteſtas et cuius prouidentia reguntur uniuerſa. Capitulum. xxi. Que cum.
Tempora exitusq; bellorum ex dei pendere iudicio. Ca. xxii. Sic etiam tempora.
De bello in quo Radagayſus rex gothorum demonũ cultor: uno die cum ingẽtibus copiis ſuis uictus eſt. Capitulum. xxiii. Quod tamen.
Que ſit chriſtianorum imperatorum & q̃ uera felicitas. Ca. xxiiii. Neq; enim.
De pſperitatibus quas Coſtãtino īparori xp̃iano deus cõtulit. Ca. xxv. Nã bõus.
De fide & pietate Theodoſii Auguſti. Capitulum. xxvi. Vnde & ille non.

Incipiunt ſexti libri rubrice de ciuitate dei beati auguſtini ep̃i.

DE his qui dicunt deos a ſe non propter preſentem uitã coli ſed propter eternã. Capitulum primum. Quinq; ſuperioribus.
Quid Varronem de diis gentiũ ſenſiſſe credendum ſit: quorum talia & genera et ſacra detexit: ut reuerentius cũ eis ageret ſi de illis oĩno reticeret. Ca. ii. Quis Marco.
Que ſit partitio Varronis librorũ ſuorũ: quos de antiquitatibus rerum humanarũ diuinarumq; compoſuit. Capitulum. iii. Quadraginta.
Quod ex diſputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humane q̃ diuine reperiantur. Capitulum. iiii. Varronis igitur.
De tribus generibus theologie ſcd'm Varronẽ: ſcilicet uno fabuloſo: altero naturali: tertioq; ciuili. Capitulum. v. Deinde illud.
De theologia miſtica id eſt fabuloſa: & de ciuili contra Varronem. Capitulum. vi. O Marce.
De fabuloſe atq; ciuilis theologie ſimilitudine atq; cõcordia. Ca. vii. Reuocat.
De interpretationibus naturaliũ rationũ: quas doctores pagani pro diis ſuis conant oſtendere. Capitulum. viii. At enim habent.
De officiis ſingulorum deorum. Capitulum. ix. Quid.
De libertate Senece: qui uehementius ciuilem theologiam reprehendit q̃ Varro fabuloſam. Capitulum. x. Libertas ſane.
Quid de iudeis Seneca ſenſerit. Capitulum. xi. Hic inter alias.
Quod gentilium deorũ natiuitate detecta: nequeat dubitari eternã eos uitã nemini preſtare: qui nec ipſã adiuuant temporalem. Capitulum. xii. Nunc ꝑpter tres.

De ciuitate dei ſeptimi libri Auguſtini Epiſcopi incipiunt rubrice.

ANne cũ in theologia ciuili deitatem non eſſe conſtiterit: in ſelectis diis eã inueniri poſſe credendum ſit. Capitulum primum. Diligentius.
Qui ſint dii ſelecti: & an ab officiis uiliorum deorum habeãt excepti. Ca. ii. Hos certe.
Quã nulla ſit ratio que de ſelectiõe quorundam deorum poſſit oſtendi: cur multis inferioribus excellentior amminiſtratio deputetur. Capi. iii. Que igitur cauſa.
Melius actũ eſt cum diis inferioribus qui nullis infamantur opprobriis: q̃ cũ ſelectis quorũ tante turpitudines celebrantur. Capitulum. iiii. Gratuletur autem.
De paganorum ſecretiore doctrina phiſiciſq; rõibus. Capi. v. Sed ipſorum.

¶ De opinióe Varroniſ qua arbitratuſ eſt deū eē aīam mundi: qui tamē in partibuſ ſuiſ habeat animaſ multaſ quarū diuina natura ſit. ¶ Capi. vi. Dicit ergo idem.
¶ An rōnabile fuerit Ianū & Terminū in duo noīa ſeparari. ¶ Capi. vii. Ianuſ igit̄.
¶ Ob quam cauſam cultoreſ Iani bifrontem imaginē ipſiuſ finxerūt: quā tamen etiā quadriformem uideri uolunt. ¶ Capitulum. viii. Sed iam bifrontiſ.
¶ De Iouiſ poteſtate: atq; eiuſdem cū Iano cōparatiōe. ¶ Capitulum. ix. Iouem autē.
¶ An Iani & Iouiſ recta diſcretio ſit. ¶ Capitulum. x. Cum ergo.
¶ De cognominibuſ Iouiſ que non ad multoſ deoſ: ſed ad unum eundemq; referuntē.
¶ Capitulum. xi. Dixerunt eum.
¶ Quod Iupiter etiam pecunia nuncupatur. ¶ Capitulum. xii. Quā uero elegāter.
¶ Quod dum exponit̄ quid Saturnuſ: q̄d ue ſit Ianuſ: Iuterq; unuſ upiter eē doceat.
¶ Capitulum. xiii. Sed quid de hoc.
¶ De Mercurii & Martiſ officiiſ. ¶ Capitulum. xiiii. Mercurium uero.
¶ De ſtelliſ q̄buſdā quaſ pagāi deoꝝ ſuoꝝ nōibuſ nūcuparūt. ¶ Ca. xv. Niſi forte.
¶ De Apolline & Diana ceteriſq; ſelectiſ diiſ: quoſ parteſ mūdi eſſe uoluerunt. ¶ Capitulum. xvi. Apollinem quāuiſ.
¶ Quod etiam ipſe Varro opinioneſ ſuaſ de diiſ pronunciauerit ambiguaſ. ¶ Capitulum. xvii. Nam ut etium.
¶ Que credibilior cauſa ſit qua error paganitatiſ inoleuerit. ¶ Ca. xviii. De q̄buſ.
¶ De īterp̄tationibuſ q̄buſ colendi Saturni ratiocinant̄. ¶ Ca. xix. Saturnū inq̄t.
¶ De ſacriſ Cereriſ Eleuſine. ¶ Capitulum. xx. In Cereriſ.
¶ De turpitudine ſacrorū que Libero celebrantur. ¶ Capitulum. xxi. Iam uero.
¶ De Neptuno & Salacia ac Venilia. ¶ Capitulum. xxii. Iam utiq;.
¶ De terra quam Varro deam eſſe confirmat: eo ꝙ ille animuſ mundi quē opinatur deum: etiam hanc corporiſ ſui infimam partem permeet: eiq; uim diuinam impTiat.
¶ Capitulum. xxiii. Nempe una eſt.
¶ De telluriſ cognóibuſ eorūq; ſignificationibuſ: que etiā ſi non erant multarū rerum iudiceſ: nō debuerūt multorū deoꝝ firmare opīoneſ. ¶ Cap. xxiiii. Debuit ergo.
¶ Quam interpretationem de abſciſione Atiſ grecorum ſapientiū doctrina reperent.
¶ Capitulum. xxv. Et Atiſille.
¶ De turpitudine ſacroꝝ matriſ magne. ¶ Capitulum. xxvi. Itemq; de mollibuſ.
¶ De figmentiſ phiſiologorū: qui nec ueram deitatē colunt: nec eo cultu quo colenda eſt uera diuinitaſ. ¶ Capitulum. xxvii. Ipſaſ phiſiologi.
¶ Quod doctrina Varroniſ de theologia in nulla ſibi parte cōcordet. ¶ Capitulum. xxviii. Quid igitur ualet.
¶ Quod omnia que phiſiologi ad mundum parteſq; ipſiuſ retulerūt: ad unum uerum deum referre debuerunt. ¶ Capitulum. xxix. Nanq; omnia.
¶ Qua pietate diſcernatur a creaturiſ creator: ne pro uno tot dii colantur quot ſunt opera uniuſ auctoriſ. ¶ Capitulum. xxx. Illum deum.
¶ Quibuſ proprie beneficiiſ dei excepta generali largitate ſe actoreſ ueritatiſ utāt.
¶ Capitulum. xxxi. Habemuſ enim.
¶ Quod ſacramētum redēptioniſ chriſti nulliſ retro temporibuſ defuerit: ſemperq; ſit diuerſiſ ſignificationibuſ predicatum. ¶ Capitulum. xxxii. Hoc miſterium.
¶ Quod ꝑ ſolā chriſtianā religionē manifeſtari potuerit fallacia ſpirituū malignoꝝ de hominum errore gaudentium. ¶ Capitulum. xxxiii. Per hanc ergo.

¶ De libriſ Nume Pompilii quoſ ſenatuſ ne ſacrorum cauſe quales in eiſ habebantur innoteſcerent iuſſit incendi. ¶ Capitulum.xxxiiii. Sed contra inuenimuſ.
¶ De ydromancia per quam Numa uiſiſ quibuſdam imaginibuſ ludificabat. ¶ Capitulum.xxxv. Nam & ipſo.

¶ Libri octaui rubrice Aurelii Auguſtini De ciuitate dei incipiunt.

DE queſtiõe naturalis theologie cũ philoſophiſ excellentioriſ ſciẽtie diſcutiẽda. ¶ Capitulum primum. Nunc intentiore.
¶ De duorum philoſophorum generibuſ id eſt italico et ionico eorumq; auctoribuſ. ¶ Capitulum ſecundum. Quantum enim.
¶ De ſocratica diſciplina. ¶ Capitulum tercium. Socrateſ.
¶ De precipuo inter diſcipuloſ Socratiſ Platone qui omnem philoſophiã triplici partitione diſtinxit. ¶ Capitulum.iiii. Sed inter.
¶ Quod de theologia cum platonicis potiſſimum diſceptandum ſit quorum opinioni omnium philoſophorũ poſtponenda ſint dogmata. ¶ Capitul.v. Si ergo plato.
¶ De platonicorũ ſenſu in ea pte phie que phiſica noiat. ¶ Ca.vi. Viderunt ergo.
¶ Quanto excellentioreſ ceteriſ in logica id eſt rationali philoſophia platonici ſint habendi. ¶ Capitulum.vii. Quod autem attinet.
¶ Quod etiã in morali philoſophia platonici obtineãt principatũ. ¶ Ca.viii. Reliqua.
¶ De ea phia que ad ueritatẽ fidei xpiane ppinquiuſ acceſſit. ¶ Ca.ix. Nũc ſatiſ.
¶ Que ſit iter philoſophicaſ arteſ religioſi excellentia xpiani. ¶ Ca.x. Nec ſi literaſ.
¶ Vnde Plato eam intelligentiam potuerit acquirere qua chriſtiane ſcientie propinquauit. ¶ Capitulum.xi. Mirantur autem.
¶ Quod etiam platonici licet de uno uero deo bene ſenſerint multiſ tamen diſ ſacra facienda cenſuerunt. ¶ Capitulum.xii. Ideo quippe.
¶ De ſententia Platoniſ qua diffiniuit deoſ non eſſe niſi bonoſ amicoſq; uirtutum. ¶ Capitulum.xiii. Quanq̃ ergo.
¶ De opinione eorũ qui rõnaleſ animaſ trium generũ eẽ dixerũt id ẽ in diſ celeſtibuſ in demonibuſ aereiſ & in hominibuſ terreniſ. ¶ Capitulũ.xiiii. Exponimuſ inquiũt.
¶ Quod neq; propter aerea corpora: neq; propter ſuperiora habitacula: demoneſ hominibuſ antecellunt. ¶ Capitulum.xv. Quamobrem.
¶ Quid de moribuſ demonum Apuleiuſ platonicuſ ſenſerit. ¶ Ca.xvi. De moribuſ.
¶ An dignum ſit eoſ ſpirituſ ab homine coli a quorum uicijſ etiam oporteat liberari. ¶ Capitulum.xvii. Qua igitur inſipientia.
¶ Qualiſ ſit religio: in qua docetur ꝙ homineſ ut cõmẽdentur diſ boniſ demonibuſ uti debeant aduocatiſ. ¶ Capitulum.xviii. Fruſtra igitur.
¶ De impietate artiſ magice: que patrocinio utitur ſpirituum malignorum. ¶ Capitu.xix. Porro aduerſuſ.
¶ An credendum ſit ꝙ dii boni libentiuſ demonibuſ q̃ hominibuſ miſceantur. ¶ Capi.xx. At enim urgenſ.
¶ An demonibuſ nunciiſ & interpretibuſ dii utantur falliq; ſe ab eiſ aut ignorant aut uelint. ¶ Capitulum.xxi. Vellem ut iſti.
¶ De abiciendo cultu demonum contra Apuleiũ. ¶ Capitulum.xxii. Quia igitur.

¶ Quid Hermeſ Triſmegiſtuſ de idolatria ſenſerit:& unde ſcire potuerit ſuperſtitioneſ egyptiaſ auferendaſ. ¶ Capitulum.xxiii. Nam.
¶ Quomodo Hermeſ patenter parentum ſuorum ſit confeſſuſ errorem:quem tamen doluerit deſtruendum. ¶ Capitulum.xxiiii. Quoniam.
¶ De hiſ que ſanctiſ āgeliſ & hōībuſ boniſ poſſunt eē cōia. ¶ Ca.xxv. Nullo igitˀ mō.
¶ Quod omniſ religio paganorū circa homineſ mortuoſ fuerit impleta. ¶ Capitulū .xxvi. ¶ Sane aduertendum.
¶ De modo honoriſ quē xp̄iani martiribuſ impendunt. ¶ Ca.xxvii. Nec tñ noſ.

¶ Incipiunt noni libri rubrice de ciuitate dei Auguſtini epiſcopi.

AD quem articulum diſputatio premiſſa peruenerit.et quia diſcutiendum ſit de reſidua queſtione. ¶ Capitulum primum. Et bonoſ.
¶ An inter demōeſ quibuſ dii ſuperioreſ ſunt ſit aliqua parſ bonorū:quorū p̄ſidio ad ueram beatitudinem poſſit humana anima peruenire. ¶ Capi.ii. Apud pleroſq̄.
¶ Que demonibuſ Apuleiuſ aſſcribat quibuſ cū rationem non ſubtrahat:nihil uirtutiſ aſſignat. ¶ Capitulum.iii. Que igitur eſt.
¶ De perturbationibuſ que animo accidunt:que ſit peripateticorum ſtoicorumq̄ ſententia. ¶ Capitulum.iiii. Due ſunt ſententie.
¶ Quod paſſioneſ que chriſtianoſ animoſ afficiunt:nō in uicium trahant:ſed uirtutē exerceant. ¶ Capitulum.v. Non eſt.
¶ Quibuſ paſſionibuſ demoneſ cōfitente Apuleio exagitantur:quorum ope homineſ apud deoſ aſſerit adiuuari. ¶ Capitulum.vi. Qua interim de ſanctiſ.
¶ Quod platonici figmentiſ poetarū infamatoſ deoſ aſſerant:de contrariorū ſtudiorū certamine:cū he parteſ demonum non deorum ſint. ¶ Ca.vii. Quod ſi quiſq̄.
¶ De diiſ celeſtibuſ et demōibuſ aereiſ:hominibuſq̄ terreniſ:Apulei platonici diffinitio. ¶ Capitulum.viii. Quid illa ipſa.
¶ An amicicia celeſtium deorum per interceſſionem demonum poſſit homini prouideri. ¶ Capitulum.ix. Ac per hoc.
¶ Quod ſcd'm platoniſ ſententiam minuſ miſeri ſint homineſ in corpore mortali:q̄ demoneſ in eternum. ¶ Capitulum x. Plotinuſ certe.
¶ De opinione platonicorum.qui putant animaſ hominum demoneſ eſſe poſt corpa.
¶ Capitulum.xi. Dicit quidem.
¶ De terreniſ cōtrariiſ:quibuſ ſcd'm platonicoſ demonū hominūq̄ natura diſtinguitˀ. ¶ Capitulum.xii. Sed nunc.
¶ Quomodo demoneſ ſi nec cū diiſ beati:nec cum hominibuſ ſunt miſeri:inter utrāq̄ partem ſine utriuſq̄ cōmunione ſint medii. ¶ Capitulum.xiii. Eſt itaq̄.
¶ An homineſ cū ſint mortaleſ:poſſint uera beatitudine eē feliceſ. ¶ Ca.xiiii. Utrū.
¶ De mediatore dei & hominū homine chriſto ieſu. ¶ Capitulum.xv. Si autē.
¶ An rationabiliter platonici diffinierit:deoſ celeſteſ declināteſ terrēa cōtagia hōibuſ non miſceri:quibuſ ad amicitiā deorū demoneſ ſuffragentˀ. ¶ Ca.xvi. Ergo demoeſ.
¶ Ad commendandam uitam beatam:que in participatione eſt ſummi boni:non tali mediatore indigere hominem:qualiſ ē demon:ſed tali qualiſ eſt unuſ chriſtuſ. ¶ Capitulum.xvii. Hoc ut ſanetur.

¶ Quod fallacia demonum dum ſua interceſſione uiam ſpondet ad deum: hoc conat
ut homines a uia ueritatis auertat. ¶ Capitulum. xviii. Falſi ſunt.
¶ Quod appellatio demonū iā nec apud cultores eorum aſſumatur in ſignificatione
alicuius boni. ¶ Capitulum. xix. Sed ne de uerbis.
¶ De qualitate ſcientie: que demones ſuperbos facit. ¶ Capitulum. xx. Quā q̄ etiā.
¶ Ad quē modū dominus uoluerit demonibus innoteſcere. ¶ Ca. xxi. Contra ſupbiā.
¶ Quid interſit inter ſcientiā ſanctoꝝ angelorū & ſciām demonū. ¶ Ca. xxii. His igit.
¶ Nomen deorū falſo aſcribi diis gentiū: quod tamen & angelis ſanctis & hominibus
iuſtis ex diuinaꝝ ſcripturaꝝ auctoritate cōe eſt. ¶ Capitu. xxiii. Hos ſi platonici.

¶ Libri decimi rubrice Aurelii Augus/
tini de ciuitate dei incipiunt.

VEram beatitudinem ſiue angelis ſiue hominibus per unum deum tribui etiam
platonicos diffiniſſe: ſed utrū hi quos ab hoc ipſū colendos putāt: unū tm̄ deo an
etiam ſibi ſacrificari uelint: eſſe querendum. ¶ Capitulum p̄mum. Omniū certa
¶ De ſuperna illuminatione qd̄ Plotinus platonicus ſenſerit. ¶ Capi. ii. Sed non eſt.
¶ De uero dei cultu: a quo platonici quāuis creatorē uniuerſitatis intellexerint deuia/
rūt: colendo angelos ſiue bonos ſiue malos honore diuino. ¶ Ca. iii. Que cum ita.
¶ Quod uni uero deo ſacrificium debeatur. ¶ Capitulum. iiii. Hic nos.
¶ De ſacrificiis que deus nō requirit: ſed ad ſignificationem eoꝝ obſeruari uoluit que
requirit. ¶ Capitulum. v. Quis autem.
¶ De uero perfectoq; ſacrificio. ¶ Capitulum. vi. Proinde uerum.
¶ Quod ſanctorum angelorū ea ſit in nos dilectio: ut nos non ſuos ſed unius ueri dei
uelint eſſe cultores. ¶ Capitulum. vii. Merito illi.
¶ De miraculis que deus ad corroborandam fidem piorum: etiam per angelorum mi/
niſterium promiſſis ſuis adhibere dignatus eſt. ¶ Capitulum. viii. Nam nimis.
¶ De illicitis artibus erga demonū cultū: i quibus Porfirius platonicus quedā pbādo:
quedam quaſi improbando uerſatur. ¶ Capitulum. ix. Hec & alia.
¶ De theurgia: que falſam purgationem animis demonum inuocatione promittit.
¶ Capitulum. x. Ecce.
¶ De epiſtola Porphirii ad Anebuntem egyptium: in qua petit de diuerſitate demonū
ſe doceri. ¶ Capitulum. xi. Melius ſapuit.
¶ De miraculis que p ſcōꝝ angeloꝝ miniſteriū deus uerus opat. ¶ Ca. xii. Porro aūt.
¶ De inuiſibili deo qui ſe uiſibilē ſepe pſtitit: non ſcd̄m quod eſt: ſed ſcd̄m q̄ poterāt
ferre cernentes. ¶ Capitulum. xiii. Nec mouere debet.
¶ De uno deo colendo: nō ſolum propter eterna ſed etiam propter tpalia beneficia:
que uniuerſa in ipſius prouidentie poteſtate conſiſtūt. ¶ Capi. xiiii. Sicut autem.
¶ De miniſterio ſanctoꝝ angeloꝝ quo prouidentie dei ſeruiūt. ¶ Ca. xv. Sic itaq;.
¶ An de promerenda beata uita his angelis ſit credendū: q ſe coli exigūt honore diuio:
an uero illis q nō ſe ſed uni deo ſancta pcipiūt religiōe ſeruiri. ¶ Ca. xvi. Quibus.
¶ De arca teſtamenti mirabiliſq; ſignorū: que ad cōmendandam legis ac promiſſionis
auctoritatem diuinitus facta ſunt. ¶ Capitulum. xvii. Proinde.
¶ Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus eſt: negāt eccleſiaſticis libris
eſſe credendum. ¶ Capitulum. xviii. An dicet.

¶ Que ratio ſit uiſibilis ſacrificii: q̃ uni uero & inuiſibili deo offerri docet uera religio.
¶ Capitulum. xix. Qui autem.
¶ De ſummo uero q; ſacrificio: qđ ipſe dei & hoīm mediator effectus ē. ¶ Ca. xx. Vn.
¶ De modo poteſtatis demonibus date: ad glorificandos ſanctos qui pertulerunt iam paſſionem: qui aereos ſpiritus non placando ipſos ſed in deo permanendo uicerunt.
¶ Capitulum. xxi. Moderatis autem.
¶ Vnde ſit ſanctis aduerſum demones poteſtas: & unde cordis uera purgatio. ¶ Capitulum. xxii. Vera pietate.
¶ De principiis in quibus platonici purgationē aīe eē profitent. ¶ Capi. xxiii. Dicit etiā.
¶ De uno uero q; principio: quod ſolam humanam naturam purgat atq; renouat.
¶ Capitulum. xxiiii. Sed ſubdicitis.
¶ Omnes ſanctos & ſub legis tēpore & ſub prioribus ſeculis: in ſacramēto et fide chriſti iuſtificatos fuiſſe. ¶ Capitulum. xxv. Cuius ſacra.
¶ De inconſtantia Porfirii: inter confeſſionem ueri dei & cultum demonū fluctuātis.
¶ Capitulum. xxvi. Neſcio quomō.
¶ De impietate Porfirii: qua etiam Apulei trāſcendit errorē. ¶ Ca. xxvii. Quāto.
¶ Quibus perſuaſionibus Porfirius obcecatus: non potuerit ueram ſapientiā quod eſt chriſtus agnoſcere. ¶ Capitulum xxviii. Mitis ergo.
¶ De incarnatione domini noſtri Ieſu chriſti: quam cōfiteri platonicorum erubeſcat impietas. ¶ Capitulum. xxix. Predicas patrem.
¶ Quanta platonici dogmatis Porfirius refutauerit: & diſſentiendo correxit. ¶ Cap. xxx. Si poſt Platonem.
¶ Contra argumentum platonicorum: quo animā humanā aſſerant deo eē coeternā.
¶ Capitulum. xxxi. Falſo igitur.
¶ De uniuerſali uia anime liberande: quam Porfirius male querendo non reperit: et quam ſola gratia chriſtiana reſerauit. ¶ Capitulum. xxxii. Hec eſt religio.

¶ Incipiunt libri undecimi rubrice de ciuitate dei beati Auguſtini epī.

De ea parte operis: qua duarum ciuitatū id eſt celeſtis ac terrene: initia et fines incipiunt demonſtrari. ¶ Capitulum primum. Ciuitatem.
¶ De cognoſcendo deo: ad cuius noticiam nemo hominū peruenit: niſi per mediatorē dei & hominum hominem Ieſum chriſtum. ¶ Capitulum ſecundum. Magnū eſt.
¶ De auctoritate canonice ſcripture: diuino ſpiritu cōdite. ¶ Ca. iii. Viſibiliū oīm.
¶ De conditione mundi: que nec intemporalis ſit nec nouo dei ordinata conſilio: quaſi poſtea uoluerit quod antea noluerit. ¶ Capitulum. iiii. Sed quid placuit.
¶ Tam nō eſſe cogitandum de infinitis temporū ſpaciis ante mundū: q̃ nec de infinitis locorum. ¶ Capitulum quintum. Deinde uidendum.
¶ Creationis mūdi tempoꝝ unū eſſe principiū: nec aliud alio preuenire. ¶ Ca. vi Si enī.
¶ De qualitate primorum dierum: qui etiam antequā ſol fieret: ueſperam et mane tradunē habuiſſe. ¶ Capitulum. vii. Illorum autem.
¶ Que qualis ue intelligenda ſit dei requies qua poſt opera ſex dierum requieuit in ſeptimo. ¶ Capitulum. viii. Cum ergo.
¶ De angeloꝝ conditione qđ ſcđm diuina teſtimonia ſentiendū ſit. ¶ Ca. ix Nunc.

¶ De ſimplici & incõmutabili trinitate patris & filii & ſpiritus ſancti unius dei: cui non
eſt aliud qualitas aliud ſubſtantia. ¶ Capitulum. x. Eſt itaq́.
¶ An eius beatitudinis quã ſancti angeli ab inicio ſui ſemper habuerũt: etiã illos ſpiritus
qui in ueritate non ſteterũt participes fuiſſe credendum ſit. ¶ Ca. xi. Que cum ita ſe
¶ De comparatione beatitudinis iuſtorum necdum tenentiũ promiſſionis diuine premiũ:
& primorum in paradiſo hominum ante peccatum. ¶ Capitulũ. xii. Nec ipſos.
¶ An ita unius felicitatis omnes angeli ſint creati ut nec lapſuros ſe poſſent noſſe qui
elapſi ſunt: & poſt ruinam labentium perſeuerantie ſue preſcientiam acceperint qui
ſteterunt. ¶ Capitulum. xiii. Aut ſi durum.
¶ Quo genere locutionis dictum ſit de diabolo q̄ in ueritate non ſtetit: quia ueritas
non eſt in eo. ¶ Capitulum. xiiii. Subiecit autem.
¶ Quid ſentiendum ſit de eo quod ſcriptum eſt: ab inicio diabolus peccat. ¶ Capitulũ
. xv. ¶ Illud etiam.
¶ De gradibus & differentiis creaturarum: q̄ aliter pendet utilitatis uſus aliter ordo rõis
¶ Capitulum. xvi. In his que.
¶ Vitiũ malicie non naturam eſſe ſed contra naturam: cui ad peccandum nõ cõditor
cauſa eſt ſed uoluntas. ¶ Capitulum. xvii. Propter.
¶ De pulchritudine uniuerſitatis: que per ordinationẽ dei etiam ex contrariorum fit
oppoſitione lucentior. ¶ Capitulum. xviii. Neq́ enim.
¶ Quid ſentiendum uideatur: diuiſit deus inter lucem & tenebras. ¶ Ca. xix. Quãuis.
¶ De eo q̄ poſt diſcretionem lucis atq́ tenebrarũ dictum eſt: et uidit deus lucem quia
bona eſt. ¶ Capitulum. xx. Denique nec illud.
¶ De eterna & incommutabili ſcientia dei ac uoluntate: quia ſemper illi uniuerſa que
fecit ſic placuerunt facienda quẽadmodum facta. ¶ Capitulũ. xxi. Quid ẽ enĩ.
¶ De his quibus in uniuerſitate rerum a bono creatore bene conditarum quedã diſplicẽt:
& putant nullam malam eſſe naturam. ¶ Capitulum. xxii. Hanc tamen.
¶ De errore in quo Origenis doctrina inculpatur. ¶ Capitulũ. xxiii. Sed multo.
¶ De trinitate diuina: que per omnia opera ſua ſignificationis ſue ſparſit indicia. ¶ Ca/
pitulum xxiiii. Credimus.
¶ De tripartita totius philoſophie diſciplina. ¶ Capitulũ. xxv. Quãtum intelligi.
¶ De imagine ſumme trinitatis: que ſcd̃m quẽdam modũ in natura ẽ necdum beati/
ficati hominis. ¶ Capitulum. xxvi. Et nos.
¶ De eſſentia et ſcientia: & utriuſq́ amore. ¶ Capitulum. xxvii. Ita uero.
¶ An etiam ipſum amorem quo & eſſe & ſcire diligimus diligere debeamus: quo magis
diuine trinitatis imagini propinquamus. ¶ Ca. xxviii. Sed de duobus.
¶ De ſanctorum angelorum ſcientia: qua trinitatẽ in ipſa eius deitate nouerũt: qua operum
cauſas prius in operãte arte q̃ in ipſis operibus artificis intuentur. ¶ Ca. xxix. Illi quippe.
¶ De Senarii numeri perfectione: qui partiũ ſuarum q̃titate completur. ¶ Ca. xxx. Nec.
¶ De die ſeptimo in quo plenitudo & requies cõmendatur. ¶ Ca. xxxi. In ſeptimo.
¶ De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem uolunt eſſe q̃ mundi.
¶ Capitulum. xxxii. Ne quis.
¶ De duabus angelorum ſocietatibus diuerſis atq́ diſparibus: que nõ incongrue intel/
liguntur lucis & tenebrarũ nominibus nũcupate. ¶ Capitulũ. xxxiii. Peccaſſe aũt.
¶ De eo quod quidam putant in cõditiõe firmamẽti: aquarum diſcretarũ noĩe angelos
ſignatos: & q̄ quidam aquas exiſtimant nõ creatas. ¶ Ca. xxxiiii. Quanq̃ nõnulli.

¶ Aurelii Auguſtini de ciuitate
dei rubrice libri. xii. incipiunt.

DE una bonorum angelorumq; natura. ¶ Capitulum primum Anteq̄.

¶ Nullam eſſentiam deo eſſe cõtrariam: quia ab eo qui ſumme eſt & ſemper eſt: hoc totum uidetur diuerſum eſſe quod non eſt. ¶ Capitulum ſecundum. Hec.

¶ De inimicis dei non per naturam ſed per contrariã uoluntatem: que cum ipſis nocet bone utiq; nature nocet: quia uitiũ ſi non nocet non eſt. ¶ Capi. iii. Dicitur aũt.

¶ De natura irrationalium aut uita carentium: que in ſuo genere atq; ordine ab uniuerſitatis decore non diſcrepat. ¶ Capitulum. iiii. Ceterum.

¶ Quod in omni natura ſpecie ac mõ laudabilis ſit creator. ¶ Ca. v. Nature igitẽ.

¶ Que cauſa ſit beatitudinis angelorum bonorum: & que cauſa ſit miſerie angelorum malorum. ¶ Capitulum. vi. Proinde.

¶ Cauſam efficientẽ male uoluntatis nõ eſſe querendã. ¶ Capitulũ. vii. Nemo igitẽ.

¶ De amore peruerſo: quo uoluntas ab icõmutabili bono ad bonũ mutabile deficit. ¶ Capitulum. viii. Itemq;.

¶ An ſancti angeli quem habent creatorem nature: eundem habeãt bone uoluntatis auctorẽ p ſpiritũ ſanctũ in eis caritate diffuſa ſemper fuiſſe exiſtimãt. Capitulũ. ix. ¶ Cum ergo male uoluntatis.

¶ De falſitate eius hiſtorie que multa milia annorum preteritis temporibus aſſcribit. ¶ Capitulum. x. Fallunt etiam.

¶ De his qui hunc quidem mundum nõ ſempiternũ putãt: ſed aut innumerabiles aut eundem unum certa concluſione ſeculorum ſemper naſci et reſolui opinãtur. ¶ Capitulum. xi. Alii uero.

¶ Quid reſpondendum ſit his qui primam conditionem hominis tardam eſſe cauſant. ¶ Capitulum. xii. Quid autem.

¶ De reuolutione ſeculorum: quibus certo fine concluſis: uniuerſa ſemper in eundem ordinem eandemq; ſpeciem reditura: quidam philoſophi crediderunt. ¶ Capitulum. xiii. Hanc autem.

¶ De tẽporali conditione generis humani: quam deus nec nouo conſilio conſtituerit: nec mutabili uoluntate. ¶ Capitulum. xiiii. Quid.

¶ An ut deus ſemper etiam dominus fuiſſe ſemper intelligatur credendum ſit: creaturã quoq; nunq̄ defuiſſe cui dominaretur: & quomodo dicatur ſemper creatum: quod dici non poteſt coeternum. ¶ Capitulum. xv. Ego quidem.

¶ Quomodo intelligendum ſit promiſſa homini a deo uita eterna ante tẽpora eterna. ¶ Capitulum. xvi. Que ſecula.

¶ Quod de immutabili conſilio aut uoluntate fides ſana deſcendat cõtra rõcinatiões eorum: qui opera ex eternitate repetita per eoſdem ſemper uolunt ſeculorũ redire circuitus. ¶ Capitulum. xvii. Illud quoq;.

¶ Contra eos qui dicunt ea que infinita ſunt nec dei poſſe ſcientia cõprehendi. ¶ Capitulum. xviii. Illud autem.

¶ De ſeculis ſeculorum. ¶ Capitulum. xix. Quod utrum.

¶ De impietate eoꝝ qui aſſerũt aĩmas ſumme uereq; beatitudinis participes iterum atq; iterũ p circuitus tẽpoꝝ ad eaſdẽ miſerias laboresq; redituras. ¶ Ca. xx. Quoꝝ enĩ.

¶ De conditione unius p̃mi hominis atq; in eo generis humani. ¶ Ca. xxi. Hac igitẽ.

¶ Quod preſciuerit hominem quem primum deus condidit peccaturũ ſimulq; preuiderit quantum piorum populorum ex eius genere in angelicum conſortium ſua eſſet gratia tranſlaturus. ¶ Capitulum. xxii. Nec ignorabat.
¶ De natura humane anime create ad imaginem dei. ¶ Capitulũ. xxiii. Fecit ergo.
¶ An ullius uel minime creature poſſint dici angeli creatores. ¶ Capi. xxiiii. Sed cum.
¶ Omnium naturam & omnium ſpeciem uniuerſe creature nõ niſi opere dei formari. ¶ Capitulum. xxv. Cum enim.
¶ De platonicorum opinione: qua putauerũt angelos quidem a deo conditos: ſed ipſos eſſe humanorum corporum conditores. ¶ Capitulum. xxvi. Ita ſane.
¶ In primo homine ortam fuiſſe omnẽ plenitudinẽ generis hũani: in qua preuidit deus que pars honorãda eẽt premio: que damnanda ſupplicio. ¶ Ca. xxvii. Nũc quoniam.

¶ Incipiunt. xiii. libri rubrice de ciuitate dei Auguſtini Epi.

DE lapſu primorũ hoĩm: p quẽ eſt cõtracta mortalitas. ¶ Ca. pmũ. Expeditis.
¶ De ea morte: que aĩe ſemp uicture utrunq; accidere poteſt: & ea cui corporis obnoxiũ eſt. ¶ Capitulum ſecũdum. Sed de ipſo.
¶ Verum mors que per peccatũ primorũ hominum in omnes homines ptranſiit: etiam ſanctis pena peccati ſit. ¶ Capitulum. iii. Non autem.
¶ Cur ab his qui per gratiam regenerationis ſunt abſoluti a peccato: non auferatur mors id eſt pena peccati. ¶ Capitulum. iiii. Non enim.
¶ Quod ſicut iniqui male utuntur lege que bona eſt: ita iuſti bene utũtur morte que mala eſt. ¶ Capitulum. v. Apoſtolus cum uellet.
¶ De generalis mortis malo: quo aĩe & corporis ſocietas ſepatur. ¶ Ca. vi. Quapropter.
¶ De morte quam non regenerati per xpi confeſſionẽ ſuſcipiũt. ¶ Ca. vii. Tantũ.
¶ Quod in ſanctis prime mortis pro ueritate ſuſceptio ſecunde ſit mortis abſolutio. ¶ Capitulũ. viii. Si enim.
¶ Tempus mortis quo uite ſenſus aufertur: in morientibus an in mortuis eſſe dicendum eſt. ¶ Capitulum. ix. Sed id tempus.
¶ De uita mortalium que mors potius q̃ uita dicenda eſt. ¶ Ca. x. Ex quo enim.
¶ An quiſq̃ ſimul uiuens & poſſit eſſe & mortuus. ¶ Capitulum. xi. Si autem.
¶ Quam mortem primis hominibus deus ſi mandatum eius tranſgrederẽtur fuerit cõminatus. ¶ Capitulum. xii. Cum ergo.
¶ Preuaricatio primorum hoĩm quã pmam ſenſerit penã. ¶ Capi. xiii. Nã poſtea.
¶ Qualis homo ſit factus a deo: et in quam ſortem deciderit ſue uoluntatis arbitrio. ¶ Capitulum. xiiii. Deus enim.
¶ Quod adam peccans prius reliquerit deum q̃ relinqueretur a deo: & primam fuiſſe anime mortem a deo receſſiſſe. ¶ Capitulum. xv. Quamobrem.
¶ De philoſophis qui ſeperationẽ a corpore nõ putant eẽ penalem: cũ Plato inducat ſummũ deũ minoribus pmittentẽ: q nũq̃ ſint corpibus exuendi. ¶ Ca. xvi. Sed phi.
¶ Contra eos qui aſſerunt terrena corpora incorruptibilia fieri eterna nõ poſſe. ¶ Capitulum. xvii. Contendunt etiam.
¶ De terrenis corporibus que philoſophi firmãt i celeſtibus eẽ nõ poſſe: quia qđ terrenũ eſt naturali pondere uocetur ad terram. ¶ Capitulum. xviii. Sed neceſſe eſt.

¶ Cõtra eorũ dogmata: qui primoſ hoïeſ ſi nõ peccaſſent immortaleſ futuroſ fuiſſe non credunt. ¶ Capitulum.xix. Nunc de corpori.

¶ Quod caro ſanctorũ que nũc requieſcit in ſpe: in meliorẽ recuperanda ſit qualitatẽ q̃ fuit primorum hominum ante peccatum. ¶ Capitulum.xx. Proinde.

¶ De paradiſo in quo primi hoïeſ fuerãt: q̃ recte poſſit ſignificatiõe eiuſ ſpũale aliqd intelligi ſalua ueritate narratiõiſ hiſtorice de corpali loco. ¶ Ca.xxi. Vnde nõ.

¶ De corporibuſ ſanctorũ poſt reſurrectionẽ: que ſic ſpiritalia erunt ut non in ſpiritũ caro uertatur. ¶ Capitulum.xxii. Corpora ergo.

¶ Quid intelligendũ ſit de corpore aïali & de corpore ſpiritali: ut qui moriũtur in Adam: qui uero uiuificantur in chriſto. ¶ Capitulum.xxiii Nam ſicut corpora.

¶ Qualiter accipienda ſit uel illa inſufflatio ĩ qua p̃muſ homo factuſ ẽ in aïa uiuẽte: uel illa quã dominuſ fecit dicenſ accipite ſpiritũ ſanctũ. ¶ Ca.xxiiii. Vnde & illud.

¶ Rubrice xiiii libri de ciuitate dei
beati Auguſtini Epiſcopi incipiunt.

PEr inobedientiam primi hominiſ in ſecũde mortiſ perpetuitatẽ ruituroſ fuiſſe: niſi multoſ dei gratia liberaret. ¶ Capitulum primum. Diximuſ.

¶ De uita carnali que nõ ex corporiſ tantũ ſed etiam ex animi intelligenda ſit uitiiſ. ¶ Capitulum ſecundum. Priuſ ergo.

¶ Peccati cauſã ex anima nõ ex carne prodiſſe: et corruptionẽ ex peccato cõtractã non peccatum eſſe ſed penam ¶ Capitulum.iii. Quãuiſ.

¶ Quid ſit ſecũdum hominem quid uẽ ſecũdum deum uiuere. ¶ Capit.iiii. Cum ergo uiuit.

¶ Quod de corporiſ animeq; natura tolerabilior quidem platonicorũ q̃ manicheorũ ſit opinio: ſed & ipſi reprobantur: quoniam uitiorũ cauſaſ nature carniſ aſſcribunt. ¶ Capitulum.v. Non igitur opuſ eſt.

¶ De q̃litate uoluntatiſ humañe: ſub cuiuſ iudicio affectioneſ animi aut praue habẽtur aut recte. ¶ Capitulum.vi. Intereſt autem

¶ Amorẽ & delectatiõnẽ indifferenter & in bono & in malo apud ſacraſ literaſ inueniri. ¶ Capitulum.vii. Nam cuiuſ.

¶ De tribuſ ꝑturbationibuſ quaſ in animo ſapiẽtiſ ſtoici eẽ uoluerũt: excluſiſ dolore ſiue triſticia: quã uirtuſ animi ſentire nõ debeat. Capitulum.viii. Quaſ enim.

¶ De perturbationibuſ animi: quarũ affectuſ rectoſ habet uita iuſtorũ. ¶ Capitulum .ix. Apud noſ autem iuxta ſcripturaſ.

¶ An primoſ homineſ in paradiſo cõſtitutoſ: nulliſ perturbatiõibuſ priuſq̃ delinquerint affectoſ fuiſſe credendum ſit. ¶ Capitulum.x. Sed utrum.

¶ De lapſu p̃mi hoïſ in quo bene condita natura eſt: nec poteſt niſi a ſuo auctore reparari. ¶ Capitulum.xi. Sed quia deuſ.

¶ De qualitate primi hominiſ peccati admiſſi. ¶ Capitulum.xii. Si quem uero.

¶ Quod in p̃uaricatione Ade ad opuſ malũ uolũtaſ p̃ceſſit mala. ¶ Ca.xiii. In occ.

¶ De ſuperbia tranſgreſſioniſ: que ipſa fuit trangreſſione deterior. ¶ Ca.xiiii. Sed ẽ.

¶ De iuſticia retributioniſ: quam primi homineſ pro ſua ĩobediẽtia receperũt. ¶ Capitulum.xv. Quia ergo.

¶ De libidiniſ malo: cuiuſ nomen cum multiſ uitiiſ congruat: proprie tamen motibuſ obſcenis corporiſ aſſcribitur. ¶ Capitulum.xvi. Cum igitur.

¶ De nuditate primorum hominum: quã poſt peccatũ turpem pudendamq; uiderũt. ¶ Capitulum.xvii. Merito hinc.

¶ De pudore concubitus nõ ſolum uulgari ſed etiã coniugali. ¶ Ca.x.viii. Opus.

¶ Quod partes ire atq; libidinis tam uicioſe mouentur: ut eas neceſſe ſit frenis ſapiẽtie cohiberi: que in illa ante peccatũ nature ſanitate nõ fuerũt. ¶ Ca.xix. Hic etiã.

¶ De uaniſſima turpitudine cinicorum. ¶ Capitulum.xx. Hoc illi.

¶ De benedictione multiplicande fecunditatis humane ante peccatũ: quã preuaricatio non adimeret: & cui libidinis morbus acceſſerit. ¶ Capitulũ.xxi. Abſit itaq;.

¶ De copula cõiugali a deo primitus inſtituta atq; benedicta. ¶ Ca.xxii. Nos autẽ.

¶ An etiã in paradiſo generandũ fuiſſet ſi nemo peccaſſet: uel utrũ cõtra actũ libidinis pugnatura illic fuiſſet traditio caſtitatis. ¶ Capitulum.xxiii. Quiſquis autem.

¶ Quod inſontes homines & merito obedientie in paradiſo permanentes: ſic ita genitalibus membris fuiſſent uſuri ad generationem prolis: ſicut ceteris ad arbitrium uoluntatis. ¶ Capitulum.xxiiii. Seminaret igitur.

¶ De uera beatitudine quam temporalis uita non obtinet. ¶ Ca.xxv. Quãq̃ ſi.

¶ Quod felicitas in paradiſo uiuentium: ſine erubeſcendo appetitu generandi officiũ credenda ſit implere potuiſſe. ¶ Capitulum.xxvi. Viuebat itaq;.

¶ De peccatoribus & angelis & hominibus quorum peruerſitas nõ perturbat prudentiã dei. ¶ Capitulum.xxvii Proinde peccatores.

¶ De qualitate duarum ciuitatũ terrene atq; celeſtis. ¶ Capi.xxviii. Fecerũt itaq;.

¶ Rubrice .xv. libri de ciuitate dei beati Auguſtini Epiſcopi incipiunt.

De duobus ordinibus generationis humane: in diuerſos fines ab initio procurrẽtis. ¶ Capitulum primum. De felicitate.

¶ De filiis carnis & filiis promiſſionis. ¶ Capitulum ſecundum. Natus eſt.

¶ De ſterilitate Sare quam dei gratia fecundauit. ¶ Capitulũ.iii. Sara quippe.

¶ De terrene ciuitatis concertatione uel pace. ¶ Capitulum.iiii. Terrena porro.

¶ De primo terrene ciuitatis auctore fratricida: cuius impietati romane urbis conditor germani cede reſpondent. ¶ Capitulum.v. Primus.

¶ De languoribus quos ex pena peccati etiã ciues ciuitatis dei in huius uite peregrinatiõe patiũtur: & a quibus deo medente ſanãtur. ¶ Capitulum.vi. Languor eſt.

¶ De cauſa & pertinacia ſceleris Cayn: quẽ a facto re cõcepto nec dei ſermo reuocauit. ¶ Capitulum.vii. Sed ipſum.

¶ Que ratio fuerit ut Cayn inter principia generis humani conderet ciuitatem. ¶ Ca.viii. Nunc autem.

¶ De longa uita hominum que fuit ante diluuium: & de ampliore humanorũ corporũ forma. ¶ Capitulum.ix. Quãobrem.

¶ De differentia qua inter hebreos & noſtros codices uidentur annorũ numeri diſſonare. ¶ Capitulum.x. Quocirca.

¶ De annis Matuſale: cuius etas.xiiii. annis uidetur diluuium excedere. ¶ Capitulum.xi. Per hanc autem diſcrepantiam.

¶ De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longeuos ut ſcribitur fuiſſe non credunt. ¶ Capitulum.xii. Neq; enim.

¶ An in dinumeratione annorum hebreorum magiſ q̃. lxx. interpretum ſit ſequenda auctoritaſ. ¶ Capitulum. xiii. Sed cum hoc.
¶ De paritate annorũ: qui iiſdem quibuſ nunc ſpaciiſ & in prioribuſ ſeculiſ cõcurrerũt. ¶ Capitulum. xiiii. Nunc iam uideamuſ.
¶ An credibile ſit: primi ſeculi uiroſ uſq; ad eam etatem qua filioſ generaſſe referũtur: a concubitu continuiſſe. ¶ Capitulum. xv. Dicet.
¶ De iure coniugiorũ: q̃ diſſimiliter a ſubſequẽtibuſ matronis habuerĩt p̃ma cõnubia. ¶ Capitulum. xvi. Cum igitur.
¶ De duobuſ ex uno genitore procreatiſ patribuſ atq; principibuſ. ¶ Ca. xvii. Cũ ergo.
¶ Quid ſignatũ ſit in Abel & Seth & Enoſ: quod appareat ad chriſtũ & corpuſ eiuſ id eſt eccleſiam pertinere. ¶ Capitulum. xviii. Et Seth.
¶ De ſignificatione que in Enoch tranſlatione monſtrat. ¶ Ca. xix. Nam iſta.
¶ De eo q̃ Cayn ſucceſſio in octaua ab Adam generatione clauditur: & in poſteriſ ab eodem patre Adam Noe decimuſ inuenitur. ¶ Capitulum. xx. Dicet aliquiſ.
¶ Qua ratione cõmemorato Enoch q fuit filiuſ Cayn: ſtatim uſq; generatiõiſ eiuſ uſq; ad diluuium ſit continuata narratio: cõmemorato autem Enoſ qui fuit filiuſ Seth ad cõditioniſ humane principium ſit reditum. ¶ Capitulum. xxi. Primo.
¶ De lapſu filiorum dei alienigenarũ mulierũ amore captorũ: unde & omneſ exceptiſ octo hominibuſ diluuio perire meruerunt. ¶ Capitulum. xxii. Hoc itaq;.
¶ An credendum ſit angeloſ ſubſtantie ſpiritaliſ amore ſpecioſarũ mulierum captoſ earũdem iniſſe coniugia: ſex quibuſ giganteſ ſunt creati. ¶ Ca. xxiii. Nã & ĩ eadẽ.
¶ Quomõ intelligendum ſit q̃ eiſ qui diluuio perdendi erant dominuſ dixerit: erunt dieſ eorum centumuiginti anni. ¶ Capitulum. xxiiii. Quod
¶ De ira dei que incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat. ¶ Capitulum. xxv. Ira dei.
¶ Quod arca quã Noe iuſſuſ eſt facere: in omnibuſ chriſtum eccleſiamq; ſignificet. ¶ Capitulum. xxvi. Iam uero.
¶ De arca atq; diluuio nec illiſ eſſe conſentiendum: qui ſolam hiſtoriam recipiunt ſine allegorica ſignificatione: nec illiſ qui ſolaſ figuraſ defendunt: repudiata hiſtorica ueritate. ¶ Capitulum. xxvii. Non tamen.

¶ Incipiunt. xvi. libri rubrice de ciuitate dei Auguſtini Epiſcopi.

IN poſt diluuium a Noe uſq; ad Abraam alique familie ſcd̃m deum uiuentiũ reperiantur. ¶ Capitulum primum. Poſt diluuium.
¶ Quid in filiiſ Noe prophetice fuerit prefiguratum. ¶ Capitulum. ii. Sed nunc.
¶ De generationibuſ trium filiorum Noe. ¶ Capitulum. iii. Generationeſ.
¶ De diuerſitate linguarum principioq; babiloniſ. ¶ Capitulum. iiii. Cum ergo.
¶ De deſcenſiõe domini ad cõfundendã linguã edificantiũ turrĩ. ¶ Ca. v. Quod. n.
¶ Qualiſ intelligenda ſit locutio qua deuſ angeliſ loquitur. ¶ Ca. vi. Poterat.
¶ An omne beſtiarũ genuſ etiam remotiſſime a terriſ inſule ex eo numero acceperũt: q in arca diluuii inundatione ſeruatuſ eſt. ¶ Capitulum. vii. Sed queſtio.
¶ An ex propagine Adam uel filiorum Noe quedam genera hominum monſtruoſa prodierint. ¶ Capitulum. viii. Queritur etiam.

¶ An inferiorem partem terre que noſtre habitationi contraria eſt antipodas habere credenda ſit. ¶ Capitulum.ix. Quod uero.
¶ De generatione Sem: in cuius progenie tendens ad Abraã ciuitatis dei ordo dirigit. ¶ Capitulum.x. Tenenda eſt.
¶ Quod ea primitus lingua in uſu hoim̃ fuerit: que poſtea hebrea ab Heber nomine nũcupata eſt: quia in cuius familia remanſit cum diuerſitas eſſet facta linguarũ. ¶ Ca. .xi. Quamobrem.
¶ De articulo temporis in Abraam: a quo ſancte ſucceſſionis nouus ordo contexitur. ¶ Capitulum.xii. Nunc iam.
¶ Que ratio feciſſe uideat: ut in tranſmigratiõe Thare qua chaldeos deſerens in meſopotamiam tranſiuit: nulla filii eius Nachor facta ſit mentio. ¶ Ca.xiii. Deinde.
¶ De annis Thare qui in charra uite tempus impleuit. ¶ Ca.xiiii. Defuncta aũt.
¶ De tempore ꝓmiſſionis Abrae: qua ſcd̃m preceptũ dei exiuit de charra. ¶ Capitulũ .xv. Quod uero commemorata.
¶ De ordine & qualitate ꝓmiſſionum dei que ad Abraã facte ſunt. ¶ Ca.xvi. Iam.
¶ De tribus excellentioribus gentium regnis: quorum id eſt aſſyriorum iam Abraam ſublimius eminebat. ¶ Capitulum.xvii. Per idem.
¶ De iterato alloquio dei ad Abraam: quo ei & ſemini eius Chanaã terra promittitur. ¶ Capitulum.xviii. Egreſſus ergo.
¶ De Sare pudicitia in egypto per dominum cuſtodita: quam Abraam non uxorem ſuam eſſe dixerat: ſed ſororem. ¶ Capitulum.xix. Deinde.
¶ De ſeceſſiõe Loth & Abrae: que illis ſalua caritate cõplacuit. ¶ Ca.xx. Reuerſo.
¶ De tertia ꝓmiſſione dei qua terram chanaã Abrae & ſemini eius in ꝑpetuũ pollicet. ¶ Capitulum.xxi. Cum ergo digreſſi.
¶ De ſuperatis ab Abraã hoſtibus zodomiorum: quando Loth de captiuitate eripuit. & a Melchiſedech ſacerdote benedictus eſt. ¶ Capitulum.xxii. Hoc reſponſo.
¶ De uerbo domini ad abraã: quo ei ꝓmittit ſcd̃m multitudinẽ ſtellarũ multiplicãda poſteritatis: quod credens iuſtificatus eſt adhuc in ꝑputio cõſtitutus. ¶ Ca.xxiii. Etiã.
¶ De ſignificatione ſacrificii quod Abraam offerre preceptus eſt: cum popoſciſſet ut de his que crederet doceretur. ¶ Capitulum.xxiiii. In.
¶ De Agar ancille Sare quam eadem Sara Abrae uoluit eſſe concubinã. ¶ Capitulũ .xxv. Iam hinc tempore.
¶ De teſtificatione ad Abraã: qua eidem ſeni de ſterili Sara filiũ ſpopondit: patrẽq; cum gentium ſtatuit & promiſſi fidei ſacramento circũciſionis obſignatur. ¶ Capit. .xxvi. Poſt hec natus.
¶ De maſculo qui ſi octauo die nõ fuerit circũciſus perit anima eius: quia teſtamentũ dei diſſipauit ¶ Capitulum.xxvii. Item poteſt.
¶ De commutatione nominum Abrae & Sare: qui cũ ob unius ſterilitatem: ob utriuſq; autem ſenectutem generare non poſſent: munus fecunditatis adepti ſunt. ¶ Capitu. .xxviii. Facta igitur.
¶ De tribus uiris uel angelis: in quibus ad quercũ mambre appariuſſe Abrae dominus manifeſtatur. ¶ Capitulum.xxix. Item deus.
¶ De Loth a zodomis liberato: atq; eiſdẽ celeſti igne cõſumptis: & de Abimelech cuius concupiſcentia caſtitati Sare nocere non potuit. ¶ Capitulũ.xxx. Poſt hanc.
¶ De Yſaac ſcd̃m promiſſionem nato: cuius nomẽ ex riſu utriuſq; parentis eſt inditũ.

¶ Capitulum.xxxi. Poſt hec natus.
¶ De obedientia et fide Abrae: quam per oblationem immolandi filii probatus eſt: et de morte Sare. ¶ Capitulum.xxxii. Inter hec.
¶ De Rebecca nepte Nachoris: quã Yſaac accepit uxorem. ¶ Ca.xxxiii. Deinde.
¶ Quid intelligẽdum ſit in eo ꝙ Abraã poſt mortem Sare accepit uxorem Ceturam. C.xxxiiii. Quid autem.
¶ De geminis adhuc in utero Rebecce matris incluſis: ꝙd indicauerit diuina reſponſio. ¶ Capitulum.xxxv. Iam ex hoc.
¶ De oraculo & benedictione quã Yſaac non aliter ꝙ̃ pater ipſius: merito eiuſdem ac dilectione accepit. ¶ Capitulum.xxxvi. Accepit.
¶ De his que in Eſau & Iacob miſtice prefigurantur. ¶ Capitulum.xxxvii. Duo.
¶ De miſſione Iacob in meſopotamiã ad accipiẽdam uxorem: & de uiſione quam in itinere ſomniauit: ſet de quatuor ipſius feminis cum unam petiſſet uxorem. ¶ Capit. xxxviii. Mittitur Iacob.
¶ Que ratio fuerit ut etiam iſrael cognominaretur. ¶ Capit.xxxix. Genuit ergo.
¶ Quõ cũ ſeptuagintaquinq; animabus egyptũ narretur ingreſſus: cũ pleriq; ex eis qui commemorant tempore poſteriori ſunt geniti. ¶ Capitulum.xl. Ingreſſi itaq;.
¶ De benedictione quã in Iudam filium ſuũ pmiſit. ¶ Capitulum.xli. Igitur ꝓpter.
¶ De filiis Ioſeph quos Iacob ꝓphetica manuũ ſuarũ trãſmutatiõe benedixit. ¶ Capit. xlii. Sicut autem.
¶ De tpibus Moyſi & Ieſu Naue ac iudicũ: atq; exinde regũ: quoꝝ ꝗdem Saul ꝑmus eſt: ſed Dauid ꝑcipuus & ſacramẽto habet & merito. ¶ Ca.xliii. Defũcto Iacob.

¶ Rubrice .xvii. libri de ciuitate dei beati Auguſtini Epiſcopi incipiunt.

DE temporibus prophetarum. ¶ Capitulum primum. Promiſſiones dei.
¶ Quo tempore ſit impleta promiſſio dei de terra Chanaan: quã in poſſeſſionem etiam iſrahel carnalis accepit. ¶ Capitulum ſecundum. In precedente.
¶ De tripartitis ſignificationibus prophetarum: que nũc ad terrenã nunc ad celeſtem hieruſalem: nũc autem ad utranq; referuntur. ¶ Capitulũ tercium. Quocirca.
¶ De prefigurata cõmutatione iſraelitici regni & ſacerdotii: & de his que antea mater Samuelis perſonam gerens eccleſie prophetauit. ¶ Capitulũ.iiii. Procurſus igitur.
¶ De his que ad Heli ſacerdotem homo dei ꝓphetice locutus eſt: ſignificans ſacerdotiũ quod ſecũdum Aaron inſtitutũ fuerat auferendum. ¶ Capitulũ.v. Sed hoc.
¶ De iudaico ſacerdotio & regno: que cum in eternũ dicantur ſtatuta non ꝑmanent: ut alia intelligantur que ſpondentur eterna. ¶ Capitulum.vi. Cum igitur.
¶ De diruptione regni iſraelitici: qua prefiguratur perpetua diuiſio iſraelis ſpiritalis ab iſrahele carnali. ¶ Capitulum.vii. Rurſus.
¶ De promiſſiobus ad Dauid in filio eius: quod nullatenus in Salomone ſed pleniſſime inueniuntur in chriſto. ¶ Capitulum.viii. Iam nunc.
¶ Quã ſimilis in pſalmo.lxxxviii. ſit prophetia de chriſto: his que in regnorum libris
¶ Nathan prophetante promittuntur. ¶ Capitulum.ix. Propter.
¶ Quam diuerſa acta ſint in regno terrene hieruſalem: ab his que promiſerat deus: ut intelligeret̃ pmiſſiõis ueritas ad alterius regis & regni gloriã ꝑtinere. ¶ Ca.x. Poſt.

¶ De ſubſtãtia populi dei: que per ſucceſſionem carnis in chriſto eſt: qui ſolus ſenſit endi animam ſuam ab inferis habuit poteſtatem. ¶ Capitulum.xi. Poſt hec autem

¶ Ad quorum perſonam pertinere ītelligenda ſit flagitatio promiſſorum: de quibus in pſalmo dicitur: ubi ſunt miſericordie tue antique dñe. ¶ Capitulũ.xii. Sed cetera.

¶ An promiſſe pacis ueritas illis tēporibus poſſit aſcribi: que ſub Salomone fluxerunt: ¶ Capitulum.xiii. Hoc tam magnum.

¶ De ſtudio Dauid in diſpoſitione pſalmorum. ¶ Capitulũ.xiiii. Procurrente.

¶ An omnia que in pſalmis de chriſto & eccleſia ꝓphetant: ſ ad contextũ huius operis coaptanda ſint. ¶ Capitulum.xv. Nunc iam.

¶ De his que in.xliiii. pſalmo ad chriſtum & eccleſiam pertinentia: ſiue aperte dicuntur aut tropice. ¶ Capitulum.xvi. Quamlibet.

¶ De his que ad ſacerdotium chriſti in pſalmo centeſimonono: & de his que in pſalmo .xxi. ad paſſionem ipſius ſpectant. ¶ Capitulum.xvii. Sicut etiam.

¶ De pſalmo tertio & de.xl. & de.xv. & de.lxvii. in quibus mors & reſurrectiõ domini prophetantur. ¶ Capitulum.xviii. De reſurrectione.

¶ De pſalmo.lxviii. in quo iudeoꝝ pertinax infidelitas declaratur. ¶ Ca.xix. Sed ut.

¶ De regno ac merito Dauid: & de filio ipſius Salomone: eaq; ꝓpheti a que ad chriſtum pertinens inueniuntur: uel in eis libris qui ſcripta ipſius copulantur: uel in eis quos ipſius eſſe non dubium eſt. Capitulum.xx. Regnauit ergo.

¶ De regibus poſt Salomonem ſiue in Iuda ſiue in Iſrael. ¶ Ca.xxi. Cetera poſt.

¶ De Ieroboam qui impietate idolatrie ſubditũ ſibi populũ ꝓphanauit: i quo tamen non deſtitit deus & prophetias inſpirare: & multos ſub idolatrie crimine cuſtodire. ¶ Capitulum.xxii. Verum rex Iſrael.

¶ De uario utriuſq; regni hebreorũ ſtatu: donec ambo populi in captiuitatē diuerſo tempore ducerentur: reuocato poſtea Iuda i regnũ ſuũ: qd nouiſſime in romanorum tranſiit poteſtatem. ¶ Capitulum.xxiii. Item q in.

¶ De prophetis qui uel apud iudeos poſtremi fuerũt: uel quos circa tēpus natiuitatis chriſti euangelica prodit hiſtoria. ¶ Capitulum.xxiiii. Toto autem tempore.

¶ Aurelii Auguſtini de ciuitate dei
Rubrice libri.xviii. incipiunt.

De his que uſq; ad tempora ſaluatoris decem & ſeptem uoluminibus diſputata ſunt. ¶ Capitulum primum. De ciuitatum.

¶ De terrene ciuitatis regibus atq; temporibus: quibus ex ortu Abrae ſanctoꝝ tēpora ſupputata conueniunt. ¶ Capitulum.ſecũdum. Sicut eras.

¶ Quibus regnãtibus apud Aſſyrios atq; ſicyonios Abrae cētenario Yſaac de ꝓmiſſiõe ſit natus: uel ipſi Yſaac ſexagenario Eſau & Iacob gemini de Rebecca ſint editi. ¶ Capitulum tercium. Huius temporibus.

¶ De temporibus Iacob & filii eius Ioſeph. ¶ Capitulum.iiii. Regnantibus.

¶ De Api rege argiuorũ: quē egyptii ſeraphin nominatũ diuino honore coluerunt. ¶ Capitulum.v. His temporibus.

¶ Quo regnãte apud argiuos quo ue apud aſſyrios Iacob i egipto mortuus ſit. Capitulum.vi. ¶ Apis ergo rex.

¶ Quoꝝ regum tēpore Ioſeph in egypto defunctus eſt. ¶ Capit.vii. Regnantibus.

Quorum regum etate Moyſeſ natuſ ſit: & quoꝝ demum iiſdem temporibuſ ſit orta religio. Capitulum. viii. Cum ergo.
Quando athenienſiũ ciuitaſ ſit cõdita: & quã cauſam nominiſ eiuſ Varro phibeat. Capitulum. ix. Nam ut athene.
Quid Varro tradat de nũcupatiõe ariopagi: & de diluuio deucaliõiſ. Ca. x. At cũ.
Quo tempore Moyſeſ populum dei de egypto eduxerit: & Ieſu Naue qui eidem ſucceſſit quorum regum etate ſit mortuuſ. Capit. xi. Hoc autem diluuium.
De ſacriſ falſoꝝ deoꝝ: que regeſ grecie illiſ temporibuſ inſtituerũt: que ab exitu Iſrael de eygpto uſq; ad obitũ Ieſu Naue dinumerantur. Capitulum. xii. Poſt hec.
Qualium fabularum figmenta exorta ſint eo tempore quo hebreiſ iudiceſ preeſſe ceperunt. Capitulum xiii. Poſt mortem.
De theologiſ poetiſ. Capitulum. xiiii. Per idem temporiſ.
De occaſu regni argiuoꝝ: quo tempore apud laurẽteſ Picuſ Saturni filiuſ regnum patriſ primuſ accepit. Capitulum. xv. Per ea tempora.
De Diomede poſt troie excidiũ in deoſ relato: cuiuſ ſocii traditi ſunt in uolucreſ eſſe conuerſi. Capitulum. xvi. Noſ ante troianum.
De incredibilibuſ hoim cõmutationibuſ qd Varro crediderit. Capi. xvii. Hoc.
Quid credendum ſit de tranſformationibuſ: que arte demonũ hominibuſ uidentur accidere. Capitulum. xviii. Hec autem.
Quod eo tempore Eneaſ in italiã uenerit: quo Lapidon iudex preſidebat hebreiſ. Capitulum. xix. Eo tempore.
De ſucceſſione ordiniſ regni apud iſraelitaſ poſt iudiceſ. Cap. xx. Mox eiſdem.
De regibuſ latii: quorum primuſ Eneaſ & duodecimuſ Auentinuſ dii facti ſunt. Capitulum. xxi. Latium poſt Eneam.
Quod eo tempore roma ſit cõdita: quo regnum aſſyrioꝝ intercidit: quo Ezechiaſ regnauit in iudea. Capitulum. xxii. Nam altiſſima.
De Sibilla eritrea: que inter aliaſ Sibillaſ congnoſcitur de chriſto euidentia multa cecinniſſe. Capitulum. xxiii. Eodem tempore.
Quod regnãte Romulo ſeptem ſapiẽteſ claruerint: quo tpe decem tribuſ que iſrael dicebantur in captiuitatem a caldeiſ ducte ſunt: idemq; Romuluſ mortuuſ diuino honore donatuſ eſt. Capitulum. xxiiii. Eodem Romulo.
Qui philoſophi enituerint regnãte apud romanoſ Tarquinio Priſco: apud hebreoſ Zedechia: cũ hieruſalem capta ẽ templũq; ſubuerſum. Ca. xxv. Regnãte uero.
Quod eo tempore quo impletiſ. lxx. anniſ iudeorum eſt reſoluta captiuitaſ romani quoq; a dominatu ſunt regio liberati. Capitulum. xxvi Per idem tempuſ.
De tẽporibuſ ꝓphetaꝝ quoꝝ oracula habent̃ in libriſ: qq; tũc de uocatiõe gẽtium multa cecinerũt: qñ romanoꝝ regnũ cepit: aſſyriorũq; defecit. Ca. xxvii. Tempa.
De hiſ que ad euãgeliũ xpi ptinẽt qd Oſee & Amoſ ꝓphãuerit. Ca. xxviii. Oſee.
Que ab Yſaia de chriſto & eccleſia ſint predicta. Capi. xxix. Yſaiaſ ꝓpheta.
Que Mycheaſ & Ionaſ & Iohel nouo teſtamento congruentia prophetauerunt Capitulum. xxx. Micheaſ propheta.
Que in Abdia in Naum & Abacuc de ſalute mundi in chriſto ꝑnũciata repeiãtur. Capitulum. xxxi. Treſ prophete.
De prophetia que in oratiõe Abacuc & cantico continetur. Ca. xxxii. In orõe.
De chriſto & uocatione gentium: que Hieremiaſ & Sophoniaſ prophetico ſpiritu

ſunt prefati. Capitulum. xxxiii. Hieremias propheta.
De pphia Danielis & Ezechielis que i xpm eccleſiaq; cōcordat. Ca. xxxiiii. In.
De triū pphaꝝ uaticinio id ē Aggei Zacharie & Malachie. Ca. xxxv. Reſtāt.
De Eſdra & machabeorum libris. Capitulum. xxxvi. Poſt hos.
Quod pphetica auctoritas omni origine gentilis philoſophie inueniat antiquior. Capitulum. xxxvii. Tempore igitur.
Quod quedam ſanctorū ſcripta eccleſiaſticus canon propter nimiam non receperit uetuſtatem: ne p occaſionem eoꝝ falſa ueris inferentur. Ca. xxxviii. Iam uero.
De hebraicis litteris que nunq̄ in ſue lingue proprietate non fuerunt. Capitulum .xxxix. Non uiq;.
De egyptiorum mendaciſſima uanitate: que antiquitati ſcientie ſue centummilia aſcribit annorum. Capitulum. xl. Fruſtra itaq;.
De philoſophicarū opinionū diſſenſionibus: & canonicarū apud eccleſiā concordia ſcripturarum. Capitulum. xli. Vt autem.
Qua diſpenſatiōe puidētie dei ſcripture ſacre ueteris teſtamēti ex hebreo i grecum eloquiū tranſlate ſint: ut uniuerſis gentibus innoteſcerent. Ca. xlii. Has ſacras.
De auctoritate. lxx. interpretum: que ſaluo honore hebraice lingue omnibus ſit interpretibus preferenda. Capitulum. xliii. Nam cum.
Quid intelligendū ſit de niniuitarū excidio: cuius denūciatio in hebreo quadragita dieꝝ ſpatio tendit: in ſeptuagita aūt triduū breuitate cōcludit. Ca. xliiii. Sed aīt.
Quod poſt inſtaurationem templi pphetas iudei habere deſtiterūt: & exinde uſq; ad natiuitatem xpi cōtinuis aduerſitatibus ſint afflicti: ut probaret alterius templi edificationem ppheticis uocibus fuiſſe pmiſſam. Capitulum. xlv. Poſteaq̄ gens.
De ortu ſaluatoris noſtri ſcdm q uerbum caro factū eſt: & de diſperſiōe iudeorum per omnes gentes ſicut fuerat prophetatum. Capitulum. xlvi. Regnante ergo.
An ante tēpora chriſti aliqui fuerint extra iſraeliticū genus: qui ad celeſtis ciuitatis conſortium peruenirent. Capitulum. xlvii. Quapropter.
Prophetiā Aggei qua dixit maiorem futuram gloriam domus dei q̄ primum fuiſſet: non in reedificatione tēpli: ſed in eccleſia xpi eſſe cōpletā. Ca. xlviii. Hec domus.
De incerta multiplicatione eccleſie: qua in hoc ſeculo multi reprobi miſcent electis. Capitulum. xlix. In hoc ergo.
De predicatiōe euangelii: que per paſſiones predicantiū clarior & potentior facta eſt. Capitulum. l. Deinde ſcdm illam.
Quod etiā p hereticoꝝ diſſenſiōes fides chatolica roboretur. Ca. li. Videns aūt.
An credendū ſit qd' qdam putāt: īpletis decē pſecutionibus que fuerūt nullā ſupeſſe preter undecimā: que in ipſo antixpi tempore ſit futura. Ca. lii. Proinde.
De tempore nouiſſime pſecutionis occulto. Capitulū. liii. Coniecturis quippe.
De ſtultiſſimo mendatio paganoꝝ: quo chriſtianam religionem nō ultra trecentos ſexagintaquinq; annorum menſuram eſſe finxerunt. Capitulum. liiii. Hec atq;.

Rubrice .xix. libri de ciuitate dei
beati Auguſtini Epiſcopi incipiunt.

QVod in queſtiōe quam de finibus bonorum & maloꝝ philoſophica diſputatio uentilauit: ducentas octoginta & octo ſectas eſſe Marcus Varro perſpexerit.

Capitulum primum. Quoniam de ciuitate.

Quõ remotis omnibus differẽtiis que nõ secte ſed queſtiões ſunt: ad tripertitã ſummi boni diffinitionẽ Varro perueniat: quaꝝ tñ una ſit eligẽda. Ca.ii. In tribus quoq̃.

De tribus ſectis ſummũ hominis bonũ querẽtibus quam eligendam Varro diffiniat: ſequens ueteris achademie Antiocho auctore ſententiã. Capi.iii. Quid ergo.

De ſũmo bono & ſummo malo qd chriſtiani ſentiant cõtra philoſophos: qui ſũmum bonum in ſe ſibi eſſe dixerunt. Capitulum.iiii. Si ergo.

De ſociali uita: que cũ maxime expetenda ſit multis offenſionibus ſepe ſubuertitur. Capitulum.v. Quod autem.

De errore humanorum iudiciorum cum ueritas latet. Capitulũ.vi. Quid ipſa.

De diuerſitate linguarum qua ſocietas hominum dirimitur: & de miſeria bellorum etiam que iuſta dicuntur. Capitulum.vii. Poſt ciuitatem.

Quod amicitia bonorum ſecura eſſe non poſſit: dum a periculis que in hac uita ſunt trepidari neceſſe eſt. Capitulum.viii. Si autem.

De amicitia ãgeloꝝ que hõi ĩ hoc mũdo nõ põt eẽ mãifeſta ꝓpter fallatiã dẽonũ: in quos inciderunt q multos ſibi deos colendos putauerunt. Ca.ix In ſocietate.

Quis fructus ſanctis de ſuperata huius uite tẽptatiõe paratur. Ca.x. Sed neq̃.

De beatitudine pacis eterne: ĩ qua ſãctis finis ẽ id ẽ uera ꝑfectio. Capi.xi. Hanc.

Quod etiam bellantium ſeuitia omneſq̃ hoĩm inquietudines ad pacis finem cupiant peruenire: ſine cuius appetitu nulla natura ſit. Capitulum.xii. Quod enim.

De pace uniuerſali: que inter quaſlibet ꝑturbationes ꝑuari non poteſt lege nature: dum ſub iuſto iudice ad id quiſq̃ peruenit ordinatione: quod meruit uoluntate. Capitulum.xiii. Pax itaq̃.

De ordine ac lege ſiue terrena ſiue celeſti: per quã ſocietati humãe etiam dominãdo cõſulitur: & conſulendo ſeruitur. Capitulum.xiiii. Omnis ergo.

De libertate naturali & de ſeruitute cuius ꝑma cauſa peccatũ ẽ: qa hõ male uolũtatis etiã ſi nõ ẽ mancipiũ alterius hõis: ſeruus ẽ ꝓprie libidinis. Ca.xv. Hoc naturalis.

De equo iure dominandi. Capitulum.xvi. Quocirca etiam.

Vnde celeſtis ſocietas cũ terrẽa ciuitate pacẽ heãt & unde diſcordiã. Ca.xvii. Sed.

Quã diuerſa ſit achademie noua ambiguitas a cõſtantia fidei xp̃iane. Capitulum .xviii. Quod autem.

- De habitu & moribus populi chriſtiani. Capitulum.xix. Nihil ſane.

Quod ciues ſanctorũ in huius uite tempore ſpe beati ſint. Cap.xx. Quãobrem.

An ſcd̃m diffinitiones Scipionis que in dialogo Ciceronis ſunt: unq̃ fuerit romana reſpublica. Capitulum.xxi. Quapropter.

An uerus ſit deus cui xp̃iani ſeruiũt: cui ſoli debeat ſacrificari. Ca.xxii. Sed rñderi.

Que Porphirius dicat oraculis deorũ reſponſa de xp̃o. Ca.xxiii. Nam in libris.

Qua diffinitiõe cõſtet populi & reipublice nũcupationẽ recte ſibi nõ ſolũ romanos ſed etiam regna alia uendicare. Capitulum.xxiiii. Si autem populus.

Quod nõ poſſit ibi uere eẽ uirtutes: ubi non ẽ uera religio. Ca.xxv. Quãlibet.

De pace populi alieni a deo: qua utic̃ ad pietatẽ populus dei dum ĩ hoc peregrinus eſt mundo. Capitulum.xxvi. Quocirca.

De pace ſeruientiũ deo: cuius perfecta tranquillitas in hac tẽporali uita non poteſt apprehendi. Capitulum.xxvii. Pax autem.

In quem finem uenturus ſit exitus impiorum. Capitulum.xxviii. Eoꝝ autẽ.

De ciuitate dei Auguſtini Epi
incipiunt rubrice libri .xx.

QVod quamuiſ omni tempore deuſ iudicet in hoc tamē libro de nouiſſimo eiuſ iudicio ſit ꝓprie diſputandum. Capitulum primum. De die ultimi.
De uarietate rerum humanarū: cui non pōt dici deeſſe iudiciū dei quamuiſ nequeat inueſtigari. Capitulum ſecūdum. Nunc autem.
Quid in libro eccleſiaſten Salmon de hiſ que in hac uita & boniſ & maliſ ſunt cōia diſputauit. Capitulum .iii. Nempe Salomon
Quod ad differendum de nouiſſimo iudicio dei noui primum teſtamenti ac deinde ueteriſ teſtimonia prolaturuſ ſit. Capitulum .iiii. Huiuſ itaq.
Quibuſ ſententiiſ domini ſaluatoriſ diuinū iudicium futurū in fine ſeculi declaretur Capitulum .v. Ergo ipſe.
Que ſit prima reſurrectio: que ſecunda. Capitulum .vi. Deinde adiungit.
De duabuſ reſurrectionibuſ & de mille anniſ quid in apocalipſi Iohanniſ ſcriptū ſit: & quid de eiſ rationabiliter ſentiatur. Capit. vii. De hiſ duabuſ
De alligatione & ſolutione diaboli. Capitulum .viii. Et clauſit.
Quid ſit regnum ſanctoꝝ cū chriſto per mille annoſ: & in quo diſcernatur a regno eterno. Capitulum .ix. Interea dum.
Quid reſpondendum ſit eiſ qui putant reſurrectionem ad ſola corpora non etiam ad animaſ pertinere. Capitulum .x. Sunt qui putant.
De Gog & Magog: quoſ ad perſequendam eccleſiam dei ſolutuſ prope finem ſeculi diaboluſ incitabit. Capit. xi. Et cum finiti.
An ad ultimū ſuppliciū pertineat impiorū: ꝙ deſcendiſſe igniſ de celo & eoſdē cōmediſſe memoratur. Capitulum .xii. Quod uero ait.
An ante tempuſ perſecutioniſ antichriſti mille anni annumerandi ſint. Capitulum .xiii. Hec perſecutio.
De damnatione diaboli cum ſuiſ: & per recapitulationem de reſurrectiōe corporum omnium mortuorum: & de ultima retributione. Capit. xiiii. Poſt hanc autem.
Qui ſunt mortui quoſ ad iudiciū exhibuit mare: uel quoſ morſ & inferi reddiderūt. Capitulum .xv. Hoc eſt enim.
De celo nouo & terra noua. Capit. xvi. Et uidi.
De eccleſie glorificatione ſine fine poſt mortem. Capit. xvii. Et ciuitatem.
Quid apoſtoluſ Petruſ de nouiſſimo dei iudicio predicare docuerit mortuorum. Capitulum .xviii. Nunc iam.
Quid apoſtoluſ Pauluſ theſſolonicenſibuſ ſcripſerit: & de manifeſtatiōe antichriſti: cuiuſ tempuſ dieſ domini ſubſequetur. Capitulum .xix. Multaſ.
Quid idem apoſtoluſ in ꝑma ad eoſdē epiſtola de reſurrectiōe mortuoꝝ docuerit. Capitulum .xx. Sed hic apoſtoluſ.
Quid Yſaiaſ propheta de mortuoꝝ reſurrectione & retributiōe iudicii ſit locutuſ. Capitulum .xxi. Propheta Yſaiaſ.
Qualiſ futura ſit egreſſio ſanctorū ad uidendaſ penaſ maloꝝ. Ca. xxii. Sed quō.
Quid ꝓphetauerit Daniel de ꝑſecutiōe antixp̄i: & de iudicio dei regnoq; ſanctoꝝ. Capitulum .xxiii. Daniel de hoc.
In pſalmiſ dauiticiſ que de fine ſeculi huiuſ & que de nouiſſimo dei iudicio ꝓphetātꝰ.

Capitulum.xxiiii. Multa de iudicio.
De prophetia Malachie qua dei iudicium ultimum declaratur: & quorum dicitur per purificationaſ penaſ facienda mundatio. Capitulum.xxv. Propheta.
De ſacrificiiſ que ſancti offerēt deo ſic placitura: quomō in diebuſ priſtiniſ & anniſ prioribuſ placuerunt. Capitulum.xxvi. Volenſ.
De ſeparatiōe bonorum & malorum. perquam nouiſſimi iudicii diſcretio declaratur Capitulum.xxvii. Illud etiam.
De lege Moyſi ſpiritaliter intelligenda: ne in damnabilia murmura carnaliſ ſenſuſ incurrat. Capitulum.xxviii. Quod uero.
De aduentu Helie ante iudicium: cuiuſ predicatione ſcripturarum ſecreta reſerante iudei conuertentur ad chriſtum. Capitulum.xxix. Cum autem.
Quod in libriſ ueteriſ teſtamēti cum deuſ legitur iudicaturuſ: non euidenter chriſti perſona monſtreť: ſed ex quibuſdam teſtimoniiſ ubi dominuſ deuſ loquitur appeat non dubie ꝙ ipſe ſit chriſtuſ. Capitulum.xxx. Multa.

Rubrice.xxi. libri de ciuitate dei
beati Auguſtini Epiſcopi incipiunť.

DE ordine diſputatiōiſ qua priuſ differendū eſt de ꝑpetuo ſupplicio damnatoꝝ cum diabolo: ꝙ̄ de eterna felicitate ſanctorum. Ca. ꝑmū. Cum per ieſum.
An poſſint corpora in uſtione igniſ eſſe perpetua. Cap.ii. Quid igiť oſtendam.
An conſequenſ ſit ut corporeū dolorē ſequať carniſ interituſ. Ca.iii. Sed nullum.
De naturalibuſ exempliſ quorū conſideratio doceat poſſe inter cruciatuſ uiuentia corpora permanere. Capitulum.iiii. Quapropter.
Quāta ſint que nō recte agnoſci queāt: et tñ eadē eē nō ſit abiguū. Ca.v. Verūtñ.
Quod non omnia miracula naturalia ſint: ſed pleraq; humano ingenio modificata: aut demonum arte compoſita. Capitulum.vi. Hic forte reſpondeant.
Quod in rebuſ miriſ ſumma credendi ratio ſit omnipotentia creatoriſ. Capitulum.vii. Cur itaq; facere non poſſit.
Non eſſe contra naturam cum in aliqua re cuiuſ natura innotuit: aliquid ab eo qđ erat notum: incipit eſſe diuerſum. Capi.viii. Si autem.
De gehenna: eternaꝗq; qualitate penarum. Capitulum.ix. Quod igitur.
An igniſ gehennaliſ ſi corporaliſ ē poſſit malignoſ ſpirituſ id eſt demōeſ incorporeoſ tactu ſuo adurere. Capitulum.x. Hic occurrit.
An hoc ratio iuſtitie habeat: ut nō ſint extenſiora penaꝝ tpa ꝙ̄ fuerūt peccatorū. Capitulum.xi. Sic autem.
De magnitudine preuaricationiſ prime: ob quam eterna pena omnibuſ debeať qui extra gratiam fuerint ſaluatoriſ. Capit.xii. Sed pena.
Contra opinionē eoꝝ qui putant criminoſiſ ſupplicia poſt mortē cauſa purgationiſ adhiberi. Capitulum.xiii. Platonici.
De peniſ tpaliſ buiuſ uite: quibuſ ſubiecta eſt humana cōditio. Ca.xiiii. Quanq̄.
Quod omne opuſ gratie dei eruentiſ noſ de ꝓfunditate ueteriſ mali: ad futuri ſeculi pertineat nouitatem Capit.xv. Veruntamen.
Sub quibuſ gratie legibuſ omneſ regeneratoꝝ habeāť etateſ. Ca.xvi. Verū tāta.
De hiſ qui putāt nulloꝝ boīm penaſ in eternū eſſe manſuraſ. Ca.xvii. Nūc iam.

De hiſ q nouiſſimo iudicio ꝓpter interceſſiōem ſanctoꝝ neminē putāt damnandum eſſe. Capitulum.xviii. Sunt etiam qualeſ.

De hiſ qui impunitatem oīm peccatoꝝ ꝓmittūt etiam hereticiſ ꝓpter ꝑticipatiōem corporiſ chriſti. Capitulum.xix. Item ſunt alii.

De hiſ q nō omnibuſ: ſed eiſ tantū q apud catholicoſ ſunt regenerati: etiā ſi poſtea in multa crimina erroreſq; ꝓruperint indulgētia pollicentur. Ca.xx. Item ſunt.

De hiſ qui eoſ qui ꝑmanent in catholica fide: etiam ſi peſſime uixerint & ob hoc uri meruerint: tū ꝓpter fidei fundamentū ſaluandoſ eē diffiniūt. Ca.xxi. Sūt aūt.

De hiſ qui putāt ea crimina que īter elemoſinaꝝ opera cōmittunt: ad damnationiſ iudicium non uocari. Capitulum.xxii. Comperi.

Contra opinionem eorum qui dicunt nec diaboli nec hominum malorum perpetua futura ſupplicia. Capitulum.xxiii. Ac primum queri.

Contra eorum ſenſum qui in iudicio dei omnibuſ reiſ propter ſanctoꝝ preceſ putāt eſſe parcendum. Capitulum.xxiiii. Hoc autem.

An hi qui inter hereticoſ baptiſati ſunt & deteriores poſtea male uiuēdo ſunt facti: uel hi q apud catholicoſ renati ad hereſeſ aut ſciſmata tráſierūt: uel hi q a catholiciſ apud quoſ renati ſunt nō recedenteſ criminoſe uiuere perſtiterunt: poſſint ꝑ uilegio ſacramentorum remiſſionem eterni ſperare ſupplicii. Capit.xxv. Sed iam.

Quid ſit in fundamēto habere chriſtum et quibuſ ſpondeatur ſaluſ quaſi per igniſ uſturam. Capitulum.xxvi. Sed habent.

Contra eorum perſuaſionem qui putant ſibi non ob futura peccata in quibuſ cum elemoſinaſ facerent perſtiterunt. Capitulum.xxvii. Reſtat.

Aurelii Auguſtini de ciuitate
dei incipiunt rubrice libri.xxii.

DE conditione angelorū & hominum Capitulum primū. Sicut in ꝓximo.

De eterna dei & incommutabili eiuſ uoluntate. Capit.ii. Multa enim.

De ꝓmiſſione eterne beatitudiniſ ſanctoꝝ & perpetuiſ ſuppliciiſ impioꝝ. Capitulū .iii. Quapropter.

Contra ſapientes mūdi: qui putant terrena hoīm corpora ad celeſte habitaculum non poſſe transferri. Capitulum.iiii. Sed uidelicet.

De reſurrectiōe carniſ: quā qdam mūdo credenteſ non credunt. Ca.v. Sed hoc.

Quod roma conditorem ſuū Romulum diligendo deum fecerit: eccleſia autē xp̄m dominum credendo dilexit. Capitulum.vi. Recolamuſ.

Quod ut munduſ in chriſtū crederet: uirtutiſ fuerit diuine non ꝑſuaſioniſ humane. Capitulum.vii. Sed ualde.

De miraculiſ que ut munduſ in chriſtū crederet facta ſunt: & fieri mundo credente non deſinunt. Capitulum.viii. Cur inquiūt.

Quod uniuerſa miracula que ꝑ martireſ in chriſti nomine fiūt: ei fidei teſtimonium ferant qua in chriſtum martireſ crediderunt. Capitulum.ix. Cui niſi huic fidei.

Quāto digniuſ martireſ honorantē: q ideo multa mira obtinēt ut deuſ ueruſ colatē: q̄ demoneſ q ob hoc quedam faciunt: ut ipſi dii eē credentur. Ca.x. Hic forte.

Contra platonicoſ. q de naturalibuſ elementoꝝ ponderibuſ argumētantē terrenum corpuſ in celo eſſe non poſſe. Capitulum.xi. Contra quod.

¶ Contra calūpnias infideliū: qbuſ chriſtianos de credita reſurrectiōe carniſ irrident. ¶ Capitulum .xii. Sed ſcrupuloſiſſime.
¶ An abortiui non pertineat ad reſurrectionem: ſi pertinent ad numeꝝ mortuorum. ¶ Capitulum .xiii. Ad hec ergo.
¶ An infantes in ea ſint reſurrecturi habitudine corporiſ: quam habituri erant etatiſ acceſſu. ¶ Capitulum .xiiii. Quid de infantibuſ.
¶ An ad corpuſ dominici modum oīm mortuoꝝ reſurrectura ſint corpora. ¶ Capitu. .xv. Si unq chriſtuſ in ea menſura.
¶ Qualiſ intelligentia ſit ſanctoꝝ conformatio ad imaginem filii dei. ¶ Ca. xvi. Illud.
¶ An in ſuo ſexu reſuſcitanda atq manſura ſint corpora feminarum mortuarum. ¶ Capitulum .xvii. Nonnulli.
¶ De uiro perfecto id eſt chriſto & corpore id eſt eccleſia que eſt ipſiuſ plenitudo. ¶ Capitulum .xviii. Proinde quod.
¶ Quod omnia uitia que in hac uita humano contraria ſunt decori in reſurrectione non ſint futura: ubi manente naturali ſubſtantia in unā pulchritudinem & qualitaſ concurret & quantitaſ. ¶ Capitulum .xix. Quid iam.
¶ Quod in reſurrectione mortuorū natura corporꝝ quibuſlibet modiſ diſſipatoꝝ in integrum undecunq reuocanda erit. ¶ Capitulum .xx. Neſcio quo.
¶ De nouitate corporiſ ſpiritaliſ in quam ſanctorum caro mutabitur. ¶ Capitulum .xxi. Reſtituetur.
¶ De miſeriiſ ac maliſ quibuſ humanū genuſ merito prime preuaricationiſ obnoxium eſt: & a qbuſ nemo niſi per xp̄i gratiam liberatur. ¶ Capit. xxii. Nam quod ad.
¶ De hiſ que preter illa mala que boniſ maliſq communia ſunt: ad iuſtorum laborem ſpecialiter pertinent. ¶ Capitulum .xxiii. Preter.
¶ De boniſ quibuſ etiā hanc uitā damnationi obnoxiā creator impleuit. ¶ Capitulū .xxiiii. Nunc iam.
¶ De peruicacia quorundam: qui reſurrectiōem carniſ quam ſicut predictum ē totuſ munduſ credit: impugnant. ¶ Capitulum .xxv. Verum de.
¶ Quomodo Porfirii diffinitio: qua beatiſ animiſ putat corpuſ eſſe fugiendum ipſiuſ Platoniſ ſententia deſtruatur: qui dicit ſummum deum diiſ promiſiſſe ut nunquam corporibuſ exuerentur. ¶ Capitulum .xxvi. Sed Porphiriuſ ait.
¶ De contrariiſ diffinitionibuſ Platoniſ atq Porphirii: in qbuſ ſi uterq alteri cederet: a ueritate neuter deuiaret. ¶ Capitulum .xxvii. Singula quedam.
¶ Quid ad ueram reſurrectiōiſ fidem uel Plato: uel Labeo: uel etiam Varro conferre potuerint: ſi opinioneſ eoꝝ in unā ſententiam conueniſſent. ¶ Ca. xxviii. Nonnulli.
¶ De qualitate uiſioniſ qua in futuro ſeculo ſancti deū uidebūt. ¶ Ca. xxix. Nūc iā.
¶ De eterna felicitate ciuitatiſ dei ſabbatoq perpetuo. ¶ Capitulū .xxx. Quāta erit.

Aurelii Auguſtini de ciuitate dei rubrice feliciter expliciunt.

INTEREA cum roma gothorum irruptione agentium ſub rege Alarico atq; impetu magne cladiſ euerſa eſt: cuiuſ euerſionē deoꝝ falſorū multorūq; cultoreſ quoſ uſitato nomine paganoſ uocamuſ in chriſtianā religionem referre conanteſ: ſolito acerbiuſ & amariuſ deū uerū blaſphemare ceperunt. Vnde ego exardeſcēſ zelo domuſ dei: aduerſuſ eorū blaſphemiaſ uel erroreſ: libroſ de ciuitate dei ſcribere inſtitui. Quod opuſ per aliquot annoſ me tenuit. eo ꝙ alia multa intercurrebāt que differri nō oporteret: et me prius ad ſoluēdum occupabant. Hoc autem de ciuitate dei grande opuſ tandem .xxii. libriſ eſt terminatū. quorū quinq; primi eoſ refellūt qui reſ humanaſ ita proſperari uolunt: ut ad hoc multoꝝ deorū cultum quoſ pagani colere conſueuerunt: neceſſarium eſſe arbitrentur. et quia prohibentur: mala iſta exoriri atq; abundare cōtendūt. Sequēteſ aūt qnq; aduerſuſ eoſ loquunt: qui fatentur hec mala nec defuiſſe unq̄ nec defutura mortalibus: et ea nūc magna nūc parua: locis: temporibuſ: perſoniſq; uariari. Sed deoꝝ multorū cultum quo eiſ ſacrificatur: propter uitam poſt mortē futuram eſſe utilem diſputāt. His ergo .x. libriſ due iſte uane opinioneſ chriſtiane religioni aduerſarie refelluntur. Sed ne quiſ q̄ noſ aliena tantum redarguiſſe: non autē noſtra aſſeruiſſe reprehenderet: id agit parſ altera operiſ huiuſ. que .xii. libriſ continetur. Quanq̄ ubi opuſ eſt: et in prioribuſ .x. que noſtra ſunt aſſeramuſ: et in .xii. poſterioribuſ redarguamuſ aduerſa. Duodecim ergo libroꝝ ſequentiū primi quatuor cōtinent exortū duarū ciuitatum. quarū eſt una dei altera huiuſ mūdi. Secundi quatuor excurſum earū ſeu procurſum. Tertii uero qui & poſtremi: debitoſ fineſ. Ita omneſ .xxii. libri cū ſint de utraq; ciuitate cōſcripti: titulum tamē a meliore acceperūt ut de ciuitate dei potiuſ uocarentur. In quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni: in Abrae ſacrificio flammam celituſ factam inter diuiſaſ uictimaſ cucurriſſe. quoniam hoc illi in uiſione monſtratū eſt. In .xii. libro quod dictum eſt de Samuele nō erat de filiiſ Aaron: dicendū potiuſ fuit: non erat filiuſ ſacerdotiſ. Filioſ quippe ſacerdotū defunctiſ ſacerdotibuſ ſuccedere magiſ legitimi moriſ fuit. Nam in filiiſ Aaron reperitꝰ pater Samueliſ: ſed ſacerdoſ non fuit. nec ita i filiiſ ut eū ipſe genuerit Aaron: ſed ſicut omneſ illiuſ populi dicuntur filii iſrael.

GLorioſiſſimam ciuitatem dei ſiue i hoc temporum curſu cum inter impioſ peregrinat ex fide uiuenſ: ſiue in illa ſtabilitate ſediſ eterne quam nunc expectat per patientiam: quoadusq; iuſticia cōuertatur i iudiciū: deincepſ adeptura p excellentiā uictoria ultima & pace perfecta: hoc opere ad te inſtituto et mea promiſſione debito: defendere aduerſuſ eoſ qui cōditori eiuſ deoſ ſuoſ p̄ferūt: fili cariſſime Marcelline: ſuſcepi: magnū opuſ & arduum: ſed deuſ adiutor noſter. Nam ſcio quibuſ uiribuſ opuſ ſit: ut perſuadeatur ſuperbiſ quāta ſit uirtuſ humilitatiſ: qua fit ut oīa terrena cacumina temporali mobilitate nutantia: non humano uſurpata faſtu: ſed diuina gratia donata celſitudo tranſcendat. Rex enim & conditor ciuitatiſ huiuſ de qua loqui inſtituimuſ: in ſcriptura populi ſui ſententiam diuine legiſ aperuit qua dictum eſt: deuſ ſuperbiſ reſiſtit humilibuſ autem dat gratiam. hoc uero quod dei eſt:

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

ſuperbe quoque anime ſpiritus qui inſinuatus affectat laudemque ſibi in laudibus dixit. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Vnde etiam de terrena ciuitate: que cum dominari appetit & ſi populi ſeruiant: ipſa ei dominandi libido dominatur: non eſt pretereundum ſilentio quicquid dicere ſuſcepti huius operis ratio poſtulat & facultas datur. Ex hac nanque exiſtunt inimici aduerſus quos defendenda eſt dei ciuitas. quorum tamen multi correcto impietatis errore ciues in ea fiunt ſatis idonei. Multi uero in eam tantis ex/ardeſcunt ignibus odiorum: tamque manifeſtis beneficiis redemptoris eius ingrati ſunt: ut hodie contra eam linguas mouerent: niſi ferrum hoſtile fugientes in ſacratis eius locis uitam de qua ſuperbiunt inuenirent. An non etiam illi romani chriſti nomini infeſti ſunt: quibus propter chriſtum barbari pepercerunt? Teſtantur hoc martyrum loca & baſilice apoſtolorum. que in illa uaſtatione urbis ad ſe confugientes ſuos alienoſque receperunt. Huc uſque cruentus ſeuiebat inimicus. Ibi accipiebat limitem trucidatoris furor. Illo ducebantur a miſerantibus hoſtibus: quibus etiam extra ipſa loca pepercerant ne in eos incurrerent qui ſimilem miſericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipſi alibi truces atque hoſtili more ſeuientes: poſteaquam ad loca illa ueniebant ubi fuerat interdictum quod alibi iure belli licuiſſet: tota feriendi refrenabatur immanitas & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaſerunt multi qui nunc chriſtianis temporibus detrahunt: et mala que illa ciuitas pertulit chriſto imputant: bona uero que in eos ut uiuerent propter chriſti honorem facta ſunt non imputant chriſto noſtro ſed fato ſuo. Cum potius deberent ſi quid recte ſaperent illa que ab hoſtibus aſpera & dura perpeſſi ſunt illi diuine prouidentie tribuere: que ſolet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere. Itemque uitam mortalium iuſtam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere: probatamque uel in meliora transferre: uel in his adhuc terris propter uſus alios detinere. Illud uero quod eos uel ubicunque propter chriſti nomen uel in locis chriſti nomini dicatiſſimis & ampliſſimis ac pro largiore miſericordia ad capacitatem mul/titudinis electis: preter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt: hoc tribuere temporibus chriſtianis. hinc deo agere gratias. hinc ad eius nomen ueraciter currere ut effugiant penas ignis eterni. Quod nomen multi eorum mendaciter uſurparunt: ut effugerent penas preſentis exitii. Nam quos uides petulanter & procaciter inſultare ſeruis chriſti: ſunt in eis plurimi qui illum interitum cladem que non euaſiſſent: niſi ſeruos chriſti ſe eſſe finxiſſent. et nunc ingrata ſuperbia atque impiiſſima inſania eius nomini reſiſtunt corde peruerſo ut ſempiternis tenebris puniantur. ad quod nomen ore uel ſubdolo confugerunt: ut temporali luce fruerentur.

[illegible]

TOt bella geſta conſcripta ſunt uel ante conditam romam: uel ab eius exortu et imperio: legant & proferant ſic ab alienigenis aliquam captam eſſe ciuitatem: ut hoſtes qui ceperant parcerent eis quos ad deorum ſuorum templa confugiſſe comperiſſent: aut aliquem ducem barbarorum precepiſſe: ut irrupto oppido nullus ferietur qui in illo et illo templo fuiſſet inuentus. Nonne uidit Eneas Priamum per aras ſanguine fedantem: quos ipſe ſacrauerat ignes? Nonne Diomedes & Vlixes ceſis ſummo cuſtodibus arcis corripuere ſacram effigiem manibuſque cruentis: Virgineas auſi diue contingere uittas? Nec tamen quod ſequitur uerum eſt. ex illo fluere ac retro ſublapſa ſpes referri. Danaum poſtea quippe uicerunt. Poſtea troiam ferro ignibuſque deleuerunt. Poſtea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt. Nec ideo troia periit quia Mineruam perdidit. Quid enim prius ipſa Minerua perdiderat ut periret? an forte cuſtodes ſuos? Hoc ſane uerum eſt. illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines a

ſimulachro: ſed ſimulachrum ab hõibuſ ſeruabatur. ¶Quomodo ergo colebatur ut patriam cuſtodiret & ciueſ: que ſuoſ non ualuit cuſtodire cuſtodeſ?

Ecce qbuſ diiſ urbem romam ſeruandam ſe cõmendaſſe gaudebant. ¶O nimium miſerabilẽ errorẽ. et nobiſ ſuccenſent cũ de diiſ eoꝝ talia dicimuſ: nec ſuccẽſent auctoribuſ ſuiſ quoſ ut diſcerent mercedem dederunt. ¶Doctoreſq; ipſoſ inſuper & ſalario publico & honoribuſ digniſſimoſ habuerũt. ¶Nempe apud Virgilium quem ꝓpterea paruuli legũt: ut uidelicet poeta magnuſ oĩmq; ꝓclariſſimuſ atq; optimuſ teneriſ ebibituſ ãniſ nõ facile obliuiõe poſſit aboleri ſcd̃m illud Oratii. ¶Quo ſemel eſt imbuta recenſ ſeruabit odorem teſta diu. ¶Apud hũc ergo Virgiliũ nempe Iuno inducitur infeſta troianiſ. ¶Eolo uentorum regi aduerſuſ eoſ irritando dicere. ¶Genſ inimica mihi tyrrhenũ nauigat equor. Ilium in italiam portanſ uictoſq; penateſ. ¶Ita ne iſtiſ penatibuſ uictiſ romam ne uinceretur prudenteſ cõmendare debuerunt. Sed hec Iuno dicebat uelut irata mulier qd̃ loqueretur ignoranſ. ¶Quid Eneaſ ipſe piuſ totienſ appellatuſ? ¶Nonne ita narrat. Panthuſ otriadeſ arciſ phebiq; ſacerdoſ. Sacra manu uictoſq; deoſ paruumq; nepotem. ¶Ipſe trahit: curſuq; amenſ ad limina tendit. ¶Nonne deoſ ipſoſ quoſ uictoſ nõ dubitat dicere: ſibi potiuſ q̃ ſe illiſ perhibet cõmendatoſ cũ ei dicit. Sacra ſuoſq; tibi cõmendat troia penateſ? ¶Si igit̃ Virgiliuſ taleſ deoſ & uictoſ dicit: et ut uel uicti quoquomõ euaderent hõi cõmendatoſ: que dementia ẽ exiſtimare hiſ tutoribuſ romã fuiſſe ſapienter cõmiſſam. et niſi eoſ amiſiſſet non potuiſſe uaſtari? ¶Imo uero uictoſ deoſ tanq̃ preſideſ ac defenſoreſ colere: qd̃ eſt aliud q̃ tenere nõ numina bona: ſed demonia mala? ¶Quãto enim ſapientiuſ credit̃ romã ad iſtam cladẽ nõ fuiſſe uẽturam: niſi prius illi periſſent. ſed illoſ potiuſ olim fuiſſe perituroſ: niſi eoſ quãtum potuiſſet roma ſeruaſſet. ¶Nam quiſ non cum aduerterit uideat: quanta ſit uanitate preſumptũ non poſſe uinci ſub defenſoribuſ uictiſ: et ideo periſſe q̃a cuſtodeſ perdidit deoſ. cũ uel ſola potuerit eẽ cauſa pereundi: cuſtodeſ habere uoluiſſe perituroſ. ¶Non itaq; cũ de diiſ uictiſ illa cõſcriberentur & canerẽtur poetaſ libebat mẽtiri: ſed cordatoſ hoĩeſ cogebat ueritaſ confiteri. ¶Verũ iſta oportuniuſ alio loco diligẽter copioſeq; tractanda ſunt. ¶Nũc quod inſtitueram de ingratiſ dicere hõibuſ paulũper explicem ut poſſum. qui ea mala que pro ſuorum morũ peruerſitate merito blaſphemãteſ patiũtur chriſto imputant. ¶Quod aũt illiſ etiã talibuſ propter xp̃m parcit̃ nec dignãtur attẽdere. et eaſ linguaſ aduerſuſ eiuſ nomẽ demẽtia ſacrilege peruerſitatiſ exercent: qbuſ linguiſ uſurpauerũt mẽdaciter ipm̃ nomen ut uiuerent.

VEl quaſ linguaſ in lociſ ei ſacratiſ metuendo preſſerũt: ut illic tuti atq; muniti ubi ꝓpter eũ illeſi ab hoſtibuſ fuere: inde in eũ maledictiſ hoſtilibuſ proſilirent. ¶Ipſa ut dixi troia mater romani populi: ſacratiſ in lociſ deorum ſuorũ munire non potuit ciueſ ſuoſ: ab ignibuſ ferroq; grecoꝝ eoſdem deoſ colentium: quin etiã Iunoniſ aſilo cuſtodeſ lecti fenix & diruſ Vlixeſ predã aſſeruabãt. ¶Huc undiq; troia gaza incenſiſ erepta aditiſ menſeq; deoꝝ crateresq; auro ſolidi captiuaq; Veſtiſ cõgeritur. pueri & pauide longo ordine matreſ ſtant circum. ¶Electuſ eſt uidelicet locuſ tante dee ſacratuſ non unde captiuoſ nõ liceret educere: ſed ubi captiuoſ liberet includere. ¶Compara nũc aſilũ illud nõ cuiuſlibet dei gregaliſ uel de turba plebiſ: ſed Iouiſ ipſiuſ ſororiſ & cõiugiſ et regine oĩm deoꝝ: cũ mẽoriſ noſtroꝝ apoſtoloꝝ. ¶Illuc incenſiſ templiſ & diiſ erepta ſpolia portabant: nõ reddẽda uictiſ: ſed diuidẽda uictoribuſ:

huc aũt & quod alibi ad ea loca compertum eſt pertinere: cum honore & obſequio religioſiſſimo reportatũ eſt. Ibi amiſſa: hic ſeruata libertaſ. Ibi clauſa: hic īterdicta captiuitaſ. Ibi poſſidendi a dominãtibuſ hoſtibuſ premebãtur: huc liberandi a miſerantibuſ hoſtibuſ ducebantur. Poſtremo illud Iunoniſ templũ ſibi elegerat auaritia et ſuperbia leuiũ grecoꝝ: iſtaſ chriſti baſilicaſ miſericordia & hũilitaſ etiã immaniũ barbaroꝝ.

Niſi forte greci q̃dem in illa ſua uictoria templiſ deorum cõmuniũ pepercerũt: atq; illo confugienteſ miſeroſ uictoſq; troianoſ ferire uel captiuare non auſi ſūt. Sed Virgiliuſ poetarũ more illa mentituſ eſt. Imo uero morẽ hoſtiũ ciuitateſ euertẽtium ille deſcripſit. Quem morem etiã Cato ſicut ſcribit Saluſtiuſ nobilitate ueritatiſ hiſtoricuſ: ſententia ſua quã de cõiuratiſ in ſenatu habuit: cõmemorare nõ pretermittit. Rapi uirgineſ: pueroſ: diuelli liberoſ a parentũ complexu: matreſfamiliarũ pati que uictoribuſ collibuiſſet: phana atq; domoſ ſpoliari: cedem: incẽdia fieri. Poſtremo armiſ atq; cadaueribuſ cruore atq; luctu oĩa cõpleri. Hic ſi phana tacuiſſet: deorum ſedibuſ ſolere hoſteſ parcere putaremuſ. Et hec non ab alienigeniſ hoſtibuſ: ſed a Catilina: et ſotiiſ eiuſ nobiliſſimiſ ſenatoribuſ & romãiſ ciuibuſ: romana templa metuebant. Sed hi uidelicet perditi & patrie parricide.

Quid ergo per multaſ genteſ que inter ſe bella geſſerũt: et nuſq̃ uictiſ in deoꝝ ſuorum ſedibuſ pepercerũt noſter ſermo diſcurrat. Romanoſ ipſoſ uideamuſ: ipſoſ inq̃ recolamuſ reſpiciamuſq; romanoſ de quoꝝ p̃cipua laude dictũ eſt parcere ſubiectiſ & debellare ſuperboſ. Et q̃ accepta iniuria ignoſcere malebant q̃ perſequi. Quãdo tot tantaſq; urbeſ ut late dominarentur expugnataſ captaſq; euerterunt: legat nobiſ que templa excipere ſolebant: ut ad ea quiſquiſ cõfugiſſet liberaretur. An illi faciebant. et ſcriptoreſ earũdem rerũ geſtarũ iſta reticebant. Ita ne uero qui ea que laudarent maxĩe requirebant: iſta preclariſſima ſcd̃m ipſoſ pietatiſ indicia preterirent. Egregiuſ romani noĩſ Marcuſ Marcelluſ q ſyracuſaſ urbem ornatiſſimam cepit: refertur eam priuſ fleuiſſe ruituram: et ante eiuſ ſanguinem ſuaſ illi lacrimaſ effudiſſe. Geſſit & curam pudicitie etiã in hoſte ſeruãde. Nam priuſ q̃ opidũ uictor iuſſiſſet inuadi: conſtituit edicto ne quiſ corpuſ liberum uiolaret. Euerſa eſt tamen ciuitaſ more bellorũ. nec uſpiam legit ab imperatore tam caſto atq; clementi fuiſſe preceptũ: ut quiſquiſ ad illud uel illud templũ fugiſſet haberetur illeſuſ. Quod uniq; nullo mõ preteriretur: quãdo nec eiuſ fletuſ nec quod edixerat pro pudicitia minime uiolanda potuit taceri. Fabiuſ tarentine euerſor urbiſ: a ſimulachroꝝ depredatiõe abſtinuiſſe laudatur. Nam cũ ei ſcriba ſuggeſſiſſet: q̃d de ſigniſ deoꝝ que multa capta fuerant fieri iuberet: cõtinentiã ſuam etiã iocãdo cõdiuit. Queſiuit enim cuiuſmodi eẽnt. et cũ ei nõ ſolũ multa grandia: uerũ etiã renuntiaretur armata: relinquamuſ inquit tarentiniſ deoſ iratoſ.

Cum igitur nec illiuſ fletũ nec huiuſ riſũ nec illiuſ caſtã miſericordiã nec huiuſ facetam continentiã romanoꝝ rerũ geſtarũ ſcriptoreſ tacere potuerũt quãdo p̃termitteretur ſi aliq̃buſ hoĩbuſ in honorẽ cuiuſpiã deoꝝ ſuorũ ſic peperciſſent: ut in quocũq; templo cedẽ uel captiuitatẽ fieri prohiberent. Quicq̃d ergo uaſtatiõiſ: trucidatiõiſ depredationiſ uel cõcremationiſ afflictioniſ in iſta recentiſſima romana clade cõmiſſum eſt: fecit hoc conſuetudo belloꝝ. Quod aũt more nouo factũ eſt: q̃ inuſitata rerum facie immanitaſ barbara tam mitiſ apparuit: ut ampliſſime baſilice

implende populo cui parceretur eligerent & decernerentur: ubi nemo feriretur: unde nemo raperetur: quo liberandi multi a miſerantibus hoſtibus ducerentur: unde captiuandi nulli nec a crudelibus hoſtibus abducerentur: hoc chriſti nomini: hoc chriſtiano tempori tribuendum: quiſquis nõ uidet cecus: quiſquis uidet nec laudat ingratus: quiſquis laudanti reluctatur inſanus eſt. Abſit ut prudens quiſquã hoc feritati imputet barbarorum. Truculentiſſimas & ſeuiſſimas mentes ille terruit: ille frenauit: ille mirabiliter temperauit: qui per prophetam tanto ante predixit: uiſitabo in uirga iniquitates eorum: et in flagellis peccata eorum: miſericordiam autẽ meam nõ diſpergam ab eis. Dicet aliquis. Cur ergo iſta diuina miſericordia etiã ad impios ingratoſq; peruenit? Cur putamus niſi quia eam prebuit qui quotidie facit oriri ſolem ſuũ ſuper bonos & malos: et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Quãuis enĩ quidam iſta eorum cogitantes penitendo ab impietate ſe corrigant: quidam uero ſicut apoſtolus dicit diuitias bonitatis & longanimitatis dei contemnentes: ſecundum duritiam cordis ſui & cor impenitens theſaurizent ſibi iram in die ire & reuelationis iuſti iudicii dei: qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius: tamen patientia dei ad penitentiã inuitat malos: ſicut flagellũ dei ad patientiã erudit bonos. Itemq; miſericordia dei fouendos amplectitur bonos: ſicut ſeueritas dei puniendos corripit malos. Placuit quippe diuine prouidentie preparare in poſterũ bona iuſtis quibus nõ fruentur iniuſti: et mala impiis quibus non excruciabuntur boni.

Iſta uero temporalia bona & mala utriſq; uoluit eſſe cõmunia: ut nec bona cupidius appetantur: que mali quoq; habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur quibus & boni plerũq; afficiuntur. Intereſt autẽ plurimũ qualis ſit uſus uel earum rerum que proſpere: uel earũ que dicuntur aduerſe. Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur. Malus autẽ ideo huiuſcemodi infelicitate punitur: quia felicitate corrumpitur. Oſtendit tamẽ deus ſepe etiã in his diſtribuendis euidentius operationẽ ſuam. Nam ſi nunc omne peccatum manifeſta plecteret pena: nihil ultimo iudicio reſeruari putaretur. Rurſus ſi nullum peccatũ nũc puniret aperte diuinitas: nulla eſſe prouidentia diuina crederetur. Similiter in rebus ſecundis: ſi nõ eas deus quibuſdã petentibus euidentiſſima largitate concederet: non ad eũ iſta pertinere diceremus. Itemq; ſi omnibus eas petentibus daret: non niſi propter talia premia ſeruiendum illi eẽ arbitraremur: nec pios nos faceret taliſ ſeruitus: ſed potius cupidos & auaros. Hec cum ita ſint: quicunq; boni maliq; pariter afflicti ſunt: non ideo iſti diſtincti non ſunt: quia diſtinctum non eſt quod utriq; perpeſſi ſunt. Manet enim diſſimilitudo paſſorum etiã in ſimilitudine paſſionum: et licet ſub eodem tormento non eſt idem uirtus & uitium. Nam ſicut ſub uno igne aurũ rutilat & palea fumat: et ſub eadẽ tribula ſtipule comminuuntur frumenta purgantur: nec ideo cũ oleo amurca cõfunditur: quia eodem preli pondere exprimitur: ita una eademq; uis irruens bonos probat ac purificat: eliquat: malos damnat: uaſtat & exterminat. Unde in eadem afflictione mali deteſtantur deum atq; blaſfemant: boni autẽ precantur & laudant. Tantum intereſt nõ qualia: ſed qualis quiſq; patiatur. Nam pari motu exagitatũ & exalat horribiliter cenum: et ſuauiter fragrat unguentum. De [illegible] per quas et boni et mali [illegible] flagel[illegible] Ca. x.

Quid igitur in illa rerum uaſtitate xpiani paſſi ſunt: quod nõ eis magis fideliter iſta conſiderantibus ad prouectum ualeret? Primo quod ipſa peccata quibus deus indignatus impleuit tantis calamitatibus mũdum humiliter cogitantes: quamuis longe abſint a facinoroſis: flagitioſis atq; impiis: tamẽ non uſq;adeo ſe a delictis deputant

alienoſ ut nec temporalia pro eiſ mala perpeti ſe iudicent dignoſ. Excepto enim ꝙ
unuſquiſq; quãlibet laudabiliter uiuenſ cedit in qbuſdam carnali concupiſcentie (et
ſi nõ ad facinoꝝ immanitatẽ & gurgitem flagitiorũ atq; impietatiſ abominationẽ:
ad aliqua tamen peccata uel rara uel tãto crebriora q̃to minora) Hoc ergo excepto
quiſ tandem facile reperitur qui eoſdem ipſoſ propter quoꝝ horrendam ſuperbiã:
luxuriam & auaritiam atq; execrabileſ iniquitateſ & impietateſ deuſ ſicut minãdo
predixit conterit terraſ: ſic habeat ut habendi ſunt: ſic cum eiſ uiuat ut cum talibuſ
uiuendum eſt? Plerunq; enĩ ab eiſ docendiſ: admonendiſ: aliquãdo etiã obiurgãdiſ
et corripiendiſ male diſſimulatur: uel cum laboriſ piget: uel cum oſ eoꝝ coram qbuſ
uerecũdamur offendere: uel cũ eoꝝ inimicitiaſ deuitamuſ: ne impediant & noceant
in iſtiſ temporalibuſ rebuſ: ſiue quaſ adipiſci adhuc appetit noſtra cupiditaſ: ſiue q̃ſ
amittere formidat infirmitaſ: ita ut q̃uiſ boniſ uita maloꝝ diſpliceat: et ideo cum eiſ
non incidant in illam damnationẽ que poſt hanc uitam talibuſ preparatur: tamen
quia propterea peccatiſ eorũ damnabilibuſ parcunt: dum eoſ in ſuiſ licet leuibuſ &
uenialibuſ metuunt: iure cũ eiſ temporaliter flagellantur: quãuiſ in eternum minime
puniantur. Iure iſtam uitam quãdo diuinituſ affligũtur cum eiſ amaram ſentiunt:
cuiuſ amando dulcedinem peccantibuſ eiſ amari eſſe noluerunt. Nam ſi propterea
quiſquiſ obiurgandiſ & corripiendiſ male agentibuſ parcit: quia oportunius tempuſ
inquirit: uel eiſdem ipſiſ metuit ne deterioreſ ex hoc efficiantur: uel ad bonã uitam
& piam erudiendoſ impediãt infirmoſ alioſ & premãt atq; euertant a fide: nõ uidet̃
eſſe cupiditatiſ occaſio: ſed conſilium caritatiſ. Illud eſſe culpabile ꝙ hi q diſſimiliter
uiuunt & a malorum factiſ abhorrent: parcunt tamẽ peccatiſ alieniſ que dedocere
aut obiurgare deberent: dum eorũ offenſioneſ cauent: ne ſibi noceant in hiſ rebuſ
quibuſ licite boni atq; innocenter utuntur: ſed cupidiuſ q̃ oportebat eoſ qui in hoc
mũdo peregrinãtur & ſpem ſuperne patrie pre ſe gerũt. Non ſolũ quippe infirmioreſ
uitam ducenteſ coniugalem: filioſ habenteſ uel habere cupienteſ: domoſ ac familiaſ
poſſidenteſ: quoſ apoſtoluſ in eccleſia alloquitur docenſ & monenſ quemadmodum
uiuere debeant: uxoreſ cum maritiſ & mariti cum uxoribuſ: et filii cum parẽtibuſ &
parenteſ cum filiiſ: et ſerui cũ dominiſ & domini cum ſeruiſ: multa temporalia: multa
terrena libenter adipiſcũtur & moleſte amittunt: propter que non audent offẽdere
homineſ quorũ ſibi uita contaminatiſſima & cõſceleratiſſima diſplicet: uerum etiam
hi q ſuperiorem uite gradũ tenent: nec coniugalibuſ uinculiſ irretiti ſunt: et uictu
paruo ac tegumento utunt̃: plerũq; ſue forme: fame ac ſaluti dũ inſidiaſ atq; impetuſ
malorum timent: ab eoꝝ reprehenſione ſeſe abſtinent: et quãuiſ non in tantum eoſ
metuant ut ad ſimilia perpetranda quibuſlibet eoꝝ terroribuſ atq; improbitatibuſ
cedant: ea ipſa tamẽ que cũ eiſ non perpetrant nolunt plerũq; corripere: cũ fortaſſe
poſſint aliquoſ corripiẽdo corrigere: ne ſi nõ potuerint: ſua ſaluſ ac fama i piculũ
exitiumq; perueniat. Hoc non ea conſideratione qua ſuã famam ac ſalutem uidẽt
eſſe neceſſariam utilitati erudiendoꝝ hoĩm: ſed ea potiuſ infirmitate: qua delectat
lingua blandienſ & hũanuſ dieſ: et reformidatur uulgi iudiciũ: et carniſ excruciatõ
uel peremptio. Hoc eſt ꝓpter quedã cupiditatiſ uincula: nõ ꝓpter officia caritatiſ.
Non mihi itaq; uidetur hec parua eſſe cauſa quare cum maliſ flagellẽtur & boni:
qñ deo placet perditoſ moreſ etiã temporaliũ penarũ afflictiõe punire. Flagellant̃
enim ſimul non quia ſimul agũt malam uitam: ſed qa ſimul amant tẽporalẽ uitam.
non q̃dem equaliter: ſed tamẽ ſimul: quã boni contemnere deberent: ut illi correpti
atq; correcti conſequerentur eternam: ad quam conſequendam ſi nollent eſſe ſocii:

ferrent & diligerentur inimici. qa donec uiuunt ſemper incertū eſt utrū uoluntatē
ſint i melius mutaturi. Qua in re nō utiq; parem ſed longe grauiorē habēt cauſam:
qbus per prophetam dicitur: Ille qdem in ſuo peccato morietur: ſanguinem autem
eius de manu ſpeculatoris requiram. Ad hoc enim ſpeculatores hoc eſt populorum
prepoſiti conſtituti ſunt in eccleſiis: ut non parcant obiurgando peccata. Nec ideo
tamē ad huiuſcemōi culpa penitus alienus eſt: qui licet prepoſitus nō ſit: in eis tamē
quibus uite huius neceſſitate coniungitur multa monenda uel arguenda nouit &
negligit: deuitans eorū offenſiones: propter illa qbus in hac uita nō ut debuit utitur:
ſed plus q̄ debuit delectatur. Deinde habent aliam cauſam boni quare tēporalibus
affligantur malis: qualem habuit Iob: ut ſibi ipſe humanus animus ſit probatus et
cognitus: quanta uirtute pietatis gratis deum diligat.

Quibus recte conſideratis atq; perſpectis: attende utrum aliquid mali acciderit
fidelibus & piis: quod eis nō in bonū uerteretur. Niſi forte putandū eſt apoſto/
licam illam uacare ſententiā ubi ait: Scimus qm̄ diligentibus deum omnia coopantur
in bonum. Amiſerunt omnia que habebant. Nunqd fidem: nunqd pietatē: nunqd
interioris hominis bona: qui eſt ante deum diues? He ſunt opes xp̄ianorum: quibus
opulentos dicebat apoſtolus ubi ait: Eſt aūt queſtus magnus pietas cum ſufficientia.
Nihil enim intulimus in hunc mūdum. ſed nec auferre quid poſſumus. habentes aūt
uictum & tegumentum his contenti ſumus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt
in temptationem & laqueum: et deſideria multa & noxia que mergunt homines in
interitum & perditionem. Radix enim eſt oīum malorum auaritia. quam quidam
appetentes a fide perrauerūt & inſeruerunt ſe doloribus multis. Quibus ergo terrene
diuitie illa uaſtatione perierūt: ſi eas ſic habebāt quēadmodū ab iſto foris paupere
intus diuite audierant: id eſt ſi mūdo utebantur tanq̄ non utentes: potuerūt dicere
q̄ ille grauiter tēptatus & minime ſuperatus. Nudus exii de utero matris mee nudus
in terram reuertar. dominus dedit dominus abſtulit. ſicut domino placuit ita factū
eſt. ſit nomē domini benedictum. ut bonus ſeruus magnas facultates haberet ipſam
ſui domini uoluntatē. cui pediſſequus mente diteſceret: nec contriſtaretur eis rebus
uiuens relictis: quas fuerat cito moriens relicturus. Illi autē infirmiores qui terrenis
his bonis quāuis ea nō preponerent chriſto: aliquātula tamē cupiditate coherebāt:
quātum hec amando peccauerint: perdendo ſenſerūt. Tantū qppe doluerūt: q̄tum
ſe doloribus inſeruerant. ſicut apoſtolum dixiſſe ſupra cōmemoraui. Oportebat enī
ut eis adderetur etiā experimētorum diſciplīa: qbus fuerat tam diu neglecta uerborū.
Nam cū dicit apoſtolus qui uolunt diuites fieri in temptationē incidunt & cetera:
pfecto in diuitiis cupiditatē reprehendit: nō facultatem quā precepit alibi dicens.
Precipe diuitibus huius mundi non ſuperbe ſapere neq; ſperare in incerto diuitiarū
ſuarum: ſed in deo uiuo qui preſtat nobis oīa abundanter ad fruendū: bene faciant
diuites. ſint in operibus bonis: facile tribuant: cōmunicent: theſaurizent ſibi funda/
mentum bonū in futurum: ut apprehendant ueram uitam. Hec qui de ſuis faciebāt
diuitiis: magnis ſūt lucris leuia damna ſolati: pluſq; letati ex his que facile tribuēdo
tutius ſeruauerūt: q̄ contriſtati ex his que timide retinendo facilius amiſerunt. Hoc
enim potuit in terra perire: quod piguit inde tranſferre. Nam qui receperūt conſiliū
domini ſui dicentis: nolite condere uobis in terra theſauros ubi tinea & rubigo ex/
terminant: et ubi fures effodiunt & furantur: ſed theſaurizate uobis in celo theſauros:
quo fur nō accedit neq; tinea corrūpit: ubi enī eſt theſaurus tuus: ibi erit & cor tuū:

tribulationiſ tempore pbauerunt q̃ recte ſapuerint: nó contempnẽdo ueracíſſimũ preceptorem: et theſauri ſui fideliſſimũ inuictiſſimũq; cuſtodem. Nam ſi multi ſũt gauiſi ibi ſe habuiſſe diuitiaſ ſuaſ: quo contigit ut hoſtiſ nó accederet: q̃to certiuſ & ſecuriuſ gaudere potuerunt: q monitu dei ſui illic migrauerant quo accedi oíno non poſſet. Vnde Paulinuſ noſter nolenſiſ epiſcopuſ ex opulentiſſimo diuite uolũtate pauperrimuſ & copioſiſſime ſanctuſ: quádo & ipſam nolam barbari uaſtauerũt: cũ ab eiſ teneretur ſic in corde ſuo ut ab eo poſtea cognouimuſ precabatur. Domine nó excrucier propter aurum & argẽtum. ubi enim ſint oía mea tu ſciſ. Ibi enĩ habebat oía ſua: ubi eum cõdere & theſaurizare ille monuerat: qui hec mala mũdo uentura predixerat. Ac per hoc qui domino ſuo monenti obedierant: ubi & quó theſaurizare deberent: nec ipſaſ terrenaſ diuitiaſ barbariſ incurſantibuſ amiſerũt. Quoſ autẽ non obediſſe penituit: quid de talibuſ rebuſ faciendum eſſet: ſi non precedente ſapientia: certe conſequente experientia didicerũt. At enĩ qdam boni etiá chriſtiani tormẽtiſ excruciati ſunt: ut bona ſua hoſtibuſ proderent. Illi uero nec prodere nec perdere potuerũt bonum quo ipſi boni erant. Si aũt torqueri q̃ mámona iniquitatiſ pdere maluerunt: boni nó erant. Admonendi autẽ fuerant qui tanta patiebantur pro auro: quáta eſſent ſuſtinenda pro chriſto: ut eum potiuſ diligere diſcerent: qui p ſe paſſoſ eterna felicitate ditaret. non aurum & argentum pro quo pati miſerrimum fuit: ſeu mentiendo occultaretur: ſeu uerũ dicendo proderetur. Nanq; inter tormenta nemo chriſtum confitendo amiſit: nemo aurum niſi negando ſeruauit. Quocirca utiliora erant fortaſſe tormenta que bonum incorruptibile amandum docebant: q̃ illa bona que ſine ullo utili fructu dominoſ ſui amore torquebant. Sed qdam etiá nó habẽteſ quod proderent: dũ non creduntur torti ſunt. Et hi forte habere cupiebát. nec ſancta uoluntate paupereſ erant. qbuſ demonſtrandum fuit: non facultateſ ſed ipſaſ cupiditateſ talibuſ eẽ dignaſ cruciatibuſ. Si uero melioriſ uite propoſito reconditũ aurũ argentũq; nó habebát: neſcio qdem utrũ cuiq̃ talium acciderit: ut dũ habere creditur torqueretur. Verũtamen etiá ſi accidit: pfecto q inter illa tormẽta paupertatẽ ſcãm confitebatur: chriſtum confitebatur. Quapropter & ſi nó meruit ab hoſtibuſ credi: nó potuit tamẽ ſancte paupertatiſ confeſſor ſine celeſti mercede torqueri. Multoſ inquiunt etiá xpianoſ fameſ diuturna uaſtauit. Hoc quoq; in uſuſ ſuoſ boni fideleſ pie tolerando uerterũt. quoſ enĩ fameſ necauit: maliſ uite huiuſ ſicut corpiſ morbuſ eripuit. Quoſ autẽ non necauit: docuit parciuſ uiuere: docuit productiuſ ieiunare.

SEd enim multi etiá chriſtiani interfecti ſunt: multi multarum mortium feda uarietate conſumpti. Hoc ſi egre ferendũ eſt: oíbuſ qui in hanc uitam pcreati ſunt utiq; cõmune eſt. Hoc ſcio nemĩnẽ fuiſſe mortuum qui non fuerat aliquando moriturus. Finiſ autẽ uite tam longam q̃ breuem uitam hoc idem facit. Neq; enim aliud meliuſ aliud deteriuſ: aut aliud maiuſ & aliud breuiuſ eſt: quod iá pariter non eſt. Quid autem intereſt quo mortiſ genere uita iſta finiatur: quádo ille cui finitur iterum mori nó cogitur. Cum autẽ unicuiq; mortalium ſub quotidianiſ uite huiuſ caſibuſ innumerabileſ morteſ quodámodo comminentur: q̃ diu incertum eſt que nam earum uentura ſit: quero utrum ſatiuſ ſit unam perpeti moriendo: an omneſ timere uiuendo. Nec ignoro q̃ inertiuſ eligatur diu uiuere ſub timore tot mortiũ: q̃ ſemel moriendo nullá deinceps formidare. Sed aliud ẽ qđ carniſ ſenſuſ infirmiter pauiduſ refugit: aliud quod mentiſ ratio diligenter enucleata cõuincit. Mala morſ putanda non eſt: quá bona uita preceſſerit. Neq; enĩ facit malam mortem niſi quod ſequitur

mortem Non itaq; multũ curandum eſt eiſ qui neceſſario morituri ſũt: qd accidat ut moriantur: ſed moriendo quo ire cogantur Cum igit̃ chriſtiani nouerint longe meliorem fuiſſe religioſi pauperiſ mortem inter lingentium canum linguaſ: q̃ impii diuitiſ in purpura & biſſo: horrenda illa genera mortiũ qd mortuiſ obfuerũt q bene uixerunt?

At enim in tanta ſtrage cadauerum nec ſepeliri potuerũt Neq; iſtud pia fideſ nimium reformidat: tenenſ predictum: Nec abſumenteſ beſtiaſ reſurrecturiſ corporibuſ obfuturaſ: quorũ capilluſ capitiſ non peribit nullo modo diceret ueritaſ: nolite timere eoſ qui corpuſ occidunt: aĩam autem non poſſunt occidere: ſi quicq̃ obeſſet future uite quidquid inimici de corporibuſ occiſorũ facere uoluiſſent Niſi forte qſpiam ſic abſurduſ eſt: ut contendat eoſ q corpuſ occidunt nõ debere timeri ante mortẽ ne corpuſ occidant et timeri debere poſt mortẽ ne corpuſ occiſũ ſepeliri non ſinant Falſum eſt ergo qđ ait chriſtuſ: qui corpuſ occidũt & poſtea nõ habent quid faciant: ſi habent tanta que de cadaueribuſ faciant Abſit ut falſum ſit quod ueritaſ dixit Dictum eſt enim aliquid eoſ facere cũ occidunt: quia in corpore ſenſuſ eſt occidendo: poſtea uero nihil habere quid faciant: qa nulluſ ſenſuſ eſt in corpore occiſo Multa itaq; corpora chriſtianorum terra non texit: ſed nullum eorũ quiſq̃ a celo & a terra ſeparauit quam totam implet preſentia ſui qui nouit unde reſuſcitet quod creauit Dicitur qdem in pſalmo: poſuerũt mortalia ſeruorum tuorum eſcam uolatilibuſ celi: carneſ ſanctorũ tuorũ beſtiiſ terre Effuderunt ſanguinẽ eorũ ſicut aquam in circuitu hieruſalem & non erat qui ſepeliret Sed magiſ ad exaggerandã crudelitatem eorum qui iſta fecerunt: non ad eorũ infelicitatẽ qui iſta perpeſſi ſũt Quãuiſ enim hec in cõſpectu hoim dura & dira uideantur ſed precioſa in cõſpectu domini morſ ſanctorũ eiuſ Proinde oĩa iſta id ẽ curatio funeriſ: cõditio ſepulture: pompa exequiarum: magiſ ſũt uiuorum ſolatia q̃ ſubſidia mortuorum Si aliquid prodeſt impio ſepultura precioſa: oberit pio uiliſ aut nulla Preclaraſ exequiaſ in conſpectu hoim exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorũ ſed multo clarioreſ in conſpectu domini ulceroſo illi pauperi miniſterium prebuit angelorum qui eum non extulerũt in marmoreum tumulum: ſed in Abrae gremium ſuſtulerũt Ridẽt hic illi contra quoſ defendendam ſuſcepimuſ ciuitatem dei Veruntamen ſepulture curam etiã eorũ philoſophi cõtempſerũt: et ſepe uniuerſi exercituſ dum pro terrena patria morerentur: ubi poſtea iacerent uel quibuſ beſtiiſ eſca fierent non curarunt. Licuitq; de hac re poetiſ plauſabiliter dicere Celo tegitur qui non habet urnam. Quãto minuſ debent de corporibuſ inſepultiſ inſultare xpianiſ qbuſ & ipſiuſ carniſ et membrorum oĩm reformatio non ſolũ ex terra uerum etiã ex aliorũ elementorũ ſecretiſſimo ſinu quo dilapſa cadauera receſſerunt: in temporiſ puncto reddenda & reintegranda promittitur.

Nec ideo tamen contẽpnenda & abiicienda ſunt corpora defunctorũ maximeq; iuſtorũ atq; fidelium: quibuſ tanq̃ organiſ & uaſiſ ad oĩa bona opera ſanctuſ uſuſ eſt ſpirituſ Si enim paterna ueſtiſ & anuluſ ac ſi quid huiuſmodi tanto cariuſ ẽ poſteriſ: quãto erga parenteſ maior exiſtit affectuſ nullo modo ipſa ſpernẽda ſunt corpora: que utiq; multo familiariuſ atq; cõiunctiuſ q̃ quelibet indumẽta geſtamuſ. Hec enim non ad ornamentum uel adiutorium quod adhibetur extrinſecuſ: ſed ad ipſam naturam hominiſ pertinent Vnde et antiquorum iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt: et exequie celebrate: et ſepultura prouiſa: ipſiq; dũ uiuerẽt hoc de ſepeliendiſ uel etiam tranſferendiſ ſuiſ corporibuſ filiiſ mandauerunt et Thobiaſ

ſepeliendo mortuoſ deum ꝓmeruiſſe teſte angelo cõmendatur. Ipſe quoq; dominuſ die tertio reſurrecturuſ: et religioſe mulieriſ bonum opuſ predicat: predicandumq; commendat ꝙ unguentum precioſum ſuper membra eiuſ effuderit: atq; hoc ad eum ſepeliendum fecerit. et laudabiliter cõmemorantur in euangelio qui corpuſ eiuſ de cruce acceptum diligenter atq; honorifice tegendum ſepeliendumq; curarũt. Verũ iſte auctoritateſ nõ hoc admonent ꝙ inſit ullus cadaueribuſ ſenſuſ: ſed ad dei prouidentiam cui placent etiã talia pietatiſ officia: corpora quoq; mortuorũ pertinere ſignificant propter fidem reſurrectioniſ aſtruẽdam. Vbi & illud ſalubriter diſcitur quãta poſſit eſſe remuneratio ꝓ elemoſiniſ: quaſ uiuentibuſ & ſentientibuſ exhibemuſ: ſi neq; hoc apud deum perit quod exanimiſ hominum membriſ officio diligentieq; perſoluitur. Sũt quidem & alia que ſancti patriarche de corporibuſ ſuiſ uel cõdendiſ uel tranſferendiſ prophetico ſpiritu intelligi dicta uoluerũt. Non autẽ hic locuſ eſt ut ea pertractemuſ. cũ ſufficiant ea que diximuſ. Sed ſi ea que ſuſtẽtandiſ uiuẽtibuſ ſunt neceſſaria ſicut uictuſ & amictuſ quãuiſ cũ graui afflictiõne deſint: nõ frangunt in boniſ perferẽdi tolerandiq; uirtutem: nec eradicant ex aĩmo pietatem: ſed exercitatã faciũt fecũdiorem: quãto magiſ cũ deſunt ea que curandiſ funeribuſ cõdendiſq; corporibuſ defunctorũ adhiberi ſolent: non efficiũt miſeroſ in occultiſ piorũ ſedibuſ iam quietoſ. Ac per hoc quãdo iſta cadaueribuſ chriſtianorum in illa magne urbiſ uel etiam aliorum opidorum uaſtatiõne defuerunt: nec uiuorum culpa eſt qui non potuerunt iſta prebere: nec pena mortuorum qui non poſſunt iſta ſentire.

Sed multi inquiũt chriſtiani etiã captiui ducti ſunt. Hoc ſane miſerrimum eſt: ſi aliquo puti potuerũt: ubi deũ ſuũ non inuenerunt. Sunt in ſcripturiſ ſanctiſ huiuſ etiã cladiſ magna ſolatia. Fuerũt in captiuitate treſ pueri: fuit Daniel: fuerũt alii prophete: nec deuſ defuit conſolator. Sic non deſeruit fideleſ ſuoſ ſub dominatiõe gentiſ licet barbare tamen humane: qui ꝓphetam nõ deſeruit nec in uiſceribuſ belue. Hoc quoq; illi cum quibuſ agimuſ malunt irridere ꝙ credere: qui tamen in ſuiſ literiſ credunt Arionem methimneum nobiliſſimum cytariſtam cum eſſet electuſ de naui exceptum delphini dorſo: et ad terram eſſe prouectũ. Verum illud noſtrũ de Iona ꝓpheta incredibiliuſ eſt. Plane incredibiliuſ: quia mirabiliuſ: et mirabiliuſ quia potentiuſ.

Habent tamẽ iſti de captiuitate religioniſ cauſa etiã ſponte toleranda & in ſuiſ preclariſ uiriſ nobiliſſimum exemplum. Marcuſ Reguluſ imperator populi romani captiuuſ apud carthagineſ fuit. Qui cum ſibi mallent a romaniſ ſuoſ reddi ꝙ eorũ tenere captiuoſ: ad hoc impetrandum etiã iſtũ precipue Regulum cũ legatiſ ſuiſ romã miſerũt: priuſ iuratiõe conſtrictũ: ſi quod uolebãt minime peregiſſet: rediturum eſſe carthaginem. Perrexit ille atq; in ſenatu cõtraria perſuaſit: quoniam nõ arbitrabatur utile eſſe romane reipublice mutare captiuoſ. Nec poſt hanc perſuaſionẽ a ſuiſ ad hoſteſ redire cõpulſuſ eſt. ſed quia iurauerat id ſponte impleuit. At illi eũ excogitatiſ atq; horrẽdiſ excruciatibuſ necauerunt. Incluſum quippe anguſto ligno ubi ſtare cogeretur: clauiſq; acutiſſimiſ undiq; confixo: ut ſe in nullã eiuſ partem inclinaret ſine peniſ atrociſſimiſ: etiã uigilando peremerũt. Merito certe laudant uirtutẽ tam magna infelicitate maiorẽ. Et per deoſ ille iurauerat: quorũ pro cultu prohibito haſ generi humano cladeſ iſti opinantẽ infligi. Qui ergo ꝓpterea colebant ut iſtã uitã ꝓſperam redderent: ſi uerũ iuranti haſ irrogari penaſ ſeu uoluere ſeu permiſere: quid periuro grauiuſ irati facere

Daniel

Iona

Marcus Regulus

potuerunt? Sed cur ratiocinationē meam non potiuſ ad utrūq; concludam? Deoſ certe ſic ille coluit: ut propter iuriſiurandi fidem nec remaneret in patria: nec inde quo liber ire: ſed ad ſuoſ acerrimoſ inimicoſ redire minime dubitaret. Hoc ſi huic uite utile exiſtimabat: cuiuſ tam exitum horrēdum meruit: procuſdubio fallebat. Suo quippe docuit exēplo nihil deoſ ad iſtam tēporalem felicitatem ſuiſ pdeſſe cultoribuſ: quādoquidem ille eoꝝ deditiſ cultui: et uictuſ & captiuuſ adductuſ eſt. et qa noluit aliter q̃ per eoſ iurauerat facere: nouo ac priuſ inaudito nimiūq; horribili ſupplicii genere cruciatuſ extinctuſ eſt. Si aūt cultuſ deoꝝ poſt hāc uitam uelut mercedem reddit felicitatem: cur calumniantur temporibuſ xpianiſ: ideo dicenteſ urbi accidiſſe illā calamitatem: quia deoſ ſuoſ colere deſtiit: cum potuerit etiā illoſ diligentiſſime colenſ tam infelix fieri q̃ ille Reguluſ fuit? Niſi forte contra clariſſimā ueritatem tanta quiſq̃ dementia mire cecitatiſ obnitit̄: ut contendere audeat uniuerſam ciuitatem deoſ colentem infelicem eſſe non poſſe: unū uero hoīem poſſe: quod uidelicet potentia deorū ſuoꝝ multoſ potiuſ ſit idonea cōſeruare q̃ ſingulos: cum multitudo conſtet ex ſinguliſ. Si autē dicunt Marcū Regulum etiā in illa captiuitate illiſq; cruciatibuſ corporiſ animi uirtute beatū eſſe potuiſſe: uirtuſ potiuſ uera queratur: qua beata poſſit eſſe & ciuitaſ. Neq; enim aliunde beata ciuitaſ: aliunde homo: cū aliud ciuitaſ non ſit q̃ concorſ hoīm multitudo. Quaōbrem nōdum interim diſputo qualiſ in Regulo uirtuſ fuerit. Sufficit nūc q ꝯ iſto nobiliſſimo exemplo coguntur fateri: non propter corporiſ bona: uel earū rerum que extrinſecuſ homini accidunt colendoſ deoſ: quādoquidem ille carere hiſ omnibuſ maluit: q̃ deoſ per quoſ iurauit offendere. Sed qd facimuſ hōibuſ q gloriant̄ talem ſe habuiſſe ciuem: qualē timēt habere ciuitatem? Quod ſi non timent: tale ergo aliquid quale accidit Regulo etiā ciuitati tam diligenter q̃ ille deoſ colenti accidere potuiſſe fateantur: et chriſtianiſ tēporibuſ non calūnient̄. Verū qa de illiſ chriſtianiſ orta queſtio ē qui etiā captiui ducti ſunt: hoc intueant̄ & taceant: qui ſaluberrime religioni ex hinc impudenter atq; imprudenter illudūt: qa ſi diiſ eoꝝ probro nō fuit q ꝯ attentiſſimuſ cultor illorū dum eiſ iuriſiurandi fidem ſeruaret: patria caruit dum aliam nō haberet: captiuuſq; apud hoſteſ per longam mortem ſupplicio noue crudelitatiſ occiſuſ ē: multo minuſ nomē criminandū eſt xpianū in captiuitate ſacratoꝝ ſuorū: q ſupernā patriā uera cū fide expectanteſ: etiā in ſuiſ ſedibuſ pegrinoſ ſe eē nouerūt.

MAgnum ſane ſe crimen putant obiicere chriſtianiſ: cum eorum exaggeranteſ captiuitatem addunt ſtupra etiā commiſſa. Non ſolum in aliena matrimonia uirgineſq; nupturaſ: ſed etiam in quaſdam ſanctimonialeſ. Hic uero non fideſ: non pietaſ: non ipſa uirtuſ que caſtitaſ dicit̄: ſed noſtra potiuſ diſputatio inter pudorem atq; rationē qbuſdam coarctat̄ anguſtiiſ. Nec tantū curamuſ hic alieniſ reſpōſionē reddere: quātum ipſiſ noſtriſ conſolationē. Sit igit̄ in primiſ poſitū atq; cōfirmatū: uirtutem qua recte uiuitur ab aīm ſede mēbriſ corporiſ imperare: ſanctūq; corpuſ uſu fieri ſancte uoluntatiſ. Qua inconcuſſa ac ſtabili permanēte: quidquid alius de corpore uel in corpore fecerit: quod ſine peccato proprio non ualeat euitari preter culpam eſſe patientiſ. Sed quia non ſolum quod ad dolorem: uerum etiam quod ad libidinē pertinet i corpore alieno perpetrari poteſt: quidqd tale perpetratū fuerit: et ſi retentam cōſtantiſſimo aīmo pudicitiam non excutit: tamen pudorem incutit: ne credatur factum cū mentiſ etiā uoluntate: quod fieri fortaſſe ſine carniſ aliqua uoluptate non potuit.

AC per hoc & que ſe occiderunt ne quicq̄ huiuſmodi paterētur: quiſ humanuſ affectuſ eiſ nolit ignoſci? Et que ſe occidere noluerūt ne ſuo facinore alienū flagitiū deuitarent: quiſquiſ eiſ hoc crimē dederit: ipe crimine inſipientie nō carebit. Nam utiq: ſi nō licet priuata poteſtate hoīem occidere uel nocentē: cuiuſ occidēdi licentiam lex nulla concedit: profecto etiā qui ſeipm̄ occidit homicida eſt, et tanto fit nocentior cū ſe occiderit: quāto innocentior in ea cauſa fuit qua ſe occidendum putauit. Nam ſi Iude factū merito deteſtamur: eūq: ueritaſ iudicat cum ſe laqueo ſuſpendit ſceleratę illiuſ traditioniſ auxiſſe potiuſ q̄ expiaſſe cōmiſſum. quoniā dei miſericordiam deſperando exitiabiliter penitenſ: nullū ſibi ſalubriſ penitentie locū reliquit. quāto magiſ a ſua nece ſe abſtinere debet: qui tali ſupplicio qd in ſe puniat non habet? Iudaſ enim cū ſe occidit: ſceleratum hoīem occidit. et tamen non ſolum chriſti uerum etiā ſue mortiſ reuſ finiuit hanc uitam. quia licet propter ſuum ſceluſ: alio ſuo ſcelere occiſuſ eſt. Cur aūt homo q mali nihil fecit ſibi male faciat: et ſeipm̄ interficiendo hominem interficiat innocētem: ne alium patiatur nocentem. atq: in ſe perpetret peccatum proprium: ne in eo perpetretur alienum?

AT enim ne uel aliena eū polluat libido metuitur. Non polluet ſi aliena erit. Si autē polluet aliena nō erit. Sed cū pudicitia uirtuſ ſit aīmi. comitēq: habeat fortitudinem: qua potiuſ quelibet mala tolerare q̄ malo conſentire decernit. nulluſ aūt magnanimuſ & pudicuſ in poteſtate habeat quid de ſua carne fiat. ſed tantum qd annuat mente uel renuat. quiſ eadem ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiā: ſi forte in apprehenſa uel oppreſſa carne ſua exerceatur & expleat libido nō ſua? Si enī hoc mō pudicitia perit: profecto pudicitia aīmi uirtuſ non erit. nec ptinebit ad ea bona qbuſ bene uiuitur: ſed in boniſ corporiſ numerabitur. qualia ſunt uireſ: pulchritudo: ſana integraq: ualitudo: ac ſi quid huiuſcemodi eſt. Que bona etiam ſi minuantur: bonam iuſtamq: uitam omnīo non minuūt. Quod ſi tale aliquid eſt pudicitia: ut quid pro illa ne amittatur etiam cum periculo corporiſ laboratur? Si autē bonū animi ē: etiā oppreſſo corpore nō amittitur. Quinetiā ſancte cōtinentie bonum cum immūditie carnalium concupiſcentiarum non cedit: et ipſum corpuſ ſanctificatur. et ideo cum eiſ non cedere incōcuſſa intentione perſiſtit. Nec de ipo corpore perit ſanctitaſ: quia eo ſancte utendi perſeuerat uoluntaſ: et q̄ntum in ipo eſt & facultaſ. Neq: enim eo corpuſ ſanctum ē q cuiuſ membra ſunt integra: atq: eo q nullo cōtrectantur attactu: cū poſſint diuerſiſ caſibuſ & uulnerata uim perpeti: et medici aliquādo ſaluti opitulanteſ hec ibi faciāt que horret aſpectuſ. Obſtetrix uirginiſ cuiuſdam integritatem manu dū explorat: ſiue maliuolentia ſeu inſcitia ſiue caſu dum inſpicit perdidit. Non opinor quenq̄ tam ſtulte ſapere: ut huic periſſe aliquid exiſtimet etiā de ipſiuſ corporiſ ſanctitate. quāuiſ membri illiuſ integritate iam perdita. Quocirca propoſito aīmi permanēte per quod etiā corpuſ ſanctificari meruit: nec ipſi corpori aufert ſanctitatem uiolentia libidiniſ aliene: quam ſeruat perſeuerantia continentie ſue. An uero ſi aliqua femina mente corrupta uiolatoq: propoſito quod deo uouerat: pergat uitianda ad deceptorem ſuū: adhuc eā pgētem ſanctam uel corpore dicimuſ: ea ſanctitate animi per quam corpuſ ſanctificabatur amiſſa atq: deſtructa? Abſit hic error. Et hinc potiuſ admoneamur: ut ita non amitti corporiſ ſanctitatem: manente animi ſanctitate etiā corpore oppreſſo: ſicut amittitur corporiſ ſanctitaſ uiolata aīmi ſanctitate etiā corpore intacto. Quamobrem non habet quod in ſe morte ſpontanea puniat femina ſine ulla conſenſiōe ſua uiolēter

oppreſſa et alieno compreſſa peccato: quanto minuſ anteꝗ̃ hoc fiat ne admittatur homicidium certum: cum ip̃m flagitium quãuiſ alienum adhuc pendet incertum.

AN forte huic perſpicue rationi qua dicimuſ: corpore oppreſſo nequaꝗ̃ ꝓpoſito caſtitatiſ ulla in malũ cõſenſione mutato: illiuſ tantũ eſſe flagitiũ q oppͥmenſ concubuerit: non illiuſ que oppreſſa concubenti nulla uoluntate conſenſerit. contradicere audebũt hi contra quoſ feminarũ chriſtianarũ in captiuitate oppreſſarũ: nõ tantum menteſ uerum etiã corpora ſancta defendimuſ. Lucretiã certe matronã nobilem ueteremq; romanam pudicitie magniſ efferũt laudibuſ. Huiuſ corpore cũ uiolẽter oppreſſo Tarquinii regiſ filiuſ libidinoſe potituſ eẽt: illa ſceluſ improbiſſimi iuueniſ marito Collatino & propĩquo Bruto uiriſ clariſſimiſ & fortiſſimiſ indicauit: eoſq; ad uindictam conſtrinxit. Deinde fedi in ſe commiſſi egra atq; impatienſ ſe peremit. Quid dicemuſ? Adultera hec an caſta iudicanda ẽ? Quiſ in hac cõtrouerſia laborandum putauerit? Egregie quidam ex hoc ueraciterq; declamanſ ait mirabile dictũ. Duo fuerũt. et unuſ adulteriũ admiſit. Splendide atq; ueriſſime. intuenſ enĩ in duum corpoꝝ cõmixtiõe uniuſ inquinatiſſimam cupiditatem: alteriuſ caſtiſſimã uoluntatẽ: et nõ quid cõiunctione membrorum: ſed quid aĩoꝝ diuerſitate agerẽtur attendenſ. Duo inqͭ fuerunt & adulteriũ unuſ admiſit. Sed quid eſt hoc quod in eã grauiuſ uindicatꝰ que adulteriũ non admiſit? Ille patria etiã cũ patre pulſuſ eſt: hec ſummo mactata eſt ſupplicio. Si non eſt illa impudicitia qua inuita comprimitur: non eſt hec iuſtitia qua caſta punitur: uoſ appello legeſ iudiceſq; romani. Nempe poſt perpetrata facinora: nec quenꝗ̃ ſceleſtum & idemnatũ impune uoluiſtiſ occidi. Si ergo ad ueſtrum iudicium quiſꝗ̃ deferret hoc crimẽ: uobiſq; probaretur nõ ſolũ indemnatam: uerum etiã caſtam & innocentem interfectam eſſe mulierem: nonne eum qui id feciſſet ſeueritate congrua plecteretiſ? Hoc fecit illa Lucretia. Illa ſic predicata Lucretia: innocentem: caſtam: uim perpeſſam Lucretiã inſup interemit. Proferte ſententiam. Quod ſi propterea non poteſtiſ: quia non aſtat quam punire poſſitiſ: cur interfectricem innocentiſ & caſte tanta predicatiõe laudatiſ? Quã certe apud inferoſ iudiceſ etiã talem qualeſ poetarum ueſtrorum carminibuſ cantitãtur: nulla ratiõe defenditiſ conſtitutã. Scilicet inter illoſ qui ſibi letum inſonteſ peperere manu luceq; peroſi: proiecere aĩaſ: cui ad ſuperna redire cupienti faſ obſtat: triſtiſq; paluſ innabiliſ unde alligat. An forte ideo ibi non eſt: quia nõ inſontem: ſed male ſibi conſciam ſe peremit? Quid ſi enim quod ipſa tantummodo noſſe poterat: quãuiſ iuueni uiolenter irruenti etiam ſua libidine illecta conſenſit. Idq; in ſe puniens ita doluit: ut morte putaret expiandum? Quãꝗ̃ nec ſic quidem occidere ſe debuit ſi fructuoſam poſſet apud deoſ falſoſ agere penitentiam. Verũtamen forte ita eſt: falſũq; ẽ illud ꝙ fuerũt duo & adulteriũ unuſ admiſit: ſed potiuſ ambo adulteriũ cõmiſerũt: unuſ manifeſta inuaſione: altera latente conſenſione: nõ ſe occidit inſontẽ. et ideo poteſt a litteratiſ eiuſ defenſoribuſ dici non eſſe apud inferoſ inter illoſ qui ſibi letum inſõteſ peperere manu. Sed ita hec cauſa ex utroq; latere coartatur: ut ſi extenuatꝰ homicidium: adulterium cõfirmetur. Si purgatur adulterium: homicidiũ cumuletꝰ. Nec omnino inuenitur exituſ ubi dicitur: ſi adultera cur laudata? Si pudica cur occiſa? Nobiſ tamen in hoc tam nobili femine huiuſ exemplo ad iſtoſ refutandoſ qui chriſtianiſ feminiſ in captiuitate cõpreſſiſ alieni ab omni cogitatõe ſanctitatiſ inſultant: ſufficit ꝙ in preclariſ eiuſ laudibuſ dictum eſt. duo fuerũt & adulterium unuſ admiſit. Talis enim Lucretia ab eiſ magiſ credita eſt: que ſe nullo adulterino

Lucretia
Collatinus
Brutus
An casta fuit Lucretia an adultera
Legenda sunt hec de Lucretia
Virgilius in VI°.
Aut adultera fuit
Aut homicida
Lucretia et quare

potuerit maculare conſenſu. Quod ergo ſeipſam quoniā adulterium pertulit: etiam non adultera occidit: non eſt pudicitie caritas ſed pudoris infirmitas. Puduit eam enim turpitudinis aliene in ſe cōmiſſe: etiam ſi non ſecum et romana mulier laudis auida nimium uerita eſt ne putaretur quod uiolenter eſt paſſa cum uiueret libēter paſſa ſi uiueret. Vnde ad oculos hominū mentis ſue teſtem illā penam adhibendam putauit: qbus conſcientiam demonſtrare non potuit. Sociam quippe facti ſe credi erubuit: ſi quod alius in ea fecerat turpiter: ferret ipſa patienter. Non hoc fecerunt femine chriſtiane que paſſe ſimilia uiuūt. Tamen nec in ſe ulte ſunt crimē alienū: ne aliorū ſceleribus adderent ſua: ſi quoniā hoſtes in eis concupiſcendo ſtupra commiſerant: ille in ſeipſis homicidia erubeſcendo committerent. Habent quippe intus gloriam caſtitatis teſtimonium conſcientie. habent autem coram oculis dei ſui, nec requirunt amplius niſi qd recte faciant. nō amplius habent ne deuiēt ab auctoritate legis diuine: cum male deuitant offenſionem ſuſpitionis humane.

Lex non occides.

NEque enim fruſtra in ſanctis canoniciſq; libris nuſq̄ nobis diuinitus preceptum permiſſum ue reperiri poteſt: ut uel ipſius adipiſcende mortalitatis uel ullius carendi cauēdiq; mali cauſa nobiſmetipſis necem inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt ubi lex ait: non occides. preſertim quia nō addidit ꝓximum tuum: ſicut falſum teſtimonium cum uetaret. falſum inquit teſtimonium nō dices aduerſus proximū tuū. Nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipm̄ quiſq̄ falſum teſtimoniū dixerit: ab hoc crimine ſe putauerit alienum. quoniā regulam diligendi proximū a ſemetipo dilector accepit. quādo qdem ſcriptum eſt: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Porro ſi falſi teſtimonii non minus reus eſt qui de ſeipo falſum fatetur: q̄ ſi aduerſus proximū hoc faceret: cum i eo precepto quo falſum teſtimoniū prohibet: aduerſus proximum prohibeatur. poſſitq; non recte intelligentibus uideri: non eſſe prohibitum ut aduerſus ſeipm̄ quiſq; falſus teſtis aſſiſtat. quāto magis intelligēdum eſt nō licere homini ſeipſum occidere: cum in eo quod ſcriptū eſt non occides. nihilo deinde addito: nec ipſe utiq; qui precipitur intelligatur exceptus. Vnde qdam hoc preceptum etiā in beſtias ac pecora conantur extēdere: ut ex hoc etiā nullū eorum liceat occidere. Cur nō ergo et herbas & quidquid humo radicitus alitur ac figitur? Nam et hoc genus rerū quāuis non ſentiat dicitur uiuere: ac per hoc poteſt & mori. proinde etiā cū uis adhibetur occidi. Vnde & apoſtolus cū de huiuſcemodi ſeminibus loqueretur: tu inquit quod ſeminas nō uiuificatur niſi prius moriatur. et in pſalmo ſcriptum eſt. occidit uites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cū audiuimus nō occides: uirgultum uellere nefas dicimus: et manicheorum errori inſaniſſime acquieſcimus? His igitur deliramentis remotis cum audimus non occides: ſi propterea nō accipimus hoc dictū eſſe de frutectis: qa nullus eſt eis ſenſus: nec de irrōnabilibus animantibus uolatilibus: natatilibus: ambulantibus: reptilibus: quia nulla nobis rōe ſociantur: quam non eis datum eſt nobiſcum habere communem. Vnde iuſtiſſima ordinatōne creatoris: et uita & mors eoꝝ noſtris uſibus ſubditur. Reſtat ut de hōie intelligamus quod dictū eſt nō occides. Non alterum ergo: nec te: neq; enim qui ſe occidit: aliud q̄ hoīem occidit.

Non occides.

QVaſdam uero exceptiones eadem ipſa diuina fecit auctoritas: ut non liceat hominem occidi. ſed his exceptis quos deus occidi iubet: ſiue data lege: ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſiōe. Non aūt ipſe occidit qui miniſteriū debet iubēti: ſicut adminiculum gladius eſt utenti. et ideo nequaq̄ contra hoc preceptum

fecerunt quo dictum eſt non occides: qui deo auctore bella geſſerunt: aut perſonã gerentes publice poteſtatis ſcd'm eius leges: hoc eſt iuſtiſſime rõnis imperio ſceleratos morte punierunt. Et Abraam non ſolum non ẽ culpatus crudelitatis crimine: uerũ etiam laudatus eſt nomine pietatis ꝙ uoluit filium nequaq̃ ſcelerate ſed obedienter occidere. Et merito queritur utrum pro iuſſu dei ſit habendum quod Iepte filiam que patri occurrit occidit: cum ſe immolaturũ deo id uouiſſet quod redeũti de ꝑlio uictori primitus occurriſſet. Nec Sampſon aliter excuſatur ꝙ ſeipſm cum hoſtibus ruina domus oppreſſit: niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat qui per illum miracula faciebat.

His ergo exceptis quos uel lex iuſta generaliter: uel ipſe fons iuſticie deus ſpecialiter occidi iubet: quiſquis hominẽ uel ſeipſm uel quẽlibet occiderit: homicidii crimine innectitur. Et quicunq; hoc in ſeipſis perpetrauerunt: animi magnitudine forcaſſe mirandi non ſapientie ſanitate laudandi ſunt: quanq̃ ſi rationẽ diligentius conſulas: nec ipſa quidem aĩmi magnitudo recte nominatur: ubi quiſq; non ualendo tolerare: uel queq; aſpera: uel aliena peccata ſeipſm interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur: que ferre non poteſt uel duram ſui corporis ſeruitutem: uel ſtultam uulgi opinionem. Maiorq; aĩmus merito dicẽdus eſt: qui uitam erũnoſam magis poteſt ferre q̃ fugere: et humanum iudicium maximeq; uulgare quod pleruq; caligine erroris inuoluitur: pre conſcientie luce ac puritate contẽpnere. Quãobrem ſi magis aĩmo fieri putandum eſt cum ſibi homo ingerit mortem: ille potius Theobrotus in hac aĩmi magnitudine reperitur: quem ferunt lecto Platonis libro ubi de immortalitate anime diſputauit: ſe precipitem dediſſe de muro. atq; ita ex hac uita emigraſſe ad eam quã credidit eẽ meliorem. Nihil enĩ urgebat aut calamitatis aut criminis ſeu uerũ ſeu falſum: quod nõ ualendo ferre ſeu auferret: ſed ad capeſſendã mortem atq; ad huius uite ſuauia uincula rumpenda: ſola affuit aĩmi magnitudo. Quod tamen magne potius factum eſſe q̃ bene teſtis ei potuit eſſe Plato ipſe quem legerat: qui profecto id precipue potiſſimumq; feciſſet uel etiam precepiſſet: niſi ea mente qua immortalitatem aĩe uidit: nequaq̃ faciendum qñetiam prohibẽdum eſſe iudicaſſet. At enĩ multi ſe interemerunt: ne in manus hoſtium peruenirẽt. Non mõ querimus utrum ſit factum: ſed utrũ fuerit faciẽdum. Sana quippe ratio etiã exẽplis anteponenda eſt: cui quidem & exempla concordant: ſed illa que tanto digniora ſunt imitatione: quanto excellentiora pietate. Non fecerunt patriarche: non prophete non apoſtoli: quia & ipſe dominus chriſtus quãdo eos qui perſecutionem paterentur fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem: potuit admonere ut ſibi manus inferrẽt: ne in manus perſequentium peruenirent. Porro ſi hoc ille nõ iuſſit aut monuit: ut hoc modo ſui ex hac uita emigrarẽt: quibus migrantibus ſe manſiones eternas preparaturum eſſe promiſit: quelibet exẽpla ponant gentes que ignorant deũ: manifeſtũ eſt hoc non licere colentibus unum uerum deum.

Sed tamẽ etiã illi preter Lucretiam de qua ſupra ſatis quod uidebatũ diximus non facile reperiunt de cuius auctoritate preſcribant: niſi illum Catonem qui ſe utice occidit: non quia ſolum id fecit: ſed quia uir doctus & probus habebatur: ut merito putetur recte etiã fieri potuiſſe: uel poſſe quod fecit. De cuius facto quid potiſſimũ dicam: niſi ꝙ amici eius docti quidam uiri qui hoc fieri prudentius diſſuadebant imbecillioris q̃ fortioris aĩmi facinus eſſe cenſuerũt: quo demonſtraretũ nõ honeſtas turpia precauens: ſed infirmitas aduerſa nõ ſuſtinens. Hoc & ipſe Cato in ſuo cariſ/

ſimo filio iudicauit. Nã ſi turpe erat ſub uictoria Ceſaris uiuere: cur auctor huius turpitudinis peior filio fuit: quẽ de Ceſaris benignitate omĩa ſperare precepit? Cur non & illum ſecũ coegit ad mortem? Nam ſi eũ filium qui contra imperiũ in hoſtẽ pugnauerat: etiam uictorem laudabiliter torquatus occidit: cur uictus uicto filio pepercit Cato: qui non pepercit ſibi? An turpius erat contra imperiũ eſſe uictorem: q̃ contra decus ferre uictorẽ? Nullo modo igit̃ Cato turpe eẽ iudicauit ſub uictore Ceſare uiuere. alioqn ab hac turpitudine paterno ferro filiũ liberaret. Quid ẽ ergo niſi q filium quãtum amauit cui parci a Ceſare et ſperauit & uoluit: tantum glorie ipſius Ceſaris ne ab illo etiã ſibi parceretur ut ipe Ceſar dixiſſe fertur inuidit: aut ut aliquid nos mitius dicamus erubuit?

C. xxiiii

NOlunt aũt iſti contra quos agimus: ut ſanctum uirum Iob qui tam horrenda mala in ſua carne perpeti maluit: q̃ illata ſibi morte oĩbus carere cruciatibus: uel alios ſanctos ex noſtris literis ſumma auctoritate celſiſſimos fideq; digniſſimos: qui captiuitatẽ dominationẽq; hoſtiũ ferre: q̃ ſibi necem ueq; inferre maluerint Catõi preferamus. Sed ex literis eorum eũdem illum Marco Catoni Marcum Regulum preferamus. Cato enim nunq̃ Ceſarem uicerat cui uictus dedignatus eſt ſubici: et ne ſubiceretur a ſeipõ elegit occidi. Regulus aũt penas iam uicerat: imperioq; romano romanus imperator nõ ex ciuibus dolendam: ſed ex hoſtibus laudãdam uictoriam reportauerat. ab eis tamen poſtea uictus maluit eos ferre ſeruiendo: q̃ eis ſe auferre moriendo. Proinde ſeruauit & ſub carthaginenſium dominatione patientiam: et in romanorum dilectione conſtantiam: nec uictum auferens corpus ab hoſtibus: nec uinctum animum a ciuibus. Nec q ſe occidere noluit: uite huius amore fecit. hoc probauit cũ cauſa promiſſi iuriſq; iurandi ad eoſdem hoſtes: quos grauius in ſenatu uerbis q̃ in bello armis offẽderat: ſine ulla dubitatione remeauit. Tantus itaq; uite huius contemptor: cũ ſeuientibus hoſtibus per quaſlibet penas eam finire: qua ſe ipe perimere maluit: magnũ ſcelus eẽ ſi ſe homo interemat proculdubio iudicauit: inter ſuos omnes laudabiles: et uirtutis inſignibus illuſtres uiros non proferũt romani meliorem: quẽ neq; felicitas corruperit: nam in tanta uictoria pauperrimus permanſit. nec infelicitas fregerit: nam ad tanta exitia reuertit intrepidus. Porro ſi fortiſſimi & clariſſimi uiri terrene patrie defenſores: deorumq; licet falſorum non tamẽ fallaces cultores: ſed ueraciſſimi etiã iuratores qui hoſtes uictos more ac iure belli ferire potuerũt. Hi ab hoſtibus uicti ſeipos ferire noluerũt: et cũ mortẽ minime formidarent: uictores tamẽ dominos ferre q̃ eam ſibi inferre maluerunt: q̃to magis xp̃iani uerũ deũ colentes: et ſuperne patrie ſuſpirantes ab hoc facinore temperabunt: ſi eos diuina diſpoſitio uel probandos uel emendandos ad tempus hoſtibus ſubiugauerit: quos in illa humilitate non deſerit qui propter eos humiliter altiſſimus uenit: preſertim quos nullius militaris poteſtatis uel talis militie iura cõſtringunt ipm hoſtẽ ferire ſuperatũ. Quis ergo tam malus error obrepit ut homo ſe occidat: uel quia in eũ peccauit: uel ne in eum peccet inimicus: cum uel peccatorem uel peccaturum ipſum occidere non audeat inimicum?

C. xxv

AT enim timendũ eſt & cauẽdum: ne libidini hoſtili ſubditũ corpus illecebroſa uoluptate aĩmum alliciat conſentire peccato. Proinde inquiũt nõ iam pp̃ter alienum: ſed propter ſuum peccatum: anteq̃ hoc quiſq; committat ſe debet occidere. Nullo modo qdem hoc faciat aĩmus: ut cõſentiat libidini carnis ſue aliena libidine cõcitate: q deo potius ciuſq; ſapie: q̃ corporis cõcupiſcentie ſubiectus eſt. Verũtamẽ

ſi deteſtabile facinuſ & damnabile ſcelus eſt etiam ſeipſum hominem occidere: ſicut ueritaſ manifeſta proclamat: quiſ ita deſipiat ut dicat: iam nunc peccemuſ ne forte poſtea peccemuſ? Iam nunc perpetremuſ homicidium: ne forte poſtea incidamuſ in adulterium? Nonne ſi tantū dominatur iniquitaſ: ut non innocentia ſed potiuſ peccata eligant: ſatiuſ ē incertū pro futuro adulteriū: q̄ certū de preſenti homicidiū? Nōne ſatiuſ eſt flagitiū cōmittere quod penitendo ſanetur: q̄ tale facinuſ ubi locuſ ſalubriſ penitentie non relinquitur? Hoc dixi propter eoſ uel eaſ: que nō alieni ſed proprii peccati deuitandi cauſa: ne ſub alteriuſ libidine etiā excitate ſue forte conſentiant: uim ſibi qua moriantur inferendam putant. Ceterū abſit a mēte xp̄iana que deo ſuo fidit: in eoq; ſpe poſita eiuſ adiutorio nititur: abſit inquā ut menſ taliſ cuiuſlibet carniſ uoluptatibuſ ad conſenſum turpitudiniſ cedat. Quod ſi illa cōcupiſcentialiſ inobedientia que adhuc in membriſ moribundiſ habitat: preter noſtre uoluntatiſ legem quaſi lege ſua mouetur: quāto magiſ abſq; culpa eſt ī corpore nō conſentientiſ: ſi abſq; culpa eſt in corpore dormientiſ?

xxvi

SEd quedam inquiūt ſancte femine tempore perſecutioniſ ut inſectatoreſ ſue pudicitie deuitarent: in rapturum atq; necaturum ſe fluuium proiecerūt: eoq; modo defuncte ſunt: earūq; martiria in catholica eccleſia ueneratione celeberrima frequētant. De hiſ nil temere audeo iudicare. utrum enī eccleſie aliq̄buſ fidedigniſ teſtificationibuſ ut earū memoriam ſic honoret diuīa perſuaſerit auctoritaſ neſcio. et fieri pōt ut ita ſit. Quid ſi enī hoc fecerūt nō hūanituſ decepte: ſed diuinituſ nobiſ iuſſe: nec errantes ſed obediētes: ſicut de Sampſon aliud faſ non ē credere? Cum aūt deuſ iubet: ſeq; iubere ſine ulliſ ambagibuſ intimat: quiſ obedientiā in crimē uocet? Quiſ obſequū pietatiſ accuſet? Sed nō ideo ſine ſcelere facit qſquiſ deo īmolare filiū decreuerit. Sed hoc Abraā etiā laudabiliter fecit. Nam & mileſ cū obediēſ poteſtati ſub qua legitime cōſtitutuſ ē hoīem occidit: nulla ciuitatiſ ſue lege reuſ eſt hōicidii: imo niſi fecerit: reuſ eſt imperii deſerti atq; contēpti. quod ſi ſua ſponte atq; auctoritate feciſſet: crimen effuſi humani ſanguiniſ incidiſſet. Itaq; unde punitur ſi facit iniuſſuſ: inde punietur niſi fecerit iuſſuſ. Quod ſi ita eſt iubente imperatore: quāto magiſ iubente creatore? Qui ergo audit nō licere ſe occidere: faciat ſi iuſſit cuiuſ nō licet iuſſa contēpnere. Tantūmodo uideat utrū diuina iuſſio nullo nutet incerto. noſ per aurem conſcientiam cōuenimuſ: occultorū nobiſ iudicium non uſurpamuſ. Nemo ſcit qd agatur in hoīe niſi ſpirituſ hominiſ qui in ipſo eſt. Hoc dicimuſ: hoc aſſerimuſ: hoc modiſ omnibuſ approbamuſ: neminē ſpontaneam mortē ſibi inferre debere: uelut fugiēdo moleſtiaſ temporaleſ ne incidat in perpetuaſ. Neminē aliena peccata: ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimū propriū: quē nō polluebat alienū. Neminē ꝑpter ſua peccata preterita: propter que magiſ hac uita opuſ ē ut poſſint penitendo ſanari. Neminem uelut deſiderio uite melioriſ que poſt mortē ſperatur: quia reoſ ſue mortiſ melior poſt mortem uita non ſuſcipit. An propter [illegible] nem peccati Mori [illegible]

xxvii

REſtat una cauſa de qua dicere ceperam: qua utile putaē ut ſe quiſq; occidat: ſcilicet ne irruat in peccatū uel blandiente uoluptate: uel dolore ſeuiente. quā cauſam ſi uoluerimuſ admittere: eo uſq; progreſſa perueniet: ut hortandi ſint hoīeſ tunc ſe potiuſ interimere: cū lauacro ſancte regenerationiſ abluti: uniuerſorum remiſſionem acceperint peccatorum. Tunc enī tempuſ eſt cauēdi oīa futura peccata: cum ſunt omnia deleta preterita. Quod ſi morte ſpontanea recte fit: cur non tunc

potiſſimum fit? Cur babtizatuſ ſibi quiſq; parcit? Cur liberatũ caput tot rurſuſ uite
huiuſ periculiſ inſerit: cũ ſit facillime poteſtatiſ illata ſibi nece omnia deuitare: cum
ſcriptũ ſit: qui amat periculũ incidit in illud. Cur ergo amant tot & tanta pericula:
uel certe etiã ſi non amant ſuſcipiunt: cur manet ĩ hac uita cui abſcedere licitũ eſt?
An uero tam inſulſa peruerſitaſ cor euertit et a conſideratõe ueritatiſ auertit: ut ſi ſe
quiſq; interimere debet ne uniuſ captiuantiſ dominatu corruat in peccatũ: uiuendũ
ſibi exiſtimet ut ipſum perferat mũdum per omẽſ horaſ tẽptatõibuſ plenũ: et talibuſ
qualiſ ſub uno domĩo formidatur: et innumerabilibuſ ceteriſ ſine qbuſ hec uita nõ
ducitur? Quid igitur cauſe ẽ cur in eiſ exhortatõibuſ tempora conſumamuſ: qbuſ
babtizatoſ alloquendo ſtudemuſ accendere: ſiue ad uirginalem integritatẽ: ſiue ad
continentiã uidualem: ſiue ad ipſam thori coniugaliſ fidem: cũ habeamuſ meliora &
ab oĩbuſ peccãdi periculiſ remota cõpendia: ut qbuſcũq; poſt remiſſionẽ recentiſſimã
peccatoꝝ: arripiẽdam mortem ſibiq; ingerẽdam perſuadere potuerimuſ: eoſ ad dñm
ſanioreſ puroreſq; mittamuſ? Porro ſi quiſq; hoc aggrediẽdum atq; perſuadendum
putat: nõ dico deſipit ſed ĩſanit. Qua tãdem fronte hõi dicit. interfice te: ne paruiſ
tuiſ peccatiſ adiciaſ grauiuſ: dũ uiuiſ ſub domino barbariſ moribuſ impudico: qui nõ
põt niſi ſceleratiſſime dicere. Interfice te peccatiſ tuiſ oĩbuſ abſolutiſ: ne rurſuſ talia
uel etiam peiora cõmittaſ dum uiuiſ in mũdo tot impuriſ uoluptatibuſ illecebroſo:
tot nefandiſ crudelitatibuſ furioſo: tot erroribuſ & terroribuſ inimico? Hoc quia
nefaſ eſt dicere. nefaſ eſt profecto ſe occidere. Nam ſi hoc ſponte faciẽdi ulla cauſa
iuſta eẽ poſſet: proculdubio iuſtior ꝙ̃ iſta nõ eſſet: qa uero nec iſta eſt: ergo nulla eſt.
Non itaq; nobiſ o fideleſ xp̃i ſit tedio uita ueſtra: ſi ludibrio fuit hoſtibuſ caſtitaſ
ueſtra: habetiſ magnam ueramq; conſolationem: ſi fidam conſcientiam retinetiſ non
uoſ conſenſiſſe peccatiſ eorum: qui in uoſ peccare permiſſi ſunt.

QVod ſi forte cur permiſſi ſunt queritiſ: alta quidem eſt prouidentia creatoriſ
mũdi atq; rectoriſ: et inſcrutabilia ſunt iudicia eiuſ: et inueſtigabileſ uie eiuſ.
Veruntamẽ interrogate fideliter aĩaſ ueſtraſ: ne forte de iſto integritatiſ & continentie
uel pudicitie bono uoſ inflatiuſ extuliſtiſ: et hũaniſ laudibuſ delectate in
hoc etiã aliqbuſ inuidiſtiſ. Non accuſo qđ neſcio: nec audio qđ uobiſ interrogata
corda ueſtra reſpondent: tamẽ ſi ita eſſe reſponderint: nolite mirari hoc uoſ amiſiſſe
unde hõibuſ placere geſſiſtiſ: illud uobiſ remanſiſſe quod oſtendi hõibuſ nõ poteſt.
Si peccantibuſ nõ conſenſiſtiſ: diuine gratie ne amitteretur diuinũ acceſſit auxiliũ.
humane glorie ne amaretur hũanum ſucceſſit opprobrium: in utroq; conſolamini
puſillanimeſ: illinc probate: hinc caſtigate: illinc iuſtificate: hinc emẽdate. Quarum
uero corda interrogata reſpondent nunꝙ̃ ſe de bono uirginitatiſ uel uiduitatiſ: uel
cõiugaliſ pudicitie ſuperbiſſe: ſed humilibuſ conſentiendo de dono dei cum tremore
exultaſſe: nec inuidiſſe cuiꝙ̃ pariſ excellentiam ſanctitatiſ & caſtitatiſ: ſed humana
laude poſtpoſita: que tanto maior deferri ſolet: quãto eſt bonũ rariuſ quod exigit
laudem: optaſſe potiuſ ut earꝫ amplior numeruſ eſſet: ꝙ̃ ut ipſe ĩ paucitate ampliuſ
eminerent. Nec iſte quidem que taleſ ſunt: ſi earum quoq; aliquaſ barbarica libido
cõpreſſit: permiſſum hoc eſſe cauſentur: nec ideo credant deum iſta negligere: quia
permittit quod nemo impune cõmittit. Quedam enim ueluti pondera malarum cupiditatum:
et per occultum diuinum preſenſ iudiciũ relaxantur: et mãifeſto ultimo
reſeruantur. Forcaſſiſ aũt iſte que bene ſibi ſũt conſcie: nõ ſe ex iſto caſtitatiſ bono
cor inflatũ extuliſſe: et tamen uim hoſtilem in carne perpeſſe ſunt: habebãt aliquid

latentis infirmitatis: que posset in superbie fastū si hanc humilitatē in uastatiōe illa euasissent extolli. Sicut ergo qdam morte rapti sunt ne malitia mutaret intellectū eorum: ita quiddam ab istis ui raptum est: ne prosperitas mutaret modestiam earū. Vtrisq; igitē que de carne sua q turpem nullius essent perpesse cōtactum: uel iam supbiebant: uel superbire si nec hostiū uiolentia cōtrectate eēnt forsitan poterant: non ablata est castitas: sed humilitas persuasa. Illarum tumori occursum est manēti. istarum occursum est imminenti. Quanq̄ & illud non sit tacēdum: q quibusdam que ista perpesse sunt: potuit uideri cōtinentie bonū in bonis corporalibus deputandū: et tūc manere si nullius libidine corpus attrectaretur. Non aūt esse positum in solo adiuto diuinitus robore uoluntatis: ut sit sanctum et corpus & spūs: nec tale bonū eē q inuito aīo possit auferri. q error eis fortasse sublatus est. Cum enī cogitāt qua cōscientia deo seruierint: et fide incōcussa nō de illo sentiūt q ita sibi seruiētes: eūq; ita inuocantes deserere ullo mō potuerit: q̄tumq; illi castitas placeat dubitare nō possunt: uident esse consequens nequaq̄ illum fuisse permissurum ut hec acciderent sanctis suis: si eo modo perire posset sanctitas quam contulit eis & diligit in eis.

Abet itaq; omnis familia summi & ueri dei cōsolationem suam non fallacem: nec in spe rerum nutantium uel labentium constitutam: uitamq; etiam ipsam temporalem minime penitendam in qua eruditur ad eternam: bonisq; terrenis tanq̄ peregrina utitur nec capitur: malis aūt probat aut emēdatur. Illi uero qui pbitati eius insultant. eiq; dicūt cum forte in aliqua temporalia mala deuenerit: ubi ē deus tuus? Ipsi dicant. Vbi sunt dii eorum: cum talia patiantur pro quibus euitādis eos uel colunt uel colendos esse contendūt. Nam ista respōdet. Deus meus ubiq; pſens est ubiq; totus: nusq̄ inclusus: qui possit adesse secretus: abesse non motus. Ille cū me aduersis rebus exagitat: aut merita examinat: aut peccata castigat: mercedēq; mihi eternam pro toleratis pie malis tēporalibus seruat. Vos autē qui estis cū quibus loqui dignum sit saltem de diis uestris: quāto magis de deo meo qui terribilis ē sup omnes deos. quoniā omnes dii gentium demonia: dominus autem celos fecit. Si Nasica ille Scipio quōdam pontifex uester uiueret: quē sub terrore belli punici in suscipiēdis frigiis sacris cū uir optimus quereretur uniuersus senatus elegit: cuius os fortasse non auderetis aspicere: ipse uos ab hac impudentia cohiberet.

CVr enim afflicti rebus aduersis de temporibus querimini christianis: nisi quia uestram luxuriā cupitis habere securam: et perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neq; enī propterea cupitis habere pacem & omi genere copiarum abūdare: ut his bonis honeste utamini: hoc ē modeste: sobrie: temperanter: pie: sed ut infinita uarietas uoluptatum insanis effusionibus exquiratur: secūdisq; rebus ea mala oriantur in moribus: que seuientibus peiora sunt hostibus. At ille Scipio pontifex uester: ille iudicio totius senatus uir optimus istā uobis metuens calamitatem: nolebat emulam tūc imperii romani carthaginem dirui: et decernēti ut dirueretur cōtradicebat Catoni: timens infirmis aīmis hostem securitatē: et tanq̄ pupillis ciuibus idoneum tutorem necessarium uidens eē terrorem. Nec eū sententia fefellit: re ipsa probatum est q̄ uerū diceret. Deleta quippe carthagine: magno scilicet terrore romane reipublice depulso & extincto: tanta de rebus prosperis orta mala cōtinuo subsecuta sūt: ut corrupta diruptaq; cōcordia: prius seuis cruentisq; seditiōibus: deinde mox malarū connexiōe: causarū bellis etiā ciuilibus tante strages ederētur:

tantuſ ſanguiſ effūderetur tanta cupiditate proſcriptionum ac rapinarum ferueret immanitaſ ut romani illi qui uita integriore mala metuebant ab hoſtibuſ: perditā integritate uite crudeliora paterentur a ciuibuſ eaq; ipſa libido dominādi que inter alia uicia generiſ humani imoderatior inerat uniuerſo populo romāo poſtea ꝙ̄ in paucoſ potentioribuſ uicit: obtritoſ fatigatoſq; ceteroſ etiā iugo ſeruitutiſ oppreſſit.

NAm qñ illa quieſceret in ſuperbiſſimiſ mentibuſ: donec cōtinuatiſ honoribuſ ad poteſtatem regiam perueniret ambitio? Honorum porro continuandorū facultaſ non eſſet: niſi ambitio preualeret minime autem preualeret ambitio: niſi in populo auaritia: luxuria: corruptō. Auaruſ uero luxurioſuſq; populuſ ſecūdiſ rebuſ effectuſ eſt quaſ Naſica ille prudentiſſime cauendaſ eſſe cenſebat quādo ciuitatem hoſtium maximam: fortiſſimam: opulētiſſimam nolebat auferri. Ut timore libido premeretur libido preſſa nō luxuriaret luxuriaq; cohibita nec auaritia graſſaretur: quibuſ uitiiſ obſeratiſ ciuitati utiliſ uirtuſ floreret & creſceret: eiq; uirtuti libertaſ congrua permaneret. Hinc etiā erat: et ex hac prouidētiſſima patrie caritate ueniebat ꝙ idem ipſe ueſter pontifex maximuſ a ſenatu temporiſ illiuſ quod ſepe dictum eſt electuſ ſine ulla ſententiarū diſcretiōe uir optimuſ cauea theatri ſenatū conſtruere molientem ab hac diſpoſitione & cupiditate cōpeſcuit perſuaſitq; orōe grauiſſima: ne grecam luxuriam uirilibuſ patrie moribuſ paterentur obrepere et ad uirtutem labefactandam eneruandamq; romanam: peregrine conſentire nequitie tantumq; auctoritate ualuit: ut uerbiſ eiuſ cōmota ſenatoria prouidētia etiam ſubſellia quibuſ ad horam congeſtiſ in ludorū ſpectaculo iam uti ciuitaſ ceperat: deinceps prohiberet apponi. Quāto ſtudio iſte ab urbe roma ludoſ ipſoſ ſcenicoſ abſtuliſſet: ſi auctoritati eorū quoſ deoſ putabat reſiſtere auderet: quoſ eē noxioſ demōeſ nō itelligebat. aut ſi intelligebat: placandoſ etiam ipſe potiuſ ꝙ̄ contempnendoſ deoſ exiſtimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibuſ ſuperna doctrina: que fide cor mundanſ ad celeſtia uel ſupercæleſtia capeſſenda hūili pietate hūanum mutaret affectū: et a dominatu ſupborū demonū liberaret.

c xxxii.

VEruntamen ſcitote qui iſta neſcitiſ: et quoſ iſta neſcire diſſimulantſ aduertite: qui aduerſuſ liberatorem a talibuſ dominiſ murmuratiſ ludi ſcenici: ſpectacula turpitudinum: et licentia uanitatū non hoīm uitiiſ: ſed deorum ueſtrorū iuſſiſ rome inſtituta ſunt. Tolerabiliuſ diuinoſ honoreſ deferretiſ illi Scipioni: ꝙ̄ deoſ eiuſmodi coleretiſ. neq; enī erant illi dii ſuo pontifice melioreſ. Ecce attēdite ſi menſ tam diu potantſ erroribuſ ebria ioſ aliqd ſanū cōſiderare pmittit. Dii ppter ſedandā corporū peſtilentiam ludoſ ſibi ſcenicoſ exhiberi iubebant: pontifex autē propter animorū cauendā peſtilentiam ipſam ſcenam conſtrui prohibebat. Si aliqua luce mentiſ aīm corpori preponitiſ: eligite quem colatiſ. Neq; enim & illa corporum peſtilentia ideo conquieuit: quia populo bellicoſo & ſoliſ antea ludiſ circenſibuſ aſſueto ludorū ſcenicorum delicata ſubintrauit inſania: ſed aſtutia ſpirituum nefandorum preuidenſ illam peſtilētiam iam fine debito ceſſaturam aliam longe grauiorem qua plurimū gaudet ex hac occaſione nō corporibuſ ſed moribuſ curauit immittere: que animaſ miſerorum tantiſ obcecauit tenebriſ tanta deformitate fedauit: ut etiā modo quod icredibile forſitan erit ſi a noſtriſ poſteriſ audietur romana urbē uaſtata: quoſ peſtilentia illa poſſedit atq; inde fugienteſ carthaginem peruenire potuerunt: in theatriſ quotidie certatim pro hiſtrionibuſ inſanirent.

O Menteſ amẽteſ: quiſ eſt hic tantuſ non error ſed furor? ut exitium ueſtrũ ſicut audiuimuſ plangẽtibuſ orientalibuſ populiſ: et maximiſ ciuitatibuſ in remotiſſimiſ terriſ publicũ luctũ meroremq; ducentibuſ: uoſ theatra quereretiſ: intraretiſ: impleretiſ: et multo inſaniora q̃ fuerint antea faceretiſ. ¶ Hanc animorum labem ac peſtem: hanc probitatiſ & honeſtatiſ euerſionẽ uobiſ Scipio ille metuebat: quãdo conſtrui theatra prohibebat: quando rebuſ proſperiſ uoſ facile corrumpi atq; euerti poſſe cernebat: quãdo uoſ ab hoſtili terrore ſecuroſ eẽ nolebat. ¶ Neq; enĩ cenſebat ille felicem eſſe rempublicam ſtantibuſ menibuſ ruentibuſ moribuſ: ſed ĩ uobiſ pluſ ualuit q̃ demoneſ impii ſeduxerunt: q̃ q̃ homineſ prouidi precauerũt. ¶ Hinc eſt q̃ mala que faciſ uobiſ ĩputare nõ uultiſ: mala uero que patimini xp̃ianiſ tẽporibuſ imputatiſ. neq; enim ĩ ueſtra ſecuritate pacatam rempublicam: ſed luxuriã queritiſ impunitam. q deprauati rebuſ proſperiſ: nec corrigi potuiſtiſ aduerſiſ. ¶ Volebat uoſ ille Scipio terreri ab hoſte ne in luxuriã flueretiſ: uoſ nec contriti ab hoſte luxuriã repreſſiſtiſ. pdidiſtiſ utilitatẽ calamitatiſ: et miſerrimi facti eſtiſ & peſſimi pmãſiſtiſ.

AT tamẽ quod uiuitiſ dei eſt: qui uobiſ parcendo admonet ut corrigamini penitendo: qui uobiſ etiã ingratiſ preſtitit: ut uel ſub nomine ſeruoꝝ eiuſ uel in lociſ martirũ eiuſ hoſtileſ manuſ euaderetiſ. ¶ Romuluſ & Remuſ aſylum cõſtituiſſe perhibẽtur: quo qſquiſ confugeret ab omni noxa liber eſſet: augere quaerẽteſ creãde multitudinem ciuitatiſ. ¶ Mirandum in honorem chriſti proceſſit exemplũ. hoc cõſtituerunt euerſoreſ urbiſ: quod inſtituerant antea conditoreſ. ¶ Quid autẽ magnum ſi hoc fecerũt illi ut ciuium ſuorũ numeruſ ſuppleretur: quod fecerũt iſti ut ſuorum hoſtium numeroſitaſ ſeruaretur. ¶ Hec et alia ſiqua uberiuſ & commodiuſ poterit reſpõdeat inimiciſ ſuiſ redempta familia domini xp̃i: et peregrina ciuitaſ regiſ xp̃i.

MEminerit ſane in ipſiſ inimiciſ latere ciueſ futuroſ. ne infructuoſum uel apud ipſoſ putet: q̃ donec perueniat ad confeſſoſ portat infenſoſ: ſicut ex illoꝝ numero etiã dei ciuitaſ habet ſecum q̃diu peregrinatur in mundo cõnexoſ cõmunione ſacramẽtorum: nec ſecum futuroſ in eterna ſorte ſanctorum: qui partim in occulto partim in aperto ſunt. ¶ Qui etiã cum ipſiſ inimiciſ aduerſuſ deum cuiuſ ſacramentum gerunt murmurare non dubitant: modo cum illiſ theatra: modo eccleſiaſ nobiſcum replenteſ. ¶ De correctione aũt quorũdam etiã taliũm multo minuſ eſt deſperandũ: ſi apud apertiſſimoſ aduerſarioſ predeſtinati amici latitãt: adhuc ignorati etiã ſibi. ¶ Perplexe quippe ſunt iſte due ciuitateſ in hoc ſeculo inuicem quia permixte: donec ultimo iudicio dirimantur: de quarum exortu et procurſu & debitiſ finibuſ: quod dicendum arbitror q̃tum diuinituſ adiuuabor expediam: propter gloriam ciuitatiſ dei que alieniſ a contrario comparatiſ clariuſ eminebit.

SEd adhuc quedam mihi dicẽda ſũt aduerſuſ eoſ qui romane reipublice cladeſ in religionẽ noſtram referunt: qa diiſ ſuiſ ſacrificare phibentur. ¶ Cõmemorãda enim ſunt que & quãta occurrere potuerũt: uel uidebuntur ſatiſ eſſe mala que illa ciuitaſ pertulit: uel ad eiuſ imperium prouincie pertinenteſ: antẽq̃ eorum ſacrificia prohibita fuiſſent: que omnia procul dubio nobiſ tribuerent: ſi iam uel illiſ clareret noſtra religio: uel ita eoſ a ſacriſ ſacrilegiſ prohiberet. ¶ Deinde demonſtrandum eſt quoſ eorum moreſ & quam ob cauſam uerũ deuſ ad augẽdum imperium adiuuare dignatuſ eſt: in cuiuſ poteſtate ſũt regna om̃ia. quanq̃ nihil eoſ adiuuerint hi quoſ

deoſ putanc: qui potiuſ q̄tum decipiendo & fallendo nocuerint. Poſtremo aduerſuſ eoſ dicetur q̄ manifeſtiſſimiſ documētiſ confutati atq; deuicti: conantur aſſerere non propter uite preſentiſ utilitatē: ſed ꝓpter eam que poſt mortem futura eſt colēdoſ eē deoſ. que niſi fallor queſtio multo erit opoſior & ſubtilior: diſputatiōe dignior: ut & cōtra philoſophoſ in ea diſſeratur. nō quoſlibet: ſed q apd̄ illoſ excellētiſſima gloria clari ſunt: et nobiſcum multa ſentiunt. ſcilicet de anime immortalitate. & ꝙ deuſ uerus mundū condiderit: et de prouidentia eiuſ qua uniuerſum quod condidit regit. Sed quoniam & ipſi in illiſ que contra noſ ſentiunt refellendi ſunt: deeſſe huic officio non debemuſ: ut refutatiſ impiſ contradictiōibuſ: pro uiribuſ quaſ deuſ im/partietur aſſeramuſ ciuitatem dei ueramq; pietatē & dei cultum: in quo uno ueraciter ſempiterna beatitudo promittit. Hic itaq; moduſ ſit huiuſ uoluminiſ. ut deinceps diſpoſita ab alio ſumamuſ exordio. AV… AVGVSTINI IN … DI … IN… I…

SI rationi perſpicue ueritatiſ infirmuſ humane conſuetudiniſ ſenſuſ non auderet obſiſtere: ſed doctrine ſalubri languorem ſuum tanquā medicine ſubderet: donec diuino adiutorio fide pietatiſ impetrante ſanaretur: nō multo ſermone opuſ eēt ad cōuincendum quēlibet uane opinationiſ errorem: hiſ q recte ſentiūt & ſenſa uerbiſ ſufficientibuſ explicāt. Nunc uero qm̄ ille eſt maior & tetrior inſipientium morbuſ animorum: quo irrōnabileſ motuſ ſuoſ etiā poſt rōnem plene redditam: quāta hōi ab hōie debetur: ſiue nimia cecitate qua nec aperta cernunt. ſiue obſtinatiſſima peruicacia qua & ea que cernuntur nō ferunt. tanq̄ ipſam ratione ueritatemq; defendunt: fit neceſſitaſ copioſiuſ dicendi plerūq; reſ claraſ: uelut eaſ nō ſpectātibuſ intuendaſ. ſed quodāmō tangendaſ palpātibuſ & cōniuentibuſ offeramuſ. Et tamē quiſ diſceptandi finiſ erit & loquēdi moduſ: ſi reſpōdendum eē reſpōdentibuſ ſemper exiſtimemuſ. Nam qui uel nō poſſunt intelligere quod dicit: uel tam duri ſunt aduerſitate mentiſ: ut etiam ſi intellexerint nō obediantei reſpondent ut ſcriptū eſt & loquuntur iniquitatem: atq; infatigabiliter uani ſunt. Quoꝝ dicta contraria ſi totienſ uelimuſ refellere: quotieſ obnixa fronte ſtatuerint nō curare qd̄ dicāt. dū quocūq; mō noſtriſ diſputatiōibuſ cōtradicāt: q̄ ſit infinitū & erumnoſum et infructuoſū uideſ. Quāobrem nec te ipm mi fili Marcelline. nec alioſ quibuſ hic labor noſter in xp̄i caritate utiliter ac libera/liter ſeruit. taleſ meoꝝ ſcriptoꝝ uelim iudiceſ: qui reſponſionē ſemp deſiderent: cum hiſ que leguntur audierint aliqd̄ contradici. ne fiant ſimileſ earū mulierculaꝝ quaſ cōmemorat apoſtoluſ: ſemp diſcenteſ & ad ueritatiſ ſcientiam nunq̄ peruenienteſ.

De his qui primo co…

SVperiore itaq; libro cū de ciuitate dei dicere inſtituiſſem. unde hoc uniuerſū opuſ illo adiuuante in manuſ ſumptum eſt. occurrit mihi reſpondendum eſſe primituſ eiſ q hec bella quibuſ mūduſ iſte conteritur. maxieq; romane urbiſ recentem a barbariſ uaſtationem xp̄iane religioni tribuūt: qua prohibētur nefandiſ ſacrificiſ ſeruire demōibuſ. cū potiuſ hoc deberent tribuere xp̄o: ꝙ propter eiuſ nomē contra inſtitutum moremq; belloꝝ eiſ quo cōfugerent religioſa et ampliſſima loca barbari libere prebuerūt. atq; in multiſ famulatū debitū xp̄o: non ſolū uerū: ſed etiā timore confictum ſic honorauerunt. ut quod in eoſ belli iure fieri licuiſſet: illicitum ſibi eſſe iudicarēt. Inde incidit queſtio. cur diuina beneficia & ad impioſ ingratoſq; peruenerint:

ſet cur illa iidem dura que hoſtiliter facta ſunt ipſos cum impiis pariter afflixerint. Quã queſtionẽ per multa diffuſam: in huius eius quotidianis uel dei muneribus uel hoĩm cladibus que qm̃ utriſq; bene uel male uiuentibus: ꝑmixte atq; indiſcrete ſepe accidunt: ſolet multos mouere: ut pro ſuſcepti operis neceſſitate diſſoluerẽ aliq̃tum immoratus ſum, maxiẽ ad cõſolandas ſanctas feminas: et pie caſtas in qbus ab hoſte aliquid perpetratũ eſt quod intulit uerecundie dolorem: et ſi non abſtulit pudicitie firmitatẽ: ne peniteat eas uite: quas non eſt unde poſſit penitere nequitie. Deinde pauca dixi in eos qui chriſtianos aduerſis illis rebus affectos: et precipue pudorem hũiliatarũ feminarũ q̃uis caſtarũ atq; ſcãrum: proteruitate impudẽtiſſima exagitãt: cũ ſint neq̃ſſimi & irreuerentiſſimi: longe ab eis ipſis romanis degeneres: quoꝝ p̃clara multa laudant: & litterarũ memoria celebrant: ſimo illoꝝ glorie uehemẽter aduerſi. Romã qppe cura ſtructam ueterũ auctamq; laboribus: fediorem ſtantẽ fecerant q̃ ruentem: ſiq̃dem in ruina eius lapides & ligna: in iſtoꝝ aũt uita oĩa non murorum ſed morũ munimenta atq; ornamenta ceciderunt: cũ funeſtioribus eoꝝ corda cupiditatibus q̃ ignibus tecta illius urbis arderent. Quibus dictis primũ terminaui librũ. Deinceps itaq; dicere inſtitui: quãta mala ciuitas illa perpeſſa ſit ab origine ſua: ſiue apud ſeipſam: ſiue in prouinciis iam ſibi ſubiectis: que oĩa chriſtiane religiõi tribuerent: ſi iam tunc euãgelica doctrina aduerſus falſos & fallaces eorum deos: teſtificatione liberrima perſonaret.

MEmento aũt me iſta cõmemorantem adhuc contra imperitos agere: ex quorũ imperitia illud quoq; exortum eſt uulgare prouerbium: ſi pluuia defecit cauſa xp̃iani ſunt. Sunt nanq; qui eoꝝ ſtudiis liberalibus inſtituti: amant hiſtoriam: qui facillime iſta nouerũt. Sed ut nobis ineruditorum turbas infeſtiſſimas redderent ſe noſſe diſſimulant. atq; hoc apud uulgus affirmare nituntur: clades quibus per certa interualla locorũ & tẽpoꝝ genus hũanũ oportet affligi: cauſa accidere nõis xp̃iani quod contra deos ſuos ingenti fama & preclariſſima celebritate ꝑ cuncta diffundit. Recolãt ergo nobiſcũ: anteq̃ xp̃us ueniſſet in carne: anteq̃ eius nomẽ ea cui fruſtra inuident gloria populis innoteſceret: quibus calamitatibus res romane multipliciter uarieq; contrite ſunt: et in his defendant ſi poſſunt deos ſuos: ſi propterea coluntur ne iſta mala patiantur cultores eoꝝ: quoꝝ ſi quid nũc paſſi fuerint: nobis imputanda eẽ contendũt. Cur enĩ ea que dicturus ſum ꝑmiſerunt accidere cultoribus ſuis: anteq̃ eos declaratũ xp̃i nomen offenderet: eorũq; ſacrificia prohiberet. primo ipſos mores ne peſſimos haberent: quare dii eoꝝ curare noluerunt?

DEus enim uerus eos a qbus non colebatur merito neglexit. Dii aũt illi a quoꝝ cultu ſe ꝓhiberi hoĩes ingratiſſimi cõqueruntur: cultores ſuos ad bene uiuẽdum quare nullis legibus adiuuerunt? Utiq; dignũ erat ut quomõ iſti illoꝝ ſacra: ita illi iſtoꝝ uitam aut facta curarent. Sed reſpõdetur ꝙ uolũtate ꝓpria quiſq; malus eſt. Quis hoc negauerit? Verũtamen ꝑtinebat ad conſultores deos: uite bone precepta non occultare populis cultoribus ſuis: ſed clara predicatiõe prebere: ſ per uates etiam cõuenire atq; arguere peccantes: palam minari penas male agentibus: premia recte uiuẽtibus polliceri. Quid unq̃ tale in deoꝝ illoꝝ templis prompta & eminenti uoce concrepuit? Veniebamus nos etiã aliquando adoleſcentes ad ſpectacula ludibriaq; ſacrilegiorum: ſpectabamus arreptitios: audiebamus ſimphoniacos: ludis turpiſſimis q dis deabuſq; exhibebãtur oblectabamur: celeſti uirgini & Berechintie deorũ matri

oſum ante cuiuſ lecticam die ſolemni lauationiſ eiuſ talia per publicū cantitabātur a nequiſſimiſ ſcenicis: qualia nō dico matrē deoꝝ: ſed matrē qualiūcunq; ſenatoꝝ: uel quorūlibet honeſtoꝝ uirorū: īmo uero qualia nec matrem ipſorū ſcenicoꝝ deceret audire. Habet enī quddam erga parenteſ hūana uerecundia: quod nec ipſa nequicia poſſit auferre. Illam proinde turpitudinē obſcenoꝝ dictorū atq; factorū: ſcenicoſ ipſoſ domi ſue pro ludēdi cauſa coram matribuſ ſuiſ agere puderet: quā per publicū agebāt coram deorū matre ſpectante & audiente utriuſq; ſexuſ frequētiſſima multitudine. Que ſi illecta curioſitate adeſſe potuit circūfuſa: ſaltem offenſa caſtitate debuit abire confuſa. Que ſunt ſacrilegia ſi illa erant ſacra: Aut que inquinatio ſi illa lauatio: Et hec fercula appellabantur: quaſi celebraretur conuiuium quo uelut ſuiſ epuliſ immūda demonia paſcerent. Quiſ enī non ſentiat cuiuſmodi ſpiritus talibuſ obſcenitatibuſ delectent: niſi uel neſcienſ utrū oīo ſint ulli immūdi ſpūſ deoꝝ noīe decipiēteſ: uel talem agenſ uitam: in qua iſtoſ potiuſ q̄ deum uerū & optet propitioſ et formidet iratoſ?

Nequaq̄ iſtoſ q flagicioſiſſime conſuetudiniſ uitiiſ oblectari potiuſ q̄ obluctari ſtudentes: ſed illum ipm Naſicam Scipionē qui uir optimuſ a ſenatu electuſ eſt: cuiuſ manibuſ euiſdem demoniſ ſimulachrū ſuſceptū eſt in urbēq; peruectū: habere de hac re iudicem uellem. Diceret nobiſ utrū matrem ſuā tam optime de republica uellet mereri: ut ei diuini honores decernerent: ſicut et grecoſ & romāoſ aliaſq; gēteſ conſtat qbuſdā decreuiſſe mortalibuſ: quoꝝ erga ſe beneficia magnipēderant eoſq; īmortaleſ factoſ: atq; in deoꝝ numerū receptoſ eē crediderant: profecto ille tātam felicitatem ſue matri ſi fieri poſſet optaret. Porro ſi ab illo deinde quereremuſ utrū inter eiuſ diuinoſ honoreſ uellet illa turpia celebrari: nōne ſe malle clamaret ut ſua mater ſine ullo ſenſu mortua iaceret: q̄ ad hoc dea uiueret ut illa libenter audiret? Abſit ut ſenator populi romani ea mente pditus: qua theatrū edificari ī urbe fortiū uiroꝝ prohibuit: ſic uellet coli matrem ſuam: ut talibuſ dea ſacriſ propiciaret: q̄libuſ matrona urbiſ offenderetur. Nec ullo mō crederet uerecūdiam laudabiliſ femīe ita in contrarium diuinitate mutari: ut honoribuſ eam talibuſ aduocarēt cultoreſ ſui: qualibuſ cōuiciiſ in quēpiam iaculanſ cum inter homīeſ uiueret: niſi aureſ clauderet: ſeſeq; ſubtraheret: erubeſcerēt pro illa & ppinqui: et marituſ & liberi. Proinde taliſ mater deoꝝ qualem habere matrē puderet quemlibet etiā peſſimū uirum: romanaſ occupatura menteſ queſiuit optimū uirū: non quē monēdo & adiuuādo faceret: ſed quē fallendo deciperet: ei ſimiliſ de qua ſcriptū eſt: mulier autē uiroꝝ precioſaſ aīaſ captat: ut ille magne indoliſ aīmuſ hoc uelut diuino teſtimonio ſublimatuſ & uere ſe optimū exiſtimanſ: ueram pietatem religionēq; nō quereret: ſine qua omē q̄uiſ laudabile īgenium ſuperbia uaneſcit & decidit. Quō igit̄ niſi inſidioſe quereret dea illa optimum uirum: cum talia querat in ſuiſ ſacriſ: qualia uiri optimi abhorrēt ſuiſ adhibere cōuiuiis?

Hinc ē q de uita & moribuſ ciuitatū atq; populoꝝ a qbuſ colebanē illa numīa nō curarunt: ut tam horrendiſ eoſ & deteſtabilibuſ maliſ nō in agro et uitibuſ: nō in domo atq; pecunia: nō deniq; in ipo corpore quod menti ſubditur: ſed in ipa mente: in ipo rectore carniſ animo: eoſ impleri ac peſſimoſ fieri ſine ulla ſui terribili phibitiōe pmitterent: aut ſi prohibebant: hoc oſtendant potiuſ: hoc probetur. Nec nobiſ neſcio quoſ ſuſurroſ pauciſſimoꝝ auribuſ anhelatoſ: et arcana uelut religiōe traditoſ iactent: qbuſ uite probitaſ caſtitaſq; diſcatur: ſed demonſtrentur uel cōmemorētur loca talibuſ aliquādo cōuenticuliſ conſecrata: nō ubi ludi agerenē obſceniſ

uocibuſ & motibuſ hiſtrionum: nec ubi fugalia celebrarentur effuſa omniũ licentia turpitudinum. Et uere fugalia: ſed pudoriſ & honeſtatiſ: ſed ubi populi audirẽt qd dii preceperĩt de cohibenda auaritia: ambitiõne frangenda: luxuria refrenanda: ubi diſcerent miſeri quod diſcendum Perſiuſ increpuit dicenſ. Diſcite o miſeri & cauſaſ cognoſcite rerum. Quid ſumuſ & quidnam uicturi gignimur ordo. Quiſ datuſ aut mete q̃ molliſ flexuſ & unde. Quiſ moduſ argenti: quid faſ optare quid aſper. Utile numuſ habet: patrie cariſq; propinquiſ. Quantũ largiri deceat: quẽ te deuſ eẽ iuſſit. Et hũana qua parte locatuſ eſ in re. Dicat in qbuſ locuſ hec docentiũ deorũ ſolebãt precepta recitari: et a cultoribuſ eoꝝ populiſ frequẽter audiri: ſicut noſ oſtendimuſ ad hoc eccleſiaſ inſtitutaſ quaquauerſum religio chriſtiana diffunditur.

AN nobiſ forte philoſophoꝝ ſcolaſ diſputationeſq; memorabunt. Primo hec non romana ſed greca ſunt: aut ſi ppterea iã romana qa & grecia facta ẽ romana prouincia: non deoꝝ precepta ſunt ſed hoĩm inuenta: qui utcũq; conati ſunt ingeniiſ acutiſſimiſ prediti rõcinando inueſtigare qd in rerũ natura lateret: qd in moribuſ appetẽdum eẽt atq; fugiendũ: qd in ipſiſ rõcinandi reguliſ certa cõnexiõe traheret: aut quid nõ eſſet cõſequenſ uel etiã repugnaret. Et qdam eoꝝ quedã magnã q̃tum diuinituſ adiuti ſunt inuenerũt: q̃tum aũt hũanituſ impediti ſũt errauerũt: maxime cũ eoꝝ ſupbie iuſte puidentia diuina reſiſteret: ut uiã pietatiſ ab hũilitate ĩ ſupna ſurgentẽ etiã iſtoꝝ comparatiõe monſtraret: unde poſtea nobiſ erit in dei ueri dñi uoluntate diſquirendi ac diſſerendi locuſ. Uerũtamẽ ſi philoſophi aliquid inuenerunt: quod agende bone uite beateq; adipiſcende ſatiſ eẽ poſſit: q̃to iuſtiuſ talibuſ diuini honoreſ decernerent: q̃to meliuſ & honeſtiuſ in Platoniſ templo libri eiuſ legerent: q̃ in templiſ demonũ galli abſcinderent: molleſ cõſecrarent: inſani ſecarent: et qdqd aliud uel crudele uel turpe: uel turpiter crudele: uel crudeliter turpe: in ſacriſ taliũ deoꝝ celebrari ſolet. Quãto ſatiuſ erat ad erudiendã ad iuſticiam iuuentutẽ publice recitari legeſ deoꝝ: q̃ laudari inaniter legeſ atq; inſtituta maioꝝ. Omeſ eni cultoreſ taliũ deoꝝ mox ut eoſ libido ppulerit: feruenti ut ait Perſiuſ tincta ueneno: magiſ intuẽtur quid Iupiter fecerit: q̃ quid docuerit Plato uel cenſuerit Cato. Hinc apud Terentiũ flagicioſuſ adoleſcenſ ſpectat tabulã quãdam pictam ĩ pariete. ubi inerat pictura hec: Iouẽ quo pacto Danae miſiſſe aiũt in gremiũ quẽdam imbrem aureũ: atq; ab hac tãta auctoritate adhibet patrociniũ turpitudini ſue: cũ in ea ſe iactat imitari deũ. At quẽ deũ inquit? Qui templa celi ſũmo ſonitu cõcutit: ego homũcio non facerem id. Ego uero illud feci ac libenſ.

AT enim non tradũtur iſta ſacriſ deoꝝ: ſed fabuliſ poetarum. Nolo dicere illa miſtica: q̃ iſta theatrica eſſe turpiora: hoc dico ꝙ negantes conuincit hiſtoria: eoſdem illoſ ludoſ in qbuſ regnant figmẽta poetarũ: non p imperitũ obſequiũ ſacriſ deorũ ſuoꝝ intuliſſe romanoſ: ſed ipſoſ deoſ ut ſibi ſolenniter ederent: et honori ſuo conſecrarent: acerbe ĩperando & quodãmõ extorquẽdo feciſſe. Quod in p̃mo libro breui cõmemoratiõe pſtrinxi. Nã ingraueſcente peſtilentia: ludi ſcenici auctoritate pontificũ rome primituſ inſtituti ſũt. Quiſ igitur in agenda uita non ea ſibi potiuſ ſectanda arbitretur: que actitant ludiſ auctoritate diuina inſtitutiſ: q̃ ea que ſcriptitantur legibuſ humano conſilio promulgatiſ. Adulterũ Iouem ſi poete fallaciter pdiderũt: dii utiq; caſti qa tantũ nefaſ p hũanoſ ludoſ cõfictũ eſt: nõ qa neglectũ

iraſci ac uindicare debuerunt. Et hec ſunt ſcenicorum tolerabiliora ludorum: comedie ſcilicet & tragedie. hoc ē fabule poetarū agēde ī ſpectaculis multa rerū turpitudīe: ſed nulla ſaltem ſicut alia multa uerboꝝ obſcenitate cōpoſite: quas etiā inter ſtudia que honeſta ac liberalia uocantˀ pueri legere & diſcere coguntˀ a ſenibus.

QVid aūt hinc ſenſerint romāi ueteres Cicero teſtatˀ in libris quos de republica ſcripſit. ubi Scipio diſputans ait. Nunq̄ comedie niſi cōſuetudo uite pateretur ꝓbare ſua theatris flagicia potuiſſent. Et greci qdam antiquores uicioſe ſue opiniōis quādam conuenientiā ſeruauerūt. apud quos fuit etiā lege conceſſū: ut quod uellet comedia noiatim uel de quo uellet diceret. Itaq; ſicut ī eiſdem libris loqtˀ africanus: quē illa nō attigit: uel potius quē non uexauit: cui pepercit. Eſto populares hoīes improbos ī republica ſeditioſos Cleonē Cleofontē Hiperbolū leſit: patiamur inqt: et ſi huiuſmodi ciues a cenſore melius eſt q̄ a poeta notari. Sed Periclem cum iam ſue ciuitati maxīa auctoritate plurimos annos domi & belli prefuiſſet uiolari uerſibus et eos agi in ſcena non plus decuit q̄ ſi Plautus inquit noſter uoluiſſet aut Neuius Publio & Gneo Scipioni aut Cecilius Marco Catoni maledicere. Deinde paulo/ poſt. Noſtre inqt contra. xii. tabule cū per paucas res capite ſanxiſſent in his hanc quoq; ſanxiendā putauerūt: ſi quis actitauiſſet ſiue carmē cōdidiſſet quod infamiā faceret: flagiciū ue alteri preſtaret. Iudicijs enī magiſtratuū diſceptatiōibus legitimis ꝓpoſitam uitam nō poetarū ingenijs habere debemus: nec ꝓbrū audire: niſi ea lege ut reſpondere liceat & iudicio defēdere. Hec ex Ciceronis quarto de republica libro ad uerbū excerpenda arbitratus ſum nōnullis ꝓpter faciliorē intellectū uel preter/ miſſis: uel paululū cōmutatis. Multum enim ad rem ptinet. quā molior explicare ſi potero. Dicit deinde alia & ſic cōcludit hunc locū. ut oſtendat ueteribus diſplicuiſſe romanis: uel laudari quenq̄ in ſcena uiuū hoīem uel uituperari. Sed ut dixi hoc greci q̄q̄ inuerecūdius tamen cōuenientius licere uoluerunt: cū uiderent diis ſuis accepta & grata eſſe opprobria nō tantū hoīm uerum & ipoꝝ deoꝝ in ſcenicis fabulis: ſiue a poetis eēnt illa cōficta: ſiue flagitia eoꝝ uera cōmemorarentˀ & agerentˀ in theatris: atq; ab eoꝝ cultoribus ut ſolo riſu ac nō etiā imitatiōe digna uiderentˀ. Nimis enī ſuperbum fuit fame parcere principū ciuitatis & ciuium: ubi ſue fame parci numina noluerūt. Nam quod affertur ꝓ defenſione non illa uera in deos dici: ſed falſa atq; conficta: idip̄m eſt ſceleſtius ſi pietatem conſulas religionis. Si aūt malitiā demonū cogites: qd aſtutius ad decipiēdum atq; callidius. Cū enī probrū iacitur in ꝓncipem patrie bonum atq; utilem: nōne tanto ē indignius q̄to a ueritate remotius: et a uita illius alienum. Que igitˀ ſupplicia ſufficiūt: cū deo fit iſta tam nefaria tam inſignis iniuria?

SEd maligni ſpūs quos iſti deos putāt: etiā flagitia que nō admiſerunt de ſe dici uolūt. dū tamē hūanas mētes his opinionibus uelut retibus inducant: & ſecū ad pre/ deſtinatū ſupplicium trahant. ſiue hoīes iſta cōmiſerint quos deos heri uolūt q hūanis erroribus gaudent: pro qbus etiā ſe colendos mille nocendi fallendiq; artibus interponūt: ſiue etiā nulloꝝ hoīm illa crimina uera ſint: que tn̄ de numinibus fingi libenter accipiunt fallaciſſimi ſpūs: ut ad ſceleſta ac turpia ꝑpetranda uelut ab ipo celo traduci in terras ſatis idonea uideatˀ auctoritas. Cum igitˀ greci taliū numinum ſeruos ſe eſſe ſentirent: inter tot & tanta eoꝝ theatrica opprobria parcendum ſibi a poetis nullo mō putauerūt: uel diis ſuis etiā ſic cōſimilari appetētes: uel metuētes ne honeſtiorē famā ipi reqrendo & eis ſe hoc mō ꝓferēdo: illos ad iracundiā ꝓuocarēt.

AD hanc conuenientiã pertinet: ꝙ etiã ſcenicoſ auctoreſ earũdem fabularũ nõ paruo ciuitatiſ ſue honore dignoſ exiſtimarunt. Siquidem quod ĩ eo quoq; de republica libro cõmemoratur: Heſchineſ ciuiſ athenienſiſ uir eloquẽtiſſimuſ: cũ adoleſcẽſ tragediaſ actitauiſſet rẽpublicã capeſſiuit: et Ariſtodemum tragicũ item auctorem maxĩm de rebuſ pacis ac belli legatũ ad Philippum athenienſeſ ſepe miſerũt. Non enĩ conſentaneũ putabat: cũ eaſdem arteſ eoſdemq; ſcenicoſ ludoſ etiã diiſ ſuiſ acceptoſ uiderent: illoſ per quoſ agerẽtur infamiũ loco ac numero deputari. Hec greci turpiter qdem ſed ſane diiſ ſuiſ oĩno cõgruenter: q nec uitam ciuiũ lacerandam linguiſ poetarũ & hiſtrionũ ſubtrahere auſi ſunt: a quibuſ cernebant deoꝝ uitã eiſdem ipſiſ diiſ uolentibuſ & libentibuſ carpi: et ipoſ hoĩeſ per quoſ iſta in theatriſ agebant: que numĩbuſ qbuſ ſubditi erant grata eẽ cognouerũt: non ſolũ mĩme ſpernendoſ in ciuitate: uerum etiã maxĩe honorandoſ putauerunt. Quid enĩ cauſe reperire poſſent cur ſacerdoteſ honorarent: qa per eoſ uictimaſ diiſ acceptabileſ offerebant: et ſcenicoſ probroſoſ haberent: p quoſ illã uoluptatem ſiue honorẽ diiſ exhiberi petentibuſ & niſi fieret iraſcentibuſ eoꝝ admonitiõe didicerant. cũ preſertim Labeo quẽ huiuſcemodi rerum peritiſſimũ predicant: numina bona a numĩbuſ maliſ iſta etiã cultuſ diuerſitate diſtinguat: ut maloſ deoſ ꝓpiciari cedibuſ & triſtibuſ ſupplicatiõibuſ aſſerat: bonoſ aũt obſequiiſ letiſ atq; iocũdiſ: q̃lia ſunt ut ipſe ait ludi: cõuiuia: lectiſternia. Quod totũ q̃le ſit poſtea ſi deuſ iuuerit diligẽtiuſ diſſeremuſ. Nunc ad rem pſentem quod attinet diſſeramuſ. ſiue omnibuſ oĩa tanq̃ boniſ pmixte tribuanť: neq; enĩ eſſe decet deoſ maloſ cũ potiuſ iſti qa immũdi ſunt: ſpũſ omneſ ſint mali: ſiue certa diſcretione ſicut Labeoni uiſum eſt: illiſ illa: iſtiſ iſta diſtribuanť obſequia. Competẽtiſſime greci utroſq; honore ducũt: et ſacerdoteſ per quoſ uictime miniſtranť: et ſcenicoſ p quoſ ludi exhibentur. Ne uel oĩbuſ diiſ ſuiſ ſi et ludi omnibuſ grati ſũt: uel quod ẽ indigniuſ hiſ quoſ bonoſ putanť ſi ludi ab eiſ ſolum amanť: facere cõuincantur iniuriam.

AT romani ſicut in illa de republica diſputatiõe Scipio gloriať: ꝓbriſ & iniuriiſ poetarũ ſubiectã uitam famãq; habere noluerunt: capite etiã ſanxienteſ tale carmẽ condere ſiquiſ auderet. quod erga ſe qdem ſatiſ honeſte conſtituerũt: ſed erga deoſ ſuoſ ſuperbe & irreligioſe. Quoſ cũ ſcirent non ſolum patienter: ſed etiã libenter poetarũ probriſ maledictiſq; lacerari: ſe potiuſ q̃ illoſ huiuſcemodi iniuriiſ indignoſ eſſe duxerũt: ſeq; ab eiſ etiã lege muniuerunt. illoꝝ aũt iſta etiã ſacriſ ſolennitatibuſ miſcuerunt. Ita ne tandem Scipio laudaſ hanc poetiſ romaniſ negatam eẽ licentiã: ut cuiq̃ opprobriũ infligeret romanoꝝ: cũ uideaſ eoſ nulli deoꝝ pepercisse ueſtroꝝ? Ita ne pluriſ tibi habenda uiſa eſt exiſtimatio curie ueſtre q̃ celeſtiſ curie: capitolini: imo rome uniuſ q̃ celi totiuſ: ut linguam maledicam ĩ ciueſ tuoſ exercere poete etiã lege ꝓhiberẽtur: et in deoſ tuoſ ſecuri tanta conuicia nullo ſenatore: nullo cenſore: nullo principe: nullo pontifice prohibẽte iacularentur? Indignum uidelicet fuit ut Plautuſ aut Neuiuſ Publio: et Gneo Scipiõi: aut Ceciliuſ Marco Catoni malediceret: et dignum fuit ut Terẽtiuſ ueſter flagicio Iouiſ optimi maximi adoleſcentiũ nequitiam concitaret?

SEd reſpõderet mihi fortaſſe ſi uiueret. Quõ noſ iſta impunita eſſe nollemuſ: que ipſi dii ſacra eſſe noluerũt: cũ ludoſ ſcenicoſ ubi talia celebranť: dictitanť:

actitant: et romanis moribus inuexerunt: et suis honoribus dicari exhiberiq; iusserūt? Cur ergo nō hinc magis ipsi intellecti sunt non esse dii ueri: nec oīno digni quibus diuinos honores deferret illa respublica? Quos enim coli minime deceret minimeq; oporteret: si ludos expeterent agendos conuicius romanoꝝ: quomodo queso colendi putati sunt: quomō non detestandi spūs intellecti: qui cupiditate fallēdi inter suos honores sua celebrari crimina popoſcerūt? Itemq; romani ꝗuis iam superstitiōe noxia premerentur: ut illos deos colerent quos uidebant sibi uoluisse scenicas turpitudines cōsecrari: sue tamē dignitatis memores ac pudoris: auctores talium fabularū nequaꝗ̄ honorauerūt more grecorū: sed sicut apud Ciceronē idem Scipio loquitur. cū artem ludicram scenāq; totam in probro ducerēt: genus id hoīm nō modo honore ciuium reliquorū carere: sed etiā tribu amoueri notatione censoria uoluerūt. Predara sane & romanis laudibus annumerāda prudētia. Sed uellē se ipsa sequeretur. se imitaretur. Ecce enim recte quisquis ciuiū romanoꝝ esse scenicus elegisset: nō solum ei nullus ad honorē dabat locus: uerū etiā censoris nota tribum tenere propriā minime sinebatur. O animū ciuitatis laudis auidum germaneq; romanū. Sed respondeatur mihi qua cōsentanea rōe hoīes scenici ab omī honore pellunē: et ludi scenici deoꝝ honoribus admiscētur? Illas theatricas artes diu uirtus romana nō nouerat: que & si ad oblecta/mentū uoluptatis hūane quererent: et uitio moꝝ irreperent humanorū: dii eas sibi exhiberi petiuerūt. Quō ergo abicit scenicus quo colitur deus? Et theatrice illius turpitudinis qua fronte notat actor: si adorat exactor? In hac controuersia greci romaniq; cōcertant: greci putant recte se honorare hoīes scenicos: cū colant ludorū scenicorū flagitatores deos. Romani uero hoībus scenicis nec plebeiam tribū: quāto minus senatoriā curiā dehonestari sinūt. In hac disceptatiōe huiuscemodi rōcinatio summā questionis absoluit. Proponūt greci. Si dii tales colendi sunt: profecto etiā tales hoīes honorandi sunt. Assumūt romani. Sed nullo mō tales hoīes honorandi sūt. Concludūt xpiani. Nullo igit̄ mō dii tales colendi sūt.

c. xiiij.

DEinde querimus ipsi poete taliū fabularum cōpositores: qui .xii. tabularꝝ lege prohibent famā ledere ciuiū: tam ꝓbrosa in deos cōuicia iaculantes: cur nō ut scenici habeant̄ inhonesti? Qua rōe rectū est: ut poeticoꝝ figmentoꝝ & ignōiosoꝝ deorum infamētur actores: honorentur exactores? An forte Platoni greco potius palma danda est: qui cū ratione formaret qualis esse ciuitas debeat: tanꝗ̄ aduersarios ciuitatis poetas censuit urbe pellēdos? Iste uero & deorum iniurias indigne tulit: et fucari corrūpiq; figmentis animos ciuiū noluit. Confer nūc Platonis hūanitatem a ciuibus decipiendis poetas urbe pellentē: cū deoꝝ diuīitate honori suo ludos scenicos expetente. Ille ne talia uel scriberent̄ & si nō obtinuit disputando: tamē ne scripta reciperētur persuasit leuitati lasciuieq; grecorū: isti ut talia etiā agerentur iubendo extorserunt grauitati & modestie romanoꝝ. Nec tantum hec agi uoluerūt: sed sibi dicari: sibi sacrari: sibi solenniter exhiberi. Cui tādem honestius diuinos honores de/cerneret ciuitas: utrū Platoni hec turpia & nefāda ꝓhibenti: an demōibus hac hoīm deceptiōe gaudentibus: quibus ille uera ꝑsuadere non potuit? Hunc Platonē Labeo inter semideos cōmemorandū putauit: sicut Herculem sicut Romulū. semideos aūt heroibus anteponit: sed utrosq; inter numina collocat. Verūtamē istū quē appellat semideum: nō heroibus tantū: sed etiā diis ipsis ꝓferendū esse nō dubito. Propinquāt aūt romanoꝝ leges disputationibus Platonis: quādo illa cuncta poetica figmenta cōdemnat. Isti aūt poetis romanoꝝ adimūt saltem in hoīes maledicendi licentiam:

ille poetaſ ab urbiſ ipſiuſ habitatióe repellit; iſti ſaltem auctoreſ poeticarú fabularū
a ledenda ſocietate ciuitatiſ cópeſcát. Et ſi contra deoſ ludorú ſcenicorū expetitoreſ
aliquid audirent: forte undiq; remouerent. Nequaq̄ igit᷑ legeſ ad inſtituēdoſ bonoſ
aut corrigēdoſ moreſ maloſ a diſ ſuiſ poſſēt accipere romāi ſiue ſpare. quoſ legibuſ
ſuiſ uincút atq; cóuincút. Illi eń bono ſuo depoſcút ludoſ ſcenicoſ: iſti ab hóribuſ
omnibuſ repellút hoíeſ ſcenicoſ. Illi celebrari ſibi iubent figmētiſ poeticiſ opprobria
deorū: iſti ab opprobriiſ hoíum deterrent impudētiam poetarum. Semideuſ aút ille
Plato & taliú deorū libidini reſtitit: & ab indole romanorū quid perficiendum eſſet
oſtendit: qui poetaſ ipſoſ uel pro arbitrio mentienteſ: uel hóibuſ miſeriſ quaſi deorú
facta peſſima imitanda pponenteſ: oíno in ciuitate bene inſtituta uiuere noluit.
Noſ qdem Platoné nec deú nec ſemideum pħibemuſ: nec ulli ſācto angelo ſummi
dei: nec ueridico prophete: nec apoſtolo alicui: nec cuilibet chriſti martiri: nec cuiq̄
xpiano hói cópamuſ. cuiuſ noſtre ſentētie ratio deo pſperante ſuo loco explicabit᷑.
Sed eú tamē quādoqdem ipſi uolút fuiſſe ſemideú preferendú eſſe cenſemuſ ſi non
Romulo & Herculi: q̄uiſ iſtú nec occidiſſe frēm: nec aliqđ ppetraſſe flagitiú quiſq̄
hiſtoricorū uel poetarum dixit aut finxit: certe uel Priapo uel alicui cynocephalo:
poſtremo uel Febrio. que romani numina partim peregrina receperút: partim ſua
ppria ſacrauerunt. Quó igit᷑ tanta aími & morū mala boniſ preceptiſ & legibuſ uel
imminētia prohiberēt: uel inſita extirpanda curarent dii taleſ: qui etiā ſeminādа &
augēda flagitia curauerút: talia uel ſua uel q̄ſi ſua facta per theatricaſ celebritateſ
populiſ innoteſcere cupiēteſ: ut tanq̄ auctoritate diuīa ſua ſponte neq̄ſſima libido
accenderetur hūana: fruſtra hoc exclamante Cicerone. q cú de poetiſ agenſ ad eoſ
acceſſiſſet: clamor inqt & approbatio populi q̄ſi magni cuiuſdá & ſapientiſ magiſtri:
quaſ illi obducunt tenebraſ? Quoſ inuehunt metuſ? Quaſ inflammant cupiditateſ?

xv.

QVe aút illiſ eligendorū deorū etiā ipſorū falſorū ratio ac non potiuſ adulatio ē:
quādo iſtú Platonem quē ſemideum uolunt tantiſ diſputatióibuſ laborātem
ne in aímiſ maliſ que precipue cauenda ſunt moreſ corrumperentur humani: nulla
ediculа ſacra dignú putarunt: et Romulum ſuum diſ multiſ pretulerunt: quāuiſ &
ipm ſemideum potiuſ q̄ deum uocauerít: uelut ſecretior corú doctrina cómendat?
Nam etiā flamē illi inſtituerunt. qđ ſacerdotii genuſ adeo in romaniſ ſacriſ teſtāte
Apice excelluit: ut treſ ſoloſ flamineſ haberēt tribuſ numinibuſ inſtitutoſ. Dyalem
Ioui. Martialem Marti. Quirinalem Romulo. Nam beniuolentia ciuium uelut
receptuſ in celum Quirinuſ eſt poſtea nominatuſ: ac per hoc & Neptuno et Plutoni
fratribuſ Iouiſ: & ipſi Saturno patri corú iſto Romuluſ honore prelatuſ eſt: ut pro
magno ſacerdotium quod Ioui tribuerunt huic etiā hoc tribuerent: et Marti tanq̄
patri eiuſ forſitan propter ipm. xvi.

SI aút a diſ ſuiſ romani uiuendi legeſ accipere potuiſſent: non aliquot annoſ
poſt romā conditam ab athenienſibuſ mutuarētur legeſ Solóniſ: quaſ tamen
non ut acceperunt tenuerunt: ſed melioreſ & emendatioreſ facere conati ſunt: q̄uiſ
Ligurguſ lacedemoniiſ legeſ ex Apolliſ auctoritate ſe īſtituiſſe cófinxerit. Quod
prudenter romani credere noluerút. ppterea nó inde acceperút. Numa Pompiliuſ
qui Romulo ſucceſſit in regnú: quaſdam legeſ que qdem regende ciuitati nequaq̄
ſufficerent condidiſſe fertur. Qui eiſ etiā multa ſacra conſtituit. non tamē pħibetur
eaſdem legeſ a numinibuſ accepiſſe. Mala igit᷑ animi: mala uite: mala morú: que ita

magna ſunt: ut hiſ doctiſſimi eorum uiri etiam ſtantibuſ urbibuſ reſpublicaſ perire cõfirmẽt: idq eoꝝ ne ſuiſ cultoribuſ accideret minime curarũt. ſimo uero ut augerent ſicut ſupra diſputatũ eſt omni modo curauerunt.

AN forte populo romano ꝑpterea legeſ non ſunt a numinibuſ cõſtitute: quia ſicut Saluſtiuſ ait. Iuſ bonumq apud eoſ nõ legibuſ magiſ q̃ natura ualebat. Ex hoc iure ac bono credo raptaſ eſſe ſabinaſ. Quid enim iuſtiuſ & meliuſ q̃ filiaſ alienaſ fraude ſpectaculi inductaſ non a parentibuſ accipi: ſed ui ut quiſq poterat auferri. Nam ſi inique ſabini facerent negare poſtulataſ: q̃to fuit iniquiuſ rapere non dataſ. Iuſtiuſ aũt bellum cũ ea gente geri potuit: que filiaſ ſuaſ ad matrimoniũ cũ regionalibuſ & confinalibuſ ſuiſ negaſſet petitaſ: q̃ cum ea que repetebat ablataſ. Illud ergo potiuſ ibi fieret ubi Marſ filiũ ſuum pugnãtem iuuaret: ut cõiugiorum negatorum armiſ ulciſceretur iniuriã: et eo modo ad feminaſ quaſ uoluerat perueniret. Aliquo enim fortaſſe iure belli iniuſte negataſ iuſte uictor auferret. Nullo autem iure pacis nõ dataſ rapuit: et iniuſtũ bellum cũ earũ parentibuſ iuſte ſuccenſentibuſ geſſit. Hoc ſane utiliuſ feliciuſq ſucceſſit: q̃d & ſi ad memoriã fraudiſ illiuſ circenſium ſpectaculũ manſit: facinoriſ tamẽ in illa ciuitate & imperio nõ placuit exemplũ. Faciliuſq romani in hoc errauerunt: ut poſt illam iniquitatem deum ſibi Romulum conſecrarent: q̃ ut in feminiſ rapiendiſ factum eiuſ imitandum & lege ulla uel more permitterent. Ex hoc iure ac bono poſt expulſum cum liberiſ ſuiſ regẽ Tarquinium: cuiuſ filiuſ Lucretiam ſtupro uiolenter oppreſſerat: Iuniuſ Brutuſ conſul Lucium Collatinũ maritum eiuſdem Lucretie collegam ſuũ bonum atq innocẽtem uirum: propter nomẽ & ꝓpinquitatem tarquiniorũ coegit magiſtratu ſe abdicare: nec uiuere in ciuitate permiſit. Quod ſceluſ fauente uel patiẽte populo fecit: a quo populo cõſulatũ idem Collatinuſ ſicut etiã ipſe Brutuſ acceperat. Ex hoc iure ac bono Marcuſ Camilluſ illiuſ temporiſ uir egregiuſ: qui ueienteſ grauiſſimoſ hoſteſ populi romãi poſt decẽnale bellũ: quo romanuſ exercituſ totienſ male pugnãdo grauiter afflictuſ eſt: iam ipſa roma de ſalute dubitante atq trepidante faciliime ſuperauit: eorũq urbẽ opulentiſſimã cepit: inuidia obtrectatorum uirtutiſ ſue & inſolentia tribunoꝝ reuſ plebiſ factuſ: tam ingratam ſenſit quã liberauerat ciuitatem: ut de ſua damnatiõe certiſſimuſ in exiliũ ſponte diſcederet: et decem milibuſ eriſ abſenſ etiã damnaretur: mox iterum a galliſ uindex patrie futuruſ ingrate. Multa cõmemorare iam piget feda & iniuſta quibuſ agitabatur illa ciuitaſ: et cũ potenteſ plebem ſibi ſubdere conarentur: plebſq illiſ ſubdi recuſaret: et utriuſq partiſ defenſoreſ magiſ ſtudiiſ agerent amore uincendi: q̃ equum & bonum quicq̃ cogitarent.

ITaq habebo modum et ipm Saluſtiũ teſtem potiuſ adhibebo. Qui cũ in laude romanoꝝ dixiſſet: unde nobiſ iſte ſermo exortuſ eſt. Iuſ bonumq apud eoſ non legibuſ magiſ q̃ natura ualebat: predicanſ illud tempuſ quo expulſiſ regibuſ incredibiliter ciuitaſ breui etatiſ ſpacio pluirimũ creuit. Idem tamẽ in primo hiſtorie ſue libro atq eiuſ exordio fatetur: etiam tunc cum ad conſuleſ a regibuſ eſſet tranſlata reſpublica: poſt paruum interuallum iniuriaſ ualidiorũ: et ob eaſ diſceſſionẽ plebiſ a patribuſ aliaſq in urbe diſſenſioneſ fuiſſe. Nam cum optimiſ moribuſ & maxima concordia populum romanum inter ſecũdum & poſtremum bellum carthaginenſe cõmemoraſſet egiſſe: cauſamq huiuſ boni nõ amorem iuſticie: ſed ſtante carthagine metum pacis infide fuiſſe dixiſſet. Vnde et Naſica ille ad reprimendam nequitiam

ſeruandoſq; iſtoſ moreſ optimoſ: ut metu uitia cohiberentur carthaginem nolebat euerti. Continuo ſubicit idem Saluſtiuſ & ait. At diſcordia et auaritia atq; ambitiõ: et cetera ſecũdiſ rebuſ oriri ſueta mala: poſt carthaginiſ excidiũ maxĩe aucta ſũt: ut intelligeremuſ etiã antea et oriri ſolere & augeri. Vnde ſubnectenſ cur hec dixerit. Nam iniurie inquit ualidorum & ob eaſ diſceſſio plebiſ a patribuſ: aliæq; diſceſſioneſ domi fuere. Iam inde a pͥncipio neq; ampliuſ q̃ regibuſ exactiſ dũ metuſ a Tarquinio et bellum graue cum etruria poſitũ eſt: equo & modeſto iure agitatum. Videſ quẽadmodum etiã illo breui tempore ut regibuſ exactiſ id eſt eiectiſ aliquantulũ equo et modeſto iure ageretur: metũ dixit fuiſſe cauſam: q̃m metuebatur bellũ quod rex Tarquiniuſ regno atq; urbe pulſuſ etruſciſ ſociatuſ contra romanoſ gerebat. Attende itaq; quid deinde cõtexat. Deinde inquit ſeruili imperio patreſ plebem exercere: de uita ac quiete erga ſe regio more cõſulere: erga alioſ de uiolentia & ingratitudine ſibi regna moliri: illoſ agro pellere: et ceteriſ ex patribuſ ſoli imperio agere. Quibuſ ſeuitiiſ et maxime fenore oppreſſa plebſ: cũ aſſiduiſ belliſ tributũ ſimul & militiã toleraret: armata montem ſacrũ atq; auẽtinum inſedit: tumq; tribunoſ plebiſ & alia ſibi iura parauit. Diſcordiarũ & certaminiſ utriuſq; finiſ fuit ſecũdum bellũ punicum. Cerniſ ex quo tempore id eſt paruo interuallo poſt regeſ exactoſ: qualeſ romani fuerint de quibuſ ait. ius bonumq; apud eoſ non legibuſ magiſ q̃ natura ualebat. Porro ſi illa tempora talia reperiuntur quibuſ pulcherrima atq; optima fuiſſe predicatur romana reſpublica: quid iam de conſequẽti etate dicendum aut cogitandũ arbitramur: cum paulatim mutata ut euiſdẽ hiſtorici uerbiſ utar: ex pulcherrima atq; optĩa peſſima ac flagicioſiſſima facta eſt: poſt carthaginiſ uidelicet ut cõmemorauit excidium? Que tempora ipſe Saluſtiuſ quẽadmodũ breuiter recolat & deſcribat i eiuſ hiſtoria legi poteſt: quãtiſ maliſ morum que ſecundiſ rebuſ exorta ſunt: uſq; ad bella ciuilia demonſtret eſſe peruentum: ex quo tempore ut ait maiorum moreſ nõ paulatim ut antea: ſed torrentiſ modo precipitati: adeo iuuẽtuſ luxu atq; auaritia corrupta eſt: ut merito dicatur genitoſ eſſe qui neq; ipſi habere poſſent reſ familiareſ: neq; alioſ pati. Dicit deinde plura Saluſtiuſ de Sille uitiiſ ceteraq; feditate reipublice. Et alii ſcriptoreſ in hoc conſentiunt quãuiſ eloquio multũ impari. Cerniſ tamẽ ut opinor: et quiſquiſ aduerterit facillime perſpicit: colluuie morũ peſſimorum quo illa ciuitaſ prolapſa fuerit ante noſtri regiſ aduentum. Hec enim geſta ſunt nõ ſolum anteq̃ chriſtuſ in carne preſenſ docere cepiſſet: uerum etiã anteq̃ de uirgine natuſ eſſet. Cum igitur tot et tanta mala temporum illorum uel tolerabiliora ſuperiuſ: uel poſt euerſam carthaginẽ intoleranda & horrenda: diiſ ſuiſ imputare non audeant opinioneſ hũaniſ mentibuſ: unde talia uitia ſilueſcerent maligna aſtutia inſerẽtibuſ: cur mala preſentia chriſto imputant: qui doctrina ſaluberrima & falſoſ ac fallaceſ deoſ coli uetat: et iſtaſ hoĩm noxiaſ flagicioſaſq; cupiditateſ diuina auctoritate deteſtanſ atq; condemnanſ: hiſ maliſ tabeſcenti ac labenti mundo ubiq; familiam ſuã ſenſim ſubtrahit: qua condat eternam: et non plauſu uanitatiſ: ſed iudicio ueritatiſ glorioſiſſimam ciuitatem.

Ecce romana reſpublica: quod non ego priuſ dico ſed auctoreſ eorũ unde hec mercede didicimuſ tanto ante dixerũt ſante chriſti aduentũ paulatim mutata et ex pulcherrima atq; optima peſſima atq; flagicioſiſſima facta ẽ. Ecce ante xpi aduentũ: poſt deletam carthaginẽ maiorum moreſ nõ paulatim ut antea: ſed torrẽtiſ modo precipitati: adeo iuuentuſ luxu atq; auaritia corrupta eſt. Legant nobiſ cõtra luxum & auaritiam precepta deorum ſuorum populo romano data. Cui utinã tantum

caſta & modeſta reticerent: ac non etiā ab illo probroſa et ignominioſa depoſcerēt:
qbuſ per falſam diuinitatem perniſioſam cōciliarent auctoritatem. Legant noſtra
et per prophetaſ & per ſanctū euangeliū et per apoſtolicoſ actuſ & epiſtolaſ tam
multa contra auaritiā atq; luxuriam ubiq; populiſ ad hoc congregatiſ: q̄ excellēter
q̄ diuine non tanq̄ ex philoſophoꝝ concertationibuſ ſtrepere: ſed tanq̄ ex oraculiſ
et dei nubibuſ intonare. et tamē luxu atq; auaritia ſceniſq; ac turpibuſ moribuſ añ
aduentum chriſti rempublicam peſſimam ac flagicioſiſſimā factam: non imputant
diiſ ſuiſ. afflictionē uero eiuſ q̄cunq; iſto tempore ſuperbia deliciæq; eorum perpeſſe
fuerint: religioni increpitant chriſtiane. Cuiuſ precepta de iuſtiſ probiſq; moribuſ ſi
ſimul audirent atq; curarent regeſ terre & omneſ populi: principeſ et omneſ iudiceſ
terre: iuueneſ & uirgineſ ſenioreſ cum iunioribuſ: etaſ omiſ capax & utecq; ſexuſ: et
quoſ baptiſta Iohanneſ alloquit̄: exactoreſ ipſi atq; militeſ: et terraſ uite preſentiſ
ornaret ſua felicitate reſpublica: et uite eterne culmē beatiſſime regnatura cōſcende/
ret. Sed qa iſte audit ille contemnit: plureſq; uicijſ male blandiētibuſ q̄ utili uirtutū
aſperitati ſunt amiciores: tolerare chriſti famuli iubentur ſiue ſint regeſ ſiue ſint
principeſ ſiue iudiceſ ſiue militeſ: ſiue prouītialeſ: ſiue diuiteſ ſiue paupeſ: ſiue liberi
ſiue ſerui utriuſlibet ſexuſ: peſſimā etiā ſi ita neceſſe eſt flagicioſiſſimāq; rēpublicā:
et i illa angelorū quadā ſanctiſſima atq; auguſtiſſima curia celeſtiq; republica: ubi
dei uolūtaſ lex eſt: clariſſimū ſibi locū etiā iſta tolerantia comparare.

VEruntamen taleſ cultoreſ & dilectoreſ deorū iſtorum quoꝝ etiā imitatoreſ in
ſceleribuſ & flagitiiſ ſe eē letantur: nullo mō curant peſſimā ac flagicioſiſſimā
non eſſe rempublicam. Tantum ſtet inquiunt: tantū floreat copiiſ referta: uictoriiſ
glorioſa: uel qd̄ eſt feliciuſ pace ſecura ſit: et qd ad noſ? Imo id ad noſ magiſ ptinet:
ſi diuitiaſ quiſq; ſemper augeat que quotidianiſ effuſionibuſ ſuppetant: per quaſ ſibi
etiā infirmioreſ ſubdat qſq; potentior. Obſequant̄ diuitibuſ paupeſ cauſa ſecuritatiſ:
atq; ut eorū patrociniiſ quieta inertia perfruantur: diuiteſ pauperibuſ ad clientelaſ
et ad miniſteriū ſui faſtuſ abutantur: populi plaudant non cōſultoribuſ utilitatum
ſuarū: ſed largitoribuſ uoluptatū. Non dura iubeantur: nō prohibeant̄ impura:
regeſ nō curent q̄ boniſ ſed q̄ ſubditiſ regnent: prouintie regibuſ nō tanq̄ rectoribuſ
morum: ſed tanq̄ rerum dominatoribuſ & deliciarum ſuarum prouiſoribuſ ſeruiant:
eoſq; non ſinceriter honorent: ſed nequiter ac ſeruiliter timeant: quid aliene uitæ
potiuſ q̄ quiſ ſue uite quiſq; noceat: legibuſ aduertatur. Nulluſ ducatur ad iudiceſ:
niſi q alieni rei: domui: ſaluti: uel cuiq̄ inuito fuerit importunuſ aut noxiuſ. Ceterū
de ſuiſ: uel cum ſuiſ uel cum qbuſcunq; uolentibuſ faciat quiſq; quod libet: abundent
publica ſcorta: uel propter omneſ quibuſ frui placuerit: uel propter eoſ maxime qui
habere priuata non poſſūt. Extruant̄ ampliſſime atq; ornatiſſime domuſ: ubi pata
conuiuia frequententur: ubi cuiq; libuerit & potuerit die noctuq; ludatur: bibatur:
uomatur: defluatur. Saltatiōeſ undiq; cōcrepent: theatra inhoneſte letitie uocibuſ:
atq; omī genere ſiue crudeliſſime ſiue turpiſſime uoluptatiſ exeſtuēt. Ille ſit publicuſ
inimicuſ cui hec felicitaſ diſplicet. Quiſquiſ eam mutare uel auferre temptauerit: eū
libera multitudo auertat ab auribuſ: euertat a ſedibuſ: auferat a uiuētibuſ. Illi ha/
beantur dii ueri qui hanc adipiſcēdam populiſ procurauerint: adeptāq; ſeruauerint.
Colantur ut uoluerint: ludoſ expoſcant qualeſ uoluerint: quoſ cum ſuiſ uel de ſuiſ
poſſunt habere cultoribuſ: tantum efficiant ut huic felicitati nihil ab hoſte: nihil a
peſte: nihil ab ulla clade timeatur. Quiſ hanc rempublicam ſanuſ: nō dicam romāo

impio ſed domui Sardanapali cóparauerit.⸿Qui quondá rex ita fuit uoluptatibuſ
deditus: ut in ſepulchro ſuo ſcribi fecerit ea ſola ſe habere mortuum: que libido eiuſ
etiá cum uiueret hauriendo conſumpſerat.⸿Quē regem iſti ſi haberent ſibi in talibuſ
indulgentem: nec in eiſ quicq̃ ulla ſeueritate aduerſantem: huic libentiuſ q̃ romani
ueteres Romulo templú & flamē conſecrarēt.

Ed ſi cótemnitur qui romaná rempublicam peſſimá ac flagitioſiſſimá dixit:
⸿nec curant iſti quanta morum peſſimorum ac flagitioſorum labe ac dedecore
impleatur: ſed tantummodo ut conſiſtat & maneat.⸿audiant eam nó ut Saluſtiuſ
narrat peſſimá ac flagitioſiſſimá factam⸿ſed ſicut Cicero diſputat iam túc prorſuſ
periſſe & nullam oíno remanſiſſe rempublicam.⸿Inducit enim Scipioné eum ipm
qui carthaginē extinxerat de republica diſputantem: quádo preſentiebatur ea cor/
ruptione quá deſcribit Saluſtiuſ eam iam iamq; perituram.⸿Eo qppe tēpore diſputatē
quo iam unuſ graccorū occiſuſ fuit.⸿a quo ſcribit ſeditiones graueſ cepiſſe Saluſtiuſ.
⸿Nam mortiſ eiuſ fit in eiſdem libriſ cómemoratio.⸿Cum autem Scipio in ſecūdi libri
fine dixiſſet: ut in fidibus ac tibiiſ atq; cantu ipſo ac uocibuſ concentuſ eſt quidam
tenenduſ ex diſtinctiſ ſoniſ: quē immutatū aut diſcrepantem aureſ erudite ferre nó
poſſunt: iſq; concentuſ ex diſſimillimarū uocum moderatióe concorſ tamen efficitur
et congruenſ: ſic ex ſummiſ & mediuſ et infimiſ interiectiſ ordinibuſ ut ſonuſ moderatá
ratione ciuitatem conſenſu diſſimillimoꝝ concinere: et que armonia a muſicis dicit
in cantu: eam eſſe in ciuitate cócordiam artiſſimū atq; optimum oíum in republica
uinculum incolumitatiſ: eamq; ſine iuſticia nullo pacto eſſe poſſe.⸿Ac deinde cū aliq̃to
latius & uberiuſ diſſeruiſſet quátumq; prodeſſet iuſticia ciuitati: quantūq; obeſſet ſi
abfuiſſet.⸿ſuſcepit deinde Piluſ unuſ eorum qui diſputationi aderant: et popoſcit ut
hec ipſa queſtio diligentiuſ tractaretur: ac de iuſticia plura dicerentur: propter illud
quod iam uulgo ferebatur rempublicam regi ſine iniuria non poſſe.⸿Hanc proinde
queſtioné diſcutiendam & enodandá eſſe aſſenſuſ eſt Scipio.⸿Reſponditq; nihil eſſe
quod adhuc de republica putaret dictum: et quo poſſet longiuſ progredi: niſi eſſet
confirmatum non modo falſum eſſe illud ſine iniuria non poſſe: ſed hoc uerissimū
eſſe ſine ſumma iuſticia rempublicá regi non poſſe.⸿Cuiuſ queſtioniſ explicatio cum
in diem cóſequentem dilata eſſet:⸿in tertio libro magna conflictatione reſ acta eſt.
⸿Suſcepit enim Piluſ ipſe diſputationem eorum qui ſentirēt ſine iniuſticia regi non
poſſe rempublicam: purganſ precipue ne hoc ipſe ſentire crederetur.⸿Egitq; ſedulo
pro iniuſticia contra iuſticiam: ut hanc eſſe utilem republice: illam uero inutilem
ueriſimilibuſ ratióibuſ & exempliſ uelut conaretur oſtendere.⸿Tú Leliuſ rogátibuſ
oībuſ iuſticiam defendere aggreſſuſ eſt: aſſeruitq; q̃tum potuit nihil tam inimicū
q̃ iniuſticiam ciuitati: nec oīno niſi magna iuſticia geri aut ſtare poſſe rempublicá.
⸿Qua queſtione quátum ſatiſ uiſum eſt pertractata Scipio ad intermiſſa reuertitur:
recolitq; ſuam atq; cómendat breuem reipublice diffinitionem qua dixerat eam eſſe
rem populi.⸿populum aūt non omnem cetum multitudiniſ: ſed cetum iuriſ conſenſu
& utilitatiſ cómunione ſociatum eſſe determinat.⸿Docet deinde q̃ta ſit in diſputádo
diffinitioniſ utilitas.⸿atq; ex illiſ ſuiſ diffinitióibuſ colligit tunc eſſe rempublicá id ē
rem populi: cū bene ac iuſte geritur ſiue ab uno rege: ſiue a paucis optimatibuſ: ſiue
ab uniuerſo populo.⸿Cum uero iniuſtuſ ē rex quē tyrannū more greco appellauit:
aut iniuſti optimates quoꝝ conſenſum dixit eſſe factioné:⸿aut iniuſtuſ ipe populuſ
cui nomé uſitatum nó reperit: niſi ut etiá ipm tyrannum uocaret: ⸿nó iam uitioſam
ſicut pridie fuit diſputatum: ſed ſicut ratio ex iſtiſ diffinitióibuſ connexa docuiſſet

oĩno nullam eſſe rempublicã: quoniã non eſſet reſ populi cũ tyrannuſ eã factione
capeſſeret. Nec ipſe populuſ iam populuſ eẽt ſi eẽt iniuſtuſ: qm̃ non eẽt multitudo et
iuriſ cõſenſu & utilitatiſ cõmunione ſociata: ſicut populuſ fuerat diffinituſ. Quãdo
ergo reſpublica romana taliſ erat qualem illam deſcribit Saluſtiuſ: nõ iam peſſima
ac flagicioſiſſima ſicut ipſe ait: ſed oĩno nulla erat ſcd̃m iſtã rationẽ: quã diſputatio
de republica inter magnoſ euiſ p̃ncipeſ tũc habita patefecit. Sicut etiã ipſe Tulliuſ
non Scipioniſ nec cuiuſq̃ alteriuſ: ſed ſuo ſermone loquenſ teſtatur i principio quĩti
libri: cõmemorato priuſ Ennii poete uerſu quo dixerat. Moribuſ antiquiſ reſ ſtat
romana uiriſq;. Quem quidem ille uerſum inquit uel breuitate uel ueritate tanquã
ex oraculo mihi quodam eẽ affatuſ uidetur. Nam neq; uiri niſi ita morata ciuitaſ
fuiſſet: neq; moreſ niſi hi uiri prefuiſſent: aut fundare aut tam diu tenere potuiſſent
tantam & tam iuſte lateq; imperantem rempublicam. Itaq; ante noſtram memoriã
et moſ ipſe patriuſ preſtanteſ uiroſ adhibebat: et ueterum morem ac maioꝝ inſtituta
retinebant excellenteſ uiri. Noſtra uero etaſ cũ rempublicã ſicut picturã accepiſſet
egregiam ſed euaneſcentem uetuſtate non modo eam coloribuſ iiſdem qbuſ fuerat
renouare neglexit: ſed ne id qdem curauit ut formam ſaltem euiſ & extrema tãquã
liniamẽta ſeruaret. Quid enim manet ex antiquiſ moribuſ qbuſ ille dixit rem ſtare
romanam: quoſ ita obliuione abſolutoſ uidemuſ: ut nõ modo nõ colantur: ſed etiã
ignorentur. Nam de uiriſ quid dicam? Moreſ enim ipſi interierũt uirorum penuria:
cuiuſ tanti mali non ſolũ reddenda ratio nobiſ: ſed etiã tanq̃ reiſ capitiſ quodãmõ
dicenda cauſa eſt. Noſtriſ enim uitiiſ nõ caſu aliquo rempublicã uerbo retinemuſ:
rem ipſam uero iam pridem amiſimuſ. Hec Cicero fatebatr: longe qdem poſt mortẽ
Africani quẽ in ſuiſ libriſ fecit de republica diſputare: adhuc tamẽ ante aduentum
chriſti. Que ſi diffamata & preualeſcente religiõne xp̃iana ſentirent atq; dicerent:
quiſ non iſtorum ea chriſtianiſ imputanda eſſe cenſeret? Quãobrem cur nõ curarũt
dii eorum ne tũc periret atq; amitteretur illa reſpublica: quam Cicero longe anteq̃
xp̃uſ in carne ueniſſet tam lugubriter deplorat amiſſam? Uiderint laudatoreſ euiſ
etiã illiſ antiquiſ uiriſ & moribuſ qualiſ fuerit: utrum in ea uiguerit recta iuſticia: an
forte nec tunc fuerit uiua moribuſ ſed picta coloribuſ. Quod & ipſe Cicero neſciẽſ
cum eam preferret expreſſit. ſed aliaſ ſi deuſ uoluerit hec uidebimuſ. Enitar enĩ ſuo
loco ut oſtendam ſcd̃m diffinitioneſ ipſiuſ Ciceroniſ: qbuſ quid ſit reſpublica & quid
ſit populuſ loquente Scipione breuiter poſuit: atteſtãtibuſ etiã multiſ ſiue ipſiuſ ſiue
corũ quoſ loqui fecit in eadem diſputatione ſententiiſ: nunq̃ illã fuiſſe rempublicã:
quia nunq̃ in ea fuit uera iuſticia. Scd̃m probabilioreſ autẽ diffinitioneſ & pro ſuo
modo quedam reſpublica fuit: et meliuſ ab antiquioribuſ romaniſ q̃ a poſterioribuſ
adminiſtrata eſt. Uera aũt iuſticia nõ eſt: niſi in ea republica cuiuſ cõditor rectorq;
chriſtuſ eſt. Si & ipſam rempublicam placet dicere. qm̃ eam rem populi eẽ negare nõ
poſſumuſ. Si aũt hoc nomen qđ alibi aliterq; uulgatũ eſt: ab uſu noſtre locutioniſ
eſt forte remotiuſ: in ea certe ciuitate eſt uera iuſticia de qua ſcriptura ſancta dicit.
Glorioſa de te dicta ſunt ciuitaſ dei.

xxii

S Ed quod pertinet ad preſentem queſtionẽ:
quamlibet laudabilem dicant iſtam fuiſſe uel eſſe rempublicam: ſcd̃m eorum
doctiſſimoſ auctoreſ iam longe ante xp̃i aduentũ peſſima ac flagicioſiſſima facta
erat. Imo uero nulla erat atq; oĩo perierat pditiſſimiſ moribuſ. Ut ergo nõ periret:
dii cuſtodeſ euiſ populo cultori ſuo dare precipue uite ac moꝝ precepta debuerunt:
a quo tot tẽpliſ tot ſacerdotibuſ & ſacrificiorũ generibuſ: tam multiplicibuſ uariiſq;

ſacriſ: tot feſtiſ ſolennitatibuſ: tot tantorumq; ludorum celebritatibuſ colebant: ſubi nihil demoneſ niſi negotium ſuum egerunt: nō curanteſ quēadmodum illi uiuerēt: imo curanteſ ut etiā perdite uiuerent: dum tamen honori ſuo illa oīa metu ſubditi miniſtrarent. Aut ſi dederunt proferatur: oſtēdatur: legatur quaſ deorum legeſ illi ciuitati dataſ contempſerint gracci ut ſeditiōibuſ cuncta turbarent: quaſ Marius & Silla & Carbo: ut in bella etiā progrederentur ciuilia cauſiſ iniquiſſimiſ ſuſcepta: et crudeliter geſta crudeliuſq; finita. Quaſ deniq; Silla ipſe cuiuſ uitam: moreſ: facta: deſcribente Saluſtio aliiſq; hiſtorie ſcriptoribuſ: quiſ nō exhorreat? Quiſ illā rem/publicam non tunc periſſe fateatur? An forte propter huiuſcemodi ciuium moreſ uirgilianam illam ſententiam ſicut ſolent pro defenſione ſuorum deorum opponere audebunt? Diſceſſere omeſ aditiſ ariſq; relictiſ dii. qbuſ imperiū hoc ſteterat. Primū ſi ita eſt: non habent cur querantur de religione chriſtiana: ꝙ hac offenſi eoſ dii ſui deſeruerūt: quoniāqdem maioreſ eorum iam pridem moribuſ ſuiſ ab urbiſ altaribuſ tam multoſ ac minutoſ deoſ tanꝗ muſcaſ abegerunt. Sed tamē hec numinum turba ubi erat: cum longe antequā moreſ corrumperentur antiquiſ a gallis roma capta & incenſa eſt? An pſenteſ forte dormiebant? Tunc enī tota urbe in hoſtiū poteſtate redacta: ſoluſ colliſ capitolinuſ remanſerat. Qui etiā ipſe caperetur: niſi ſaltē anſereſ diiſ dormientibuſ uigilarent. Vnde pene in ſuperſtitionē egyptiorum beſtiaſ aueſq; colentium roma deciderat: cū anſeri ſolennia celebrabant. Verum de hiſ aduētitiiſ et corporiſ potiuſ ꝗ animi maliſ: que uel ab hoſtibuſ uel alia clade accidūt: nō dum interim diſputo. Nunc ago de labe morum: quibuſ primum paulatim decoloratiſ: deinde torrentiſ modo precipitatiſ: tanta quāuiſ integriſ tectiſ menibuſq; facta eſt ruina reipublice: ut magni auctoreſ eorum eam tunc amiſſam nō dubitent dicere. Recte aūt abſceſſerant ut amitteretur omneſ aditiſ ariſq; relictiſ dii: ſi eoꝝ de bona uita atq; iuſticia ciuitaſ precepta contempſerat. Nunc uero qualeſ queſo dii fuerūt: ſi noluerūt cum populo cultori ſuo uiuere: quē male uiuentem nō docuerunt bene uiuere?

QVid ꝙ etiam uidentur eorum affuiſſe cupiditatibuſ implendiſ: et oſtendūtur non prefuiſſe refrenandiſ? Qui enim Marium nouum hominem & ignobilem cruentiſſimum auctorem bellorū ciuilium atq; geſtorem: ut ſeptieſ conſul fieret ad/iuuerunt: atq; ut in ſeptimo ſuo conſulatu moreretē ſenex: ne in māibuſ Sille futuri mox uictoriſ irrueret: cur non etiā iuuerunt ut a tanto ꝑſe cōpeſceret immanitate facinorum? Si enim ad hoc eū dii eoꝝ non iuuerunt: non paruū eſt quod fatentē: et etiam nō propitiiſ diiſ ſuiſ poſſe accidere homini iſtam temporalem quam nimiſ diligūt tantam felicitatem: et poſſe homineſ ſicut fuit Mariuſ ſalute: uiribuſ: opibuſ: honoribuſ: dignitate: longeuitate cumulari & perfrui diiſ iratiſ: poſſe etiā homineſ ſicut fuit Reguluſ captiuitate: ſeruitute: inopia: uigiliiſ: doloribuſ excruciari & emori diiſ amiciſ. Quod ſi ita eſſe cōcedunt: cōpendio nihil eoſ ꝓdeſſe & coli ſuperfluo cōfitentē. Nam ſi uirtutibuſ animi & probitate uite potiuſ premia poſt mortem ſperanda ſūt magiſ contraria ut populuſ diſceret inſtiterunt: ſi nihil etiam in hiſ tranſeuntibuſ & temporalibuſ boniſ uel eiſ quoſ oderunt nocent: uel eiſ quoſ diligunt proſunt: ut quid coluntur: ut quid tanto ſtudio colendi requiruntur? Cur quia laborioſiſ triſtibuſq; temporibuſ tanꝗ offenſi abſceſſerint murmuratur: et propter eoſ chriſtiana religio cōuiciiſ indigniſſimiſ leditur? Si autem habent in hiſ rebuſ uel beneficii uel maleficii poteſtatē: cur ī eiſ affuerūt peſſimo uiro Mario: et optimo uiro Regulo defuerūt?

An ex hoc ipſi intelligũtur iniuſtiſſimi & peſſimi? Quod ſi propterea magiſ timẽdi et colendi putantur. neq; hoc putetur. Neq; enĩ minuſ eoſ inuenit Reguluſ coluiſſe q̃ Mariuſ: nec ideo uita peſſima eligẽda uideatur: quia magiſ Mario q̃ Regulo dii fauiſſe exiſtimantur. Metelluſ enim romanorum laudatiſſimuſ: qui habuit quinq; filioſ conſulareſ: etiam rerum temporalium felix fuit: et Catilina peſſimuſ oppreſſuſ inopia & in bello ſui ſceleriſ proſtratuſ infelix: et uerissima atq; certiſſima felicitate prepollent boni deũ colenteſ: a quo ſolo conferri poteſt. Illa igitur reſpublica maliſ moribuſ cum periret: nihil dii eorum pro dirigẽdiſ uel corrigendiſ egerunt moribuſ ne periret: ſimo deprauandiſ & corrumpendiſ addiderunt moribuſ ut periret. Nec ſe bonoſ fingant: q̧ uelut offenſi ciuiũ iniquitate diſceſſerunt: prorſuſ ibi erant. ꝓduntur cõuincuntur. Nec ſubuenire precipiendo. nec latere tacendo potuerunt. Omitto q̧ Mariuſ a miſerantibuſ minturnenſibuſ Marice dee in luco euiſ cõmendatuſ eſt: ut ei omnia proſperaret: et ex ſumma reuerſuſ deſperatiõe incolumiſ in urbem duxit crudelem crudeliſ exercitũ. Vbi q̃ cruenta q̃ inciuilis: hoſtiliq; ſimanior euiſ uictoria fuerit: eoſ qui ſcripſerunt legant q̧ ſcire uolunt. Sed hoc ut dixi omitto: nec Marice neſcio cui tribuo Marii ſanguineam felicitatem: ſed occulte potiuſ prouidẽtie dei ad iſtorum ora claudenda: eoſq; ab erroribuſ liberandoſ qui non ſtudiiſ agunt: ſed nec prudenter aduertũt. Quia & ſi aduertunt: aliqd in hiſ rebuſ demoneſ poſſũt: tãtum q̃tum ſecreto oĩpotentiſ arbitrio permittunt. Ne magnipẽdamuſ terrenã felicitatẽ: que ſicût Mario maliſ etiã plerunq; conceditur. Nec eã rurſuſ q̃ſi malã arbitremur: cũ etiã in ea multoſ pioſ ac bonoſ uniuſ dei ueri cultoreſ inuitiſ demõibuſ ꝓpolluiſſe uideamuſ. Nec eoſdem immundiſſimoſ ſpirituſ uel propter hec ipſa bona mala ue terrena propitiandoſ aut timendoſ exiſtimemuſ: quia ſicut ipſi mali homĩeſ in terra: ſic etiam illi non omnia que uolunt facere poſſunt: niſi quãtum illiuſ ordinatione ſinuntur: cuiuſ plene iudicia nemo comprehendit: nemo reprehendit iuſte.

Illa certe ipſe cuiuſ tempora talia fuerunt: ut ſuperiora quorum uindex eſſe uidebatur illiuſ cõparatiõe quererent: cũ primũ ad urbẽ contra Mariũ caſtra mouiſſet: adeo leta exta immolanti fuiſſe ſcribit Liuiuſ: ut cuſtodiri ſe Poſtumiuſ aruſpex uoluerit: capitiſ ſupplicium ſubituruſ: niſi ea que in aĩmo Silla haberet: diiſ iuuantibuſ impleuiſſet. Ecce nõ diſceſſerant adiciſ ariſq; relictiſ dii quãdo de rerum euentu predicebant: nihilq; de ipſiuſ Sille correptiõne curabant. Promittebant preſagando felicitatem magnam: nec malam cupiditatem minando frangebãt. Deinde cum eſſet in aſia bellum mitridaticum gerenſ: per Lucium Titium ei mandatum eſt a Ioue: q̧ eſſet Mitridatem ſuperaturuſ. et factum eſt. Ac poſtea molienti redire in urbem: et ſuaſ amicorumq; iniuriaſ ciuili ſanguine ulciſci: iterum mandatum eſt ab eodem Ioue: per militem quẽdam legioniſ ſexte: ꝓriuſ ſe de Mitridate pronunciaſſe uictoriam: et tunc promittere daturum ſe poteſtatem qua reciperaret ab inimiciſ rempublicam non ſine multo ſanguine. Tum percunctatuſ Silla que forma militi uiſa fuerit. Cum ille indicaſſet eã: recordatuſ eſt q̃priuſ ab illo audierat q̧ de mitridatica uictoria ab eodem mandata pertulerat. Quid hic reſpõderi poteſt quare dii curauerint uelut felicia iſta nunciare: et nulluſ eorum curauerit Sillam monendo corrigere: tanta mala facturum ſceleſtiſ armiſ ciuilibuſ: qualia non ſolum fedarent. ſed auferrent omnino rempublicam. Nempe intelliguntur demoneſ ſicut ſepe iam dixi: notumq; nobiſ eſt in literiſ ſacriſ: reſq; ipſe ſatiſ indicant negotium ſuum agere ut pro diiſ habeantur: et colantur: ut ea illiſ exhibeantur: quibuſ hi qui exhibẽt ſociati

unam peſſimam cauſam cum eis habeant in iudicio dei. Deinde cum ueniſſet tarentum Silla atque ibi ſacrificaſſet: uidit in capite uituli iecoris ſimilitudinem corone auree. Tunc Poſtumius aruſpex ille reſpondit: preclaram ei uictoriam ſignificari: iuſſitque ut extis illis ſolus ueſceretur. Poſtea paruo facto interuallo ſeruus cuiuſdam Lucii Pontii uaticinando clamauit: a Bellona nuncius uenio: uictoria tua eſt Silla. Deinde adiecit arſurum eſſe capitolium. hoc cum dixiſſet continuo egreſſus e caſtris: poſtera die concitatior regreſſus eſt: et capitolium arſiſſe clamauit. arſerat autem reuera capitolium. Quod quidem demoni et preuidere facile fuit et celerrime nunciare. Illud ſane attende quod ad cauſam maxime pertinet: ſub qualibus diis eſſe cupiant qui blaſſemant ſaluatorem: uoluntates fidelium a dominatu demonum liberantem. Clamauit homo uaticinando: uictoria tua eſt Silla. atque ut id diuino ſpiritu clamaſſe crederetur: nunciauit etiam aliquid et prope futurum et mox factum. Unde longe aberat per quem ille ſpiritus loquebatur: non tamen clamauit ab ſceleribus parce Silla. que illic uictor tam horrenda commiſit: cui corona aurea ipſius uictorie illuſtriſſimum ſignum in uitulino iecore apparuit. Qualia ſigna ſi dii iſti dare ſolerent ac non demones impii: profecto illis extis nefaria potius atque ipſi Sille grauiter noxia mala futura monſtrarent. Neque enim eius dignitati tantum profuit illa uictoria: quantum nocuit cupiditati. Qua factum eſt ut immoderatius inhians et ſecundis rebus elatus ac precipitatus: magis ipſe periret in moribus quam inimicos in corporibus perderet. Hec illi dii uere triſtia uereque lugenda: non extis: non auguriis: non cuiuſquam ſomnio uel uaticinio prenunciabant. magis enim timebant ne corrigeretur quam ne uinceretur. Immo uero ſatis agebant: ut uictor ciuium gloriosus: uictus atque captiuus et nefandis uitiis: et per hoc ipſis etiam demonibus multo obſtrictius ſubderetur.

Hinc uero quis non intelligat: quis non uideat: niſi qui tales deos imitari magis eligit quam diuina gratia ab eorum ſocietate ſeparari: quantum moliantur maligni iſti ſpiritus exemplo ſuo uelut diuinam auctoritatem prebere ſceleribus. Quin etiam in quadam campanie lata planicie ubi non multo poſt ciuiles acies nefario prelio conflixerunt: ipſi inter ſe prius pugnare uiſi ſunt. Namque ibi auditi ſunt primum ingentes fragores: moxque multi ſe uidiſſe nunciarunt per aliquot dies duas acies preliari. Que pugna ubi deſtitit: ueſtigia quoque uelut hominum et equorum quanta de illa conflictatione exprimi poterant inuenerunt. Si ergo ueraciter inter ſe numina pugnarunt: iam bella ciuilia excuſantur humana. Conſideretur tamen que ſit talium deorum uel malitia uel miſeria. Si autem ſe pugnaſſe finxerunt: quid aliud egerunt niſi ut ſibi romani bellando ciuiliter tanquam deorum exemplo nullum nefas admittere uiderentur. Iam enim ceperant bella ciuilia: et aliqua nefandorum preliorum ſtrages execranda preceſſerat. Iam multos mouerat quod miles quidam dum occiſo ſpolia detraheret: fratrem nudato cadauere agnouit: ac deteſtatus bella ciuilia ſeipſum ibi perimens fraterno corpori adiunxit. Ut ergo tanti huius mali minime tederet: ſed armorum ſceleſtorum magis magiſque ardor increſceret: mox hi demones quos illi deos putant: et colendos ac uenerandos arbitrantur: inter ſe pugnantes hominibus apparere uoluerunt: ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio: ſed potius humanum ſcelus diuino excuſaretur exemplo. Hac aſtutia maligni ſpiritus etiam ludos unde multa iam dixi ſcenicos ſibi dicari ſacrarique iuſſerunt. ubi deorum tanta flagitia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebrata ſunt: ut quiſquis eos talia feciſſe crederet et quiſquis non crederet: ſed tamen illos libentiſſime ſibi talia uelle exhiberi cerneret: ſecurus imitaretur. Ne quis itaque

exiſtimaret in deoſ conuicia potiuſ q̄ eiſ dignum aliquid ſcriptitaſſe: ubicunq; illoſ
inter ſe pugnaſſe poete cōmemorarunt: ipſi ad decipiendoſ homīeſ poetarū carmina
firmauerūt: pugnaſ uidelicet ſuaſ non ſolum per ſcenicoſ in theatro: uerum etiā per
ſeipoſ in campo humaniſ oculiſ exhibenteſ. Hec dicere compulſi ſumuſ: qm̄ peſſimiſ
moribuſ ciuium: romanā rempublicam iam antea perditam fuiſſe: nullāq; remāſiſſe
ante aduentum domini noſtri ieſu chriſti: auctoreſ eorum dicere & ſcribere minime
dubitauerunt. Quam perditionē diiſ ſuiſ non imputāt: qui mala tranſitoria quibuſ
mali ſiue inuoluant: ſiue euadant pereunt: et in qbuſ boni ſiue uiuāt ſiue moriant
perire non poſſunt: chriſto noſtro imputant: cum chriſtuſ noſter tanta frequenter
pro moribuſ optimiſ precepta contra perditoſ moreſ: dii uero iporum nulliſ talibuſ
preceptiſ egerint aliquid cum ſuo cultore populo: pro illa republica ne periret: immo
eoſdem moreſ uelut ſuiſ exempliſ auctoritate noxia corrūpendo: egerunt potiuſ ut
periret. Quā non ideo ut arbitror tūc periſſe quiſq̄ iam dicere audebit: qa diſceſſere
omneſ aditiſ ariſq; relictiſ dii uelut amici uirtutibuſ cū uitiiſ hominū offenderentur:
quia tot ſigniſ extarum: augurioꝝ: uaticiniorum: qbuſ ſe tanq̄ preſcioſ futurorū
adiutoreſq; preliorum iactare & cōmendare geſtiebant cōuincūtur fuiſſe preſenteſ:
qui ſi uere abſceſſiſſent: mitiuſ romani i bella ciuilia ſuiſ cupiditatibuſ q̄ illoꝝ inſti/
gationibuſ exarſiſſent.

XXVI. **Q**Ve cum ita ſint: cū palam aperteq;
turpitudineſ crudelitatibuſ mixte: et opprobria numinū: et crimina ſiue ꝑdita
ſiue conficta: ipſiſ expoſcentibuſ & niſi fierent iraſcentibuſ: et iam certiſ & ſtatutiſ ſo/
lennitatibuſ cōſecrata illiſ & dicata claruerint: atq; ad omnium oculoſ ut imitanda
proponerentur ſpectanda proceſſerint: quid eſt ꝙ iidem ipſi demoneſ qui ſe huiuſ/
cemodi uoluptatibuſ immiſcent: immūdoſ ſpirituſ ſe eſſe confitentur? In quo enim
ſuiſ flagitiiſ & facinoribuſ ſiue indicatiſ ſiue ſimulatiſ: eorūq; ſibi celebratiōne petita:
impudenteſ & immūdoſ gaudent habere cōſorteſ: auctoreſ ſe uite ſceleſte īmundeq;
teſtantur. Perhibentur tamē in abditiſ ſuiſ ſecretiſq; penetralibuſ dare quedam bona
ꝑcepta de moribuſ qbuſdā uelut electiſ ſacratiſ ſuiſ. Quod ſi ita eſt: hoc ipo callidior
aduertenda eſt & cōuincenda malitia ſpūum noxiorū. Tanta enim uiſ eſt pbitatiſ
et caſtitatiſ: ut omniſ uel pene oīſ eiuſ laude moueatur hūana natura: nec uſq; adeo
ſit turpitudīe uitioſa: ut totum amittat ſenſum honeſtatiſ. Proinde malignitaſ de/
monum: niſi alicubi ſe queadmodum ſcriptum ī noſtriſ literiſ nouimuſ transfiguret
in angeloſ luciſ non implet negotium deceptioniſ. Foriſ itaq; populiſ celeberrimo
ſtrepitu impietaſ impura circumſonat: et intuſ paucīſ caſtitaſ ſimulata uix ſonat.
Prebentur propatula pudendiſ: et ſecreta laudandiſ. Decuſ latet: et dedecuſ patet.
Quod malum geritur omeſ conuocat ſpectatoreſ: quod bonum dicitur uix aliquoſ
inuenit auditoreſ. Tanquā honeſta erubeſcenda ſint: et inhoneſta glorianda. Sed
ubi hoc niſi in demonū templiſ: ubi niſi in fallacie diuerſoriiſ. Illud enim fit ut ho/
neſtioreſ qui pauci ſunt capiātur: hoc autē ne pluresſ qui ſunt turpiſſimi corrigātur.
Vbi & quādo ſecreti celeſtiſ audiebant caſtitatiſ precepta neſcimuſ: ante ipm̄ tamen
delubrum ubi ſimulachrū illud locatum conſpiciebamuſ: uniuerſi undiq; cōfluenteſ:
et ubi quiſq; poterat ſtanteſ: ludoſ qui agebātur intentiſſimi ſpectabamuſ: intuēteſ
alternante cōſpectuſ hinc meretriceā pompam: illinc uirginem deam: illā ſuppliciter
addorari: ante illā turpia celebrari. Non ibi pudibūdoſ mimoſ: nullā uerecundiorē
ſcenicam uidimuſ: cuncta obſcenitatiſ implebant officia. Sciebatur uirginali numini
quid placeret: et exhibebatur quod de templo domū matrona doctior reportaret.

Nonnulle pudentiores auertebant faciem ab impuris motibus ſcenicorum: et artem flagitii uidere erubeſcentes furtiua intentione diſcebant. Hominibus namque uerecundabantur ne auderent impudicos geſtus ore libero cernere: ſed multo minus audebant ſacra eius quam uenerabantur caſto corde damnare. Hoc tamen palam diſcendum prebebatur in templo: ad quod perpetrandum ſaltem ſecretum querebatur in domo. Mirante nimium ſi ullus ibi erat pudore mortalium: quod humana flagitia non libere homines committerent: que apud deos etiam religioſe diſcerent iratos habituri: niſi etiam exhibere curarent. Quis enim alius ſpiritus occulto inſtinctu nequiſſimas agitans mentes et inſtigat faciendum adulterium & paſcitur facto: niſi qui etiam ſacris talibus oblectatur: conſtituens in templis ſimulacra demonum: amans in ludis ſimulacra uitiorum: ſuſurrans in occulto uerba iuſtitie ad decipiendos etiam paucos bonos: frequentans in aperto inuitamenta nequitie ad poſſidendos innumerabiles malos.

Flora

Vir grauis & philoſophus Tertullius edilis futurus: clamabat in auribus ciuitatis inter cetera ſui magiſtratus officia: ſibi Floram matrem ludorum celebritate placandam. Qui ludi tanto deuotius quanto turpius celebrari ſolent. Dicit in alio loco iam conſul in extremis periculis ciuitatis & ludos per decem dies factos: neque rem ullam que ad placandos deos pertineret pretermiſſam: quaſi non ſatius erat tales deos irritare temperantia quam placare luxuria: et eos honeſtate etiam ad inimicitias prouocare quam tanta deformitate lenire. Neque enim grauius fuerant quamlibet crudeliſſima immanitate nocituri homines propter quos placabantur quam nocebant ipſi cum uitioſitate fediſſima placarentur. Quandoquidem ut auerteretur quod metuebatur ab hoſte in corporibus: eo modo dii conciliabantur quo uirtus debellaretur in mentibus: qui non opponerentur defenſores oppugnatoribus menium: niſi prius fierent expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinum placationem petulantiſſimam: impuriſſimam: impudentiſſimam: nequiſſimam: immundiſſimam: cuius auctores laudanda romane uirtutis indoles honore priuauit: tribu mouit: agnouit turpes: fecit infames. Hanc inquam pudendam uereque religioni auerſandam & deteſtandam talium numinum placationem: has fabulas in deos illecebroſas atque criminoſas: hec ignominioſa deorum facta ſcelerate turpiterque conficta: uel ſceleratius turpiuſque commiſſa: oculis & auribus publicis ciuitas tota diſcebat: hec commiſſa numinibus placere cernebat: et ideo non ſolum illis exhibenda: ſed ſibi quoque imitanda credebat. Non illud neſcio quid uelut bonum uel honeſtum quod tam paucis & tam occulte dicebatur: ſi tamen dicebatur: ut magis ne innoteſceret quam ne non fieret timeretur.

Ab iſtarum immundiſſimarum poteſtatum tartareo iugo & ſocietate penali: eruit per chriſti nomen homines in lucem ſaluberrime pietatis ab illa pernicioſiſſime impietatis nocte transferri queruntur et murmurant iniqui & ingrati: et illo nefario ſpiritu altius obſtrictiuſque poſſeſſi: quia populi confluunt ad eccleſias caſta celebritate: honeſta utriuſque ſexus diſcretione: ubi audiant quam bene hic ad tempus uiuere debeant: ut poſt hanc uitam beate ſemperque uiuere mereantur. Ubi ſancta ſcriptura iuſtitieque doctrina de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonante: et qui faciunt audiant ad premium: et qui non faciunt audiant ad iudicium. Quo etſi ueniunt quidam talium preceptorum irriſores: omnis eorum petulantia aut repentina immutatione deponitur: aut timore uel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitioſum ſpectandum imitandumque proponitur: ubi ueri dei aut precepta inſinuantur: aut miracula narrantur: aut dona laudantur: aut beneficia poſtulantur.

HEc potiuſ cócupiſce o indoleſ romane laudabiliſ: o pgenieſ reguloꝝ ſceuolaꝝ: ſapionum: fabritiorum; hec potiuſ concupiſce: hec ab illa turpiſſima uanitate et fallaciſſima demonum malignitate diſcerne. Si quid in te laudabile naturaliter eminet: non niſi uera pietate purgatur atq; perficitur: impietate autem diſpergitur & punitur. Nunc iam elige qd ſequariſ: ut nó in te ſed in deo uero ſine ullo errore lauderiſ. Túc eni tibi gloria popularis affuit: ſed occulto iuditio diuine puidétie: et uera religio quá eligereſ defuit. Expergiſcere dieſ eſt: ſicut experrecta eſ in qbuſdá de quorum uirtute perfecta & pro fide uera paſſionibuſ gloriamur: qui uſq;quaq; aduerſuſ poteſtateſ inimiciſſimaſ cóſligenteſ: eaſq; fortiter moriédo uincéteſ: ſanguie nobiſ hanc patriam peperere ſuo. Ad hanc patriam te inuitamuſ: et exhortamur ut eiuſ adiciariſ numero ciuium: cuiuſ quodámodo aſylum eſt uera remiſſio peccatorú. Non audiaſ degenereſ tuoſ chriſto chriſtianiſue detrahenteſ: et accuſanteſ uelut tempora mala: cú querant tempora qbuſ nó ſit quieta uita: ſed potiuſ ſecura neqtia. Hec tibi nunquá nec pro terrena patria placuerút. Nunc iam celeſtem arripe pro qua minimú laborabiſ: et in ea ueraciter ſemperq; regnabiſ. Illic eni tibi nó ueſtaliſ focuſ: non lapiſ capitolinuſ: ſed deuſ unuſ & ueruſ: qui nec metaſ rerú nec tempora ponet: imperiú ſine fine dabit. Noli deoſ falſoſ fallaceſq; requirere. abice potiuſ atq; cótempne: in ueram emicanſ libertatem. Non ſunt dii: maligni ſunt ſpiritus: quibuſ eterna tua felicitaſ pena eſt. Non tam Iuno troianiſ a quibuſ carnalem originem ducíſ: arceſ uidetur inuidiſſe romanaſ: q̃ iſti demoneſ quoſ adhuc deoſ putaſ omni generi hoíum ſedeſ inuident ſempiternaſ. Et tu ipſa non parua ex parte de talibuſ ſpiritibuſ iudicaſti: quádo ludiſ eoſ placaſti: et per quoſ homineſ eoſdem ludoſ feciſti: infameſ eſſe uoluiſti. Patere aſſeri libertatem tuam aduerſuſ immundoſ ſpiritus: qui tuiſ ceruicibuſ impoſuerant ſacrandam ſibi & celebrandam ignóiam ſuam. Auctoreſ criminú diuinorú remouiſti ab honoribuſ tuiſ: ſupplica deo uero ut a te remoueat illoſ deoſ: qui delectátur criminibuſ ſuiſ ſiue ueriſ quod ignominioſiſſimum eſt: ſiue falſiſ quod malitioſiſſimum eſt. Bene q̄ tua ſponte hiſtrionibuſ & ſceniciſ ſocietaté ciuitatiſ patere noluiſti: euigila pleniuſ: nullo modo hiſ artibuſ placaé diuina ma/ ieſtaſ: qbuſ húana dignitaſ inquinatur. Quo igiť pacto deoſ qui talibuſ delectanť obſequiiſ haberi putaſ in numero ſanctarum celeſtium poteſtatum: cum homineſ per quoſ eadem aguntur obſequia non putaſti habendoſ in numero qualiú:unq; ciuiú romanorum. Incomparabiliter ſuperna eſt ciuitaſ clarior: ubi uictoria ueritaſ: ubi dignitaſ ſanctitaſ: ubi pax: felicitaſ: ubi uita: eternitaſ. Multo minuſ habet in ſua ſocietate taleſ deoſ: ſi tu in tua taleſ homineſ habere erubuiſti. Proinde ſi ad beatam peruenire deſideranſ ciuitatem: deuita demonú ſocietatem. Indigne ab honeſtiſ co/ luntur: qui per turpeſ placantur. Sic iſti a tua ſocietate remoueantur purgatione chriſtiana: quomodo illi a tua dignitate remoti ſunt notatione cenſoria. De boniſ aút carnalibuſ qbuſ ſoliſ mali perfrui uolunt: et de maliſ carnalibuſ que ſola perpeti nolunt: q̄ neq; in hiſ habeant quá putantur habere iſti demoneſ poteſtatem: q̄q̄ ſi haberent deberemuſ potiuſ iſta cótempnere: q̃ propter iſta illoſ colere: et eoſ colédo ad ea que nobiſ inuident peruenire non poſſe: tamen nec in iſtiſ eoſ hoc ualere: qd̄ hi putant qui propter hec eoſ coli oportere contendunt: deincepſ uidebimuſ: ut hic ſit huiuſ uoluminiſ moduſ. AVR[illegible]I AVGVST[illegible]N[illegible] DE C[illegible] DEI [illegible]IBER I I · INCIPIT

IAm ſatiſ dictum eſſe arbitror de morum maliſ & animorum: que precipue cauenda ſunt: nihil deoſ falſoſ populo cultori ſuo: quo minuſ eorū malorū aggere premeretur ſubuenire curaſſe: ſed potiuſ ut maxīe premeretur egiſſe. Nunc de illiſ maliſ uideo dicendum: que ſola iſti perpeti nolunt: qualia ſūt fameſ: morbuſ: bellū: expoliatio: captiuitaſ: trucidatio: et ſiqua ſimilia iā in primo libro cōmemorauimuſ. Hec enim ſola mala deputant mala que non faciunt maloſ: nec erubeſcūt inter bona que laudant ipſi mali eē q laudāt. magiſq; ſtomachantur ſi illa mala habeant q̄ ſi malam uitam: quaſi hoc ſit hoīſ maximū bonum habere bona omnia preter ſeipm: ſed neq; talia mala que iſti ſola formidant: dii eorum quando ab eiſ libere colebantur ne illiſ acciderent obſtiterunt. Cum enim uariiſ per diuerſa loca temporibuſ ante aduentum redemptoriſ noſtri innumerabilibuſ nōnulliſq; etiam incredibilibuſ cladibuſ genuſ contereretur humanum: quoſ alioſ q̄ iſtoſ deoſ mūduſ colebat: excepto uno populo hebreo & qbuſdam extra ipm populum: ubicūq; gratia diuina digni & occultiſſimo atq; iuſtiſſimo dei iudicio fuerūt. Verum ne nimiū longum faciam: tacebo aliarū uſquequaq; gentium mala grauiſſima: quod ad romā pertinet romanumq; imperium tantū eloquar: id eſt ad ipſam proprie ciuitatem: et queciiq; illi terrarū uel ſocietate cōiuncte uel conditōne ſubiecte ſunt: que ſint perpeſſe ante aduentum chriſti: cum iam ad eiuſ quaſi corpuſ reipublice pertinerent.

PRimum ipſa troia uel ilium unde origo eſt populi romani: neq; enī pretereundum aut diſſimulandū eſt quod & ī primo libro attigi: eoſdem habenſ deoſ et colenſ: cur a grecis uictum captum atq; deletum eſt: Priamo inquiunt ſunt reddita laomedōtea paterna periuria. Ergo uerū eſt q Apollo atq; Neptunuſ eidem Laomedonti mercennariiſ operibuſ ſeruierunt. Illiſ quippe promiſiſſe mercedem falſumq; iuraſſe perhibetur. Miror Apollinē noiatum diuinatorē in tanto opificio laboraſſe neſcientem q Laomedon fuerat promiſſa negaturuſ. Quanq̄ nec ipm Neptunum patruum eiuſ fratrem Iouiſ regem mariſ decuit ignarum eſſe futurorum. Nam hunc Homeruſ de ſtirpe Enee de poſteriſ cuiuſ roma eſt: cū ante illam urbem conditam idem poeta fuiſſe dicatur: inducit magnū aliquid diuinātem: quē etiā nubeſ rapuit ut dicit ne ab Achille occideretur: cuperetq; cōuertere ab imo quod apud Virgiliū confitetur. Structa ſuiſ manibuſ periure menia troie. Neſcienteſ igitur tanti dii et Neptunuſ & Apollo Laomedontē ſibi negaturū eſſe mercedem: ſtructoreſ meniū troianorum gratiſ & ingratiſ fuerūt. Videant ne grauiuſ ſit taleſ deoſ credere q̄ diiſ talibuſ peierare. Hoc enī nec ipſe Homeruſ facile credidit q Neptunum qdem cōtra troianoſ Apollinem uero pro troianiſ pugnantē facit: cū illo periurio amboſ fabula narret offenſoſ. Si igitē fabuliſ credunt: erubeſcant talia colere numina. Si fabuliſ nōn credunt: non obtendant troiana periuria: aut mirentur deoſ periuria puniiſſe troiana: amaſſe romana. Vnde enim coniuratio Catiline in tanta tamq; corrupta ciuitate habuit etiā eorum grandem copiam quoſ manuſ atq; lingua periurio aut ſanguīe ciuili alebat. Quid enim aliud totienſ ſenatoreſ corrupti in iudiciiſ: totienſ populuſ in ſuffragiiſ uel in qbuſq; cauſiſ que apud eū conciōibuſ agebātur: niſi etiā peierando peccabant. Nam corruptiſſimiſ moribuſ ad hoc moſ iurandi ſeruabatur antiquuſ: nō ut a ſceleribuſ metu religioniſ prohiberent: ſed ut periuria quoq; ſceleribuſ ceteriſ adderentur. Nulla itaq; cauſa eſt: quare ſint dii quibuſ ut dicūt ſteterat illud imperium: cum a grecis preualentibuſ probentur uicti: troianiſ peierantibuſ

fingantur irati. Nec adulterium Paridiſ ut rurſuſ a quibuſdam defenduntur uictona ulciſcendum cenſuerint: auctoreſ eni͂ doctoreſq; peccatorū eſſe aſſolent nō ultoreſ.

Non

VRbem romam inquit Saluſtiuſ ſicuti ego accepi & condidere atq; habuere in initio troiani: qui Enea duce profugi in certiſ ſedibuſ uagabantur. Si ergo adulterium Paridiſ uindicandum numina cenſuerunt: aut magiſ in troianiſ aut etiā in romaniſ puniendum fuit: quia Enee mater hoc fecit. Sed quomō in illo hoīum illud flagitium oderant: qui in ſua ſocia Venere nō oderant: ut alia omittam quod cū Anchiſe cōmiſerat: ex quo Eneam pepererat? An quia illud factū eſt indignāte Menelao: illud aūt concedente Vulcano? Dii enim credo non zelant coniugeſ ſuaſ: uſq; adeo: ut eaſ etiā cum hōibuſ dignētur habere cōmuneſ. Irridere fabulaſ fortaſſiſ exiſtimor: nec grauiter agere tanti ponderiſ cauſam. Non ergo credamuſ ſi placet Eneam eſſe Veneriſ filium. Ecce concedo ſi nec Romuluſ Martiſ. Si aūt illud: cur nō & illud? An deoſ faſ eſt hōibuſ feminiſ: mareſ autē homineſ deabuſ miſceri nefaſ? Dura uel potiuſ non credenda conditio: quod ex iure Veneriſ in concubitu Marti licuit: hoc in iure ſuo ipi Veneri non licere. At utrunq; firmatū eſt auctoritate romana. Neq; eni͂ minuſ credidit recentior Ceſar auiam Venerem: q̄ patrē antiquior Romuluſ Martem.

DIxerit aliquiſ ita ne tu iſta crediſ?

Ego uero iſta non credo. Nam & uir doctiſſimuſ eorum Varro falſa hec eſſe q̄uiſ non audenter neq; fidenter: pene tamē fatetur. Sed utile eſſe ciuitatibuſ dicit: ut ſe uiri forteſ etiā ſi falſum ſit ex diiſ genitoſ eſſe credant: ut eo mō animuſ hūanuſ uelut diuine ſtirpiſ fiduciā gerenſ reſ magnaſ aggrediendaſ preſumat audaciuſ: agat uehemētiuſ: et ob hoc impleat ipſa ſecuritate feliciuſ. Que Varroniſ ſentētia expſſa ut potui meiſ uerbiſ cerniſ q̄ latum locū aperiat falſitati: ubi intelligamuſ plura iam ſacra & q̄ſi religioſa potuiſſe cōfingi: ubi putata ſunt ciuibuſ etiā de ipſiſ diiſ pdeſſe mendacia.

SEd utrum potuerit Venuſ ex concubitu Anchiſe Eneam parere: uel Marſ ex Ilie concubitu filie numitoriſ Romulū gignere: in medio relinquamuſ. Nam pene taliſ queſtio etiā de ſcripturiſ noſtriſ oboritur: qua querit utrū preuaricatoreſ angeli cū filiabuſ hoīm cōcubuerint: unde natiſ gigantibuſ: id ē nimiū grandibuſ ac fortibuſ uiriſ tunc terra cōpleta eſt. Proinde ad utrūq; interim modo noſtra diſputatio referatur. Si enim uera ſūt que apud illoſ de matre Enee & de patre Romuli leguntur: quomō poſſunt diiſ adulteria diſplicere hoīum: que in ſeipſiſ concorditer ferunt? Si aūt falſa ſunt: nec ſic quidem poſſunt iraſci ueriſ adulteriiſ hūaniſ: qui etiā falſiſ delectantur ſuiſ. Huc accedit. quoniā ſi illud de Marte non creditur: ut hoc quoq; de Venere non credatur: Nullo diuini cōcubituſ obtentu & matriſ Romuli cauſa defenditur. Fuit aūt ſacerdoſ Ilia ueſtaliſ: et ideo dii magiſ in romanoſ ſacrilegum illud flagitium: q̄ in troianoſ Paridiſ adulterium uindicare debuerūt. Nam et ipi romani antiqui in ſtupro detectaſ ueſtaleſ ſacerdoteſ uiuaſ etiā defodiebant: adulteraſ autem feminaſ quāuiſ aliqua damnatione nulla tamē morte plectebant: uſq; adeo grauiuſ ſeu eruſq; uindicanda putabant adita diuina: q̄ humana cubilia uindicabant. De parricidio romuli qd dii nō uindicaverūt

ILlud adiicio: quia ſi eouſq; peccata hominum illiſ numinibuſ diſplicerent: ut offenſi Paridiſ facto deſertam troiam ferro ignīq; donarent: magiſ eoſ contra romanoſ moueret Romuli frater occiſuſ: q̄ contra troianoſ grecuſ marituſ illuſuſ.

magiſ imitaret parricidiū naſcentiſ q̄ regnantiſ adulteriū ciuitatiſ. Nec ad cām quā nūc agimuſ intereſt utrum hoc fieri Romuluſ iuſſerit: aut Romuluſ fecerit. Quod multi impudentia negant: multi pudore dubitāt: multi dolore diſſimulāt. Nec nos itaq; i ea re diligentiuſ requirenda p multoꝝ ſcriptoꝝ perpenſa teſtimōia demoremur: Romuli frēm palam cōſtat occiſum: nō ab hoſtibuſ: nō ab alieniſ. Si aūt ꝑpetrauit aut imꝑauit hoc Romuluſ: magiſ ipſe fuit romanorū q̄ Pariſ troianorū caput. Cur igit̄ troianiſ iram deoꝝ ꝓuocauit ille aliene cōiugiſ raptor: et eorūdem deoꝝ tutelā romaniſ inuitauit iſte ſui fratriſ extinctor? Si aūt ſceluſ a facto impioq; Romuli alienū eſt: qđ debuit utiq; uindicari: qđ tota hec illa ciuitaſ fecit qđ tota conſenſit: et nō iam frēm ſed prēm qđ peiuſ eſt occidit. Uterq; enī fuit cōditor: ubi alter ſcelere ablatuſ & non ꝑmiſſuſ eſt eē regnator. Non eſt ut arbitror ꝙ dicatur qd mali troia meruerit: ut eā dii dererēt quo poſſet extingui. et qd boni roma ut eam dii inha/ bitarēt quo poſſet augeri: niſi ꝙ uicti inde fugerūt: et ſe ad iſtoſ quoſ pꝛiter deciperent cōtulerūt. Imo uero & illic manſerūt. ad eoſ more ſuo decipiendoſ q ruſuſ eaſdem terraſ habitarent: et hic eaſdem arteſ fallacie ſue magiſ etiam exercendo maioribuſ honoribuſ gloriati ſunt.

CErte enī ciuilibuſ iā belliſ ſcatentibuſ: qd miſerū cōmiſerat ilium ut a Fimbria marianarū partium hoīe peſſimo euerteretur: multo ferociuſ atq; crudeliuſ q̄ olim a grecis? Nam tunc & multi inde fugerūt: et multi captiuati ſaltē in ſeruitute uixerūt. Porro aūt Fimbria priuſ edictū propoſuit ne cui parceretur: atq; urbem totam cūctoſq; in ea hoīeſ incendio concremauit. Hoc meruit iliū nō a grecis quoſ ſua irritauerat iniquitate: ſed a romāiſ quoſ ſua calamitate propagauerat: diiſ illiſ cōibuſ ad hec repellēda nihil iuuātibuſ: ſiue quod uerū eſt nihil ualentibuſ. Nunqd et tūc abſceſſere omeſ aditiſ ariſq; relictiſ dii: qbuſ illud opidū ſtetrat: poſt āntiquoſ grecoꝝ igneſ ruinaſq; reparatum? Si aūt abſceſſerant: cām requiro. et opidanorum qdem q̄to inuenio meliorem: tanto deteriorē deoꝝ. Illi enī contra Fimbriā portaſ clauſerant: ut Sille ſeruarent integrā ciuitatē: hic eoſ iratuſ incendit. uel potiuſ peni/ tuſ extinxit. Adhuc aūt melioꝝ partiū ciuiliū Silla dux fuit: adhuc armiſ rēpublicā recuperare moliebatur. horū bonoꝝ initiorum nōdum maloſ euentuſ habuit. Quid ergo meliuſ ciueſ illiuſ urbiſ facere potuerūt: qd honeſtiuſ: quid fideliuſ: qd romana parentela digniuſ q̄ meliori cauſe romanoꝝ ciuitatem ſeruare: et contra parricidam romane reipublice portaſ claudere? At hoc eiſ in q̄tum exitiū uerſum ſit: attendant defenſoreſ deoꝝ. Deſeruerunt dii adulteroſ. iliūq; flammiſ grecoꝝ reliquerūt: ut ex eiuſ cineribuſ roma caſtior naſceretur. Cur et poſtea deſeruerunt eandem ciuitatem romaniſ cognatam: non rebellantē aduerſuſ romā nobilem filiā: ſed iuſtioribuſ eiuſ partibuſ fidem conſtantiſſimā piiſſimāq; ſeruantē: eamq; delendam reliquerūt: non grecorū uiriſ fortibuſ: ſed uiro ſpurcíſſimo romanorum? Aut ſi diſplicebat diiſ cauſa partiū ſillanarū: cui ſeruanteſ urbem miſeri portaſ clauſerant: cur eidem Sille tanta bona ꝑmittebāt & prenūciabant? An et hinc agnoſcūtur adulatoreſ: feliciū potiuſ q̄ infelicium defenſoreſ? Non ergo iliū etiā tunc ab eiſ cū euerteretur deſertū eſt. Nam demoneſ ad decipiendum ſemꝑ uigilātiſſimi quod potuerūt fecerūt. Euerſiſ quippe et incenſiſ omībuſ cū opido ſimulachriſ: ſolum Minerue ſimulachrū ſub tanta ruina templi illiuſ ut ſcribit Liuiuſ integrum ſteiſſe perhibetur. Non ut diceretur dii patrii quorum ſemper ſub numine troia eſt ad eorum laudem: ſed ne diceretur exceſſere omneſ aditiſ ariſq; relictiſ dii ad eoꝝ defenſionem. Illud enī poſſe permiſſi ſunt: non unde probarentur potenteſ: ſed unde preſenteſ conuincerentur.

HIſ itaq; iliacis poſt troie ipſius documētū qua tandē prudētia roma cuſtodiēda cōmiſſa eſt? Dixerit quiſpiam iam eos rome habitare ſolitos. quādo expugnāte Fimbria cecidit iliū. Vnde ergo ſtetit Minerue ſimulacbrū? Deinde ſi apud romā erant quādo Fimbria deleuit iliū: fortaſſe apud iliū erant quādo a gallis ipſa roma capta & incenſa eſt. Sed ut ſūt auditu acutiſſimi: motuq; celerrimi: ad uocem anſeris cito redierūt: ut ſaltē capitolinū collem q remāſerat tuerent. Ceterū ad alia defēdenda ſerius ſūt redire cōmoniti.

SI etiā Nymam Pompilium ſucceſſorem Romuli adiuuiſſe credūtur: ut toto regni ſui tēpore pacē baberet: et iā portas que bellis patere aſſolent clauderet: eo merito ſcilicet quo romanis multa ſacra conſtituit. Illi uero bōi pro tanto ocio gratulandum fuit: ſi modo id rebus ſalubribus ſciſſet impendere: et pernicioſiſſima curioſitate neglecta deū uerū uera pietate pquirere. Nunc aūt non ei dii cōtulerūt illud ocium: ſed eum minus fortaſſe decepiſſent ſi ocioſum mīme repperiſſent. Quāto enī minus eum occupatum inuenerūt: tanto magis ipſi occupauerunt. Nam qd ille molitus ſit: et qbus artibus tales deos ſibi uel illi ciuitati conſociare potuerit Varro prodit. quod ſi domino placuerit ſuo diligentius diſſeretur loco. Modo aūt quia de beneficiis eorum queſtio eſt. magnū beneficium eſt pax. Sed dei ueri beneficium eſt: plerūq; etiā ſicut ſol: ſicut pluuia uiteq; alia ſubſidia ſuper ingratos & nequā. Sed ſi hoc tam magnū bonum dii illi rome uel Pompilio contulerunt: cur imꝑio romano per ipſa tempora laudabilia id nunq̄ poſtea preſtiterunt? An utiliora erant ſacra cū inſtituerētur: q̄ cum inſtituta celebrarentur? Atqui tunc nōdum erant ſed ut eſſent addebantur: poſtea uero iam erant que ut prodeſſent cuſtodiebant. Quid ergo ē q̄ illi q̄dragintatres: uel ut alii uolūt. xxxix. anni in tanta pace tranſacti ſūt regnāte Numa: et poſtea ſacris inſtitutis: diisq; ipſis q̄ eiſdem ſacris fuerāt inuitati iā p̄ſidibus atq; tutoribus: uix poſt tam multos annos ab urbe condita uſq; ad Auguſtum unus pro magno miraculo cōmemoratur annus poſt primum bellum punicum: quo belli portas romani claudere potuerunt?

AN reſpōdent q̄ niſi aſſiduis ſibiq; cōtinuo ſuccedentibus bellis romanū impiū tam longe lateq; nō poſſet augeri: et tā grandi gloria diffamari. idonea uero cauſa ut magnū eſſet imperium cur eſſe deberet inquietum? Nonne in corporibus boīm ſatius eſt modicam ſtaturam cū ſanitate babere: q̄ ad molem aliq̄ giganteam perpetuis afflictionibus peruenire: & nec cū peruenerīs requieſcere. ſed q̄to grandioribus membris tanto maioribus agitari malis? Quid aūt mali eſſet ac non potius plurimū boni: ſi ea tempora pdurarent que perſtrinxit Saluſtius ubi ait. Igit̄ in initio reges: nam in terris nomē imperii id primū fuit: diuerſi pars ingeniū: alii corpus exercebāt. etiā cum uita boīm ſine cupiditate agitabatur: ſua cuiq; ſatis placebant. An ut tam multum augeretur impium: debuit fieri quod Virgilius deteſtatur dicens. Deterior donec paulatim ac decolor etas. Et belli rabies & amor ſucceſſit babendi. Sed plane ꝑ tantis bellis ſuſceptis & geſtis iuſta defenſio romāoꝝ eſt: q̄ irruētibus ſibi īportune inimicis reſiſtere cogebat non auiditas adipiſcende laudis būane: ſed neceſſitas tuende ſalutis & libertatis. Ita ſit plane. Nā poſtq̄ res eoꝝ ſicut ſcribit ipſe Saluſtius legibus: moribus: agris aucta ſatis proſpera ſatiſq; pollens uidebatur: ſicuti pleraq; mortaliū babent: inuidia ex opulētia orta eſt. Igit̄ reges populiq; finitimi bello eos tēptare: pauci ex amicis auxilio eſſe. Nam ceteri metu perculſi longe a periculis aberant.

At romani domi militieq̃ intẽti: feſtinare: parare: alius aliũ hortari: hoſtibus obuiã ire: libertatem: patriã: parenteſq; armis tegere. Poſt ubi pericula uirtute ꝓpulerunt: ſociis atq; amicis auxilia portabant: magiſq; dandis q̃ accipiendis beneficiis amicitias parabat. Decenter his artibus roma creuit. Sed regnante Numa ut tam longa pax eſſet: utrũ irruebant improbi bellaq; temptabãt: An nihil eoꝝ fiebat ut poſſet pax illa ꝑſiſtere. Si enĩ bellis etiã cũ roma laceſſebat: nec armis arma obuia ferebãtur: qbus modis agebatur ut nulla pugna ſupati: nullo martio impetu territi ſedarentur inimici: his modis ſemper ageretur: ut ſemꝑ roma clauſis iam portis pacata regnaret. Quod ſi in poteſtate non fuit: non ergo roma pacem habuit q̃diu dii eoꝝ: ſed q̃diu hoĩes finitimi circũquaq; uoluerũt: qui etiã nullo bello ꝓuocauerũt. Niſi forte dii tales etiã id hõi uendere audebũt: q̃d aliꝰ homo uoluit ſiue noluit. Intereſt q̃dem iam uicio proprio malas mentes q̃tenus ſinãtur iſti demones uel terrere uel excitare. Sed ſi ſemper hoc poſſent: nec aliud ſecretiore ac ſuperiore poteſtate contra eorum conatũ ſepe aliter ageretur: ſemper in poteſtate haberent paces bellicaſq; uictorias: que ſemꝑ fere per hũanoꝝ aĩorum motus accidunt: quas tamẽ plerũq; contra eorũ fieri uoluntatẽ non ſolũ fabule multa mẽtientes: et uix ueri aliq̃d uel indicantes uel ſignificãtes: ſed etiã ipſa romana cõfitetur hiſtoria.

Neq; enim aliũde Apollo ille cumanus cũ aduerſus achẽos regẽq; Ariſtonicũ a romanis bellaretur: quatriduo fleuiſſe nũciatus eſt. Quo prodigio aruſpices territi: cũ id ſimulachrũ in mare putauiſſent eẽ ꝓiciendũ: cumani ſenes interceſſerunt atq; retulerũt tale ꝓdigium et antiocii & ꝑſidis bello in eodem apparuiſſe figmẽto. Et q̃a romanis feliciter ꝓueniſſet: ex ſenatus conſulto eidem Apollini ſua dona eſſe miſſa teſtati ſũt. Tunc uero periciores acciti aruſpices reſpõderũt: ſimulachri Apollis fletum ideo proſperũ eſſe romanis: q̃m cumana colonia greca eſſet: ſuiſq; terris unde acciti eẽt id eſt ipi grecie et luctũ & cladem Apollinẽ ſignificaſſe plorantẽ. Deinde mox regem Ariſtonicũ uictum & captum eſſe nunciatũ eſt: quẽ uinci utiq; Apollo nolebat & dolebat: et hoc ſui lapidis etiam lacrimis indicabat. Unde non uſq;quaq; incõgrue q̃uis fabuloſis tamẽ ueritati ſimilibus mores demonũ deſcribunt carminibus poetarum. Nam Camillam Diana doluit apud Virgiliũ: et Pallantem moriturum Hercules fleuit. Hinc fortaſſis & Numa Pompilius pace abundans: ſed quo donãte neſciens nec reqrens: cũ cogitaret ocioſus qbus nam diis tuendam romanam ſalutem regnũq; cõmitteret: nec uerũ illum atq; oĩpotẽtem ſummum deũ curare opinaretur iſta terrena: atq; recoleret troianos deos quos Eneas aduexerat: neq; troianum neq; laurinenſe ab ipſo Enea conditum regnũ diu cõſeruare potuiſſe: alios prouidendos exiſtimauit: quos illis prioribus ſiue qui cum Romulo iam romam tranſierant: ſiue q̃ñq; alba euerſa fuerant tranſituri: uel tanq̃ fugitiuis cuſtodes adhiberet: uel tanq̃ inualidis adiutores.

Nec his ſacris tamẽ roma dignata eſt eſſe cõtenta: que tã multa illic Pompilius cõſtituerat. Nam ipſius ſummum templũ nondum habebat Iouis. Rex q̃ppe Tarquinius ibi capitoliũ fabricauit. Eſculapius aũt ab epidauro ambiuit romam: ut peritiſſimus medicus in urbe nobiliſſima artẽ glorioſius exerceret. Mater aũt deoꝝ neſcio unde nata peneſtrinũ montẽ inſedit. Indignũ enim erat ut cũ eius filius iam colli capitolino preſideret: adhuc ipſa in loco ignobili lataret. Que tamẽ ſi oĩum deoꝝ mater eſt: nõ ſecuta eſt ſolũ romam quoſdam filios ſuos: uerũ & alios preceſſit

etiā ſecuturoſ. Miror ſane ſi ipſa peperit cynocephalum qui longe poſtea uenit ex egypto. Verū etiā deuſ Febriſ ex illa natuſ ſit: uiderit Eſculapiuſ pronepoſ eiuſ. Sed undecunq; nata ſit: nō opinor audebunt eā ignobilem dicere diu peregrini deā ciuem romanam. Sub hoc tot deorū preſidio quoſ numerare quiſ poteſt: indigenaſ & alienigenaſ: celeſteſ: terreſtreſ: infernoſ: marinoſ: fontanoſ: fluuialeſ: et ut Varro dicit certoſ atq; incertoſ: in oībuſq; generibuſ deoꝝ ſicut in aīalibuſ mareſ & feminaſ. Sub hoc ergo tot deoꝝ pſidio cōſtituta roma: nō tam magniſ & horrendiſ cladibuſ q̄leſ ex multiſ paucaſ cōmemorabo agitari affligiq; debuit. Nimiſ enī multoſ deoſ grandi fumo ſuo tanq̄ ſigno dato ad tuitionē congregauerat: quibuſ templa: altaria: ſacrificia: ſacerdoteſ inſtituēdo atq; pbendo: ſummū uero deū cui uni hec rite geſta debent offenderet. Et felicior quidem cū paucioribuſ uixit. Sed q̄to maior facta eſt ſicut naui nautaſ: tāto plureſ adhibendoſ putauit: credo deſperanſ paucioreſ illoſ ſub quibuſ in cōparatiōe peioriſ uite meliuſ uixerat: nō ſufficere ad opitulandū granditati ſue. Primo enī ſub ipſiſ regibuſ excepto Numa Pompilio de quo iam ſupra locutuſ ſum: q̄tum malum diſcordioſi certaminiſ fuit: quod fratrem Romuli coegit occidi?

Quomō nec Iuno que cū Ioue ſuo iam fouebat romanoſ rerum dn̄oſ gentēq; togatam: nec Venuſ ipſa eneadaſ ſuoſ potuit adiuuare: ut bono & equo more coniugia mererent: cladeſq; tanta irruit huiuſ inopie: ut ea dolo rapent: moxq; cō/pellerētur pugnare cū ſoceriſ: et miſere femine nondū ex iniuria maritiſ cōciliate: iā parentū ſanguie dotarent. At enī uicerūt in hac conflictatōe romani uicinoſ ſuoſ. Quantiſ & q̄multiſ utrinq; uulneribuſ ac funeribuſ tā ppinquoꝝ q̄ & cōfinium iſte uictorie cōſtiterūt. Propter unū Ceſarem ſocerū: et unū generū eiuſ Pompeiū iam mortua Ceſariſ filia uxore Pompeii: quanto & q̄iuſto doloriſ inſtinctu Lucanuſ exclamat: Bella p emathioſ pluſ q̄ ciuilia capoſ. Iuſq; datū ſceleri canimuſ. Vicerūt ergo romani: ut ſtrage ſoceroꝝ manibuſ cruētiſ ab eoꝝ filiabuſ amplexuſ miſerabileſ extorquerent: nec ille auderent flere patreſ occiſoſ: ne offenderent uictoreſ maritoſ: que adhuc illiſ pugnantibuſ pro quibuſ facerent uota neſciebant. Talibuſ nuptiiſ populum romanū non Venuſ ſed Bellona dotauit: aut fortaſſiſ allecto illa inferna furia iam eiſ fauēte Iunone pluſ in illoſ habuit licentie: q̄ cum eiuſ precibuſ contra Eneam fuerat excitata. Andromacha feliciuſ captiuata eſt: q̄ illa cōiugia romana nupſerunt. licet ſeruileſ tamē poſt eiuſ amplexuſ nullum troianorum Pirruſ occidit. Romani aūt ſoceroſ interficiebāt in preliiſ: quoꝝ iā filiaſ āplexabant in thalamiſ. Illa uictori ſubdita dolere tm̄ ſuoꝝ mortē potuit nō timere: ille ſociate bellātibuſ: parentū ſuoꝝ morteſ pcedentibuſ uiriſ timebant: redeūtibuſ dolebant. nec timorem habenteſ liberū nec dolorem. Nam propter interitum ciuiū: propinquoꝝ: fratrum: parentū: aut patrie cruciabant: aut crudeliter letabātur uictoriiſ maritorum. Huc accedebat q ut ſunt alterna bellorum: alique parētum ferro amiſerunt uiroſ: alieq; utrorūq; ferro & parenteſ et uiroſ. Neq; enim & apud romanoſ parua fuerunt illa diſcrimina. Siquidē ad obſidionē quoq; puentū eſt ciuitatiſ. clauſiſq; portiſ ſe tuebant. Quibuſ dolo apertiſ admiſſiſq; hoſtibuſ intra menia: i ipo foro ſcelerata & nimiſ atrox inter generoſ ſoceroſq; pugna cōmiſſa eſt: et raptoreſ illi etiā ſuperabātur: et crebro fugiēteſ intra domoſ ſuaſ: et grauiuſ fedabāt priſtinaſ q̄uiſ & ipſaſ pudēdaſ lugēdaſq; uictoriaſ. Hic enī Romuluſ de ſuoꝝ iam uirtute deſperanſ: Iouē rogauit ut ſtarēt. atq; illi hac occaſiōe nomen ſtatoriſ inuenit. Nec finiſ eſſet tanti mali niſi rapte ille laceratiſ crinibuſ emicarent: et prouolute parentibuſ iram eoꝝ iuſtiſſimā non armiſ

hec de raptu sabinarum virginum

Cesaris et pompei bella

Lucanus

Andromacha

Vide Ouidium de Fastis

invectricibuſ ſed ſupplici pietate ſedarent. Deinde Titum Tacium regē ſabinoꝝ ſociū regni Romuluſ ferre cōpulſuſ eſt: germani cōſortiſ impatientiſſed quādo & iſtū diu toleraret: q frēm geminūq; nō pertulit? Vnde & ipſo interfecto ut maior deuſ eſſet regnum ſoluſ obtinuit. Que ſunt iſta iura nuptiarū: que irritamēta bellorum: que federa germānitatiſ: aſſinitatiſ: ſocietatiſ diuinitatiſ? Que poſtremo ſub tot diſtuto/ribuſ uita ciuitatiſ? Videſ quāta hinc dici & q̄multa poſſent: niſi que ſupſunt noſtra curaret intentio: et ſermo in alia feſtinaret.

Vid deinde poſt Numā ſub aliiſ regibuſ? Quāto malo nō ſolum ſuo ſed etiā romanoꝝ in bellū albani puocati ſunt? Quia videlicet pax Nume tā longa uiluerat. Quā crebre ſtrageſ romani albaniq; fuerunt exercituſ: et utriuſq; cōmotio ciuitatiſ. Alba nāq; illa quā filiuſ Enee creauit Aſcaniuſ: rome mater proprior ipſa q̄ troia a Tullo Hoſtilio rege prouocata conflixit. Confligenſ autē & afflicta eſt et afflixit: donec multoꝝ cederet pari defectione certaminū. Tunc euentum belli de tergeminiſ hinc atq; inde fratribuſ placuit experiri. a romaniſ treſ oratii: ab albaniſ aūt treſ curiatii pceſſerūt: a curiatiiſ tribuſ duo oratii: ab uno aūt oratio treſ curiatii ſuperati & extincti ſunt. Ita roma extitit uictrix ea clade etiā in certamie extremo: ut de ſex uiuiſ unuſ rediret domum. Cui damnum in utriſq;? Cui luctuſ niſi Enee ſtirpi: niſi Aſcanii poſteriſ: niſi proli Veneriſ: niſi nepotibuſ Iouiſ? Nā & hoc pluſ q̄ ciuile bellū fuit: quando filia ciuitaſ cū ciuitate matre pugnauit. Acceſſit aliud huic tergeminoꝝ pugne ultime atrox atq; horrendū malū. Nam ut erant ambo populi priuſ amici: uicini qppe atq; cognati uni curiatioꝝ deſpōſata fuerat oratiorū ſoror. hec poſtea q̄ ſponſi ſpolia in uictore fratre cōſpexit: ab eodem fratre quoniā fleuit occiſa eſt. Humanior huiuſ uniuſ femie q̄ uniuerſi populi romani mihi uidet̄ fuiſſe affectuſ. Illa quē uirū iam fide media retinebat: aut forte etiā ipſm fratrem dolenſ q eū occiderat: cui ſororem pmiſerat: puto q non culpabiliter fleuerit. Vnde enim apud Virgilium piuſ Eneaſ laudabiliter dolet hoſtem etiā ſua peremptum manu. Vnde Marcelluſ ſiracuſanam ciuitatem recolenſ: eiuſ paulo ante culmē & gloriam ſub manuſ ſuaſ ſubito cōcidiſſe: cōmunem cogitanſ conditionē flendo miſeratuſ eſt. Queſo ab hūano impetremuſ affectu: ut femina ſponſum ſuū a fratre ſuo pemptū ſine crimine fleuerit: ſi uiri hoſteſ a ſe uictoſ etiā cum laude fleuerūt. Ergo ſponſo a fratre illatā mortem quādo femia illa flebat: tūc ſe contra matrem ciuitatem tanta ſtrage bellaſſe: et tanta hinc & inde cognati cruoriſ effuſiōe uiciſſe gaudebat roma. Quid mihi obtenditur nomen laudiſ nomenq; uictorie? Remotiſ obſtaculiſ inſane opioniſ: facinora nuda cernant̄: nuda penſentur: nuda iudicent̄. Cauſa dicat̄ albe: ſicut troie adulteriū dicebatur. nulla taliſ: nulla ſimiliſ inuenitur. Tantū ut deſideſ moueret Tulliuſ in arma uiroſ: et iā deſueta triūphiſ agmina. Illo itaq; uicio tantū ſceluſ ppetratum eſt ſocialiſ belli atq; cognati. Quod uiciū Saluſtiuſ magnū tranſe/unter attigit. Cum enī laudanſ breuiter antiqora cōmemoraſſet tēpora: quādo uita hoim ſine cupiditate agitabat̄: et ſua cuiq; ſatiſ placebant. Poſtea uero inquit q̄ in aſia Cyruſ: in grecia lacedemonii & athenienſeſ cepere urbeſ atq; nationeſ ſubegere: libidinē dominādi cauſam belli habere: maxiam gloriā in maximo imperio putare: et cetera que ipſe inſtituerat dicere. Mihi huc uſq; ſatiſ ſit eiuſ uerba poſuiſſe. Libido iſta dominādi magniſ maliſ agitat & cōterit genuſ hūanum. hac libidine roma tūc uicta albam ſe uiciſſe triūphabat: et ſui ſceleriſ laudem gloriā nominabat: q̄m laudatur inqt ſcriptura noſtra peccator i deſideriiſ anime ſue: et qui iniqua gerit benedicitur.

Fallacia igit̃ tegmina & deceptorie dealbationeſ auferant̃ a rebuſ: ut ſincero inſpiciantur examĩe. Nemo mihi dicat. magnuſ ille atq; ille: qa cũ illo & illo pugnauit et uicit. Pugnãt etiã gladiatoreſ. uincũt et ipſi: habet pmia laudiſ & illa crudelitaſ. Sed puto eẽ ſatiuſ cuiuſlibet inertie penaſ luere: q̃ illoꝝ armoꝝ gloriam querere. et tamẽ ſi in arenã pcederẽt pugnaturi inter ſe gladiatoreſ quoꝝ alter eſſet filiuſ alter pater eẽt: tale ſpectaculũ quiſ ferret: quiſ nõ auferret? Quõ ergo glorioſũ alteriuſ matriſ alteriuſ filie ciuitatiſ inter ſe armoꝝ potuit eẽ certamẽ? An ideo diuerſũ fuit ꝙ arena illa nõ fuit: et latioreſ campi non duorũ gladiatoꝝ: ſed in duobuſ populiſ multoꝝ funeribuſ implebantur: nec amphitheatro cingebantur illa certamina: ſed uniuerſo orbi. Et tũc uiuiſ & poſteriſ quouſq; iſta fama porrigit̃ impiũ ſpectaculũ prebebatur. Vim tamẽ patiebãtur ſtudii ſui dii illi preſideſ imperii romani: et taliũ certaminũ tanq̃ theatrici ſpectatoreſ donec oratiorum ſoror propter curiatioſ treſ pemptoſ etiã ipſa tercia ex altera parte fraterno ferro duobuſ fratribuſ adderetur: ne minuſ haberet mortium etiam roma que uicerat. Deinde ad fructum uictorie alba ſubuerſa eſt. Vbi poſt ilium quod greci euerterũt et poſt lauiniũ ubi rex Latinuſ Eneã regem pegrinũ atq; fugitiuũ cõſtituerat tercio loco habitauerãt numina illa troiana. Sed more ſuo etiã inde iã fortaſſe migrauerãt: ideo deleta eſt. Diſceſſerãt uidelicet omneſ aditiſ ariſq; relictiſ dii quibuſ imperium illud ſteterat. Diſceſſerant ſane ecce iam tercio ut eiſ quarto roma puidentiſſime crederetur. Diſplicuerat enim et alba ubi Amuliuſ expulſo fratre: et roma placuerat ubi Romuluſ occiſo fratre regnauerat. Sed anteq̃ alba dirueretur traſfuſuſ eſt inquiũt populuſ euiſ in romam: ut ex utraq; una ciuitaſ fieret. Eſto ita factũ ſit: urbſ tamẽ illa Aſcanii regnum: et terciũ domiciliũ troianoꝝ deorũ: ab urbe filia mater euerſa eſt. Et ut belli reliquie e duobuſ populiſ unũ facerent miſerabile coagulũ: multuſ ante fuſuſ utriuſq; ſãguiſ fuit. Quid iã ſingillatim dicam: ſub ceteriſ regibuſ totieſ eadem bella renouata: que uictoriiſ finita uidebãtur: et tantiſ ſtragibuſ iterũ atq; iterũ confecta: iterum iterũq; poſt feduſ & pacem inter generoſ et ſoceroſ & eoꝝ ſtirpem poſteroſq; repetita. Nõ paruum indicium calamitatiſ huiuſ fuit: ꝙ portaſ belli nulluſ clauſit illorum.

Nulluſ ergo illoꝝ ſub tot diiſ preſidibuſ in pace regnauit. Ipſoꝝ autẽ regũ qui exituſ fuerũt. De Romulo uiderit adulatio fabuloſa qua phibetur receptuſ in celum. Viderũt qdam ſcptoreſ eoꝝ qui eũ propter ferocitatẽ a ſenatu diſſerptum eſſe dixerunt. ſubornatũq; neſcio quẽ Iuliũ Proculum: q eũ ſibi apparuiſſe diceret: eũq; per ſe populo mãdaſſe romano ut inter numina coleretur: eoq; modo populũ qui contra ſenatũ intumeſcere ceperat repreſſum atq; ſedatum. Acciderat enĩ & ſoliſ defectio quã certa ratione ſui curſuſ effectam imperita neſciens multitudo meritiſ Romuli tribuebat. Quaſi uero ſi luctuſ ille ſoliſ fuiſſet: magiſ ideo credi deberet occiſuſ ipſumq; ſceluſ auerſione etiã diurni luminiſ indicatũ: Sicut reuera factũ eſt cũ dñſ crucifixuſ eſt crudelitate atq; impietate iudeoꝝ. Quã ſoliſ obſcurationẽ non ex canonico ſiderũ curſu accidiſſe ſatiſ oſtendit: ꝙ tũc erat paſcha iudeoꝝ. Nam plena luna paſche ſolennitaſ agit̃. Regulariſ aũt ſoliſ defectio nõ niſi lune fine cõtingit. Satiſ & Cicero illam inter deoſ Romuli receptionẽ putatam magiſ ſignificat eſſe q̃ factam: quãdo & laudanſ eũ in libriſ de republica Scipioniſq; ſermõe: tantũ eſt inqt conſecutuſ: ut cũ ſubito ſole obſcurato non cõparuiſſet: deoꝝ in numero collocatuſ putaretur: quam opinionem nemo unq̃ mortaliſ aſſequi potuit ſine eximia uirtutiſ gloria. Quod aũt dicit eũ ſubito non cõparuiſſe: profecto ibi intelligit̃ aut uiolẽtia

tempeſtatiſ aut cedis facinoriſq; ſecretum. Nam & alii ſcriptoreſ eoꝝ defectiõi ſoliſ addunt etiã ſubitam tempeſtatem: que profecto aut occaſionẽ ſceleri prebuit: aut Romulum ipſa conſumpſit. De Tullo q̃ppe etiam Hoſtilio qui tertiuſ a Romulo rex fuit: qui & ipſe fulmine aſſumptuſ eſt: dicit in eiſdem librіſ idem Cicero ꝓpterea et iſtum non creditum inter deoſ receptum tali morte: quia fortaſſe quod erat in Romulo ꝓbatũ id eſt perſuaſum: romani uulgare noluerunt id eſt uiliſicare: ſi hoc et alteri facile tribueretur. Dicit etiam aperte in inuectiuiſ. Illum qui hanc urbem condidit Romulũ ad deoſ immortaleſ beniuolentia famaq; ſuſtulimuſ: ut nõ uere factũ: ſed ꝓpter merita uirtutiſ eiuſ beniuolentia iactatum diffamatũq; mõſtraret.

In hortenſio uero dialogo cũ de ſoliſ canonicaſ defectiõibuſ loqueretur: ut eaſdem inquit tenebraſ efficiat quaſ effecit in interitu Romuli: qui in obſcuratione ſoliſ eſt effectuſ. Certe hic mĩme timuit interitũ hoĩſ dicere: q̃a diſputator magiſ q̃ laudator fuit. Ceteri aũt regeſ populi romani excepto Numa Pompilio & Ancomarcio qui morbo interierũt: q̃ horrendoſ exituſ habuerunt. Tulluſ ut dixi Hoſtiliuſ uictor et euerſor albe cum tota domo ſua fulmine cõcrematuſ eſt. Priſcuſ Tarquiniuſ per ſui deceſſoriſ filioſ interemptuſ eſt. Seruiuſ Tulluſ gener ipſiuſ Tarquinii ſuperbi q̃ ei ſucceſſit in regnũ nefario ſcelere occiſuſ eſt. Nec diſceſſere aditiſ ariſq; relictiſ dii: tanto in optimũ illiuſ populi regem parricidio perpetrato: quoſ dicũt ut hoc miſere troie facerent eãq; grecaſ diruendã exurendãq; relinquerẽt: adulterio fuiſſe Paridiſ cõmotoſ. Sed inſuper interfecto a ſe ſocero Tarquiniuſ ipſe ſucceſſit. Hunc illi dii nefarium parricidam soceri interfectione regnãtem: inſuper multiſ belliſ uictoriiſq; triũphantem: et de belloꝝ manubiiſ capitoliũ fabricantẽ: nõ abſcedenteſ ſed pſenteſ manenteſq; uiderunt: et regem ſuũ Iouem in illo altiſſimo templo hoc eſt in opere parricide ſibi preſidere atq; regnare perpeſſi ſũt. Neq; enĩ adhuc innocenſ capitoliũ inſtruxit: et poſtea maliſ meritiſ urbe pulſuſ ẽ. Sed ad ipm regnũ in quo capitoliũ fabricaret immaniſſimi ſceleriſ perpetratõne peruenit. Quod uero eũ romani regno poſtea depulerunt: ac ſecluſerũt menibuſ ciuitatiſ: non ipſiuſ de Lucretie ſtupro ſed filii peccatũ fuit: illo non ſolũ neſciente: ſed etiã abſente cõmiſſum. Ardeã ciuitatem tũc oppugnabat: et ꝓ populo romano bellũ gerebat. Neſcimuſ q̃d faceret ſi ad eiuſ noticiã flagitiũ filii deferret. Et tñ inexplorato eiuſ iudicio & inexpto ei populuſ ademit imperium: et recepto exercitu a quo deſeri iuſſuſ eſt: clauſiſ deinde portiſ nõ ſunt paſſi intrare redeuntem. At ille poſt bella grauiſſima quibuſ eoſdem romanoſ concitatiſ finitimiſ attriuit: poſteaq̃ deſertuſ ab eiſ quorum fidebat auxilio regnum recipe nõ ualuit: in opido tuſculo rome uicino q̃tuordecim ut fertur annoſ ꝑuatam uitam quietuſ habuit: et cũ uxore cõſenuit optabiliore fortaſſiſ exitu q̃ ſocer eiuſ: generi ſui facinore nec ignorante filia ſicut perhibetur extinctuſ. Nec tamẽ iſtum Tarquinium romani crudeſem aut ſceleratum ſed ſuperbũ appellauerũt: ſed fortaſſiſ regioſ eiuſ faſtuſ alia ſupbia nõ ferenteſ. Nam ſceluſ occiſi ab eo soceri optimi regiſ ſui uſq; adeo contempſerũt: ut eũ regem ſuũ facerent. ubi miror ſi nõ ſcelere grauiore mercedem tantam tanto ſceleri reddiderũt: nec diſceſſere aditiſ ariſq; relictiſ dii. Niſi forte quiſpiam ſic defendat iſtoſ deoſ: ut dicat eoſ ideo manſiſſe rome: quo poſſent romanoſ magiſ punire ſuppliciiſ q̃ beneficiiſ adiuuare. ſeducenteſ eoſ uaniſ uictoriiſ et belliſ grauiſſimiſ cõterenteſ. Hec fuit romanoꝝ uita ſub regibuſ laudabili tẽpore illiuſ reipublice: uſq; ad expulſionẽ Tarquinii ſupbi per ducentoſ ferme & q̃draginta et treſ annoſ: cum ille omneſ uictorie tam multo ſanguine & tantiſ empte calami/ tatibuſ: uixta illud imperium intra uiginti ab urbe miliaria dilatauerint. Quãtum

ſpacium abſit ut ſaltem alicuius ſiecule ciuitatiſ nec territorio comparemuſ.

HVic tēpori adiciamuſ etiā tpuſ illud quouſq; dicit Saluſtiuſ equo & modeſto iure agitatum: dum metuſ a Tarquinio & graue bellum cū ethruria poſitū eſt. Quandiu enī etruſchi Tarquinio redire in regnū conāti opitulaci ſunt: graui bello roma cōcuſſa eſt. Ideo dicit equo & modeſto iure geſtam rēpublicā metu premēte: non perſuadente iuſticia. In quo grauiſſimo tempore q̄ funeſtuſ ille annuſ fuit: quo primi conſuleſ creati ſunt expulſa regia poteſtate: annū quippe ſuū non cōpleuerūt. Nam Iuniuſ Brutuſ exhonoratū eiecit urbe collegā Luciū Tarquiniū Collatinū. Deinde mox ille ī bello cecidit mutuiſ cum hoſte uulneribuſ: occiſiſ a ſeipſo p̄ mituſ filiiſ ſuiſ & uxoriſ ſue fratribuſ: q eoſ p reſtituēdo Tarquinio cōiuraſſe cognouerat. Quod factum Virgiliuſ poſtq̄ laudabiliter cōmemorauit: continuo clementer exhorruit. Cum enim dixiſſet natoſq; pater noua bella mouenteſ. Ad penam pulchra p libertate uocabit. mox deinde exclamauit & ait. Infelix utcūq; ferent ea facta minoreſ. Quomodolibet inquit ea facta poſteri ferant id eſt preferant & extolant: qui filioſ occidit infelix eſt. Et tanquā ad conſolandum infelicem ſubiunxit. Vincit amor patrie: laudumq; immenſa cupido. Nōne in hoc Bruto qui & filioſ occidit: et a ſe percuſſo hoſte et filio Tarquinii & mutuo percuſſuſ ſuperuiuere nō potuit. eiq; potiuſ ipſe Tarquiniuſ ſuperuixit. Collatini collegē uidetur innocentia uindicata: q bonuſ ciuiſ ob hoc Tarquinio pulſo paſſuſ eſt quod tyrannuſ ipſe Tarquiniuſ. Nam et idem Brutuſ conſanguineuſ Tarquinii fuiſſe perhibetur. ſed Collatinum uidelicet ſimilitudo nominiſ preſſit: quia etiā Tarquiniuſ uocabatur. Mutare ergo nomē nō patriam cogeretur. poſtremo ſi in euſ nomine hoc uocabulum minuſ eēt. Luciuſ Collatinuſ tantūmodo uocaretur. Sed ideo nō amiſit q ſine ullo detrimēto poſſet amittere: ut & honore primuſ conſul: et ciuitate bonuſ ciuiſ carere iuberetur. Etiam ne iſta eſt gloria Iunii Bruti: deteſtanda iniquitaſ & nihilo utiliſ reipublice? Et etiā ne ad hāc ppetrandam uicit amor patrie: laudumq; immenſa cupido? Iam expulſo utiq; Tarquinio tyranno: conſul cū Bruto creatuſ eſt maritus Lucretie Luciuſ Tarquiniuſ Collatinuſ. q̄ iuſte populuſ moreſ in ciue non nomen attendit. q̄ iniuſte Brutuſ collegam prime ac noue illiuſ poteſtatiſ: quē poſſet ſi hoc offendebat nomie tantū priuare: et patria priuauit & honore. Hec mala facta ſunt: hec aduerſa acciderūt: quādo in illa republica equo & modeſto iure agitatum eſt. Lucretiuſ quoq; qui in locum Bruti fuerat ſubrogatuſ: morbo anteq̄ idem annuſ terminaretur abſumptuſ eſt. Ita Publiuſ Valeriuſ q ſucceſſerat Collatino: et Marcuſ Oratiuſ qui p defuncto Lucretio ſuffectuſ fuerat: annum illum funereum atq; tartareum qui cōſuleſ q nq; habuit compleuerunt. Quo anno conſulatuſ ipſiuſ nouum honorem ac poteſtatem auſpicata eſt romana reſpublica. Tunc iam diminuto paululum metu nō q a bella conquieuerant: ſed q a non tā graui pondere urgebāt.

FInito ſcilicet tēpore quo equo & modeſto iure agitatū eſt: ſecuta ſunt que idē Saluſtiuſ breuiter ſic explicat. Deinde ſeruili imperio patreſ plebem exercere de uita ac quiete erga ſe regio more conſulere: erga alioſ de uiolentia & ingratitudine ſibi regna moliri: illoſ agro pellere: et ceteriſ ex partibuſ ſoli ī impio agere. Quibuſ agitata ſeuiciiſ & maxime fenore oppreſſa plebeſ cū aſſiduiſ belliſ tributū & miliciā ſimul tolleraret: armata mōtem ſacrū atq; auētinum inſedit. Tumq; tribunoſ plebiſ

et alia ſibi iura parauit diſcordiarum & certaminiſ utriuſq; finiſ fuit ſecundū bellum punicum. Quid itaq; ego tantaſ moraſ uel ſcribenſ patiar uel lecturiſ afferam? Quā miſera fuit illa reſpublica: tam longa etate per tot annoſ uſq; ad ſecundum bellum punicum: bellis forinſecis inquietare nō deſiſtentibuſ & intuſ diſcordiiſ ſeditionibuſq; ciuilibuſ. a Saluſtio breuiter intimatum eſt. Proinde uictorie ille nō ſolida beatorū gaudia fuerūt: ſed inania ſolatia miſerorum: et ad alia atq; alia terribilia mala ſubeunda illecebroſa incitamenta minime quietorum. Nec nobiſ quia hec dicimuſ boni romani prudenteſq; ſuccenſeāt: quanq̄ de hac re nec petendi ſint nec monendi: qm̄ eoſ minime ſuccenſuroſ eſſe certiſſimum eſt. Neq; enim grauiuſ uel grauiora dicimuſ auctoribuſ eorum: et ſtilo & ocio multum impareſ: Quibuſ tamen ediſcendiſ & ipſi elaborauerunt: et filioſ ſuoſ elaborare compellunt. Qui autē ſuccenſent: quādo me ferrent ſi ego dicerem quod Saluſtiuſ ait: plurime turbe ſeditiōeſ & ad poſterū bella ciuilia orta ſunt: dum pauci potenteſ quoꝝ in grām pleriq; cōceſſerant ſub honeſto patrum aut plebiſ nomine dominatiōneſ affectabant: bonic; & mali ciueſ appellati non ob merita in rempublicam inceſſerant omnibuſ pariter corruptiſ: ſed uti quiſq; locupletiſſimuſ & iniuria ualidior quia preſentia defendebat pro bono ducebatur. Porro ſi illi ſcriptoreſ hiſtorie ad honeſtam libertatem pertinere arbitrati ſūt mala ciuitatiſ proprie nō tacere: quā multiſ lociſ magno preconio laudare compulſi ſūt: cū aliam ueriorem quo ciueſ eterni legendi ſunt nō haberent qd̄ noſ facere cōuenit: cuiuſ ſpeſ quāto in deo melior & certior: tanto maior debet eſſe libertaſ: cū mala preſentia chriſto noſtro imputant: ut infirmioreſ imperitioreſq; menteſ alienent ab ea ciuitate: in qua ſola iugiter feliciterq; uiuēdum eſt. Nec in deoſ eoꝝ horribiliora noſ dicimuſ q̄ eorum itidem auctoreſ quoſ legūt & predicant: quādoqdem et ex ipſiſ que diceremuſ accepimuſ: et nullo modo dicere uel talia uel cuncta ſufficimuſ. Vbi erant ergo illi dii qui propter exiguam fallacemq; huiuſ mundi felicitatem colendi exiſtimantur: cū romani q̄buſ ſe colendoſ mendaciſſima aſtutia uendicabant tantiſ calamitatibuſ uexarētur? Vbi erant quādo Valeriuſ conſul et ab exulibuſ & ſeruiſ incenſum capitoliū cū defenſaret occiſuſ eſt: faciliuſq; ipſe prodeſſe potuit edi Iouiſ: q̄ illi turba tot numinū cū ſuo maximo atq; optimo rege: cuiuſ templū liberauerat ſubuēire? Vbi erant quādo denſiſſimiſ fatigata ciuitaſ ſeditionum maliſ: cū legatoſ athenaſ miſſoſ ad legeſ mutuandaſ paululū quieta operiretr: graui fame peſtilētiaq; uaſtata eſt? Vbi erant quādo rurſuſ populuſ cū fame laboraret prefectū annone primū creauit: atq; illa fame inualeſcente: ſpuriuſ Emiliuſ qui eſurienti multitudini frumenta largituſ eſt regni affectati crimen incurrit: et eiuſdem prefecti inſtantia per dictatorem Lucium Quintum etate decrepitum: a Quinto Seruilio magiſtro equitum cum maximo & periculoſiſſimo tumultu ciuitatiſ occiſuſ ē? Vbi erant qn̄ imminēte peſtilentia maxia expoſtādiſ inutilibuſ populuſ diu multūq; fatigatuſ: noua lectiſternia quod nunq̄ antea fecerat exhibenda arbitratuſ eſt: lecti aūt ſternebantur in honorem deoꝝ: unde hoc ſacrum uel potiuſ ſacrilegiū nomen accepit? Vbi erant quādo per x. continuoſ annoſ male pugnando crebraſ & magnaſ cladeſ apud ueioſ exercituſ romanuſ acceperat: niſi per Furiū Camillū tandē ſubuēiretur: quem poſtea ciuitaſ ingrata damnauit? Vbi erant quando galli romam ceperunt: ſpoliauerunt: incenderunt: cedibuſ impleuerunt? Vbi erant cū illa inſigniſ peſtilētia tam ingentem ſtragē dedit: qua & ille Furiuſ Camilluſ extinctuſ eſt: q rempublicā ingratam & a ueientibuſ ante defendit: et de galliſ poſtea uindicauit? Inde in hac peſtilentia ſcenicoſ ludoſ aliam nouam peſtem non corporibuſ romanoꝝ: ſed quod

eſt multo pernicioſius morbus intulerunt. Vbi erant quādo alia peſtilentia grauis
de ueneniſ matronarum exorta credita eſt: quarum ſupra fidem multarū atq; nobiliū
moreſ deprehenſi ſunt omni peſtilentia grauioreſ: uel quando in caudinas furculas
a ſamnitibus obſeſſi: ambo cum exercitu cōſules fedus cū eis fedum facere coacti ſūt.
ita ut equitibus romanis ſexcentis obſidibus datis: ceteri amiſſis armis aliiſq; ſpoliati
priuatiq; tegminibus ſub iugum hoſtium cum ueſtimentis ſingulis mitterentur. Vbi
quando graui peſtilentia ceteris laborantibus multi etiam in exercitu ictu fulminis
perierunt. Vel quādo etiā inter alia intolerabili peſtilētia Eſculapiū ab epidauro
quaſi medicum deum roma aduocare atq; adhibere compulſa eſt: quē regem omniū
Iouem qui iam diū in capitolio ſedebat multa ſtupra quibus adoleſcens uacauerat: non
permiſerant fortaſſe diſcere medicinam: uel cū cōſpirantibus uno tempore hoſtibus
lucanis: brutiis: ſamnitibus: etruſcis & ſenonibus gallis primo ab eis legati perempti ſūt.
Deinde cū pretore oppreſſus exercitus ſeptem tribunis cū illo pereuntibus: et militū
tredecim milibus. uel quādo poſt graues & longas rome ſeditiones quibus ad ultimum
plebs ianiculū hoſtili direptione receſſerat: cuius mali tam dira calamitas erat: ut eius
rei cauſa quod in extremis periculis fieri ſolebat & dictator crearetur Ortenſius: qui
plebe reuocata in eodem magiſtratu expirauit. quod nulli dictatori an contigerat.
et quid illis diis iam preſente Eſculapio grauius crimen fuit. Tum uero tam multa
bella ubiq; crebuerunt: ut inopia militū proletarii illi qui eo q proli gignende ua/
cabant: ob egeſtatē militare nō ualentes hoc nomē acceperant: militie cōſcriberentur.
Accitus etiā a tarētinis Pyrrhus rex grecie tūc ingenti gloria celebratus: romanorū
hoſtis effectus eſt. Cui ſane de rerum futuro euentu cōſulenti: ſatis urbane Apollo
ſic ambiguum oraculum edidit: ut e duobus quicquid accidiſſet: ipſe diuinus haberetur.
Ait enim. dico te Pyrrhe uincere poſſe romanos. atq; ita ſiue Pyrrhus a romanis ſiue
romani a Pyrrho uincerentur: ſecurus fatidicus utrūlibet expectaret euentū. Que tūc
& quā horrēda utriuſq; exercitus clades: in qua tā ſupior Pyrrhus extitit: ut iam poſſet
Apollinē pro ſuo intellectu pdicare diuinū: niſi proxime alio prelio romani abſcederent
ſuperiores. Atq; in tāta ſtrage bellorum etiā peſtilētia grauis exorta ē mulierū. Nam
priuſq̄ maturos partus ederent grauide moriebātur. Vbi ſe credo Eſculapius excuſabat:
q archiatrum ſe non obſtetricē profitebatur. Pecudes quoq; ſimiliter interibāt: ita ut
iam defecturū genus aīalium crederetur. Quid hiems illa cōmemorabilis tā incredibili
immanitate ſeuiens: ut niuibus horrenda altitudine etiā in foro per dies. xl. manen/
tibus: tiberis quoq; glacie duraretur. Si noſtris temporibus accidiſſet: que iſti & quāta
dixiſſent. Quid illa itidem ingens peſtilentia: quādiu ſeuiuit: quā multos peremit. Que cū
in annū aliū multo grauius tēderetur: fruſtra preſente Eſculapio aditū eſt ad libros
Sybillinos. In quo genere oraculorum ſicut Cicero in libris de diuinatiōe cōmemorat:
magis interpretibus ut poſſunt ſiue uolunt dubia coniectantibus credi ſolet. Tunc
ergo dictū eſt eam eē cām peſtilētie: q plurimas edes ſacras multi occupatas priuatim
tenerent. ſic interim a magno imperitie uel deſidie crimine Eſculapius liberatus eſt.
Vnde autem a multis edes ille fuerant occupate nemine prohibente: niſi quia tante
numinum turbe diu fruſtra fuerat ſupplicatum: atq; ita paulatim loca deſerebātur
a cultoribus: ut tanquā uacua ſine ullius offenſione poſſent humanis ſaltem uſibus
uendicari. Nanq; tunc uelut ad ſedādam peſtilentiā diligenter repetita fuerūt atq;
reparata: niſi poſtea eodem mō neglecta atq; uſurpata laterent: non utiq; magne
peritie Varronis tribueretur: q ſcribens de edibus ſacris tam multa ignorata cōmēorat.
Sed tūc interim elegans nō peſtilentie depulſio: ſed deorum excuſatio procurata eſt.

IAm uero punicis bellis cum inter utrūq; imperiū uictoria diu anceps atq; incerta penderet; populiq; duo preualidi impetus in alterutrū fortiſſimos & opulentiſſimos agerent: quot minutiora regna contrita ſunt: que urbes ample nobileſq; delete: quot afflicte; quot perdite ciuitates: q̄ longe lateq; tot regiones terreq; uaſtate ſunt: quotiens uicti hinc atq; inde uictores; quid hoīum conſumptum eſt uel pugnantiū militum: uel ab armis uacantium populorum; quāta uis nauium marinis etiā preliis oppreſſa: et diuerſarum tempeſtatū uarietate ſubmerſa eſt; ſi enarrare uel cōmemorare conemur; nihil aliud q̄ ſcriptores etiā nos erimus hiſtorie. Tunc magno metu pturbata romana ciuitas: ad remedia uana & ridenda currebat. Inſtaurati ſunt ex auctoritate librorum ſibillinorum ludi ſeculares; quoꝝ celebritas inter centū annos fuerat inſtituta: felicioribuſq; temporibus memoria negligēte perierat. Renouarūt etiā pontifices ludos ſacros inferis: et ipſos abolitos annis retrorſū melioribus. Nimirū enim quando renouati ſunt: tanta copia morientium ditatos inferos etiam ludere delectabat; cū pfecto miſeri hoīes ipſa rabida bella & cruentas aīoſitates; funereaſq; hinc atq; inde uictorias magnos agerent ludos demonum; et opimas epulas inferoꝝ. Nihil ſane miſerabilius primo punico bello accidit; q̄ φ ita romani uicti ſūt: ut etiā Regulus ille caperetur cuius in pmo & in altero libro mentionē fecimus; uir plane magnus & uictor antea domitorq; penorum. Qui etiā ipm primum bellū punicum confeciſſet: niſi auiditate nimia laudis & glorie duriores conditiones q̄ ferre poſſent feſſis carthaginenſibus imperaſſet. Illius uiri & captiuitas inopinatiſſima: et ſeruitus indigniſſima: et iuratio fideliſſima; et mors crudeliſſima; ſi deos illos non cogit erubeſcere; uerū eſt φ erei ſunt & nō habēt ſanguinē. Nec mala illo tēpore grauiſſima intra menia defuerunt. Nam exundante nimis ultra morem fluuio tiberino: pene oīa urbis plana ſubuerſa ſūt; aliis impetu quaſi torrentis impulſis; aliis uelut ſtagno diuturno madefactis atq; ſublapſis. Iſtam deinde peſtem ignis pniciosior ſubſecutus eſt. qui correptis circa forū quibuſq; celſioribus; etiā templo Veſte ſuo familiariſſimo non pepercit; ubi ei ueluti uitam perpetuam diligentiſſima ſubſtitutione lignorum non tam honorate q̄ damnate uirgines donare conſueuerant. Tum uero illic ignis non tantum uiuebat: ſed etiam ſeuiebat. Cuius impetu exterrite uirgines: ſacra illa fatalia que iam tres in qbus fuerant preſſerant ciuitates: cū ab illo incendio liberare nō poſſent; Metellus pontifex ſue quodāmodo ſalutis oblitus irruens ea ſemiuſtulatus abripuit. Neq; enim uel ipm ignis agnouit. aut uero erat ibi numē quod non etiā ſi fuiſſet fugiſſet. Homo igitur potius ſacris Veſte q̄ illa hōi pdeſſe potuerunt. Si aūt a ſemetipis ignem non repellebant a ciuitate cuius ſalutem tueri putabant: quid contra illas aquas flāmaſq; poterant adiuuare: ſicut etiā res ipa nihil ea prorſus potuiſſe patefecit. Hec iſtis neq̄q̄ obiceremur a nobis: ſi illa ſacra dicerent nō tuendis his bonis temporalibus inſtituta; ſed ſignandis eternis. et ideo cum ea que corporalia uiſibiliaq; eēnt pire cōtingeret; nihil his rebus minui p pter quas fuerant inſtituta: et poſſe ad eoſdem uſus denuo reparari. Nunc uero cecitate miſerabili eis ſacris que perire poſſent fieri potuiſſe exiſtimant; ut ſalus terrena & tēporalis felicitas ciuitatis perire non poſſet. Proinde cum illis etiā manentibus ſacris: uel ſalutis cōtritio uel infelicitas irruiſſe monſtratur; mutare ſententiam quam defendere nequeunt erubeſcunt. De [c]ondicione belli punici ſecundi q[uo] vires utriuſq; conſumpte ſunt C. xix

SEcundo autem bello punico nimis longum eſt commemorare clades duorum populorū tam longe ſecum lateq; pugnantium; ita ut his quoq; fatentibus qui

non tam narrare bella romana ꝗ romanū imperium laudare inſtituerunt. ſimilior uicto fuerit ille qui uicit. Hānibale quippe ab hiſpania ſurgente: et pireneis montibus ſuperatis. gallia traſcurſa alpibuſq; diruptis. tam longo circuitu auctis uiribus cūcta uaſtando aut ſubigendo: torrentis mō italie faucibus irruente: ꝗ cruenta bella geſta ſunt. ꝗ multa prelia. quotiens romani ſuperati. ꝗ multa ad hoſtem opida defecerūt: ꝗ multa capta & oppreſſa: ꝗ dire pugne et totiens Hānibali romana clade glorioſe. Sed hec hactenus. De cannenſi autem mirabiliter horrēdo malo quid dicam? Ubi Hānibal cum eſſet crudeliſſimus: tamen tanta inimicoꝝ atrociſſimoꝝ cede ſaciatus parci iuſſiſſe perhibetur. Unde tres modios anuloꝝ aureorū carthaginem miſit. quo intelligerent tantam in illo prelio dignitatē cecidiſſe romanā: ut facilius eā caperet menſura ꝗ numerus. atq; hinc ſtrages turbe cetere tanto utiq; numeroſioris quanto infirmioris: que ſine anulis iacebat: conicienda potius ꝗ nunciāda putaretur. Denique tanta militum inopia ſecuta eſt: ut romani reos facinorum propoſita impunitate colligerent. ſeruicia libertate donarent: atq; ex illis pudendus nō tam ſuppleretur ꝗ inſtitueretur exercitus. Serui itaq; immo ne faciamus iniuriam iā liberti: p romana republica pugnaturi arma defuerunt. Detracta ſunt templis: tanꝗ romani diis ſuis diceret. Ponite que tā diu inutiliter habuiſtis. ſi forte aliqd utile inde facere poſſint noſtra mancipia: unde uos noſtra numina nihil facere potuiſtis. Tunc etiā ſtipendiis ſufficiēdis cū defeciſſet erarium: in uſus publicos opes uenere priuate: adeo unoquoq; id quod habuit conferente: ut preter ſingulos anulos aureos ſingulaſq; bullas miſerabilia dignitatis inſignia: nihil ſibi auri ſenatus ipſe ꝗto magis ceteri ordines tribuſq; relinquerent. Quis ferret iſtos ſi noſtris temporibus ad hanc inopiam cogerentur: cū eos mō uix feramus quādo pro ſuperflua uoluptate plura donantē hiſtrionibus ꝗ tūc legiōibus pro extrema ſalute collata ſunt?

Sed in his oībus belli punici ſecūdi malis: nihil miſerabilius ac miſerabili querela dignius: ꝗ excidium ſaguntinorum fuit. Hec quippe hiſpanie ciuitas amiciſſima populi romani: dū eidem populo fidem ſeruat euerſa eſt. Hinc enī Hānibal fracto federe romanoꝝ cauſas queſiuit: qbus eos irritaret ad bellū. Saguntū ergo ferociter obſidebat. Quod ubi rome auditum eſt: miſſi ſunt legati ad Hānibalem ut ab eius obſidione diſcederet. Contempti carthaginem pergunt: querimoniamq; deponunt federis rupti: infectoq; negocio romam redeunt. Dum he more aguntur: miſera illa ciuitas opulentiſſima ſue reipublice romaneq; cariſſima: octauo uel nono a perñis menſe deleta eſt. cuius interitum legere quāto magis ſcribere horroris eſt. Breuiter tñ eum cōmemorabo: ad rem quippe que agitur multum pertinet. Primo fame cōtabuit. nam etiā ſuoꝝ cadaueribus a nōnullis paſta perhibetur. Deinde feſſa oīum rerū: ne ſaltem captiua in manus Hānibalis perueniret: ingentem rogum publice ſtruxit: in quem ardentem ferro etiā trucidatos omnes ſe ſuoſq; miſerunt. Hic aliquid agerent duelliones atq; nebulones ſacrificioꝝ adipibus inhiantes: et fallacium diuinationum caligine decipientes. hic aliqd agerēt ſi ciuitati populi romani amiciſſime ſubuenirent: et fidei conſeruatione pereūtem perire non ſinerent. Ipſi utiq; medii prefuerūt: cum romāe reipublice interiecto federe copulata eſt. Cuſtodiens itaq; fideliter quod ipſis preſidibus placito iunxerat: fide uinxerat: iuratōe conſtrinxerat: a perfido obſeſſa oppreſſa conſumpta eſt. Si ipſi dii tempeſtate atq; fulminibus Hānibalem poſtea romanis proximum menibus terruerunt: longeq; miſerunt: tunc primū tale aliquid facerent. audeo quippe dicere: honeſtius illos pro amicis romanoꝝ ideo periclitātibus

ne romaniſ frangerent fidem: et nullā opem tunc habentibuſ: q̄ pro ipſiſ romaniſ qui pro ſe pugnabāt atq; aduerſuſ Hānibalem opulenti erant potuiſſe tepeſtate ſeuire. Si ergo tutoreſ eſſent romane felicitatiſ & glorie: tam graue ab ea crimen ſagūtine calamitatiſ auerterēt. Nunc uero q̄ſtulte credūt: diſ illiſ defenſoribuſ romā uictore Hānibale non periſſe: qui ſagūtine urbi non potuerūt ne pro eiuſ periret amicicia ſubuenire? Si ſagūtinorum chriſtianuſ populuſ eſſet: et huiuſmodi aliquid pro fide euangelica pateretur: quanq̄ ſe ipſe nec ferro nec ignibuſ corrupiſſet: ſed tamē ſi pro fide euangelica excidium pateretur: ea ſpe pateretur qua in chriſtū crediderat: non mercede breuiſſimi temporiſ: ſed eternitatiſ interminate potiretur. Pro iſtiſ autē diſ qui propterea coli phibentur: propterea colendi requiruntur ſut harum labentiū atq; tranſeuntium rerum felicitaſ tuta ſit: quid nobiſ defenſoreſ & excuſatoreſ eorum de ſagūtiniſ pereūtibuſ reſpondebunt: niſi quod de illo Regulo extincto? Hoc q̄ppe intereſt: q illi unuſ homo: hec tota ciuitaſ: utriuſq; tamē interituſ cauſa cōſeruatio fidei fuit. propter hanc enī ad hoſteſ & redire ille uoluit: et noluit iſta tranſire. Cōſeruata ergo prouocat deoꝝ iram fideſ? An poſſunt & diſ propitiiſ perire non ſolū quiq; homineſ: uerum etiam integre ciuitateſ? Utrum uolunt eligant. Si enim fidei ſeruate iraſcūtur illi dii: querant perfidoſ a qbuſ colantur. Si autē etiā illiſ propiciiſ multiſ grauibuſq; cruciatibuſ afflicti interire hoieſ ciuitateſq; poſſunt: nullo fructu felicitatiſ coluntur. Deſinant igit̄ ſuccenſere: qui ſacriſ deoꝝ ſuoꝝ perditiſ ſe infeliceſ factoſ eſſe putant. Poſſent enim illiſ nō ſolum manentibuſ: uerum etiā fauentibuſ nō ſicut modo de miſeria murmurare: ſed ſicut tunc Reguluſ & ſagūtini excruciati horribiliter etiā penituſ interire.

Porro inter ſecundum & poſtremum bellum carthaginenſe: quando Saluſtiuſ optimiſ moribuſ & maxima cōcordia dixit egiſſe romanoſ: multa enī pretereo ſuſcepti operiſ modum cogitanſ. Eodem ergo ipſo tempore moꝝ optimoꝝ maxieq; cōcordie. Scipio ille rome italieq; liberator: eiuſdemq; belli punici ſecūdi tam horrendi tam exicioſi tam periculoſi preclaruſ mirabiliſq; confector: uictor Hānibaliſ: domitorq; carthaginiſ: cuiuſ ab adoleſcētia uita deſcribit̄ diſ dedita tēpliſq; nutrita: inimicorum accuſatiōibuſ ceſſit: carenſq; patria quam ſua uirtute ſaluam & liberam reddidit: in opido linternenſi egit reliquam compleuitq; uitam: poſt inſignem ſuum triūphum nullo illiuſ urbiſ captuſ deſiderio: ita ut iuſſiſſe phibeat̄ ne ſaltē mortuo in ingrata patria funuſ fieret. Deinde tunc primū per Gneū Malleū pconſulem de gallogreciſ triūphantē: aſiatica luxuria romam omī hoſte peior irrepſit. Tūc enim primū lecti erati & p̄cioſa ſtragula uiſa phibētur. Tūc inducte in cōuiuia pſaltrie et alia licencioſa nequicia. Sed nunc de hiſ maliſ que intolerabiliter hoieſ patiūtur: non de hiſ que libenter faciunt dicere inſtitui. Unde illud magiſ quod de Scipione cōmemoraui: q cedenſ inimiciſ extra patriam quā liberauit mortuuſ eſt: ad pſentem pertinet diſputationem: q ei romana numina a quoꝝ templiſ auertit Hānibalem nō reddiderunt uicem: que propter iſtam tantūmodo colūtur felicitatem. Sed quia Saluſtiuſ eo tēpore ibi dixit moreſ optimoſ fuiſſe: propterea hec de aſiana luxuria cōmemoranda putaui: ut intelligatur etiā illud a Saluſtio in comparatione aliorū temporꝝ dictum: qbuſ tēporibuſ peioreſ utiq; in grauiſſimiſ diſcordiiſ moreſ fuerūt. Nam tunc id eſt inter ſecūdum & poſtremū bellum carthaginenſe lata eſt etiā illa lex uoconia: ne qſ heredē feminā faceret: nec unicā filiam. Qua lege qd iniquiuſ dici aut cogitari poſſit ignoro. Verūtamen toto illo interuallo duum bellorū punicoꝝ

tolerabilior infelicitaſ fuit: bellis tantūmodo foris cōterebat exercitus: ſed uictoriſ cōſolabatur. Domi aūt nulle ſicut aliaſ diſcordie ſeuiebāt. Sed ultimo bello punico uno impetu alteriuſ Scipionis q ob hoc etiā ipe africani cognomen inuenit: emula impii romani ab ſtirpe deleta eſt: ac deinde tantiſ maloꝝ aggeribuſ oppſſa romana reſpublica: ſue proſperitate ac ſecuritate rerum unde nimiū corruptiſ moribuſ mala illa congeſta ſunt: pluſ nocuiſſe mōſtretur tam cito euerſa: q̄ prius nocuerat tam diu aduerſa carthago. Hoc toto tempore uſq: ad Ceſarem Auguſtum: qui uidetur nō adhuc uel iporum opinione glorioſam: ſed contentioſam & exicioſam et plane iam eneruem ac languidam libertatem oīmodo extorſiſſe romāis: ſet ad regale arbitriū cūcta reuocaſſe: et q̄ſi morbida uetuſtate collapſam ueluti inſtauraſſe ac renouaſſe rēpublicam. Toto ergo iſto tēpore omitto ex aliiſ atq: aliiſ cauſiſ atq: etiā bellicaſ cladeſſet numantinū feduſ horrenda ignominia maculoſū: uolauerant enī pulli de cauea: et Mancino cōſuli ut aiūt auguriū malū fecerant: q̄ſi per tot annoſ qbuſ illa exigua ciuitaſ romanū circūſeſſa exercitū afflixerat: ipiq: romane reipublice terrori eſſe iam ceperat. Alii contra eum malo augurio proceſſerūt: ſed hoc inquā omitto.

Q Vamuiſ illud nequaq̄ tacuerim q Mitridateſ rex aſie ubiq: in aſia pegrinātes ciueſ romāos: atq: innumerabili copia ſuiſ negociis intētoſ uno die occidi iuſſit: et factum eſt. Quā illa miſerabiliſ rerum facieſ erat: ſubito quēquam ubicūq: fuiſſet inuentuſ: in agro: in uia: in opido: in domo: in uico: in foro: in templo: in lecto: in cōuiuio: inopinate atq: impie fuiſſe trucidatū. Quiſ gemituſ moriētium: que lacrime ſpectātium fortaſſe etiam ferientium fuerunt. Quā dura neceſſitaſ hoſpitum: non ſolum uidendi nefariaſ illaſ cedeſ domi ſue uerum etiā perpetrandi: ab illa blanda cōitate hūanitatiſ repente mutatiſ uultibuſ ad hoſtile negocium in pace pagēdum: mutuiſ ut ita dicā oīo uulneribuſ: cū percuſſuſ in corpore & percuſſor in aīo feriretur. Num & iſti omneſ auguria contempſerant. Num deoſ & domeſticoſ et publicoſ cū de ſedibuſ ſuiſ ad illam irremeabilem pegrinationem profecti ſunt: quoſ cōſulerent non habebant. Hoc ſi ita eſt: nō habent cur iſti in hac cauſa de noſtriſ temporibuſ cōquerantur. Olim romani hec uana cōtempſerūt. Si aūt conſuluerūt: reſpōdeatur quid iſta profuerunt: quādo per humanaſ dumtaxat legeſ nemine prohibēte talia licuerunt.

S Ed iam illa mala breuiter quātum poſſumuſ cōmemoremuſ: que q̄to interiora tanto miſeriora extiterūt: diſcordie ciuileſ uel potiuſ inciuileſ: nec iā ſeditōneſ ſed etiā ipſa bella urbana: ubi tantuſ ſanguiſ effuſuſ eſt: ubi partium ſtudia nō contentionum diſſenſionibuſ uariiſq: uocibuſ in alterutrū: ſed plane iam ferro armiſq: ſeuiebāt bella ſocialia: bella ſeruilia: bella ciuilia: quātum romanū cruorē fuderūt: quātam italie uaſtationē deſertionēq: fecerunt. Nanq: anteq̄ ſe aduerſuſ romam ſociale latium bellum cōmoueret: cuncta aīalia humaniſ uſibuſ ſubdita: caneſ equi: aſini boueſ: et queq: alia pecora ſub hominum dominio fuerunt: ſubito efferata & domeſtice lenitatiſ oblita: relictiſ tectiſ libera uagabantur: et oēm non ſolum alioꝝ uerum etiā dominoꝝ aduerſabantur acceſſum: nō ſine exicio uel periculo audentiſ: ſiquiſ de proximo urgeret. Quod quāti mali ſignum fuit. Quod ſi hoc ſignum fuit quod tantū malum fuit: q cum malū fuit illud cuiuſ hoc ſignum fuit. Hoc ſi noſtriſ temporibuſ accidiſſet: rabidioreſ iſtoſ q̄ illi ſua animalia pateremur.

INitium autē ciuilium bellorum fuit ſeditioneſ graccoꝝ agrariſ legibuſ excitate. Volebant enim agroſ populo diuidere quoſ nobilitaſ perperam poſſidebat. Sed tam uetuſtā iniqtatem audere cōuellere piculoſiſſimum: imo uero ut ipa reſ docuit pernicioſiſſimū fuit. Que funera facta ſunt cū prior Graccuſ occiſuſ eſt: que etiā cū aliuſ frater eiuſ nō longo interpoſito tēpore. neqꝫ enī legibuſ & ordine poteſtatum: ſed turbiſ armorūqꝫ cōflictibuſ nobileſ ignobileſqꝫ necabātur. Poſt Gracci alteriuſ interfectionē: Luciuſ Opimiuſ cōſul qui aduerſuſ eū intra urbem arma cōmouerat: eoqꝫ cū ſociiſ oppreſſo & extincto ingentem ciuium ſtragem fecerat. cū queſtionem haberet iam iudiciaria inqſitiōe ceteroſ pſequenſ: tria milia hoīm occidiſſe phibetur. Ex quo intelligi poteſt: quātam multitudinem mortium habere potuerit turbiduſ conflictuſ armoꝝ: qñ tantā habuit iudicioꝝ uelut examinata cognitio. Percuſſor Gracci ipiuſ caput quātum graue erat tanto auri pondere conſuli uēdidit. hec enim pactio cedem pceſſerat. In qua etiā occiſuſ eſt cū liberiſ Marcuſ Fuluiuſ cōſularſ.

[L]Eganti ſane ſenatuſ cōſulto eo ipo loco ubi funereuſ tumultuſ ille cōmiſſuſ eſt: ubi tot ciueſ ordiniſ cuiuſqꝫ ceciderūt: edeſ concordie facta eſt ſut graccorū pene teſtiſ & concionantiū oculoſ ferirer: meōriamqꝫ cōpungeret. Sed hoc qd aliud fuit ꝙ irriſio deoꝝ: illi dee templū cōſtituere: que ſi eēt in ciuitate nō tantiſ diſſenſiōibuſ dilacerata corrueret. Niſi forte ſceleriſ huiuſ rea concordia: quia deſeruerat aīoſ ciuiū: meruit in illa ede tanꝙ in carcere includi. Cur enī ſi rebuſ geſtiſ cōgruere uoluerūt: nō ibi potiuſ edem diſcordie fabricarūt. An ulla ratio reddit̃ cur cōcordia dea ſit: et diſcordia dea nō ſit: ut ſcđm Labeoniſ diſtinctionē bona ſit iſta: illa uero mala. Nec ipſe aliud ſecutuſ uidetur: ꝙ quod aduertit rome etiam febri ſicut ſaluti templū conſtitutū. Eo igit̃ modo non tantū concordie: uerū etiā diſcordie cōſtitui debuit. Periculoſe itaqꝫ romani tam mala dea irata uiuere uoluerūt: nec troianum excidiū recoluerunt originē ab eiuſ offenſione ſumpſiſſe. Ipſa qppe quia inter deaſ nō fuerat inuitata: triū dearū litem aurei mali ſuppoſitiōne cōmentata eſt. Vnde rixa numinū: et Venuſ uictrix: et rapta Helena: et troia deleta eſt. Quapropter ſi forte indignata ꝙ inter deoſ in urbe nullū templū habere meruit: ideo iā turbabat tantiſ tumultibuſ ciuitatē: ꝗto atrociuſ potuit irritari: cū in loco illiuſ cediſ hoc ē in loco ſui operiſ aduerſarie ſue conſtitutā edem eē uideret. Hec uana ridētibuſ nobiſ illi docti ſapienteſqꝫ ſtomachant̃: et tamē numinū bonoꝝ malorumqꝫ cultoreſ. De hac queſtiōe cōcordie diſcordieqꝫ nō exeunt. ſiue pretermiſerint harū dearū cultum: eiſqꝫ Febrem Bellonāqꝫ ptulerint quibuſ antiq phana fecerūt: ſiue & iſtaſ coluerint: cum ſic eoſ diſcedente cōcordia: diſcordia ſeuienſ uſqꝫ ad ciuilia bella perduxerit.

PRedarum uero ſeditiōibuſ obſtaculum: edem cōcordie teſtem cediſ ſuppliciiqꝫ graccorum cōcionantibuſ opponendā putarunt. Quātum ex hoc profecerint indicant ſecuta peiora. Laborarūt enī deinceps cōcionatoreſ nō exemplū deuitare graccorū: ſed ſupare propoſitum. Luciuſ Saturninuſ tribunuſ plebiſ: et Gaiuſ Ceſar: Seruiliuſ pretor: et multo poſt Marcuſ Druſuſ: quoꝝ oīm ſeditiōibuſ cedeſ primo iam tūc grauiſſime: deinde ſocialia bella exarſerūt: quibuſ italia uehemēter afflicta: et ad uaſtitatem miſerabilem deſertionēqꝫ pducta eſt. Bellū deinde ſeruile ſucceſſit & bella ciuilia. In quibuſ que prelia cōmiſſa ſunt: qd ſanguiniſ fuſum ſit: ut omeſ fere italie genteſ quibuſ romanū maxīe prepollebat impiū: tanꝙ ſeua barbarieſ domarent̃. Iam ex pauciſſimiſ hoc ē minuſ ꝙ ſeptuaginta gladiatoribuſ quēadmodum bellū ſeruile

cõtractum ſit:ad quãtum numerũ & q̃ acrem ferocemq; puenerit: quos ille numerus
imparores populi romani ſupauerit: quas & quõ ciuitates regioneſq; uaſtauerit: uix
q hiſtoriã conſcripſerũt ſatis explicare potuerũt. Neq; id ſolum fuit ſeruile bellum:
ſed & macedoniam prouinciã prius ſeruicia depopulata ſunt: deinde ſiciliam oramq;
maritimã. Quãta etiã & q̃ horrenda cõmiſerint: pmo latrocinia: deinde ualida bella
piratarũ: quis p magnitudine rerũ ualeat eloqui.

Silla.

Lucanus

CVm uero Marius ciuili ſanguine iam cruentus: multis aduerſarũ ſibi partium
opemptis et uictus urbe profugiſſet: uix paululũ reſpirante ciuitate ut uerbis
tullianis utar: ſupauit poſtea Cinna cũ Mario. Tũ uero clariſſimis uiris interfectis
lumina ciuitatis extincta ſunt. Vltus eſt huius uictorie crudelitatem poſtea Silla:
nec dici qdem opus eſt q̃ta diminutione ciuium: et q̃ta calamitate reipublice. De hac
enĩ uindicta que pniciosior fuit: q̃ ſi ſcelera que puniebant impunita relinquerent.
Ait & Lucanus. Exceſſit medicina modũ nimiumq; ſecuta eſt. Qua morbi duxere
manus periere nocentes. Sed cũ iam ſoli poſſent ſupeſſe nocentes. Tũc data libertas
odiis reſolutaq; legũ. Frenis ira ruit. Illo bello mariano atq; ſillano exceptis his q
foris in acie ceciderũt: in ipa quoq; urbe cadaueribus uici: platee: fora: theatra: tẽpla
cõpleta ſunt: ut difficile iudicaretur q̃n uictores plus funerũ ediderint: utrum prius
ut uincerent: an poſtea q̃a uiciſſent. Cum primũ uictoria mariana quãdo de exilio
ſe ipſe reſtituit: exceptis paſſim quaqũerſum cedibus factis: caput Octauii conſulis
poneretur in roſtris: Ceſar & Fimbria domibus trucidarentur a ſuis: duo Craſſi pater
et filius in cõſpectu mutuo mactarentur: Bebius & Numitorius unco tracti ſparſis
uiſceribus interirẽt: Catulus hauſto ueneno ſe mãibus inimicoꝝ ſubtraheret: Merula
flamen Dialis precisis uenis Ioui etiã ſuo ſanguine litaret: In ipius aũt Marii oculis
continuo feriebantur: qbus ſalutantibus dexteram porrigere noluiſſet.

C.xxviij.

SIllana uero uictoria ſecuta huius uidelicet uindex crudelitatis: poſt tantum
ſanguinẽ ciuiũ quo fuſo cõpata fuerat: finito iam bello inimicitiis uiuentibus:
crudelius in pace graſſata eſt. Iam etiã poſt Marii maioris priſtinas ac recentiſſimas
cedes: addite fuerant alie grauiores a Mario iuuene atq; Carbone earũdem partiũ
marianarum. Qui Silla iminẽte non ſolũ uictoriã: uerum etiã ipam deſperantes
ſalutem: cuncta ſuis aliiſq; cedibus impleuerunt. Nam preter ſtragem late p diuerſa
diffuſam: obſeſſo etiã ſenatu: de ipa curia tanq̃ de carcere pducebantur ad gladium.
Mucius Sceuola pontifex qm̃ nihil apud romãos templo Veſte ſanctius habebat:
aram ipam amplexus occiſus eſt: ignẽq; illũ q perpetua cura uirginũ ſemp ardebat:
ſuo pene ſanguine extinxit. Vrbem deinde Silla uictor intrauit. q in uilla publica
nõ iam bello ſed ipa pace ſeuiente: ſeptẽ milia peditũ undecũq; inermia nõ pugnãdo
ſed iubendo pſtrauerat. In urbe autẽ tota quẽ uellet ſillanus quiſq; feriebat. Vnde
tot funera numerari oĩo non poterant: donec Sille ſuggereret ſinendos eſſe aliquos
uiuere: ut eſſent qbus poſſent imparare qui uicerant. Tunc iam cohibita que hac atq;
hac paſſim furibunda ferebat licentia iugulandi: tabula illa cũ magna gratulatiõe
propoſita eſt: que hoſum ex utroq; ordine ſplendido equeſtri ſcilicet atq; ſenatorio
occidẽdoꝝ ac pſcribendoꝝ duo milia cõtinebat. Cõtriſtabat numerus: ſed cõſolabat
modus. Nec q̃a tot cadebant tãtum erat meroris: q̃tum letitie q̃a ceteri nõ timebãt.
Sed in qbuſdã eoꝝ q mori iuſſi erant: etiã licet ipa crudelis ceteroꝝ ſecuritas genera
mortium exquiſita cõgemuit. Quẽdam enĩ ſine ferro laniantiũ manus diripuerunt:
immanius homines hominem uiuum: q̃ beſtie ſolent diſſerpere cadauer abiectũ. Alius

oculiſ effoſſiſ & pticulatim mēbriſ āputatiſ: in tātiſ cruciatibuſ diu uiuere uel potiuſ diu mori coactuſ eſt. Subuaſtate ſunt etiā tanq̄ uille quedam nobileſ ciuitateſ. una uero uelut unuſ reuſ occidi iuberetur: ſic tota iuſſa ē ciuitaſ trucidari. Hec facta ſūt in pace poſt bellum. nō ut acceleraretur obtinenda uictoria: ſed ne contēpneretur obtenta. Pax cū bello de crudelitate certauit & uicit. Illud enī proſtrauit armatoſ: iſta nudatoſ. bellū erat ut qui feriebat̄ ſi poſſet feriret: pax aūt nō ut qui euaſerat uiueret: ſed ut moriens nō repugnaret. Que rabieſ exterarū gentiū que ſeuicia barbaroꝝ huic de ciuibus uictorie ciuiū compari pōt?

Qvid roma funeſtiuſ terriuſ amariuſq̄ uidit futurum olim gallorū & paulo ante gothorū irruptionē: an Marii & Sille aliorūq̄ in eoꝝ partibuſ uiroꝝ clariſſimoꝝ tanq̄ ſuoꝝ luminū in ſua mēbra ferocitatē. Galli qdem trucidauerūt ſenatū: quidqd eius in urbe tota preter arcem capitolinā que ſola utcūq̄ defenſa ē reperire potuerūt. Sed in illo colle cōſtitutiſ auro uitam ſaltem uendiderūt: quā & ſi ferro rapere nō poſſent: poſſunt tñ obſidiōe cōſumere. Gothi uero tā multiſ ſenatoribuſ pepercerūt: ut magiſ mirū ſit q̄ aliquoſ peremerūt. At uero Silla uiuo adhuc Mario ipm capitoliū quod a gallis tutum fuit: ad decernēdaſ cedeſ uictor inſedit. Et cum fuga Mariuſ eēt lapſuſ ferocior cruentiorq̄ rediturus: iſte in capitolio p ſenatuſ etiā cōſultum tam multoſ uita rebuſq̄ priuauit. Marianiſ aūt partibuſ Silla abſente qd ſanctū cui parcerent fuit: qñ Mucio ciui ſenatori pontifici aram ipſam ubi erant ut aiūt ſacra romana miſeriſ ambienti āplexibuſ nō pepercerūt? Sillana porro tabula illa poſtrema: ut omittamuſ aliaſ innumerabileſ morteſ: plureſ iugulauit ſenatoreſ q̄ gothi uel expoliare potuerūt. Qua igit̄ fronte: quo corde: qua impudentia: qua inſipientia uel potiuſ amētia illa uel ſuiſ nō imputāt: ſet hec noſtro imputāt xp̄o?

Crudelia bella ciuilia oībuſ belliſ hoſtilibuſ auctoribuſ etiā eoꝝ fatentibuſ amariora: qbuſ illa reſpublica nec afflicta ſed pdita oīno iudicata eſt: longe ante aduentū xp̄i exorta ſūt: et ſceleratarū concatenatōe cauſarū a bello mariano atq̄ ſillano ad bella Sertorii & Catiline: quorum a Silla fuerat ille proſcriptuſ ille nutritus. inde ad Lepidi & Catuli bellum: quoꝝ alter geſta ſillana reſcindere alter defēdere cupiebat: inde ad Pompei & Ceſariſ: quoꝝ Pompeiuſ ſectator Sille fuerat: eiuſq̄ potentiā uel equauerat uel iam etiā ſupauerat. Ceſar aūt Pompei potentiam nō ferebat. ſed qa nō habebat. quā tamē illo uicto interfectoq̄ tranſcendit. Hinc ad aliū Ceſarem qui poſt Auguſtuſ appellatuſ puenerunt: quo imperante natuſ eſt xp̄uſ. Nam et ipſe Auguſtuſ cū multiſ geſſit bella ciuilia: et ī eiſ etiā multi clariſſimi uiri perierunt: inter quoſ & Cicero diſertuſ ille artifex regende reipublice. Pompei quippe uictorē Gaiū Ceſarē: q uictoriā ciuilem clementer exercuit: ſuiſq̄ aduerſariiſ uitam dignitatemq̄ donauit: tanq̄ regni appetitorē quorūdam nobilium cōiuratio ſenatoꝝ uelut p reipublice libertate in ipſa curia trucidauit. Huiuſ deinde potētiam multū moribuſ diſpar uitiiſq̄ oībuſ inquinatuſ atq̄ corruptuſ affectare uidebatur Antoniuſ. Cui uehementer pro eadem illa uelut patrie libertate Cicero reſiſtebat. Tūc emerſerat mirabiliſ indoliſ adoleſcenſ ille aliuſ Ceſar illiuſ Gaii Ceſariſ filiuſ adoptiuuſ: qui ut dixi poſtea appellatuſ eſt Auguſtuſ. Huic adoleſcenti Ceſari ut eius potentia contra Antoniū nutriretur Cicero fauebat: ſperanſ eū depulſa & oppreſſa Antonii dñatione inſtauraturū reipublice libertatē: uſq̄ adeo cecuſ atq̄ improuiduſ futurorum: ut ille ipſe iuuenis cuiuſ dignitatem ac poteſtatem fouebat: et eundem

Cicero nẽ occidendū Antonio quadā quaſi cõcordie pactione promitteret: et ipſam libertatem reipublice pro qua multum ille clamauerat ditioni proprie ſubiugaret.

XXXI

DEos ſuos accuſent de tantis malis: qui noſtro xp̄o ingrati ſunt de tantis bonis. Certe qn̄ illa mala fiebant: calebāt are numinū ſabeo thure: ſertiſq; recētibus halabant: clarebant ſacerdotia: phana renitebant: ſacrificabat: ludebatur: furebatur in templis: qn̄ paſſim tantus ciuiū ſanguis a ciuibus non modo in ceteris locis: uerum inter ipſa quoq; deorum altaria fundebatur. Non elegit templum quo confugeret Tullius: quia fruſtra elegerat Mucius. Hi uero qui multo indignius inſultāt temporibus xp̄ianis: aut ad loca xp̄o dicatiſſima confugerunt: aut illuc eos ut uiuerēt etiā ipſi barbari deduxerunt. Illud ſcio: et hoc mecum quiſquis ſine ſtudio partium iudicat facillime agnoſcit: ut omittam cetera que multa cõmemoraui: et alia multo plura que cõmemorare longum putaui: ſi hūanum genus ante bella punica reciperet xp̄ianam diſciplinā: et cū ſequeretur rerū tanta uaſtatio quāta illis bellis europam africamq; cõtriuit: nullus calū qualeſ nūc patimur niſi chriſtiane religiōi illa mala tribueret. Multo aūt minus eorum uoces tolerarentur: quātum attinet ad romanos: ſi chriſtiane religionis receptionem & diffamatōnem: uel irruptio illa gallorum: uel tiberini fluminis igniūq; illa depopulatio: uel qd̄ cuncta mala precedit bella ciuilia ſequerentur. Mala etiā alia que uſq; adeo incredibiliter acciderūt: ut inter prodigia numerarentur. ſi chriſtianis temporibus accidiſſēt: qbus ea niſi chriſtianis hominibus tanq̄ crimina obiicerent. Omitto quippe illa que magis fuerūt mira q̄ noxia: boues locutos: infantes nondum natos de uteris matrum quedam uerba clamaſſe: uolaſſe ſerpentes: feminas & gallinas et homines in maſculinum ſexum fuiſſe conuerſas: et cetera huiuſmodi: que in eorum libris non fabuloſis ſed hiſtoricis ſeu uera ſiue falſa ſint: nō inferūt hōibus perniciem ſed ſtuporem. Sed et cū pluit terra: cū pluit creta: cum pluunt lapides non ut grando appellari ſolet hoc nomīe: ſed oīno uel terre uel crete uel lapidum pluuia. Hoc profecto etiam grauiter ledere potuerūt. Legimus apud eos ethnei ignibus ab ipſo montis uertice uſq; ad litus proximū decurrētibus: ita ferbuiſſe mare ut rupes exurerentur & pices nauium ſoluerētur. Hoc utiq; non leuiter noxiū fuit: quāuis incredibiliter mirum. Eodem rurſus eſtu ignium tanta ui fauille ſcripſerūt oppletam eē ſiciliam: ut cathanenſis urbis tecta obruta & oppreſſa dirueret: qua calamitate permoti miſericorditer eiuſdem anni tributum ei relaxauere romani. Locuſtarum etiā in africa multitudinē prodigii ſimilem fuiſſe: cū iam eſſet populi romani prouincia litteris mādauerūt. Conſūptis enī fructibus folioſq; lignorū: ingenti atq; inextimabili nube in mare dicūt eſſe deiectam. Qua mortua redditaq; littoribus: atq; hinc aere corrupto tantā ortam peſtilentiā: ut i ſolo rēgno maſiniſſe octingēta hominum milia periſſe referantur: et multo amplius in terris littoribuſq; pximis. tunc utice ex triginta milibus iuuenū que ibi erāt decem remāſiſſe cõfirmāt. Talis itaq; uanitas qualem patimur eiq; reſpondere compellimur: quid horum non chriſtiane religioni tribueret ſi temporibus chriſtianis uideret. Et tamē diis ſuis iſta nō tribuunt: quorum cultum ideo reliquerunt ne iſta uel minora patiantur: cum ea maiora pertulerint a qbus antea colebantur. AVRELII AVSTINI DE CIVITATE DEI LIBER QVARTVS INCIPIT.

De his que primo uolumine di[illegible] cata sunt. [illegible] ROMVL

D E ciuitate dei dicere exorſuſ priuſ reſpondendum putaui eiuſ
inimiciſ: q terrena gaudia cōſectanteſ rebuſq; fugacibuſ inhi/
anteſ quicquid in eiſ triſte miſericordia potiuſ admonētiſ dei q̄
punientiſ ſeueritate patiunt religiōi increpitāt chriſtiāe: que
una eſt ſalubriſ & uera religio. Et qm̄ cū ſit in eiſ etiā uulguſ
indoctū: uelut doctoꝝ auctoritate in odium noſtrū grauiuſ
irritant exiſtimantibuſ imperitiſ ea que ſuiſ tēporibuſ inſolite
acciderūt p alia retro tēpora accidere nō ſolere: eorūq; opīonem etiā hiſ q eā falſam
eē nouerūt: ut aduerſū noſ iuſta murmura habere uideant ſue ſciētie diſſimulatōe
firmātibuſ: de libriſ quoſ auctoreſ eoꝝ ad cognoſcendā preteritoꝝ tempoꝝ hiſtoriā
mēorie mandauerūt longe aliter eſſe q̄ putār demōſtrandū fuit: et ſimul docendū
deoſ falſoſ quoſ uel palam colebant uel occulte adhuc colunt eoſ eē immūdiſſimoſ
ſpūſ & malignīſſimoſ ac fallaciſſimoſ demoneſ uſq; adeo ut aut ueriſ aut fictiſ etiā
ſuiſ tamē criminibuſ delectent: que ſibi celebrari p ſua feſta uoluerūt: ut a ppetrādiſ
dānabilibuſ factiſ hūana reuocari nō poſſit infirmitaſ: dum ad hec imitāda uelut
diuīa prebetur auctoritaſ. Hec nō ex noſtra cōiectura probauimuſ ſed partim ex
recenti mēoria: qa & ipſi uidimuſ talia ac talibuſ numibuſ exhiberi: ptim ex litteriſ
eoꝝ q nō tanq̄ in contumeliā ſed tanq̄ in honorē deoꝝ ſuoꝝ iſta cōſcripta poſteriſ
reliquerūt: ita ut uir doctiſſimuſ apud eoſ Varro & grauiſſime auctoritatiſ cū rerū
hūanarum atq; diuinarū diſpertitoſ faceret libroſ: alioſ hūaniſ alioſ diuiniſ pro ſua
cuiuſq; rei dignitate diſtribuenſ nō ſaltē in rebuſ hūaniſ ſed in rebuſ diuiniſ poneret
ludoſ ſcenicoſ: cū utiq; ſi tantūmodo boni & honeſti hoīeſ in ciuitate eſſent: nec in
rebuſ hūaniſ ludi ſcenici eē debuiſſent. Quod pfecto nō auctoritate ſua fecit: ſed qm̄
eoſ rome natuſ & educatuſ in diuiniſ rebuſ inuenit. Et quoniā in fine primi libri que
deincepſ dicenda eēnt breuiter poſuimuſ et ex hiſ quedam in duobuſ conſequētibuſ
diximuſ: expectationi legentium que reſtant reddenda cognoſcimuſ.

P Romiſeramuſ ergo quedam noſ eē dicturoſ aduerſuſ eoſ qui romāe republice
claдeſ in religionē noſtram referūt: et cōmemoraturoſ quecunq; & quātacunq;
occurrere potuiſſent uel ſatiſ eſſe uiderent mala que illa ciuitaſ pertulit: uel ad eiuſ
imperium ptinentiſ: anteq̄ eoꝝ ſacrificia phibita fuiſſent. Que oīa proculdubio
nobiſ tribuerent: ſi iā uel illiſ clareret noſtra religio: uel ita eoſ a ſacriſ ſacrilegiſ pro/
hiberet. Hec et ſecūdo & tertio libro ſatiſ q̄tū exiſtimo abſoluimuſ: in ſecūdo agēteſ
de maliſ moꝝ: que mala uel ſola uel maxima deputāda ſunt. In tertio aūt libro de
hiſ maliſ que ſtulti ſola perpeti exhorrēt: corporiſ uidelicet externarūq; rerum: que
plerūq; patiunt & boni. Illa uero mala nō dico patienter ſed libenter habent: qbuſ
ipſi fiunt mali. Et q̄ pauca dixi de ſola ipſa ciuitate atq; eiuſ imperio: nec inde oīa
uſq; ad Ceſarem Auguſtū. Quod ſi cōmemorare uoluiſſem: et exaggerare illa mala
que non ſibi inuicem hoīeſ faciunt: ſicut ſunt uaſtationeſ euerſioneſq; bellantium:
ſed ex ipſiuſ mundi elementiſ terreniſ accidūt rebuſ: que uno loco Apuleiuſ breuiter
ſtringit in eo libro quem de mūdo ſcripſit: terrena oīa dicenſ mutationeſ euerſioneſ
et interitioneſ & remiſſioneſ habere. Nanq; in modicuſ tremoribuſ terrarū ut uerbiſ
eiuſ utar: diſſiluiſſe humū & interceptaſ urbeſ cū populiſ dicit: abruptiſ etiā imbribuſ
prolutaſ totaſ eſſe regioneſ: illaſ etiam que priuſ fuerant continenteſ hoſpitibuſ atq;
aduenīſ fluctibuſ inſulataſ: aliaſq; deſitu maris pedeſtri acceſſu puiaſ factaſ uentiſ
ac procelliſ euerſaſ eē ciuitateſ: incendia de nubibuſ emicuiſſe: qbuſ orientiſ regioneſ

conflagrate perierunt: et in occidentis plagis ſcaturigines quaſdã ac pluuiones eaſdem ſtrages dediſſe. Sic ex ethne uerticibus quondã effuſis crateribus diuini incendii per decliuia torrentis uice flãmarum flumina cucurriſſe. Si hec atq; huiuſmõi que habet hiſtoria unde poſſem colligere uoluiſſem: quã finiſſem que illis temporibus euenerũt: ſanteq̃ xpi nomen illa iſtorũ uana & uere ſaluti perniciosa cõprimeret. Promiſerã me etiã demõſtraturũ quos eorũ mores & quã ob cauſam deus uerus ad augendũ impiũ adiuuare dignatus eſt: in cuius poteſtate ſũt regna omnia: q̃q; eos nihil adiuuerint hi quos deos putant: ſed potius quãtum decipiendo & fallendo nocuerint: unde nunc mihi uideo eẽ dicendũ & magis de incrementis imperii romani. Nam de noxia fallacia demonũ quos uelut deos colebant: q̃ntum malorũ inuexerit moribus eorũ: in ſecundo maxĩe libro nõ pauca iã dicta ſũt. Per omnes aũt abſolutos tres libros: ubi oportunũ uiſum eſt cõmendauimus etiã in ipis bellicis malis q̃ntum ſolatiorũ deus p xpi nomen cui tantũ honoris barbari detulerũt preter bellorũ morẽ bonis maliſq; cõtulerit: quõ qui facit ſolem ſuũ oriri ſup bonos & malos: et pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Iam itaq; uideamus quale ſit q tantam latitudinem ac diuturnitatem imperii romãi illis dii audent tribuere: quos etiã per turpiũ ludorũ obſequia: et p turpiũ hoim miniſteria ſe honeſte coluiſſe contendunt.

QVanq̃ prius uellem paululũ inquirere: que ſit ratio que prudentia: cum hoium felicitatẽ non poſſis oſtendere ſemp in bellicis cladibus & in ſanguine ciuili uel hoſtili cũ humano & cũ tenebroſo timore et cruenta cupiditate uerſantiũ: ut uitrea letitia eorũ cõparetur fragiliter ſplẽdida: cui timeat horribilius ne repente frangat: de imperii magnitudine ac latitudine uelle gloriari. Hoc ut facilius diiudicetur nõ uaneſcamus inani uentoſitate iactati: atq; obtundamus intentionis aciem altiſonis uocabulis rerũ: cũ audimus populos: regna: prouincias: ſed duos conſtituamus hoies. Nam ſingulus quiſq; homo: ut in ſermõe una littera: ita q̃ſi elementũ eſt ciuitatis & regni q̃talibet terrarũ occupatiõe latiſſimi. Quorũ duorũ hoium pauperẽ unum uel potius mediocrẽ: alterũ prediuitẽ cogitemus: ſed diuitẽ timoribus anxiũ: meroribus tabeſcẽtem: cupiditate flagrantẽ: nunq̃ ſecurũ: ſemp inquietũ: perpetuis inimicitiarũ contentiõibus anhelantem: angentẽ ſane his miſeriis patrimoniũ ſuũ in immenſum modũ: atq; illis augmentis curas quoq; amariſſimas aggregantẽ. Mediocrẽ uero illũ re familiari parua atq; ſuccincta ſibi ſufficientẽ: cariſſimũ ſuis: cognatis: uicinis: amicis: dulciſſima pace gaudentem: pietate religioſum: benignũ mente: ſanũ corpore: uita parcum: moribus caſtũ: conſciencia ſecurũ. Neſcio utrũ quiſq̃ ita deſipiat: ut audeat quẽ preferat. Ut ergo in his duobus hoibus: ita in duabus familiis: ita in duobus populis: ita in duobus regnis regula ſequẽ equitatis. Qua uigilanter adhibita: ſi noſtra intentio corrigat: facillime uidebimus ubi habitet uanitas & ubi felicitas. Quapropter ſi uerus deus colat: eiq; ſacris ueracibus & bonis moribus ſeruiat: utile ẽ ut boni lõge lateq; diu regnent. Neq; hoc tam ipſis q̃ illis utile eſt qbus regnant. Nam q̃tum ad ipos pertinet: pietas & probitas eorũ: que magna dei dona ſunt ſufficit eis ad ueram felicitatẽ: qua & iſta uita bene agat: et poſtea percipiat eterna. In hac ergo terra regnum bonorũ nõ tam illis preſtatur q̃ rebus hũanis. Malorum uero regnũ magis regnãtibus nocet: q ſuos aios uaſtant ſcelerũ maiore licentia: his aũt qui eis ſeruiẽdo ſubdunt nõ nocet niſi iniqtas propria. Nam iuſtis qcqd malorũ ab iniquis dominis irrogatur non ẽ pena criminis ſed uirtutis examẽ. Proinde bonus ſi ſeruiat liber eſt: malus aũt etiã ſi regnet ſeruus eſt. Nec unius hois: ſed quod eſt grauius tot dominorũ

quot uictoꝝ de qbuſ uicit cũ ageret ſcriptura diuina ſ a quo enĩ quiſ ſupat̃ deuictuſ ē: huic & ſeruuſ addictuſ eſt.

[R]Emota itaq; iuſticia: qd ſunt regna niſi magna latrocinia ? Quia & latrocinia quid ſunt niſi parua regna ? Manuſ etenĩ ipſa hoim cũ imꝑio pncipiſ regitur: pacto ſocietatiſ aſtringit̃: placiti lege preda diuidit̃. Hoc malũ ſi in tãtum pditorũ hoim acceſſibuſ creſcit ut & loca teneat: ſedeſ conſtituat: ciuitateſ occupet: populoſ ſubiuget: euidentiuſ regni nomẽ aſſumit. Quod ei iam in maĩfeſto confert non ademptata cupiditaſ: ſed addita impunitaſ. Eleganter enĩ & ueraciter Alexandro illi magno qdam cõprehẽſuſ pirata reſpõdit. Nam cũ idem rex hoĩem interrogaſſet qd ei uideret̃ ut mare haberet infeſtũ: ille libera cõtumacia qd tibi inqt ut orbẽ terraꝝ. Sed qa id ego exiguo nauigio facio latro uocor: quia tu magna claſſe imperator.

[P]Roinde omitto querere qualeſ Romuluſ congregauerit: quoniã multum eiſ cõſultum eſt: ut ex illa uita dato ſibi cõſortio ciuitatiſ penaſ debitaſ cogitare deſiſterent: quarũ metuſ eoſ in maiora facinora propellebat: ut deinceps pacatioreſ eſſent rebuſ humaniſ. Hoc dico ꝙ ipſum romanum imperium iam magnum multiſ gẽtibuſ ſubiugatiſ: ceteriſq; terribile: acerbe ſenſit: grauiter timuit: nõ paruo negocio deuitande ingentiſ cladiſ oppreſſum: qñ pauciſſimi gladiatoreſ in campania de ludo fugienteſ exercitum magnũ compararunt: treſ duceſ habuerũt: italiam latiſſime & crudeliſſime uaſtauerunt. Dicant quiſ iſtoſ deuſ adiuuerit: ut ex paruo & ex contemptibili latrocinio peruenirent ad regnum: tantiſ iam romaniſ uiribuſ arcibuſq; metuendum. An quia nõ diu fuerunt ideo diuinituſ negabuntur adiuti. quaſi uero ipſa cuiuſlibet hominiſ uita diuturna ſit. Iſto ergo pacto neminem dii adiuuant ad regnandum: qm̃ ſinguli quiq; cito moriuntur. Nec beneficiũ deputandum eſt: quod exiguo tẽpore in unoquoq; hoĩe ac p hoc ſingillatim utiq; in omĩbuſ uice uaporiſ euaneſcit. Quid enim intereſt eorum qui ſub Romulo deoſ coluerunt et olim ſunt mortui: ꝙ poſt eoꝝ mortem romanũ tantũ creuit impiũ: cũ illi apud inferoſ cauſaſ ſuaſ agant ? Verum bonaſ an malaſ ad rem preſentẽ non ptinet. Hoc aũt de oĩbuſ intelligendũ eſt: qui p ipm̃ impium q̃uiſ decedentibuſ ſuccedentibuſq; mortalibuſ in longa ſpacia protendat: paucoſ diebuſ uite ſue curſim rapimq; tranſierunt. actuum ſuorum ſarcinaſ baiulanteſ. Sin uero etiã ipſa breuiſſimi temporiſ beneficia deorum adiutorio tribuenda ſunt: non parũ adiuti ſũt illi gladiatoreſ: q ſeruiliſ conditioniſ uincula ruperũt. fugerunt: euaſerũt: exercitum magnũ et fortiſſimum collegerunt: obedienteſ regũ ſuoꝝ cõſiliiſ & iuſſiſ: multũ romane celſitudini metuẽdi: et aliquot romaniſ imꝑatoribuſ inſupabileſ: multa ceperunt: potiti ſunt uictoriiſ pluimiſ: uſi uoluptatibuſ qbuſ uoluerũt: qđ ſuggeſſit libido fecerũt: poſtremo donec uincerentur quod difficillime eſt factũ: ſublimeſ regnãteſq; uixerũt. Sed ad maiora ueniamus.

[I]Vſtinuſ qui grecã uel potiuſ peregrinam Trogum Pompeiũ ſecutuſ eſt: non latine tantũ ſicut ille: uerũ etiã breuiter ſcripſit hiſtoriã. opuſ librorũ ſuorũ ſic incipit. Principio rerũ gentium nationũq; imꝑium peneſ regeſ erat: quoſ ad faſtigiũ huiuſ maieſtatiſ non ambitio popularis: ſed ſpectata inter bonoſ moderatio prouehebat: populi nulliſ legibuſ tenebantur: arbitria pncipum pro legibuſ erant. Fineſ imperii tueri magiſ q̃ proferre moſ erat. Intra ſuã cuiq; patriam regna finiebãtur. Primuſ oĩm Ninuſ rex aſſyrioꝝ ueterẽ & q̃ſi auitũ gentibuſ morẽ noua imꝑii cupiditate mutauit: hic primuſ intulit bella finitimiſ: et rudeſ adhuc ad reſiſtendũ populoſ ad

terminoſ uſq; libie perdomuit. Et paulopoſt. Ninuſ inquit magnitudinem queſite dn̄ationiſ continua poſſeſſione firmauit. Domitiſ ergo p̄ximiſ: cū acceſſione uirium fortior ad alioſ tranſiret: et p̄xima queq; uictoria inſtrumētum ſequentiſ eēt: totiuſ orientiſ populoſ ſubegit. Qualibet aūt fide rerum uel iſte uel Troguſ ſcripſerit: nam quedam illoſ fuiſſe mentitoſ & alię fideliores littere oſtendūt: conſtat tamē et inter alioſ ſcriptoreſ regnū aſſyrioꝝ a Nino rege fuiſſe longe lateq; porrectum. Tandiu autē p̄ſeuerauit: ut romanū nondū ſit eiuſ etatiſ. Nam ſicut ſcribunt qui cronicam hiſtoriā p̄ſecuti ſunt: mille ducentoſ & q̄draginta annoſ ab anno p̄mo quo Ninuſ regnare cepit p̄manſit hoc regnum: donec trāſferretur ad medoſ. Inferre aūt bella finitimiſ & inde in cetera p̄cedere: ac populoſ ſibi non moleſtoſ ſola regni cupiditate conterere & ſubdere: qd aliud q̄ grande latrociniū noīandum eſt?

Ninus

SI nullo deoꝝ adiutorio tam magnū hoc regnū & p̄lixū fuit: q̄re diiſ romaniſ tribuit̄ romanū regnū locis amplū: temporibuſq; diuturnum? Quecunq; enim cauſa ē illa eadem eſt etiā iſtā. Si aūt et illud deoꝝ adiutorio tribuēdum eſſe contendunt: quero quoꝝ. Non enī alie genteſ quaſ Ninuſ domuit & ſubegit alioſ tūc colebant deoſ. Aut ſi p̄prioſ habuerūt aſſyrii q̄ſi peritioreſ fabroſ imperii cōſtruendi atq; ſeruandi: nunqd nam mortui ſunt qn̄ & ipſi imperiū p̄diderunt? Aut mercede nō ſibi reddita uel alia maiore p̄miſſa ad medoſ tranſire maluerunt: atq; inde rurſuſ ad perſaſ Cyro inuitante & aliquid cōmodiuſ pollicente? Que gens nō anguſtiſ orientiſ finibuſ poſt Alexādri Macedoniſ regnū magnū locis ſed breuiſſimū tēpore in ſuo regno adhuc uſq; p̄durat. Hoc ſi ita eſt: aut infideleſ dii ſunt qui ſuoſ deſerunt & ad hoſteſ tranſeūt: qd̄ nec homo fecit Camilluſ qn̄ uictor & expugnator aduerſiſſime ciuitatiſ: romam cui uicerat ſenſit ingratam: quā tamē poſtea oblituſ iniurie memor patrie a galliſ iterū liberauit: aut nō ita forteſ ſunt: ut deoſ eē forteſ decet: q poſſunt hūaniſ uel conſiliiſ uel uiribuſ uinci. Aut ſi cū inter ſe belligerant: non dii ab hōibuſ ſed dii ab aliiſ diiſ forte uincūtur: qui ſunt quarūcunq; p̄prii ciuitatū. Habent ergo et ipſi inter ſe inimicitiaſ: quaſ pro ſua quiſq; parte p̄rſuſ ſuſcipiūt. Non itaq; deoſ ſuoſ ulla debuit colere ciuitas: magiſ q̄ alioſ a qbuſ adiuuarent ſui. Poſtremo quomō ſe hēat deoꝝ iſte uel tranſituſ uel fuga: uel migratio: uel in pugna defectio: nondū illiſ tēporibuſ atq; in illiſ terrarū partibuſ xp̄i nomē fuerat predicatū: qn̄ illa regna p̄ ingenteſ bellicaſ cladeſ amiſſa atq; tranſlata ſūt. Nam ſi poſt mille ducētoſ et q̄draginta annoſ qn̄ regnum ab aſſyriiſ ablatum eſt: iam ibi xp̄iana religio aliud regnū predicaret eternū: et deorū falſoꝝ cultuſ ſacrilegoſ inhiberet: qd aliud gentiſ illiuſ uani homineſ dicerent: niſi regnū quod tam diu conſeruatū eſt: nulla alia cauſa niſi ſuiſ religiōibuſ deſertiſ & illa recepta perire potuiſſe? In qua uoce uanitatiſ que poterat eſſe & iſti attendant ſpeculum ſuū: et ſimilia conqueri ſi ulluſ in eiſ pudor eſt erubeſcāt. Quanq̄ romanū imperium afflictū eſt potiuſ q̄ mutatū: quod & aliiſ ante xp̄i nomē temporibuſ ei contigit: et ab illa eſt afflictione recreatum: quod nec iſtiſ temporibuſ deſperandum eſt. Quiſ enim de hac re nouit uoluntatem dei? Quorum deorum p̄ſidio putent romanum imperium [illegible] ſingulis [illegible] commendandum eſſe crediderint

DEinde queramuſ ſi placet: ex tanta deoꝝ turba quā romani colebant: quem potiſſimū uel quoſ deoſ credant illud imperiū dilataſſe atq; ſeruaſſe. Neq; enī in hoc tam preclaro ope & tante pleniſſime dignitatiſ: audēt aliquaſ parteſ ſub nomine deoꝝ uel dearū dee Cloacine tribuere: aut Volupie que a uoluptate appellata eſt:

Cloacina
Volupia
Libentina

aut Libentine cui nomẽ eſt a libidine: aut Vagitano q infãtum uagitibus pſidet: aut Cunine que cunas eorum adminiſtrat. Quãdo aũt poſſũt uno loco libri huius cõmẽorari oĩa nõia deoꝝ aut dearũ: que illi grandibus uoluminibus uix cõprehẽdere potuerũt: ſingulis rebus ꝓpria diſptientes officia numinum? Nec agroꝝ munus uni alicui deo cõmittẽdũ arbitrati ſũt. ſed rura dee Ruſine: iuga montiũ deo Iugatino: collibus deam Collatinam: uallibus Valloniam prefecerunt. Nec ſaltem potuerunt unam Segetiã talem inuẽire: cui ſemel ſegetes cõmendarent: ſed ſata frumenta q̃diu ſub terra eẽnt: prepoſitã uoluerũt habere deã Seiam. Cum uero iam eẽnt ſup terram et ſegetẽ facerẽt deã Segetiã. frumẽtis uero collectis atq; recõditis ut tuto ſeruarent deam Tutilinam prepoſuerunt: cui nõ ſufficere uideretur illa Segetia: q̃diu seges ab initiis herbidis uſq; ad ariſtas aridas ꝑueniret. Non tñ ſatis fuit hõibus deoꝝ multitudinem amantibus: ut aĩa miſera demonioꝝ turbe ꝓſtitueretur: unius dei ueri caſtũ dedignata cõplexum. Prefecerũt ergo Proſerpinã frumentis germinãtibus: geniculis nodiſq; culmoꝝ deũ Nodotum: inuolumẽtis folliculoꝝ deã Volutinã: cũ folliculi pateſcũt ut ſpica exeat deam Patelenã: cũ ſegetes nouis ariſtis equãtur quia ueteres eq̃re hoſtire dixerũt: deã Hoſtilinã: florẽtibus frumẽtis deã Florã: lacteſcẽtibus deã Lacturciã: matureſcentibus deã Maturã. Cum runcant id ẽ a terra auferunt deã Runcinam. Nec oĩa cõmemoro. qa me piget quod illos nõ pudet. Hec aũt pauciſſima ideo dixi ut intelligeretur nullo mõ eos dicere audere iſta numĩa impiũ conſtituiſſe: auxiſſe: conſeruaſſe romanũ: que ita ſuis queq; adhibebãtur officiis ut nihil uniuerſũ uni alicui crederetur. Quãdo ergo Segetia curaret impiũ: cui curam gerere ſimul et ſegetibus & arboribus nõ licebat? Quãdo de armis Cunĩa cogitaret: cuius ꝑpoſitura puuloꝝ cunas nõ ꝑmittebat excedere? Quãdo Nodotus adiuuaret in bello: q nec ad folliculũ ſpice ſed tm̃ ad nodũ geniculi ꝑtinebat? Vnuſqſq; domui ſue ponit hoſtiariũ. et qa homo eſt oĩo non ſufficit: tres deos iſti poſuerũt. Forculũ foribus. Cardeam cardini. Limẽtinum limini. Ita ut poterat Forculus ſimul fores & cardinem limenq; ſeruare. Omiſſa igiẽ turba iſta minutorũ deoꝝ uel aliquãtum intermiſſa: officia maioꝝ deoꝝ debemus ingredi: quo roma tam magna ẽ facta: ut tam diu tot gentibus imperaret.

Nimirũ ergo Iouis hoc opus eſt. Ipm enim deoꝝ oĩm dearumq; regem uolũt. hoc eius indicat ſceptrum. hoc in alto colle capitolium. De iſto deo quãuis a poeta dictum cõuenientiſſime predicat. Iouis oĩa plena. Hunc Varro credit etiã ab his coli qui unũ deum ſolum ſine ſimulachro colunt: ſed alio nomine nuncupari. Quod ſi ita eſt: cur tã male tractatus eſt rome: ſicut qdam & in ceteris gentibus: ut ei fieret ſimulachrũ: quod ipſi etiã Varroni ita diſplicet: ut cũ tante ciuitatis peruerſa conſuetudine ꝑmeretur: nequaq̃ tamẽ dicere & ſcribere dubitaret: ꝙ hi qui populis inſtituerũt ſimulachra: et metum dempſerunt & errorem addiderunt.

Cur illi etiã Iuno uxor adiũgitur: que dicatur ſoror & cõiunx? Quia Iouem inquiunt in ethere accipimus: in aere Iunonem. Et hec duo elementa cõiuncta ſunt: alterũ ſuperius alterũ inferius. Non ẽ ergo ille de quo dictũ eſt Iouis oĩa plena: ſi aliquã ꝑtem implet & Iuno. An uterq; utrũq; implet: et ambo iſti coniuges & in duobus iſti elemẽtis et in ſingulis ſimul ſunt? Cur ergo ether dat Ioui: aer Iunoni? Poſtremo ipi duo ſatis eẽnt. Quid eſt ꝙ mare Neptuno tribuit: terra Plutoni? Et ne ipi quoq; ſine cõiugibus remanerẽt: addit Neptuno Salaciã. Plutoni Proſerpiã.

Varro.

Nam ſicut inferiorem celi ptem id eſt aerem inquint Iuno teneret ita inferiorẽ maris Salatia et terre inferiorem Proſerpina. Querũt queadmodum ſarciant fabulaſ nec inueniunt. Si enĩ hec ita eẽnt: tria potius elementa mũdi eẽ nõ quatuor eoꝝ ueteres pderent: ut ſingula deoꝝ cõiugia diuiderent ſingulis elementis. Nunc uero omĩ mõ affirmauerũt aliud eſſe etherem: aliud aerẽ: aliud terram. Aqua uero ſiue ſupior ſiue inferior utiq; aqua eſt: puta quia diſſimilis. nunqd in tm̃ ut aqua nõ ſit. Et inferior terra: qd aliud põt eſſe ꝙ̃ terra q̃talibet diuerſitate diſtincta? Deinde ecce iam totus in his q̃tuor uel tribus elementis corporeus cõpletus eſt mũdus. Minerua ubi erit: qd tenebit: qd implebit? Simul enĩ cũ his in capitolio cõſtituta eſt: cũ iſta filia non ſit amboꝝ. Aut ſi etheris ptem ſupiorem Mineruã tenere dicũt: et hac occaſiõe fingere poetas ꝙ de Iouis capite nata ſit: cur nõ ergo ipſa potius deoꝝ regina deputatur ꝙ ſit Ioue ſupior? An qa indignũ erat pponere patri filiam: cur nõ de Ioue ipſo erga Saturnũ iuſticia iſta ſeruata eſt? An qa uictus eſt? Ergo pugnarunt? Abſit inquĩt. fabularũ eſt iſta garrulitas. Ecce fabulis nõ credatur: et de his ſentiant̃ meliora. Cur ergo nõ data ẽ patri Iouis: & ſi nõ ſublimior: eq̃lis certe ſedes honoris? Quia Saturnus inquint tẽporis longitudo eſt. Tempus igiẽ colunt qui Saturnũ colunt: et rex deoꝝ Iupiter inſinuatẽ natus ex tẽpore. Quid enĩ indignũ dicitẽ cũ Iupiter & Iuno nati dicũtur ex tempore: ſi celũ eſt ille & illa terra: cũ facta ſint utiq; celi & terra? Nam hoc quoq; in libris ſuis habent eoꝝ docti atq; ſapiẽtes. Neq; de figmẽtis poeticis ſed de philoſophoꝝ libris a Virgilio dictũ eſt. Tum pater omĩpotens fecũdis imbribus ether. Coniugis in gremiũ lete deſcendit id ẽ in gremiũ telluris aut terre. Quia & hic aliquas differentias uolunt eſſe: atq; in ipſa terra aliud terram: aliud tellurem: aliud telluionẽ putãt. Et oẽs hos deos hñt ſuis nõibus appellatos: ſuis officiis diſtinctos: ſuis aris ſacriſq; ueneratos. Eandem terram etiã matrem deoꝝ uocant: ut iam poete tolerabiliora cõfingant: ſi ſcdm̃ iſtoꝝ non poeticos ſed ſacroꝝ libros non ſolũ Iuno ſoror & cõiunx: ſed etiã mater ẽ Iouis. Eandẽ terram Cererem: eandem etiã Veſtam colunt: cũ tamẽ ſepius Veſtã nõ niſi ignẽ eſſe phibeant ptinentẽ ad focos: ſine qbus ciuitas eẽ non põt. Et ideo illi uirgines ſolere ſeruire: ꝙ ſicut ex uirgine ita nihil ex igne naſcatur. Quã totã uanitatẽ aboleri & extingui utiq; ab illo oportuit: qui eſt natus ex uirgine. Quis enĩ ferat ꝙ cũ tantũ honoris & q̃ſi caſtitatis igni tribuerint: aliqñ Veſtam nõ erubeſcũt etiã Venerẽ dicere: ut uaneſcat in ancillis eius honorata uirginitas? Si enĩ Veſta Venus eẽt: quõ ei rite uirgines a uenereis opibus abſtinẽdo ſeruirent? An Veneres due ſũt: una uirgo altera mulier? An potius tres: una uirginũ que etiã Veſta eſt: alia cõiugatarũ: alia meretricũ? Cui etiã fenices donũ dabant de pſtitutiõe filiarũ: anteq̃ iungerent eas uiris. Que illarũ matrona eſt Vulcani? Non utiq; uirgo qm̃ habet maritum. Abſit autẽ ut meretrix: ne filio Iunonis & cooperario Minerue facere uideamur iniuriã. Ergo hec ad cõiugatas intelligĩt ptinere. ſed eã nolumus imitentẽ in eo qđ fecit illa cũ Marte. Rurſus inquint ad fabulas redis. Que iſta iuſticia eſt: nobis ſuccenſere ꝙ talia dicimus de diis eoꝝ: et ſibi non ſuccenſere qui hec in theatris libentiſſime expectãt crimina deorũ ſuoꝝ. Et ꝙ eẽt incredibile: niſi cõteſtatiſſime probaretur hec ipſa theatrica crimina deoꝝ ſuoꝝ in honorẽ inſtituta eſſe eorũdem deoꝝ.

Q Votquot libet igiẽ philoſophicis rõibus & diſputatõibus aſſerant. Modo ſit Iupiter corporei huius mũdi aĩa: q uniuerſam iſtã molẽ ex q̃tuor uel quot eis placet elementis conſtructam atq; cõpactam implet & mouet: mõ inde ſuas p̃tes ſorori & fratribus cedat. Modo ſit ether ut aerẽ Iunonẽ ſubter fuſã deſuper

amplectatur: modo totum ſimul cū aere ſit ipſe celum: terram uero tanq̄ coniugem eandemq; matrem: q̄a hoc in diuiniſ turpe nō eſt: fecūdiſ imbribuſ & ſeminibuſ fetet. Modo aūt ne ſit neceſſe ꝑ cuncta diſcurrere: deuſ unuſ de quo multa a poeta nobiliſſimo dictū putant: Deum nāq; ire ꝑ omēſ terraſ tractuſq; mariſ celūq; ꝓfundum. Ipſe in ethere ſit Iupiter: ipſe in aere Iuno: Ipſe in mari Neptunuſ: in inferioribuſ etiā mariſ ipſe Salatia: et in terra Pluto: in terra inferiore Proſerpina: In focuſ domeſticiſ Veſta: in fabrorum fornace Vulcanuſ: in ſideribuſ ſol & luna & ſtelle: In diuinātibuſ Apollo: Mercuriuſ in merce: in iano Initiator: in termino Terminator: Saturnuſ in tēpore: Marſ & Bellona in belliſ: Liber in uineiſ: Cereſ in frumentiſ: Dyana in ſiluiſ: Minerua i ingeniiſ. Ipſe ſit poſtremo etiā in illa turba q̄ſi plebeiorū deorū. Ipſe preſit noīe Liberi uirorū ſeminibuſ: et noīe Libere feminarum: Ipſe ſit Dieſpiter q̄ partū ꝑducat ad diem: Ipſe dea Mena quā prefecerūt mēſtruiſ feminarū. Ipſe Lucina que a parturiētibuſ inuocet: Ipſe opem ferat naſcētibuſ excipienſ eoſ ſinu terre & uocetur Opſ. Ipſe in uagitu oſ aꝑiat & uocetur deuſ Vagitanuſ. Ipſe leuet de terra et uocetur dea Leuana: Ipſe cunaſ tueat̄ & uocetur dea Cunina: Nō ſit aliuſ ſed ipſe in deabuſ illiſ que fata naſcētibuſ canūt & uocant̄ Carmenteſ: preſit fortuitiſ uoceturq; Fortuna: In diua rumīa māmam puulo immulgeat: q̄a rumam dixerūt ueteteſ māmam: In diua potina potionem miniſtret: In diua edulica eſcam prebeat. De pauore infantium Pauentia nuncupetur: De ſpe que uenit Venilia: De uoluptate Volupia: De actu Agenona: De ſtimuliſ q̄buſ ad nimium actum homo impellitur dea Stimula noīetur: Strenua dea ſit ſtrenuum faciendo: Numeria que numerare doceat: Camena que canere: Ipſe ſit & deuſ Conſul ꝓbendo cōſilia: et dea Sentia ſententiaſ inſpirando: Ipſe dea Iuuētaſ que poſt ꝓtextatā excipiat iuuēiliſ etatiſ exordia: Ipſe ſit Fortuna barbata que adultoſ barba induit quoſ honorare uoluerit: ut hoc qualecūq; numē ſaltem maſculū deum: uel a barba Barbatū ſicut a nodiſ Nodotum: uel certe nō Fortunā: ſed quia barbaſ barbatū habet Fortunium noīarent. Ipſe in Iugatino deo coniugeſ iungat: et cū uirgini uxori zona ſoluitur ipſe inuocetur ſiue uirtuteſ eiuſ: et dea uirginēſiſ uocetur: Ipſe ſit Mutinuſ uel Tutunuſ qui ē apud grecoſ Priapuſ ſi nō pudet. Hec oīa que dixi & quecūq; nō dixi non enī omnia dicenda arbitratuſ ſum: hi omēſ dii deeq; ſit unuſ Iupiter: ſiue ſint ut q̄dam uolūt oīa iſta parteſ eiuſ ſiue uirtuteſ eiuſ: ſicut eiſ uidetur q̄buſ eū placet eſſe mūdi aīm: Que ſententia uelut magnorū multorūq; doctorū eſt: Hec ſi ita ſunt: qd̄ q̄ie ſit nōdum interim quero: q̄d ꝑderent ſi unū deū colerent prudētiore cōpendio? Quid enī eiuſ contēpneretur cū ipſe coleretur: Si aūt metuēdum fuit ne ꝓtermiſſe ſiue neglecte preſ eiuſ iraſcerent: nō ergo ut uolūt uelut uniuſ aīantiſ hec tota uita eſt que omēſ cōtinet deoſ q̄ſi ſuaſ uirtuteſ uel membra uel parteſ: ſed ſuā queq; parſ habet uitā a ceteriſ ſeparatam: ſi preter alteram iraſci altera pōt: et alia placari alia concitari. Si aūt dicit̄ omēſ ſimul id eſt totū ipm Iouē potuiſſe offendi ſi preſ eiuſ nō etiā ſingillatim minutatimq; colerent: ſtulte dicit̄. Nulla q̄ppe earū ꝓtermitteretur cū ipſe uniuſ q̄ hēret oīa coleretur. Nam & alia omittā que ſūt innumerabilia: cū dicūt omīa ſidera parteſ Iouiſ eē: ēē oīa uiuere atq; ratōnaleſ aīaſ habere: et ideo ſine cōtrouerſia deoſ eſſe: nō uident q̄ multoſ nō colāt: q̄ multiſ edeſ nō conſtruāt: araſ nō ſtatuant: q̄uaſ tñ paucaſſimiſ ſiderū ſtatuendaſ eē putauerunt & ſingillatim ſacrificandū: Si igit̄ iraſcunt̄ qui nō ſingillatim colunt̄: nō metuūt paucſ placatiſ toto celo irato uiuere. Si aūt ſtellaſ omēſ ideo colūt q̄a in Ioue ſūt quē colūt: iſto cōpendio poſſent in illo uno omībuſ ſupplicare. Sic enī nemo iraſceretur: cū in illo

uno omnibuſ ſupplicaretur: nemo contempneretur: potiuſ q̄ cultuſ quibuſdam iuſta traſcendi cauſa illiſ qui pretermiſſi eēnt multo numeroſioribuſ preberetur: preſertim cū eiſ de ſuperna ſede fulgentibuſ turpi nuditate diſtentuſ preponeretur & Priapuſ.

QVod et illud non debet mouere acutoſ hoīeſ uel qualeſcūq; hoīeſ. Non enī ad hoc ingenii opuſ eſt excellentia: ut depoſito ſtudio contentioniſ attendant: ſi mūdi aīuſ deuſ eſt: eiq; aīo mūduſ ut corpuſ eſt: ut ſit unum aīal conſtanſ ex aīo & corpore: atq; iſte deuſ eſt ſinuſ q̄dam nature in ſeipſo continenſ oīa: ut ex ipſiuſ aīa qua uiuificat̄ tota iſta moleſ: uite atq; aīe cunctorū uiuentiū pro cuiuſq; naſcentiſ ſorte ſumant̄: nihil oīo remanere pōt quod nō ſit parſ dei. Quod ſi ita eſt: quiſ non uideat q̄ta impietaſ & irreligioſitaſ conſequat̄: ut quod calcauerit quiſq; partem dei calcet: et in omī aīante occidendo parſ dei trucidetur? Nolo oīa dicere que poſſunt occurrere cogitantibuſ: dici autem ſine uerecundia non poſſunt.

SI aūt ſola aīalia rōnalia ſicut ſūt hoīeſ ptēſ dei eſſe cōtendunt: nō uideo qdem ſi totuſ mūduſ eſt deuſ: quō beſtiaſ ab euſ ptibuſ ſeparent. Sed obluctari quid opuſ eſt? De ipſo rationali aīante id eſt hoīe quid infeliciuſ credi pōt: q̄ dei partem uapulare cū puer uapulat? Iam uero ptēſ dei fieri laſciuaſ: iniquaſ: impiaſ atq; oīo damnabileſ quiſ ferre poſſet niſi q prorſuſ inſanit? Poſtremo qd iraſcit̄ eiſ a qbuſ nō colitur: cū a ſuiſ ptibuſ nō colatur? Reſtat ergo ut dicant oīeſ deoſ ſuaſ hēre uitaſ: ſibi queq; uiuere: nullū eoꝝ eſſe partem cuiuſq̄: ſed oīeſ colendoſ q cognoſci & coli poſſunt: qa tam multi ſunt ut oīeſ nō poſſint. Quoꝝ Iupiter qa rex preſidet: ipm credo ab eiſ putari cōſtituiſſe regnū uel auxiſſe romanū. Nam ſi hoc ipſe non fecit: quē aliū deū opuſ tā magnū potuiſſe aggredi credant̄: cū oīeſ occupati ſint officiiſ & operibuſ propriiſ: nec alter irruat in alteriuſ?

A Rege igit̄ deoꝝ regnū hoīm potuit et propagari & augeri. Hic primū quero cur non etiā ipm regnū aliquiſ deuſ eſt. Cur enī non ita ſit ſi uictoria dea eſt? Aut quid ipſo Ioue in hac cā opuſ eſt: ſi uictoria faueat ſitq; ppicia: et ſemp eat ad illoſ quoſ uult eē uictoreſ? Hac dea fauente & ppicia: etiā Ioue uacante uel aliud agente: que genteſ nō ſubdite remanerent? Que regna non cederent? An forte non diſplicet boniſ iniqſſima improbitate pugnare: et finitimoſ quietoſ nullāq; iniuriā facienteſ ad dilatandum regnum bello ſpontaneo prouocare? Plane ſi ita ſentiunt approbo & laudo.

VIdeant ergo ne forte nō pertineat ad uiroſ bonoſ gaudere de regni latitudine. Iniquitaſ enim eoꝝ cū qbuſ iuſta bella geſta ſunt regnū adiuuit ut creſceret. quod utiq; paruū eſſet: ſi quieſ & iuſticia finitimoꝝ contra ſe bellū geri nulla puocaret iniuria. ac felicioribuſ ſic rebuſ hūaniſ oīa regna parua eēnt: cōcordi uicinitate letantia. Et ita eēnt in mūdo regna plurima gentiū: ut ſunt ī urbe domuſ plurime ciuiū. Proinde belligerare & pdomitiſ gentibuſ dilatare regnū: maliſ uidet̄ felicitaſ: boniſ neceſſitaſ. Sed qa peiuſ eēt ut iniurioſi iuſtioribuſ dn̄arentur: ideo nō incōgrue dicitur etiā iſta felicitaſ. Sed procul dubio felicitaſ maior eſt uicinum bonū habere cōcordem: q̄ uicinū malū ſubiugare bellantem. Mala uota ſunt optare habere quē oderiſ uel quē timeaſ ut poſſit eſſe quē uincaſ. Si ergo iuſta gerēdo bella nō impia nō iniqua romāi impiū tam magnū acqrere potuerūt: nunqd tanq̄ aliq̄ dea colēda eſt eiſ etiā iniquitaſ aliena? Multum enī ad iſtam latitudinē imperii eā cooperatam

uidemuſ que faciebat inuin oſoſ: ut eēnt cum qbuſ iuſta bella gererent & augeretur impium? Cur aūt & iniquitaſ dea non ſit uel externarū gentiū: ſi pauor et pallor & febriſ dii romani eē meruerūt? Hiſ igit̄ duabuſ id ē aliena iniqtate & dea uictoria: dū belloꝝ cauſaſ iniqtaſ excitat: uictoria eadem bella feliciter terminat: etiā feriato Ioue creuit impiū. Quaſ enī hic pteſ Iupiter hēret: cū ea que poſſent beneficia eiuſ putari dii habent: dii uocantur: dii coluntur: ipſi pro ſuiſ ptibuſ inuocantur? Haberet hic aūt etiā ille aliquā partem: ſi regnum etiā ipſe appellaretur ſicut appellatur illa uictoria: aut ſi regnū munuſ ē Iouiſ: cur nō & uictoria munuſ eiuſ hēatur? Quod pfecto hēretur: ſi nō lapiſ in capitolio: ſed uerus rex regū & dominuſ dominātium cognoſceretur atq colleretur.

MIror aūt plurimum: ꝙ cum deoſ ſingulos ſingulis rebuſ & pene ſingulis motibuſ attribuerent: uocauerunt deam Agenoriam que ad agendum excitaret: deam Stimulā que ad agendū ultra modū ſtimularet: deā Murceam que preter modum nō moueret: ac faceret hoīem ut ait Pomponiuſ murcidū id eſt nimiſ deſidioſum & inactuoſū: deam Strenuā que faceret ſtrenuū. Hiſ oībuſ diiſ & deabuſ publica ſacra facere ſuſceperūt. Quietā uero appellātes que faceret quietū: cū edem haberet extra portam collinā publice illā ſuſcipere noluerūt. Utrū indiciū fuit animi inquieti: an potiuſ ita ſignificatū eſt: ꝙ q illā turbā colere pſeueraret: nō plane deorū ſed demonioꝝ eum quietem habere nō poſſe: ad quā uocat uerus medicuſ dicenſ: diſcite a me quia mitiſ ſum & humiliſ corde: & inuenietiſ requiem aīabuſ ueſtriſ?

AN forte dicit ꝙ deam Victoriam Iupiter mittat: atq illa tanq̄ regi deorum obtemperanſ ad quoſ iuſſerit ueniat: et in eoꝝ parte conſidat? Hoc uere dicitur nō de illo Ioue quē eoꝝ regem pro ſua opinione confingunt: ſed de illo uero rege ſeculoꝝ: ꝙ mittat non Victoriā que nulla ſubſtantia eſt: ſed angelū ſuum & faciat uincere quē uoluerit: cuiuſ conſiliū occultū eſſe pōt: iniquū eſſe non poteſt. Nam ſi Victoria dea eſt: cur nō deuſ eſt & Triumphuſ: et Victorie iūgitur uel maritus uel frater uel filiuſ? Talia qppe iſti de diiſ opinati ſūt: q̄lia ſi poete fingerēt: atq a nobiſ exagitarent: reſponderēt iſti ridenda eē figmenta poetarum non ueriſ attribuenda numinibuſ: et tamē ſe ipſi nō ridebāt: cū talia delíramenta nō apud poetaſ legebāt: ſed in templiſ colebāt. Iouē igit̄ de omībuſ rogarent: ei uni tantūmō ſupplicarent. Non enī ſe miſiſſet Victoria ſi dea eēt ſub illo rege et poſſet & auderet reſiſtere: ſet ſuā potiuſ facere uolūtatem.

QVid ꝙ & felicitaſ dea eſt? Edem accepit aram meruit: ſacra ei cōgrua pſoluta ſunt. Ipſa ergo ſola coleretur. ubi enī ipſa eēt: qd boni non eēt? Sed quid ſibi uult ꝙ et Fortuna dea putat̄ & colitur? An aliud eſt felicitaſ aliud fortuna? Quia fortuna poteſt eſſe & mala: felicitaſ aūt ſi mala fuerit: felicitaſ non erit. Certe omneſ deoſ utriuſq ſexuſ ſi & ſexuſ habent: non niſi bonoſ exiſtimare debemuſ. hoc Plato dicit: hoc alii philoſophi: hoc excellenteſ reipublice populorūq rectoreſ. Quō ergo dea Fortuna aliqn̄ bona eſt aliquādo mala? An forte qn̄ mala ē dea nō eſt: ſed in malignū demonē repente cōuertitur? Quot ſunt ergo dee iſte? Profecto quotquot ſunt hoīeſ fortunati hoc eſt bone fortune. Nam cū ſint & alii plurimi ſimul hoc ē uno tēpore male fortune: nunqd ſi ipſa eēt: ſimul et bona eēt & mala: hiſ aliud illiſ aliud? An illa que dea ē ſemp eſt bona? Ipſa eſt ergo felicitaſ. Cur adhibent̄ diuerſa nomina? Sed et hoc ferendū eſt: ſolet enī & una reſ diuerſiſ nōibuſ appellari. Quid

diuerſe edeſ: quid diuerſe are diuerſa ſacra? Eſt cauſa inquiunt: qa felicitaſ illa eſt quã boni habent precedentibuſ meritiſ: fortuna uero que dicit̃ bona: ſine ullo examine meritoꝝ fortuitu accidit hõibuſ et boniſ & maliſ: unde etiã fortuna noiat̃. Quomõ ergo bona eſt que ſine ullo iudicio uẽit: et ad bonoſ & ad maloſ? Vt qd aũt colitur que ita ceca eſt: paſſim in quoſlibet incurrenſ: ut ſuoſ cultoreſ plerunq; pretereat: et ſuiſ cõtemptoribuſ hereat? Aut ſi aliqd pficiunt cultoreſ eiuſ ut ab illa uideantur & ament: iam merita ſequitur non fortuitu uenit. Vbi ẽ ergo diffinitio illa fortune? Vbi ẽ quod a fortuitiſ etiã nomẽ accepit? Nihil enĩ prodeſt eã colere: ſi fortuna ẽ. Si autem ſuoſ cultoreſ diſcernit ut proſit: fortuna nõ eſt. An et ipſam quo uoluerit Iupiter mittit? Colatur ergo ipſe ſoluſ. Non enĩ põt ei iubenti & eam quo uoluerit mittenti fortuna reſiſtere. Aut certe ipſam mali colant: q nolũt habere merita qbuſ

xviii. poſſit dea Felicitaſ inuitari.

TAntũ ſane huic uelut uni numini tribuũt qd̃ Fortunã uocant: ut ſimulachrũ eiuſ quod a matroniſ dedicatũ eſt: et appellatum eſt Fortuna muliebriſ: etiã locutũ eſſe mẽorie cõmendarint: atq; dixiſſe non ſemel ſed iterũ: ꝓpter quod eã rite matrone dedicauerit. Quod qdem ſi uerũ ſit: mirari noſ oportet. Non enĩ malignis demõibuſ etiã ſic difficile eſt fallere: quoꝝ arteſ atq; uerſutiaſ hinc potiuſ iſti aduertere debuerũt: q illa dea locuta ẽ que fortuitu accidit: nõ que meritiſ uẽit. Fuit enĩ fortuna loquax & muta felicitaſ: et ad qd aliud niſi ut hõieſ recte uiuere nõ curarẽt cõciliata ſibi fortuna: que illoſ ſine ulliſ boniſ meritiſ faceret fortunatoſ? Et certe ſi fortuna loquitur: non ſaltem mulieribuſ ſed uiriſ potiuſ loqueretur: ut non ipſe que ſimulachrũ dedicauerunt putarẽtur tantũ miraculũ muliebri loquacitate finxiſſe.

xx. VIrtutem quoq; deam fecerũt: que qdem ſi dea eſſet multiſ fuerat preferẽda. Et nũc quia dea nõ eſt ſed donũ dei: ipſa ab illo impetretur a quo ſolo dari põt: et omniſ falſoꝝ deoꝝ turba uaneſcit. Sed cur & fideſ dea credita eſt: et accepit etiã ipſa templũ & altare? Quã quiſqſ prudenter agnoſcit: habitaculũ illi ſeipm facit. Vnde aũt ſciũt illi quid ſit fideſ: cuiuſ primũ & maxim officiũ eſt ut in uerũ credat̃ deum? Sed cur non ſuffecerat uirtuſ? Nonne ibi eſt & fideſ? Quãdoqdem uirtutẽ in q̃tuor ſpeſ diſtribuendã eſſe uiderũt: prudentiã iuſticiã fortitudinẽ tẽpantiã. Et qm̃ iſte ſingule ſpecieſ ſuaſ habent: in ptibuſ iuſticie fideſ eſt: maximq; locũ apud noſ habet quicũq; ſcimuſ qd ſit q iuſtuſ ex fide uiuit. Sed illoſ miror appetitoreſ multitudiniſ deoꝝ: ſi fideſ dea eſt: quare aliiſ tam multiſ deabuſ iniuriam fecerunt: ſpter mittendo eaſ qbuſ ſimiliter edeſ & araſ dedicare potuerũt? Cur tẽpantia dea eſſe nõ meruit: cũ eiuſ noĩe nõnulli romani ꝓnopeſ nõ paruã gloriã cõparint? Cur deniq; fortitudo dea nõ eſt: que affuit Mucio cũ dexteram porrexit in flãmaſ: que affuit Curtio cũ ſe pro patria in abruptã terram ꝑcipitem dedit: que affuit Decio patri & Decio filio cũ pro exercitu ſe uouerunt? Si tamẽ hiſ omibuſ uera inerat fortitudo: unde modo nõ agitur. Quare prudentia: qre ſapiã nulla numinum loca meruerunt? An quia in nomĩe generali ipſiuſ uirtuteſ omeſ colũtur? Sic ergo poſſet & unuſ deuſ coli: cuiuſ parteſ ceteri dii putãtur. Sed in illa una uirtute et fideſ eſt & pudicitia: que tamen extra in edibuſ propriiſ altaria meruerunt. Haſ deaſ non ueritaſ ſed uanitaſ fecit.

HEc enim ueri dei munera ſunt: non ipſe dee ſunt. Veruntamẽ ubi eſt uirtuſ & felicitaſ: quid aliud queritur? Quid ei ſufficit cui uirtuſ felicitaſq; non ſufficit?

Omnia qppe agenda cóplectitur uirtuſ omnia optanda felicitaſ. Si Iupiter ut hec daret ideo colebat: qa ſi bonú aliquid é latitudo regni atq; diuturnitaſ ad eandem ptinet felicitaté: cur nó intellectú eſt dona dei eē non deoſ? Si aút putate ſunt dee: ſaltem alia tanta deoꝝ turba nó quereretur. Conſideratiſ enī officiſ deoꝝ deaꝝq; oím: que ſicut uoluerút pro ſua opinacóe finxerút: inueniant ſi poſſunt aliquid qđ ab aliquo deo preſtari poſſit hói habenti uirtuté: habenti felicitaté. Quid doctrine uel a Mercurio uel a Minerua petendú eēt: cú uirtuſ oía ſecú haberet? Arſ qppe ipa bene recteq; uiuendi uirtuſ a ueteribuſ diffinita eſt. Vnde ab eo q̄ grece arete dicit̄ uirtuſ: nomé artiſ latinoſ traduxiſſe putauerút. Sed ſi uirtuſ nó niſi ad ingenioſum poſſet uenire: quid opuſ erat deo Catio patre qui catoſ id é acutoſ faceret: cum hoc poſſet cóferre felicitaſ? Ingenioſum qppe naſci felicitatiſ eſt. Vnde etiá ſi nó potuit a nódum nato coli dea Felicitaſ: ut hoc ei cóciliata donaret: cóferret hoc parétibuſ eiuſ cultoribuſ ſuiſ ut eiſ ingenioſi filii naſcerent̄. Qd opuſ erat parturientibuſ inuocare Lucinā: cum ſi adeſſet felicitaſ non ſolú bene parerent: ſed etiá bonoſ. Quid neceſſe erat Opi dee cómendare naſcétes: deo Vagitano uagientes: dee Cunine iacétes: dee Rumine ſugentes: deo Statilino ſtantes: deo Adeone adeúteſ: Abeone abeúteſ: dee Menti ut bonā haberent menté: deo Volumno & dee Volumine ut bona uellent: diiſ cóiugalibuſ ut bene cóiugarent̄: diiſ agreſtibuſ ut fructuſ uberrimoſ caperét: et maxime ipſi diue Fructeſee: Marti & Bellone ut bene belligerarét: dee Victorie ut uincerét: deo Honori ut honorarent̄: dee Pecunie ut pecunioſi eēnt: deo Eſculano & filio eiuſ Argentino: ut haberent ereā argenteāq; pecuniam. Nam ideo patrem Argentini Eſculanú poſuerút: qa priuſ erea pecunia in uſu eē cepit: poſt argentea. Miror aút q̄ Argétinuſ non genuit Aurinú: qa & aurea ſubſecuta é. Qué deú iſti ſi haberent: ſicut Saturno Iouem: ita et patri Argentino & auo Eſculano Aurinum preponerét. Quid ergo erat neceſſe ppter hec bona uel aīmi uel corpiſ uel externa tantá deoꝝ turbá colere & inuocare: quoſ neq; oēs cómemoraui: nec ipſi potuerút omibuſ humaniſ boniſ minutatim ſingulatimq; digeſtiſ: et deoſ minutoſ & ſingulos prouidere: cú poſſet magno faciliq; cópendio una dea Felicitaſ cuncta cóferre: nec ſolú ad bona capienda quiſq̄ aliuſ: ſed neq; ad depellenda mala quereretur. Cur enī eēt inuocanda ppter feſſoſ diua Feſſonia: ppter hoſteſ depellendoſ diua Pellonia: ppter egroſ medicuſ uel Apollo uel Eſculapiuſ: uel ambo ſimul quādo eſſet grande piculum? Nec deuſ Spinenſiſ ut ſpinaſ ex agriſ eradicaret: nec dea Rubigo ut non accederet rogaret: una felicitate preſente & tuente: uel nulla mala exorirent̄ uel facillie pellerent̄. Poſtremo qm̄ de duabuſ iſtiſ deabuſ Virtute & Felicitate tractamuſ: ſi Felicitaſ uirtutiſ eſt premiú: non dea ſed dei donú eſt. Si aút dea eſt: cur non dicat̄ & uirtuté ipſa cóferre: quādoqdem etiā uirtuté conſequi felicitaſ magna eſt?

(A. xxij.

Qvid ergo eſt quod pro ingenti beneficio Varro iactat preſtare ſe ciuibuſ ſuiſ? Quia nó ſolum cómemorat deoſ quoſ coli oporteat a romaniſ: uerú etiā dicit quid ad quēq; ptineat: quó nihil prodeſt inquit hói alicuiuſ medici nomen formāq; noſſe: et quid ſit medicuſ ignorare: ita dicit nihil prodeſt ſcire deú eſſe Eſculapiú: ſi neſciaſ eum ualitudini opitulari: atq; ita ignoreſ cur ei debeaſ ſupplicare. Hoc etiā alia ſimilitudie affirmat dicenſ: non mó bene uiuere: ſed uiuere oīo neminé poſſe: ſi ignoret quiſnā ſit faber: quiſ pictor: qſ tector: a quo quid utenſile petere poſſit: qué adiutoré aſſumere: qué ducem: qué doctoré. Eo mó nulli dubiú eſſe aſſerenſ: ita eſſe utilem cognitioné deoꝝ: ſi ſciat̄ quā quiſq; deuſ uim & facultaté ac poteſtaté cuiuſq;

M. Varro.

rei habeat. Ex eo enī poterimuſ inqt ſcire quē cuiuſq̄ cā deū aduocare atq̄ īuocare debeamuſ: ne faciamuſ ut mimi ſolēt: et optemuſ a Libero aquā: a Nimphiſ uinū. Magna ſane utilitaſ. Quiſ nō huic grāſ ageret ſi uera mōſtraret: et ſi unū uerū deū a quo eēnt oīa bona: et hōibuſ colendū doceret?

SEd unde nūc agit̄. ſi libri & ſacra eoꝝ uera ſunt: et felicitaſ dea eſt: cur nō ipſa una que coleretur cōſtituta ē: que poſſet uniuerſa conferre: et cōpendio facere felicem? Quiſ enī optat aliquid ꝓpter aliud q̄ ut felix fiat? Cur deiq̄ tam ſero huic tāte dee poſt tot romanoſ ꝑncipeſ Lucullus edem cōſtituit? Cur ipſe Romuluſ felicē cupienſ cōdere ciuitatem: nō huic templū potiſſimū ſtruxit? Nec propter aliqd diſ ceteriſ ſupplicauit: qñ nihil deeſſet ſi hec adeſſet. Nā et ipſe nec ꝑuſ rex: nec ut putāt poſtea deuſ fieret: ſi hanc deam ꝓpiciā non hēret. Vt quid ergo Romuluſ cōſtituit romaniſ deoſ Ianū: Iouē: Martē: Picū: Faunū: Tiberinū: Herculem & ſiquoſ alioſ? Vt quid Tituſ Taciuſ addidit Saturnū: Opem: Solem: Lunā: Vulcanū: Lucem: et quoſq̄ alioſ addidit: inter quoſ etiā deam Cloacinam Felicitate neglecta? Vt quid Numa tot deoſ & tot deaſ ſine iſta? An eā forte in tanta turba uidere nō potuit? Hoſtiliuſ certe rex deoſ & ipſe nouoſ Pauorē atq̄ Pallorē ꝓpiciandoſ nō introduceret: ſi deā iſtā noſſet aut coleret. preſente quippe felicitate omiſ pauor & pallor non ꝓpiciatuſ abſcederet: ſed pulſuſ aufugeret. Deinde qd ē hoc qđ iam romanū impiū longe lateq̄ creſcebat: et adhuc nemo felicitatē colebat? An ideo grandiuſ impium q̄ feliciuſ fuit? Nam quō ibi eſſet uera felicitaſ: ubi uera nō erat pietaſ? Pietaſ enim uera ē uerax ueri dei cultuſ: nō cultuſ falſoꝝ tot deoꝝ quot demōioꝝ. Sed & poſtea iā in deoꝝ numerū felicitate ſuſcepta: magna belloꝝ ciuiliū infelicitaſ ſubſecuta eſt. An forte iuſte eſt indignata felicitaſ q̄ & tā ſero et nō ad hōrem ſed ad contumeliā potiuſ inuitata ē: ut cū ea coleret̄ Priapuſ & Cloacina: et Pauor & Pallor et Febriſ: et cetera nō numina colendoꝝ ſed crimina colentiū? Ad extremū ſi cū turba indigniſſima tanta dea colenda uiſa ē: cur nō uel illuſtriuſ ceteriſ colebat̄? Quiſ enī ferat q̄ neq̄ inter deoſ cōſenteſ quoſ dicūt in conſiliū Iouiſ adhiberi: nec inter deoſ quoſ ſelectoſ uocant felicitaſ cōſtituta eſt: ut templū aliqđ ei fieret: qđ & loci ſublimitate & opiſ dignitate ꝑeminere? Cur enī nō aliqd meliuſ q̄ ipſi Ioui? Nā neq̄ etiā Ioui regnū niſi felicitaſ dedit: ſi tñ cū regnaret felix fuit: et potior ē felicitaſ regno. Nēo enī dubitat facile inueniri hoīem q̄ timeat ſe fieri regē: nulluſ aūt inuenitur q̄ ſe nolit eē felicem. Ipſi ergo dii ſi ꝑ auguria uel quolibet mō eoſ poſſe cōſuli putāt: de hac re conſulerentur utrū uellent felicitati loco cedere: ſi forte alioꝝ edibuſ uel altaribuſ iā fuiſſet locuſ occupatuſ: ubi edeſ maior atq̄ ſublimior felicitati cōſtrueretur: etiā ipſe Iupiter cederet ut ipm uerticē colliſ capitolini felicitaſ potiuſ obtineret. Non enim quiſpiā reſiſteret felicitati: niſi qđ fieri non pōt q̄ eē uellet infelix. Nullo mō oīo ſi cōſuleret̄ faceret Iupiter quod ei fecerunt treſ dii: Marſ Terminuſ & Iuuentaſ: qui maiori & regi ſuo nullo mō cedere loco uoluerūt. Nam ſicut habēt eoꝝ littere cū rex Tarquiniuſ capitoliū fabricare uellet: eūq̄ locū qui ei dignior aptiorq̄ uidebat̄ a diiſ aliiſ cerneret preoccupatū: nō audenſ aliqd cōtra deoꝝ facere arbitriū: et credēſ eoſ tanto numini ſuoq̄ ꝑncipi uolūtate ceſſuroſ: qa multi erant illic ubi capitoliū cōſtitutum eſt: per auguriū queſiuit utrū concedere locū uellent Ioui atq̄ ipſi inde cedere: oēſ uoluerunt ꝑter illoſ quoſ cōmemoraui: Martē Terminū Iuuentatē: atq̄ ideo capitoliū ita cōſtructū eſt: ut etiā iſti treſ intuſ eēnt: tam obſcuriſ ſigniſ ut hoc uix hoīeſ doctiſſimi ſcirent. Nullo mō igit̄ felicitatē Iupiter ipſe contēpneret: ſicut

a Termino: Marte: Iuuentate contemptus eſt. Sed ipſi etiã qui non ceſſerant Ioui: profecto cederent felicitati: que illis regem fecerat Iouem. Aut ſi non cederent: nõ id cõtemptu eius facerent: ſed q̃ ĩ domo felicitatis uel obſcuri eẽ mallent: q̃ ſine illa in locis propriis eminere. Ita dea Felicitate in loco ampliſſimo & celſiſſimo cõſtituta: diſcerent ciues unde omis boni uoti petendũ eſſet auxiliũ. Ac ſic ipſa ſuadẽte natura: aliorũ deorũ ſuperflua multitudine derelicta coleretur una felicitas: uni ſupplicaretur: unius templũ frequẽtaretur a ciuibus q̃ felices eẽ uellent: quorũ eẽt nemo q̃ nollet: atq̃ ita ipſa a ſeipſa peteretur que ab omnibus petebatur. Quis enĩ aliqd ab aliquo deo niſi felicitatẽ uelit accipe: uel qđ ad felicitatẽ exiſtimat ptinere. Proinde ſi felicitas hẽt in poteſtate cũ quo hoĩe ſit: habet aũt ſi dea ẽ: que tandẽ ſtulticia eſt ab aliquo eã deo petere quã poſſis a ſeipſa impetrare. Hanc ergo ſup deos ceteros honorare etiã loci dignitate debuerunt. Sicut enim apud ipſos legitur: romani ueteres neſcio quẽ Summanum cui nocturna fulmina tribuebãt: coluerunt magis q̃ Iouem ad quem diurna fulmina ptinebãt. Sed poſtq̃ Ioui templum inſigne ac ſublime conſtructũ eſt: propter edis dignitatem ſic ad eum multitudo confluxit: ut uix inueniatur qui Summani nomẽ quod audire iam nõ poteſt: ſe ſaltem legiſſe meminerit. Si autem Felicitas dea nõ eſt: qm̃ quod uerũ eſt munus eſt dei: ille deus querat qui eam dare poſſit: et falſorũ deorũ multitudo noxia relinquatur: quã ſtultorũ hoĩum multitudo uana ſectatur: dei dona deos ſibi faciens: et ipm̃ cuius ea dona ſũt obſtinatiõe ſupbe uolũtatis offendens. Sic enĩ carere nõ poteſt infelicitate: qui tanq̃ deam Felicitatẽ colit: et deum datorem felicitatis relinquit: ſicut carere nõ poteſt fame q̃ panẽ pictũ lingit: et ab homĩe qui uerum habet non petit. Libet aũt eorũ rationes conſiderare.

V Sq; adeo ne inquiunt maiores noſtros inſipientes fuiſſe credendum eſt: ut hec neſcirent munera diuina eſſe non deos? Sed quoniã ſciebant nemini talia niſi aliquo deo largiente concedi: quorũ deorũ nõia non inueniebant: earũ rerum nõibus appellabant deos quas ab eis ſentiebant dari: aliqua uocabula inde flectentes: ſicut a bello Bellonam nuncupauerũt nõ bellum: ſicut a cunis Cuninam non cunam: ſicut a ſegetibus Segetiam nõ ſegetem: ſicut a pomis Pomonam nõ pomũ: ſicut a bobus Bobonam nõ bouem: aut certe nulla uocabuli declinatiõe ſicut res ipſe nomĩantur: ut pecunia dicta eſt dea que dat pecuniam: non oĩno pecunia dea ipſa putata eſt. Ita uirtus que dat uirtutem: honor qui honorẽ: concordia que concordiã: uictoria que uictoriã dat. Ita inquiunt cum felicitas dea dicitur nõ illa que datur: ſed numẽ illud attenditur a quo felicitas datur. Iſta nobis reddita ratione: multo facilius eis quorum cor non nimis obduruit perſuadebimus fortaſſe quod uolumus.

S I enim iam hũana infirmitas ſenſit nõ niſi ab aliquo deo dari poſſe felicitatẽ: et hoc ſenſerunt homines qui tam multos colebant deos: in q̃bus & ipm̃ eorum regem Iouem: quia nomen eius a quo daretur felicitas ignorabant: et ideo ipſius rei nomĩe quã credebãt ab illo dari: eum appellare uoluerunt. Satis ergo indicant nec ab ipſo Ioue dari poſſe felicitatem quã iam colebant: ſed utiq̃ ab illo quem nomine ipſius colendum eſſe cenſebant. Confirmo prorſus a quodam deo quẽ neſciebant: et eos credidiſſe dari felicitatem. Ipſe ergo queratur: ipſe colatur & ſufficit. Repudietur ſtrepitus innumerabiliũ demõiorũ: illi nõ ſufficiat hic deus: cui nõ ſufficit munus eius. Illi inq̃m nõ ſufficiat ad colendũ deus dator felicitatis: cui nõ ſufficit ad accipiendũ ipſa felicitas. Cui autem ſufficit: non enim habet homo quid amplius optare debeat:

ſeruiat uni deo datori felicitatiſ. Non eſt ipſe quē nominant Iouem. Nam ſi eum datorem felicitatiſ agnoſcerent: non utiq; aliū uel aliā a quo daretur felicitaſ noſe ipſiuſ felicitatiſ inquirerent: neq; ipm Iouem cū tantiſ iniuriiſ colendū putarent. Iſte alienaꝝ dicitur adulterator uxoꝝ. Iſte pueri pulchri impudicuſ amator & raptor.

SEd fingebat hec Homeruſ ait Tulliuſ: et hūana ad deoſ transferebat: diuina mallem ad noſ. Merito diſplicuit uiro graui diuinoꝝ criminū poeta cōfictor. Cur ergo ludi ſcenici ubi hec dictitant: cantitant: actitant: deoꝝ honoribuſ exhibent: inter reſ diuinaſ a doctiſſimiſ cōſcribūtur? Hic exclamat Cicero nō cōtra figmēta poetarum: ſed contra inſtituta maioꝝ. An nō exclamarent & illi: quid noſ fecimuſ? Ipſi dii iſta ſuiſ honoribuſ exhibenda flagitauerūt: atrociter imparunt: cladem niſi fierent pronūtiarūt: qa neglectum eſt aliquid ſeueriſſime uindicarūt: quia id quod neglectū fuerat factū eſt placatoſ ſe eē mōſtrarūt. Inter eoꝝ cōmemorat uirtuteſ & miranda facta quod dicam. Tito Latino ruſtico romano patrifamiliaſ dictū eſt in ſomniſ: ut in ſenatu nūtiaret ut ludi romani inſtaurarentur: ꝙ primo eorū die in quodā ſcelerato q populo ſpectante ad ſuppliciū duci iuſſuſ eſt: numinibuſ uidelicet ex ludiſ hilaritatē querētibuſ: triſte diſplicuiſſet impium. Cum ergo ille qui ſomno cōmonituſ erat poſtera die iuſſa facere nō auſuſ eēt: ſecūda nocte hoc idem ruſuſ ſeueriuſ imperatum eſt: amiſit filiū qa non fecit. tercia nocte dictū eſt hoī ꝙ maior ei pena ſi nō faceret imminerat. Cum etiā ſic non auderet: in morbum incidit acrem & horribilē. Tum uero ex amicoꝝ ſententia ad magiſtratuſ rem retulit: atq; in lectica allatuſ eſt in ſenatum. Expoſitoq; ſomnio recepta cōtinuo ualitudine pedibuſ ſuiſ ſanuſ abſceſſit. Tanto ſtupefactuſ miraculo ſenatuſ quadruplicata pecunia ludoſ cenſuit inſtaurari. Quiſ nō uideat qui ſanū ſapit ſubditoſ hoīeſ malignīſ demōibuſ: a quoꝝ dñatione nō liberat niſi gratia dei per Ieſum xpm dñm noſtrū: ui cōpulſoſ eē exhibere talibuſ diiſ que recto cōſilio poterant turpia iudicari? In illiſ certe ludiſ poetica numinum crimina frequentant: qui ludi cogētibuſ numinibuſ iuſſu ſenatuſ inſtaurabant. In illiſ ludiſ corruptorē pudicicie Iouē turpiſſimi hiſtrioneſ cātabāt: agebant: placebant: ſi illud fingebat ille iraſceretur? Si aūt ſuiſ criminibuſ etiā fictiſ delectabat: qñ coleretur niſi diabolo ſeruiretur? Ita ne iſte romanū conderet dilataret cōſeruaret imperium: quouiſ romano qui diſplicebant talia abiectior? Iſte daret felicitatem qui tam infeliciter colebatur: et niſi ita coleretur infeliciuſ iraſcebatur?

RElatū eſt in litteriſ doctiſſimū pōtificem Sceuolam diſputaſſe: et tria genera tradita deoꝝ: unū a poetiſ: alterū a philoſophiſ: tercium a ꝑncipibuſ ciuitatiſ. Primū genuſ nugatoriū dicit eſſe: ꝙ multa de diiſ fingant indigna. Secūdum uero cōgruere ciuitatibuſ quod habeat aliqua ſupuacua: aliqua etiā que obſint populiſ noſſe. De ſupuacuiſ nō magna cauſa eſt. Solet enī & a iuriſ peritiſ dici: ſuperflua nō nocent. Que ſunt aūt illa que prolata in multitudine nocent? Hec inquit: nō eſſe deoſ Herculem: Eſculapiū: Caſtorē: Pollucem. Prodit enī a doctiſ ꝙ hoīeſ fuerint & hūana cōditiōe defecerint. Quid aliud q̄ ꝙ eoꝝ qui ſint dii nō habebāt ciuitateſ uera ſimulachra: ꝙ ueruſ deuſ nec ſexū habeat nec etatē: nec diffinita corpiſ mēbra? Hec pontifex noſſe populoſ nō uult: nam falſa eē non putat. Expedire igit ex iſtimat falli in religiōe ciuitateſ. Quod dicere etiā in libriſ rerū diuinarū ipſe Varro nō dubitat. Preclara religio quo confugiat liberanduſ infirmuſ: et cū ueritatem qua liberetur inquirat: credat ei expedire ꝙ fallit. Poeticū ſane deoꝝ genuſ cur Sceuola

reſpuat eiſdē litteriſ non taceturi: qa ſic uidelicet deoſ deformāt ut nec boniſ hōibuſ cōparentē. cū aliū faciūt furari: aliū adulterare. Sic item inqt aliquid aliter turpiter atq; inepte dicere aut facere: treſ inter ſe deaſ certaſſe de pmio pulchritudinis: uictaſ duaſ a Venere: troiam euertiſſe Iouē: ipm cōuerti in bouē aut cignū: ut cū aliqua concūbat: deam hōi nubere: Saturnum filioſ deuorare. Nihil deniq; poſſe confingi miraculoꝝ atq; uicioꝝ quod nō ibi reperiatur: atq; a deorum natura longe abſit. O Sceuola pontifex maxime ludoſ tolle ſi poteſ: precipe populiſ ne taleſ honoreſ diiſ immortalibuſ deferant: ubi crimina deoꝝ libeat mirari: et que fieri poſſunt placeat imitari. Si aūt tibi reſpōderit populuſ: uoſ nobiſ importaſtiſ iſta pōtificeſ: deoſ ipoſ roga qbuſ inſtigantibuſ ipa iuſſiſtiſ: ne talia ſibi iubeant exhiberi. Que ſi mala ſunt & propterea nullo mō de deoꝝ maieſtate credenda: maior eſt deoꝝ iniuria de qbuſ impune finguntur. Sed non te audiunt. demōeſ ſunt: praua docent: turpibuſ gaudēt: non ſolum nō deputant iniuriam ſi de illiſ iſta fingantur: ſed eam prorſuſ iniuriam ferre nō poſſunt: ſi per eoꝝ ſolennia non agantur. Iam uero ſi aduerſuſ eoſ Iouem interpellēſ: maxīe ob eam cām quia eiuſ plura crimina ludiſ ſcenicis actitātur: nōne etiā ſi deū Iouem nūcupatiſ: a quo regit totuſ atq; adminiſtrat̄ hic mūduſ: eo illi fit a uobiſ maxīa iniuria: q eum cū iſtiſ colendum putatiſ: eorūq; regem eē perhibetiſ.

NVllo igit̄ modo dii taleſ qui talibuſ placant̄ uel potiuſ accuſant̄ honoribuſ: ut maiuſ ſit crimen q eiſ falſiſ oblectātur q̄ ſi de illiſ uera dicerentur: romanum impiū augere & cōſeruare potuiſſent. Hoc enim ſi poſſent: greciſ potiuſ donū tam grande cōferrent: qui eoſ in huiuſcemōi rebuſ diuiniſ hoc ē ludiſ ſcenicis hōrabilibuſ digniuſq; coluerūt: quādo & morſibuſ poetarū qbuſ deoſ dilacerari uidebant ſe nō ſubtraxerunt: dando eiſ licentiam male tractandi hoīeſ quoſ liberet: et ipoſ ſcenicoſ non turpeſ iudicauerunt: ſed dignoſ etiā preclariſ honoribuſ habuerunt. Sicut aūt potuerunt auream pecuniā habere romani quāuiſ deum Aurinum non colerent: ſic & argenteam habere potuerūt et eream: ſi nec Argētinum nec eiuſ patrem colerent Eſculanū: ſic oīa que retexere piget. Sic ergo & regnū inuito qdem deo uero nullo mō habere poſſent: diiſ uero iſtiſ falſiſ & multiſ ignoratiſ ſiue contēptiſ: atq; uno illo cognito et fide ſincera ac moribuſ culto: et meliuſ hic regnū haberent quantūcunq; haberent: et poſt hoc acciperent ſempiternum ſiue hic haberent ſiue non haberent.

NAm illud quale eſt quod paulo ante cōmemoraui: pulcherrimū auſpicium fuiſſe dixerūt: Martem et Terminū & Iuuentatem: nec Ioui regi deoꝝ loco cedere uoluiſſe. Sic enī inquiunt ſignificatū eſt martiā gentem id ē romanā nemini locū que teneret daturā: romanoſ quoq; terminoſ ppter deū Terminū nemīnē cōmoturum: iuuentutē etiā romanā ppter deā Iuuentatē nemini eē ceſſuram. Videāt ergo quō habeant iſtū regem deoꝝ ſuoꝝ & datorē regni ſui: ut ei auſpicia iſta pro aduerſario ponerēt: cui nō cedere pulchrū eēt. Quanq̄ hec ſi uera ſīt nō habent oīo qd timeāt. Non enī confeſſuri ſunt q dii ceſſerūt xp̄o: qui Ioui cedere noluerūt. Saluiſ qppe imperii finibuſ xp̄o cedere potuerūt: et de ſedibuſ locoꝝ & maxīe de corde creden/tium. Sed anteq̄ xp̄ūſ ueniret ī carne: anteq̄ deniq; iſta ſcriberent̄ que de libriſ eoꝝ pferimuſ: ſed tamen poſteaq̄ factū eſt ſub rege Tarqnio illud auſpiciū: aliquotienſ romanuſ exercituſ fuſuſ eſt: hoc eſt uerſuſ in fugam: falſumq; oſtendit auſpicium q Iuuentaſ illa nō ceſſerit Ioui: et gens martia ſuperantibuſ atq; irrūpentibuſ galliſ in ipa urbe cōtrita eſt: et termini imperii deficientibuſ multiſ ab Hānibale ciuitatibuſ:

in anguſtű fuerant coartati.ſIta euacuata eſt pulchritudo auſpicioꝝ:ſremãſit cõtra Iouẽ cõtumacia nõ deoꝝ ſed demõioꝝ.ſAliud eſt enĩ nõ ceſſiſſe: aliud unde ceſſeraſ rediſſe.ſQuanq̃ etiã poſtea in orientalibuſ partibuſ Adriani uoluntate mutati ſunt termini impii romani.ſIlle naq; treſ puĩciaſ nobileſ armeniã: meſopotamiã: aſſyriã: perſarũ cõceſſit impio:ſut deuſ ille Terminuſq; romanoſ terminoſ ſcd̃m iſtoſ tuebat: et p illud pulcherrimũ auſpiciũ loco nõ ceſſerat Iouiſ.ſpluſ Adrianũ regem hoim q̃ regẽ deoꝝ timuiſſe uideat.ſReceptiſ quoq; alio tempore puĩciiſ memoratiſ: noſtra pene mẽoria retrorſuſ Terminuſ ceſſit: q̃n Iulianuſ deoꝝ illoꝝ oraculiſ deditũ:ſim/moderato auſu naueſ iuſſit incendi qbuſ alimonia portabat.ſq̃ exercituſ deſtitutuſ mox etiã ipſo hoſtili uulnere extinctuſ in tãtam ẽ redactuſ inopiã:ſut inde nulluſ euaderet undiq; hoſtibuſ incurſantibuſ:ſmilite impatoriſ morte turbato:ſniſi placito pacíſ illic imperii fineſ cõſtituerent: ubi hodieq; pſiſtunt.ſnõ qdem tanto detrimento q̃tum cõceſſerat Adrianuſ: ſed media tantũ compoſitiõe defixi.ſVano igit̃ augurio deuſ Terminuſ nõ ceſſit Ioui:ſq; ceſſit Adriani uolũtati: ceſſit etiã Iuliani temeritati: et Iouiniani neceſſitati.ſViderũt hec intelligentioreſ grauioreſq; romani:ſſed cõtra cõſuetudinẽ ciuitatiſ que demoniaciſ ritibuſ fuerat obligata parum ualebant.ſQuia & ipſi etiã ſi illa uana eſſe ſentiebãt:ſnature tamẽ rerum ſub uniuſ ueri dei regimine atq; imperio cõſtitute:ſreligioſũ cultũ qui deo debet exhibendũ putabant:ſſeruienteſ ut ait apoſtoluſ creature potiuſ q̃ creatori qui eſt benedictuſ in ſecula.ſHuiuſ ueri dei erat auxiliũ neceſſariũ: a quo mitterentur ſancti uiri & ueraciter pii:ſqui pro uera religiõe morerentur: ut falſa a uiuentibuſ tolleretur.ſCicero augur irridet auguria: et reprehendit homineſ corui & cornicule uocibuſ uite conſilia moderanteſ.

SEd iſte achademicuſ q̃ oĩa eſſe cõtendit incerta:ſindignuſ eſt q hẽat ullã in hiſ rebuſ auctoritatem.ſDiſputat apud eũ Quintuſ LuciliuſBalbuſ in ſecundo de deoꝝ natura libro:ſet cũ ipſe ſupſtitiõeſ ex natura rerũ uelut phiſicaſ & philoſophi/caſ inſerat:ſindignat tamẽ inſtitutiõi ſimulachroꝝ & opiõibuſ fabuloſiſ ita loquẽſ. ſVideſne igit̃ ut a phiſicis rebuſ bñ atq; utiliter inuentiſ rõ ſit tracta ad cõmenticioſ & fictoſ deoſ.ſQue reſ genuit falſaſ opĩoneſ erroreſq; turbulentoſ: et ſuperſtitioneſ pene aniles.ſEt forme enĩ nobiſ deoꝝ et etateſ & ueſtituſ ornatuſq; noti ſunt:ſgenera preterea cõiugia cognationeſ: oĩaq; traducta ad ſimilitudinẽ imbecillitatiſ hũane. ſnã & pturbatiſ aĩſ inducũtur.ſAccepimuſ.n. deoꝝ cupiditateſ: egritudineſ: iracũdiaſ. ſNec uero ut fabule ferũt dii belliſ prelíſq; caruerũt.ſNec ſolũ ut apud Homerum duoſ exercituſ contrarioſ alii dii ex alia pte defenderent:ſſed etiã cum titaniſ aut cũ gigãtibuſ ſua ppria bella geſſerũt.ſHec et dicunt & credunt ſtultiſſime: et plena ſũt uanitatiſ ſũmeq; leuitatiſ.ſEcce interim que confitent qui defendunt deoſ gentium. ſDeinde cũ hec ad ſupſtitiõem ptinere dicat:ſad religionẽ uero quã ipſe ſcd̃m ſtoicoſ uidetur docere:ſnõ enĩ philoſophi ſolũ inqt uerũ etiã maioreſ noſtri ſupſtitionem a religione ſepauerunt.ſNam q totoſ dieſ precabãtur & immolabant ut ſibi ſui liberi ſupſtiteſ eẽnt: ſupſticioſi ſũt appellati.ſQuiſ nõ intelligat eũ conari dũ cõſuetudinẽ ciuitatiſ timet religionẽ laudare maioꝝ: eãq; a ſupſtitiõe uelle ſeiungere: ſed quõ id poſſit nõ inuenire?ſSi enĩ a maioribuſ illi ſunt appellati ſuperſticioſi qui totoſ dieſ precabant & immolabant:ſnunqd & illi qui inſtituerũt quod iſte reprehendit: deoꝝ ſimulachra diuerſa etate & ueſte diſtincta:ſdeoꝝ genera: cõiugia: cognationeſ?ſHec uniq; cũ tanq̃ ſupſticioſa culpant: implicat iſta culpa maioreſ taliũ ſimulachrorum inſtitutoreſ atq; cultoreſ:ſimplicat & ſeipm qui q̃tolibet eloqo ſe in libertatem nitat

euoluere/neceſſe habebat iſta uenerari: nec quod in hac diſputatōe diſertus inſonat mutire auderet in populi contione. Agamus itaq; xp̄iani dn̄o deo noſtro gratias: nō celo & terre ſicut iſte diſputat: ſed ei qui fecit celū et terram: qui has ſuperſtitiones quas iſte Balbus uelut balbuciens uix reprehendit per altiſſimā xp̄i humilitatem: per apoſtolorum predicationē: per fidem martirū pro ueritate morientium: et cū ueritate uiuentium: nō ſolū in cordibus religioſis: uerū etiā in edibus ſuperſtitioſis libera ſuorū ſeruitute ſubuertit.

Vid ipſe Varro quē dolemus in rebus diuinis ludos ſcenicos quāuis non iudicio ꝓprio poſuiſſe: cū ad deos colendos multis locis uelut religioſus hortetur: nōne ita cōfitetur: non ſe illa iudicio ſuo ſequi que ciuitatē romanā inſtituiſſe cōmēorat. ut ſi eam ciuitatē nouam cōſtitueret: ex nature potius formula deos nominaq; eorum ſe fuiſſe dedicaturū non dubitet cōfiteri. Sed iam qm̄ in uetere populo eēt acceptū ab antiquis noīm & cognoīm hiſtoriā tenere ut tradita eſt debere ſe dicit: et ad eū finē illa ſcribere ac ꝑſcrutari: ut potius eos magis colere q̄ deſpicere uulgus uelit. Quibus uerbis hō acutiſſimus ſatis indicat nō ſe aperire oīa que nō ſibi tm̄ cōtempui eēnt: ſed etiā ipſi uulgo deſpiciēda uiderent: niſi tacerentur. Ego iſta conicere putari debui: niſi euidenter alio loco ipſe diceret de religiōibus loquens: multa eē uera que nō mō uulgo ſcire nō ſit utile: ſed etiā tam & ſi falſa ſint: aliter exiſtimare populū expediat. et ideo grecos theletas ac miſteria taciturnitate parietibusq; clauſiſſe. Hic certe totū conſiliū ꝓdidit uelut ſapientiū ꝑ quos ciuitates & populi regerentur. Hac tn̄ fallacia miris modis maligni demones delectantur. qui et deceptores & deceptos pariter poſſident. a quorum dn̄atione nō liberat niſi gratia dei ꝑ Ieſum xp̄m dn̄m noſtrū. Dicit etiā idem auctor acutiſſimus atq; doctiſſimus: ꝙ hi ſoli ei uideant̄ aīaduertiſſe quid eēt deus: qui crediderūt eū eſſe aīam motu ac rōe mundū gubernātem: ac ꝑ hoc & ſi nōdum tenebat qđ ueritas habet: deus enī uerus nō aīa ſed aīe quoq; eſt effector & cōditor: tamē ſi contra ꝑiudicia cōſuetudinis liber eſſe poſſet: unū deū colendū fateret̄ atq; ſuaderet: motu ac rōe mundū gubernantē: ut ea cū illo de hac re queſtio remaneret: ꝙ eum diceret eſſe aīam nō potius & aīe creatorē. Dicit etiā antiquos romanos pluſ annos centū & lxx deos ſine ſimulacro coluiſſe. Quod ſi adhuc inquit manſiſſet: caſtius dii obſeruarentur. Cuius ſententie ſue teſtē adhibet inter cetera etiā gentem iudeā. nec dubitat eū locū ita cōcludere ut dicat: q̄ p̄mi ſimulachra deorum populis poſuerūt: eos ciuitatibus ſuis & metū demiſiſſe et errorem addidiſſe: prudenter exiſtimās deos facile poſſe in ſimulachrorum ſtoliditate contemni. Quod uero non ait errorē tradiderunt ſed addiderūt: iam utiq; fuiſſe etiā ſine ſimulachris intelligi uult errorē. Quapropter cum ſolos dicit aīaduertiſſe quid eēt deus qui eū crederent aīam mūdum gubernantē: caſtiusq; exiſtimat ſine ſimulachris obſeruari religionē: quis nō uideat q̄tum ꝓpinquauerit ueritati. Si enī aliqđ cōtra uetuſtatē tanti poſſet erroris: ꝑfecto & unū deū a quo mūdum crederet gubernari & ſine ſimulachro colendū eſſe cenſeret: atq; in tam ꝓximo inuentus facile fortaſſe de aīe mutabilitate cōmoneret̄: ut naturam potius incōmutabilem que ipſam quoq; aīam condidiſſet deū uerū eſſe ſentiret. Hec cū ita ſint: quecunq; tales uiri in ſuis litteris multorum deorum ludibria poſuerunt: confiteri ea potius occulta dei uolūtate cōpulſi ſunt: q̄ ꝑſuadere conant̄. Si qua igitur inde a nobis teſtimōia ꝓferūtur: ad eos redarguēdos proferuntur: qui nolūt aduertere de quāta & q̄maligna demonū poteſtate nos liberet ſingulare ſacrificium tam ſancti ſanguinis fuſi: et donum ſpiritus impartiti.

Hac etiã de generationibuſ deoꝝ magiſ ad poetaſ q̃ ad phiſicoſ fuiſſe populoſ inclinatoſ: et ideo & ſexũ et generatõeſ deoꝝ maioreſ ſuoſ id ẽ uetereſ credidiſſe romanoſ: et eoꝝ cõſtituiſſe cõiugia. Quod utiq; nõ aliã ob cãm factũ uidet: niſi qa hoĩm uelut prudentiũ & ſapientiũ negociũ fuit populũ in religiõibuſ fallere: et in eo ipõ non ſolũ colere ſed imitari etiã demoneſ qbuſ maxĩa eſt fallendi cupiditaſ. Sicut .n. demoneſ niſi eoſ quoſ fallẽdo deceperint poſſidere nõ poſſunt: ſic & homĩeſ principeſ nõ ſane iuſti ſed demonũ ſimileſ: ea que uana eẽ nouerunt religionĩ nõie populiſ tanq̃ uera ſuadebant: hoc mõ eoſ ciuili ſocietati uelut artiuſ alliganteſ: quo ſimiliter ſubditoſ poſſiderẽt. Quiſ aũt infirmuſ & indoctuſ euaderet ſimul fallaceſ & principeſ ciuitatiſ & demoneſ?

DEuſ igit̃ ille felicitatiſ auctor & dator: quia ſoluſ eſt uerũſ deuſ: ipſe dat regna terrena et boniſ & maliſ. Neq; hoc temere et q̃ſi fortuitu: qa deuſ ẽ nõ fortuna: ſed p rerũ ordine ac tẽpore occulto nobiſ: notiſſimo ſibi. Cui tamẽ ordini tẽpoꝝ nõ ſubditũſ ſeruit: ſed eũ ipſe tanq̃ dñſ regit moderatorq; diſpõit. Felicitatẽ uero nõ dat niſi boniſ. Hãc .n. poſſunt hẽre & non habere ſeruiẽteſ: poſſũt & non hẽre et habere regnãteſ. Que tñ plena in ea uita erit: ubi iã nemo ſeruiet ulli. Et ideo regna mũdi huiuſ deuſ bõiſ & maliſ cõiter pſtat: ne boni ea tanq̃ dei magna munera cõcupiſcãt. Et ideo regna terrena et bõiſ ab illo dant & maliſ: ne eiuſ cultoreſ adhuc in profectu aĩmi paruuli: hec ab eo munera q̃ſi magnum aliqd cõcupiſcãt. et hoc ẽ ſacramẽtum ueteriſ teſtamẽti ubi occultũ erat nouũ: q illic pmiſſa & dona terrena ſũt intelligẽtibuſ & tũc ſpũalibuſ: q̃uiſ nõdum in maĩfeſtatõne pdicantibuſ: et que illiſ tpalibuſ rebuſ ſignificaretũ eternitaſ: et in qbuſ dei doniſ eẽt uera felicitaſ.

ITaq; ut cognoſcerent etiã illa terrena bona: qbuſ ſoliſ inhiãt q meliora cogitare nõ poſſunt: et i ipſiuſ uniuſ dei eẽ poſita pţãte: nõ in multoꝝ falſoꝝ quoſ colẽdoſ romani ante crediderũt: populũ ſuũ in egypto de pauciſſimiſ multiplicauit: et inde ſigniſ mirabilibuſ liberauit. Nec Lucinã mulereſ ille inuocauerũt qñ earũ partuſ ut miniſ mõiſ multiplicarent: et genſ illa icredibiliter creſceret: ab egyptioꝝ pſequẽtiũ & infãteſ oẽſ necare uolentiũ mãibuſ ipſe liberauit: ipſe ſeruauit. Sine dea Rumina ſuxerũt: ſñ Cunina in cuniſ fuerũt: ſñ Edulica & Potina eſcã potũq; ſũpſerũt: ſñ tot diiſ puerilibuſ educati ſũt: ſñ diiſ cõiugalibuſ cõiugati: ſñ cultu priapi cõiugibuſ mixti: ſñ inuocatõne Neptuni mare tranſeũtibuſ diuiſum patuit: et ſequẽteſ eoꝝ inimicoſ fluctibuſ i ſe redeũtibuſ obruit. Nec cõſecrauerũt aliq̃ deã manam qñ de celo mãna ſũpſerũt: nec qñ ſitiẽtibuſ aquã pcuſſa petra pfudit nimphaſ limphaſq; coluerũt. Sine inſaniſſacriſ Martiſ & Bellone bella geſſerũt: et ſñ uictoria quidem nõ uixerũt: nõ eã tamẽ deã ſed dei ſui munuſ hũerunt: ſñ Segetia ſegeteſ: ſine Bobona boueſ: mella ſñ Mellona: poma ſñ Pomona. Et prorſuſ oĩa p qbuſ tante falſoꝝ deoꝝ turbe romãi ſupplicandũ putauerunt: ab uno uero deo multo feliciuſ acceperunt: et ſi nõ in eum peccaſſent impia curioſitate: tanq̃ magicis artibuſ ſeducti ad alienoſ deoſ & ad idola defluẽdo: et poſtremo xpm occidendo: in eodẽ regno & ſi nõ ſpacioſiore tñ feliciore manſiſſent. Et nunc q per oẽſ fere terraſ genteſq; diſperſi ſunt: illiuſ uniuſ ueri dei prouidentia eſt: ut q deoꝝ falſoꝝ uſq̃q; ſimulachra: are: luci: templa euertũtur & ſacrificia phibentur: de codicibuſ eoꝝ probetur quẽadmodum hoc fuerit tanto ante pphetatũ: ne forte cũ legeretur i noſtriſ a nobiſ putaretur eẽ confictũ. Iam quod ſeqtur in uolumine ſequenti uidendum eſt: et hic danduſ huiuſ prolixitatiſ moduſ.

Voniã cõſtat oĩm rerũ optandarũ plenitudinẽ eẽ felicitatẽ: q̃ non ẽ dea ſed donũ dei: & ideo nullũ deũ colendũ eẽ ab hoĩbus: niſi qui põt eos facere felices. Vnde ſi illa dea eẽt: ſola colenda merito diceretur. Iam cõſequenter uideamus: qua cã deus qui põt & illa bona dare que hẽre poſſunt etiã nõ boni ac ꝑ hoc etiã non felices: romanũ imperium tam magnũ tamq̃ diuturnũ eſſe uoluerit. Quia enim hoc deorũ falſoꝝ illa quã colebãt multitudo nõ fecit: et multa iam diximus: et ubi uiſum fuerit oportunũ eſſe dicemus. Cauſa ergo magnitudinis imperii romani nec fortuita eſt nec fatalis: ſcd̃m eoꝝ ſententiã ſiue opĩonem qui ea dicũt eſſe fortuita: que uel nullas cauſas habent uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes: et ea fatalia que preter dei & hoĩm uoluntatẽ cuiuſdam ordinis neceſſitate cõtingunt. Prorſus diuina ꝓuidentia regna cõſtituũtur hũana. Que ſi propterea quiſq̃ fato tribuit: q2 ipam dei uolũtatem uel ꝑtãtem fati nõie appellat: ſententiam teneat: linguã corrigat. Cur enĩ nõ hoc ꝓmũ dicat qd̃ poſtea dicturus eſt: cũ ab illo quiſq̃ quеſierit quid dixerit fatum? Nam id hoĩes qñ audiũt uſitata loquẽdi cõſuetudine nõ intelligũt niſi uim poſitionis ſiderũ: qualis eſt qñ quis naſcit̃ ſiue cõcipit̃: quod aliqui alienãt a dei uolũtate: aliq̃ ex illa etiã hec pendere cõfirmant. Sed illi q̃ ſine dei uolũtate decernere opinant̃ ſidera qd̃ agamus uel qd̃ bonoꝝ hẽamus malorũ ue patiamur: ab auribus oĩm repellendi ſũt. Non ſolũ eoꝝ q̃ ueram religionẽ tenent: ſed q̃ deoꝝ qualiũcunq̃ licet falſoꝝ uolũt eẽ cultores. Hec enĩ opĩo quid agit aliud niſi ut nullus oĩo colat̃ aut rogetur deus? Contra quos mõ nobis diſputatio nõ eſt inſtituta: ſed cõtra eos qui ꝓ defenſiõe eoꝝ quos deos putant xp̃iane religiõi aduerſãtur. Illi uero q̃ poſitiõi ſtellarũ quodãmõ decernentiũ qualis quiſq̃ ſit: et quid ꝑueniat boni qd̃ ue mali accidat ex dei uolũtate ſuſpendunt: ſi eaſdem ſtellas putant habere hanc ꝑtãtem traditam ſibi a ſũma illius ꝑtãte ut uolentes iſta decernant: magnã celo faciũt iniuriã: in cuius uelut clariſſimo ſenatu ac ſplendidiſſima curia opinant̃ ſcelera faciẽda decerni: qualia ſi aliq̃ terrena ciuitas decreuiſſet: genere hũano decernente fuerat euertenda. Quale deinde iudiciũ de hoĩum factis deo relinquit̃: q̇bus celeſtis neceſſitas adhibet̃: cũ dñs ille ſit & ſiderũ et hoĩm? Aut ſi nõ dicunt ſtellas accepta qdem ꝑtãte a ſummo deo arbitrio ſuo iſta decernere: ſed in talibus neceſſitatibus ingerendis illius oĩno iuſſa cõplere: ita ne de ipſo ſentiẽdum eſt: quod indigniſſimũ uiſum ẽ de ſtellarũ uolũtate ſentire? Quod ſi dicunt̃ ſtelle ſignificare potius iſta q̃ facere: ut q̃ſi locutio quedã ſit illa poſitio predicens futura nõ agens. Non enim mediocriter doctoꝝ hoĩum fuit iſta ſententia. nõ qdem ita ſolent loqui mathematici: ut uerbigratia dicant: Mars ita poſitus homicidã ſignificat ſed hoĩcidam nõ facit. Verũtamẽ ut cõcedamus nõ eos ut debent loqui: et a philoſophis accipere oportere ſermonis regulã: ad ea prenũtianda que in ſiderum poſitione reperire ſe putant: quid ſit de quo nihil unq̃ dicere potuerunt: cur in uita geminoꝝ in actiõibus & in euentis: in ꝓfeſſiõibus: artibus: honoribus: ceteriſq̃ rebus ad humanam uitam ꝑtinẽtibus: atq̃ in ipa morte ſit pleruq̃ tanta diuerſitas: ut ſimiliores eis ſint q̃tum ad hec attinet multi extranei q̃ ipi inter ſe gemini ꝑ exiguo tẽporis interuallo in naſcendo ſeparati: in conceptu aũt ꝑ unũ concubitũ uno etiã momento ſeminati.

Icero dicit Ipocratẽ nobiliſſimũ medicũ ſcriptũ reliquiſſe: quoſdã fratres cũ ſimul

egrotare cepiſſent/ſet eoꝝ morbuſ eodem tẽpore ingrauesceret/ eodẽ leuaret geminoſ ſuſpicatum/ Quoſ Poſſidoniuſ ſtoicuſ multũ aſtrologie deditus eadem conſtitutione aſtroꝝ natoſ: eademq; cõceptoſ ſolebat aſſerere/ Ita quod medicuſ ptinere credebat ad ſimillimã tẽperiẽ ualitudinis: hoc philoſophuſ aſtrologuſ ad uim cõſtitutionẽq; ſiderũ: que fuerat quo tẽpore cõcepti natiq; ſunt/ In hac cauſa multo ẽ acceptabilior & de pximo credibilior cõiectura medicinaliſ/ qm parẽteſ ut erant corpe affecti dũ concũberent/ ita pmordia cõceptoꝝ affici potuerũt/ ut cõſecutiſ ex materno corpe pꝛioribuſ incremẽtiſ pariſ ualitudiniſ naſcerent/ deinde in una domo eiſdem alimentiſ nutriti/ ubi aerẽ & loci poſitionẽ et uim aquarũ plurimũ ualere ad corpuſ uel bñ uel male accipiendũ medicina teſtat/ eiſdem etiã exercitationibuſ aſſuefacti tam ſimilia corpora gererẽtur etiã ad egrotandũ uno tẽpore eiſdẽq; cauſiſ ſimiliter mouerent. Conſtitutionẽ uero celi ac ſiderũ que fuit qñ cõcepti ſiue nati ſunt/ uelle trahere ad iſtã egrotandi parilitatẽ/ cũ tam multa diuerſiſſimi generiſ diuerſiſſimoꝝ affectuũ & euentuũ eodem tẽpore in uniuſ regioniſ terra eidem celo ſubdita potuerũt cõcipi et naſci: neſcio cuiuſ ſit inſolentie/ Noſ aũt nouimuſ geminoſ nõ ſolũ actuſ & pere/grinationeſ habere diuerſaſ/ uerũ etiã diſpareſ egritudineſ perpeti/ De q̃ re facillimã q̃tum mihi uidetur rõnem redderet Ipocrateſ/ diuerſiſ alimẽtiſ & exercitatõibuſ que nõ de corporiſ tẽperatõe ſed de aĩmi uolũtate ueniũt/ diſſimileſ eiſ accidere potuiſſe ualitudineſ/ Porro aũt Poſſidoniuſ uel qlibet fataliũ ſiderũ aſſertor: mirum ſi põt hic inuẽire quid dicat: ſi nolit imperitoꝝ mentibuſ in eiſ quaſ neſciũt rebuſ illudere. Quod .n. conant efficere de interuallo exigui tpiſ qḋ inter ſe gemini dũ naſcerẽtur habuerũt/ pꝑter celi particulam ubi ponit hore notatio quã horoſcopũ uocant: aut non tantũ ualet quãta inuenit in geminoꝝ uolũtatibuſ actibuſ moribuſ caſibuſq; diuerſitaſ/ aut pluſ etiã ualet q̃ eſt geminoꝝ uel hũilitaſ generiſ eadẽ uel nobilitaſ: cuiuſ maxĩam diuerſitatẽ non niſi in hora qua quiſq; naſcit ponũt/ Ac p hoc ſi tam celeriter alter poſt alterum naſcatur: ut eadem parſ horoſcopi maneat/ paria cuncta quero: que in nulliſ poſſunt geminiſ inueniri/ Si aũt ſequentiſ tarditaſ horoſcopum mutat: parenteſ diuerſoſ quero/ quoſ gemini habere non poſſunt.

FRuſtra igit̃ afferẽt nobile illud cõmentũ de figuli rota/ qḋ reſpondiſſe ferunt Nigidiũ hac qõne turbatũ: unde & figuluſ appellatuſ eſt/ Dũ .n. rotã figuli ui quãta potuit intorſiſſet: currente illa/ biſ numero de atramento tanq̃ uno eiuſ loco ſumma celeritate pcuſſit/ deinde inuenta ſũt ſigna que fixerat deſiſtente motu: non puo interuallo in rote illiuſ extremitate diſtantia/ Sic inqt in tanta celi rapacitate etiã ſi alter poſt alterũ tanta celeritate naſcatur q̃ta rotã biſ ipſe pcuſſi: in celi ſpacio plurimũ eſt/ Hinc ſunt inqt que cũq; diſſimillima phibẽtur in moribuſ caſibuſq; ge/minoꝝ/ Hoc figmentũ fragiliuſ eſt q̃ uaſa que illa rotatiõe finguntur/ Nam ſi tam multũ in celo intereſt quod cõſtellationibuſ cõprehendi non põt/ ut alteri geminoꝝ hereditaſ obueniat alteri non obueniat/ cur audent ceteriſ qui gemini non ſunt cum inſpexerint eoꝝ conſtellationeſ talia pronunciare/ que ad illud ſecretum pertinent quod nemo põt cõprehẽdere & momentiſ annotare naſcentium/ Si aũt propterea talia dicũt in alioꝝ genituriſ: qa hec ad pductiora ſpacia tẽpoꝝ ptinent/ momenta uero illa partiũ minutarũ que inter ſe gemini poſſũt habere naſcenteſ rebuſ miniſ tribuunt/ de q̃libuſ mathematici nõ ſolent cõſuli/ quiſ eni conſulat quãdo ſedeat qñ deambulet/ quãdo uel qḋ prandeat/ nũquid iſta dicimuſ quãdo in moribuſ: opibuſ: caſibuſq; geminoꝝ plurima plurimũq; diuerſa monſtramuſ?

NAti ſunt duo gemini antiq̄ patrū mēoria ut de inſignibuſ loquar. ſic alter poſt alterū ut poſterior plantā prioriſ teneret. tanta in eoꝝ uita fuerūt morbuſq; diuerſa. tanta in actibuſ diſparilitaſ. tanta in parentū amore diſſimilitudo. ut etiā inimicoſ eoſ inter ſe faceret ipa diſtantia. Nunqd hoc dicit̄ qa uno ambulāte aliuſ ſedebat. et alio dormiēte aliuſ uigilabat. alio loquēte tacebat aliuſ. que ptinent ad illaſ minutiaſ que nō poſſūt ab eiſ cōprehendi q cōſtitutiōi ſiderū qn quiſq; naſcatur aſcribūt. unde mathematici cōſulātur. Vnuſ duxit in ercēnariā ſeruiturē. aliuſ non ſeruiuit. Vnuſ a matre diligebat̄. aliuſ nō diligebat̄. Vnuſ honorē q magnuſ apud eoſ habebat̄ amiſit. alter adeptuſ ē. Quid de uxoribuſ. qd de filiiſ. quid de rebuſ. q̄ta diuerſitaſ. Si ergo hec ad illaſ ptinēt minutiaſ tēpoꝝ que inter ſe habent gemini. et conſtellatiōibuſ nō aſcribunt. q̄re alioꝝ cōſtellatiōibuſ inſpectiſ iſta dicūtur. Si aūt ideo dicunt̄ quia nō ad minuta incōprehēſibilia. ſed ad temporū ſpacia ptinent que obſeruari notariq; poſſunt. quid hic agit rota illa ſutifiguli. niſi ut hoieſ luteum cor habenteſ in girum mittantur. ne mathematicoꝝ uaniloquia cōuincantur.

QVid deniq; idem ipſi quoꝝ morbū ꝙ eodem tpe grauior leuiorq; apparebat amboꝝ. medicinaliter inſpiciens Ipocrateſ geminoſ ſuſpicatuſ ē. nōne ſatiſ iſtoſ redarguūt q uolūt ſideribuſ dare qd̄ de corpoꝝ ſimili tēperatōe ueniebat. Cur enim ſimiliter eodēq; tpe nō alter prior alter poſterior egrotabāt ſicut nati fuerant. quia utiq; ſimul naſci ambo nō poterant. Aut ſi nihil momēti attulit ut diuerſiſ tpibuſ egrotarēt ꝙ diuerſiſ tpibuſ nati ſunt. q̄re tēpuſ in naſcendo diuerſū ad aliarū rerum diuerſitateſ ualere cōtendunt. Cur potuerūt diuerſiſ tpibuſ pegrinari. diuerſiſ tpibuſ ducere uxoreſ. diuerſiſ tpibuſ filioſ pcreare. et multa alia pp̄terea qa diuerſiſ tpibuſ nati ſūt. et nō potuerūt eadem cā diuerſiſ etiā tpibuſ egrotare. Si.n. diſpar naſcēdi mora mutauit horoſcopū. et diſparilitatē intulit ceteriſ rebuſ. cur illud in egritudibuſ manſit qd̄ habebat in tpiſ eq̄litate cōceptuſ. Aut ſi fata ualitudiniſ in cōceptu ſunt. aliarū uero rerū in ortu eſſe dicunt̄. nō deberēt inſpectiſ natalū conſtellatiōibuſ de ualitudīe aliquid dicere. qn̄ eiſ inſpicienda cōceptionaliſ hora nō datur. Si autē ideo prenunciāt egritudineſ nō inſpecto cōceptiōiſ horoſcopo. qa indicant eaſ momenta naſcentiū. quō dicerēt cuilibet eoꝝ gemioꝝ ex natiuitatiſ hora qn̄ egrotaturuſ eēt. cū & alter qui nō hēbat eandē horam natiuitatiſ neceſſe haberet pariter egrotare. Deinde quero ſi tanta diſtātia ē tpiſ in natiuitate gemioꝝ. ut p hanc oporteat eiſ cōſtellationeſ fieri diuerſaſ pp̄ter diuerſū horoſcopū. et ob hoc diuerſoſ oēſ cardīeſ ubi tanta uiſ pōitur ut hinc etiā diuerſa ſint fata. unde hoc accidere potuit cū eoꝝ conceptuſ diuerſum tēpuſ hēre non poſſit. Aut ſi duoꝝ uno momēto tpiſ cōceptoꝝ potuerūt eē ad naſcendū fata diſparia. cur nō & duoꝝ uno momēto tēporiſ natoꝝ poſſint eſſe ad uiuendū atq; moriendū fata diſparia. Nam ſi unū momentum quo ambo cōcepti ſunt non impediuit ut alter prior alter poſterior naſceretur. cur uno momēto ſi duo naſcant̄ impedit aliquid ut alter prior alter poſterior moriatur. Si cōceptio momēti uniuſ diuerſoſ caſuſ in utero geminoſ habere pmittit. cur natiuitaſ momēti uniuſ nō etiā quoſlibet duoſ in terra diuerſoſ caſuſ habere permittat. Ac ut omiſ huiuſ artiſ uel potiuſ uanitatiſ cōmenta collant̄. quid ē hoc ꝙ uno tēpore uno momēto ſub una eadēq; celi poſitiōe concepti diuerſa hñt fata. que illoſ pducāt ad diuerſarū horarū natiuitatē. et uno momento tēporiſ ſub una eadēq; celi poſitiōe de duabuſ matribuſ duo pariter nati. diuerſa fata habere nō poſſūt que illoſ pducāt ad

diuerſam uiuendi uel moriendi neceſſitatē? An cōcepti nondū̄ habent fata ſque niſi naſcant̄ hēre non potuerūt? Quid ē ergo quod dicūt ſi hora cōceptionaliſ inueniat: multa ab iſtiſ dici poſſe diuinitus? Vnde etiā illud a nōnulliſ predicatur; ꝙ qdam ſapienſ horā elegit qua cū uxore concūberet: unde filiū mirabilem gigneret. Vnde poſtremo & hoc ē quod de illiſ pariter egrotātibuſ geminiſ Poſſidoniuſ aſtrologuſ idēq; phūſ reſpōdebat ſideo fieri ꝙ eodē tpe fuiſſent nati eodēq; cōcepti. Nam utiq; ꝑpter hoc addebat cōceptionē; ne diceret ei non ad liqdum eodē tempore potuiſſe naſci ſquoſ cōſtabat oīo eodem tēpore fuiſſe cōceptoſ ſut hoc quod ſimiliter ſimulq; egrotabant nō daret de ꝓximo pari corpiſ tempamētoſ ſed eandē quoq; ualitudiniſ parilitatem ſiderū nexibuſ alligaret. Si igit̄ in cōceptu tanta uiſ eſt ad equalitatem fatoꝝ: nō debuerūt naſcendo eadē fata mutari. Aut ſi ꝑpterea mutant̄ fata geminorum quia tpibuſ diuerſiſ naſcunt̄ ſcur nō potiuſ intelligamuſ iā fuiſſe mutata ut diuerſiſ tpibuſ naſcerētur? Ita ne nō mutat fata natiuitatiſ uolūtaſ uiuentiū: cum mutet fata conceptioniſ ordo naſcentium? Quanq̄ & in ipſiſ geminoꝝ conceptibuſ ubi certe amboꝝ eadē momēta ſunt tēpoꝝ ſepe fit ut ſub eadem cōſtellatione fatali alter concipiat̄ maſculuſ altera femina.

NOuimuſ geminoſ diuerſi ſexuſ: ambo adhuc uiuūt: ambo etate uigent adhuc. Quoꝝ cū ſint inter ſe ſimileſ corpoꝝ ſpēſ q̄tum ī diuerſo ſexu pōt ſinſtituto tñ et propoſito uite ita ſunt diſpareſ ſut preter actuſ quoſ neceſſe eſt a uirilibuſ diſtare femineoſ: ꝙ ille in officio comitiſ militat ſet a ſua domo pene ſemp peregrinat̄ ſilla de ſolo patrio & de rure ꝑprio non recedit. Inſup qđ eſt incredibiliuſ ſi aſtralia fata credātur ſnon aūt mirū ſi uolūtateſ hoīm & dei munera cogitent̄: ille cōiugatuſ illa uirgo ſacra eſt: ille numeroſam prolem genuit ſilla nec nupſit. At enim plurimū uiſ horoſcopi ualet. Hoc q̄ nihil ſit iā ſatiſ diſſeruiſ ſed qualecūq; ſit ī ortu ualere dicūt. Nunqd et in cōceptu ubi & unū concubitū eſſe māifeſtū eſt: et tanta nature uiſ eſt: ut cū conceperit femīa deinde alterū cōcipere oīo nō poſſit? Vnde neceſſe ē eadem eē in geminiſ momēta cōceptuſ. An forte qa diuerſo horoſcopo nati ſūt iaut ille in maſculū dū naſcerent̄ aut illa in feminam cōmutata eſt? Cum igit̄ uſq̄q; abſurde dici poſſit ad ſolaſ corpoꝝ differētiaſ afflatuſ quoſdā ualere ſidereoſ ſſicut ī ſolaribuſ acceſſibuſ & deceſſibuſ uidemuſ etiā ipſiuſ anni tpra uariari: et lunaribuſ incrementiſ atq; detrimentiſ augeri & minui quedā genera rerū: ſicut echinoſ & conchaſ ſet mirabileſ eſtuſ oceani: non aūt & aīmi uolūtateſ poſitiōibuſ ſiderū ſubdi: nūc iſti cū etiā noſtroſ actuſ inde religare conantur: admonēt ut queramuſ: unde nec in ipſiſ qdem corpibuſ eiſ poſſit rō iſta cōſtare. Quid enī tam ad corpuſ pertinenſ q̄ corpiſ ſexuſ? Et tamē ſub eadē poſitione ſiderū diuerſi ſexuſ gemini cōcipi potuerūt. Vnde quid inſipientiuſ dici aut credi pōt q̄ ſiderum poſitionē que ad horam cōceptioniſ eadem ambobuſ fuit facere non potuiſſe ſut cū quo habebat eandem cōſtellationē: ſexum diuerſum a fratre non haberet ſet poſitionem ſiderum que fuit ad horam naſcētium facere potuiſſe ſut ab eo tam multum uirginali ſanctitate diſtaret?

IAm illud quiſ ferat ꝙ in eligendiſ diebuſ noua quedā ſuiſ actibuſ fata moliūtur? Non erat uidelicet ille ita natuſ ut hēret admirabilē filiū: ſed ita potiuſ ut contemptibilē gigneret, et ideo uir doctuſ elegit horam qua miſceret̄ uxori. Fecit ergo fatū quod nō hēbat: et ex ipſiuſ facto cepit eē fatale qđ in eiuſ natiuitate nō fuerat. O ſtultitiā ſingularē. eligit̄ dieſ ut ducat̄ uxor. Credo ꝑpterea quia pōt in diem nō bonum niſi eligatur incurri: et infeliciter duci. Vbi eſt ergo quod naſcēti iam ſidera

decreuerunt. An poſt hō quod ei iā conſtitutū eſt diei electiōe mutare: et quod ipſe in eligendo die cōſtituerit nō poterit ab alia poteſtate mutari? Deinde ſi ſoli hoīes nō autē oīa que ſub celo ſūt cōſtellatiōibus ſubiacent: cur alios eligūt dies accōmodatos ponēdis uitibus uel arboribus uel ſegetibus: alios dies pecoribus uel domandis uel admittendis maribus quibus equarum uel boum fecentē armenta & cetera huiuſmōi? Si autē propterea ualent ad has res dies electi: quia terrenis omnibus corporibus ſiue aīantibus ſiue nō aīantibus ſecundum diuerſitates tēporaliū momētorum & ſiderū poſitio dn̄atur: cōſiderent quā innumerabilia ſub uno tēporis puncto uel naſcantē uel oriātur uel inchoentē: et tam diuerſos exitus hēant: ut iſtas obſeruatiōes cuiuis puero ridendas eē pſuadeant. Quis enī eſt tā excorſus: ut audeat dicere oēs arbores: omnes herbas: oēs beſtias: ſerpētes: aues: piſces: uermiculos: momēta naſcendi ſingillatim habere diuerſa? Solent tñ hoīes ad tēptandā peritiā mathematicorum afferre ad eos cōſtellatiōes mutorum aīalium: quorum ortus propter hanc explorationē domi ſue diligenter obſeruant: eoſq; mathematicos preferūt ceteris: q cōſtellatōibus inſpectis dicūt nō eſſe hoīem natū ſed pecus. Audēt etiā dicere quale pecus: utrū aptū lanicio: an uectatiōi: an aratro: an cuſtodie domus. Nam et ad canina fata tēptantē: et cū magnis admirantiū clamoribus iſta rīdent. Sic deſipiunt hoīes: ut exiſtimēt cū hō naſcit & ceteros rerū ortus ita inhiberi: ut cū illo ſub eadē celi plaga nec muſca naſcatē. Nam ſi hanc admiſerint: procedit rōcinatio que gradatim acceſſibus modicis eos a muſcis ad camelos elephantoſq; perducat. Nec illud uolūt aduertere: quod electo ad ſeminandū agrum die tam multa grana in terra ſimul ueniūt: ſimul germināt: et exorta ſegete ſimul herbeſcūt: pubeſcūt: flaueſcūt: et tñ inde ſpicas ceteris coeuas atq; ut ita dixerim cōgermiales alias rubigo interimit: alias aues depopulantē: alias hoīes auellūt. Quō iſtis alias cōſtellatiōnes fuiſſe dicturi ſunt: quas tā diuerſos exitus hēre conſpiciunt? An eos penitebit his rebus dies eligere: eaſq; ad celeſte negabāt ptinere decretū: et ſolos ſideribus ſubdent hoīes: quibus ſolis in terra deus dedit liberas uoluntates? His omibus cōſideratis nō immerito creditur: cum aſtrologi mirabiliter multa uera reſpondeant: et occulto inſtinctu fieri ſpūum non bonorum: quorum cura eſt has falſas & noxias opiōnes de aſtralibus fatis inſerere hūanis mentibus atq; firmare: non horoſcopi notati & inſpecti aliqua arte que nulla eſt.

Qui uero nō aſtrorum cōſtitutionē ſicuti eſt: cū quidquid cōcipitur uel naſcitē uel inchoatē: ſed oīm cōnexionē ſerieq; cauſarū qua fit oē quod fit fati nomīe appellant: non multū cum eis de uerbi cōtrouerſia laborandū atq; certandū eſt: quandoquidem ipm cauſarum ordinē & quādam connexionem dei ſūmi tribuūt uolūtati & poteſtati: qui optime et ueraciſſime creditē & cūcta ſcire anteq̄ fiant: et nihil inordinatū relinquere: a quo ſunt omēs poteſtates: quāuis ab illo nō ſint oīm uolūtates. Ipſam itaq; precipue dei ſūmi uoluntatē: cuius poteſtas inſupabiliter per cūcta porrigitē: eos appellare fatū ſic probatē. Annei Senece ſunt niſi fallor hi uerſus. Duc me ſūme pater: altiq; dn̄ator olimpi. Quocūq; placuerit: nulla parendi mora eſt. Aſſum impiger: fac uelle comitabor gemens. Maluſq; patiar facere: quod licuit bono. Ducūt uolentē fata: nolētem trahunt. Nempe euidentiſſime hoc ultimo uerſu ea fata appellauit: que ſupra dixerat ſummi patris uoluntatē. Cui ſe paratum obedire dicit: ut uolens ducatē: ne nolens trahatē: quoniam ſcilicet ducūt uolentē fata: nolentē trahunt. Illi quoq; uerſus homerici huic ſententie ſuffragantē: quos Cicero in latinū uertit. Tales ſunt hoīm mentes: quali pater ipſe Iupiter auctiferas luſtrauit lumine terras. Nec in hac q̄ōne auctoritatē haberet poetica ſententia. Sed quoniā ſtoicos dicit uim fati

aſſerenteſ iſtoſ ex Homero uerſuſ ſolere uſurpare: nó de illiuſ poete ſed de iſtorum philoſophoꝝ opinióe tractatur: cú per iſtoſ uerſuſ quoſ diſputationi adhibent quã de fato habent: quid ſentiant eſſe fatú apertiſſime declaratur: qm̃ Iouem appellant quẽ ſummú deum putant: a quo cónexionem dicunt pendere fatorum.

HOſ Cicero ita redarguere conatᷣ: ut nó exiſtimet aliqd ſe aduerſuſ eoſ ualere: niſi auferat diuinationẽ. Quã ſic conatᷣ auferre ut neget eẽ ſciẽtiam futuroꝝ: eãq; omnibuſ uiribuſ nullã eſſe oĩno contendat: uel in deo: uel in hoĩe: nullãq; rerum predictionẽ. Ita et dei preſcientiã negat: et oẽm prophetiam luce clariorẽ conatur euertere uaniſ argumẽtatóibuſ: et opponẽdo ſibi quedã oracula que facile poſſunt refelli: que tñ nec ipſe cóuincit. In hiſ aút mathematicoꝝ cóiecturiſ refutandiſ eiuſ regnat oratio: quia uere taleſ ſunt ut ſe ipẽ deſtruant & refellant. Multo ſunt aút tolerabiliores qui uel ſiderea fata cóſtituút: q̃ iſte qui tollit p̄ſcientiã futuroꝝ. Nam et confiteri eſſe deú & negare preſciú futuroꝝ: apertiſſima inſania eſt. Quod et ipſe cú uideret: etiã illud temptauit aſſerere qđ ſcriptú eſt. Dixit inſipienſ in corde ſuo non eſt deuſ. ſed nó ex ſua pſona. Vidit enĩ q̃ eſſet inuidioſú & moleſtú. Ĩdeoq; Cottam fecit diſputantẽ de hac re aduerſum ſtoicoſ in libriſ de deoꝝ natura: et pro Lucilio Balbo cui ſtoicoꝝ ptes defendẽdaſ dedit maluit ferre ſententiã: q̃ pro Cotta q nullã naturam diuinã eſſe cótendit. In libriſ uero de diuinatióe ex ſeipo apertiſſime oppugnat preſcientiã futuroꝝ. Hoc aút totú facere uidetur: ne fatú eſſe conſentiat: & pdat liberam uoluntatẽ. putat enĩ conceſſa ſciẽtia futuroꝝ ita eẽ conſequenſ fatú: ut negari oĩno nó poſſit. Sed quoquomó ſe habeant tortuoſiſſime cócertationeſ & diſputatióeſ philoſophoꝝ: noſ ut cófitemur ſummú & uerum deum: ita uoluntatem ſúmamq; ptãtem ac preſcientiã eiuſ cófitemur. Nec timemuſ ne ideo uolútate non faciamuſ qđ uolútate facimuſ: qa id noſ facturoſ ille p̄ſciuit cuiuſ p̄ſcientia falli nó pót: qđ Cicero timuit ut oppugnaret p̄ſcientiã: et ſtoici ut nó oĩa neceſſitate fieri dicerent: q̃uiſ oĩa fato fieri cótenderent. Quid ergo ẽ quod Cicero timuit in p̄ſciẽtia futuroꝝ: ut eã labefactare diſputatióe deteſtabili niteretur? Videlicet qa ſi p̄ſcita ſunt oĩa futura: hoc ordine quo uentura eẽ preſcita ſunt. Et ſi hoc ordine uenient: certuſ ẽ ordo rerú preſciẽti deo. Et ſi certuſ eſt ordo rerú: certuſ ẽ ordo cauſarú. Nó enĩ aliqd fieri pót: quod nó aliqua efficienſ cauſa preceſſerit. Si aút certuſ eſt ordo cauſarú quo fit oẽ qđ fit: fato inquit fiunt oĩa que fiút. Quod ſi ita ẽ: nihil eſt in noſtra ptãte: nulluſq; eſt arbitriú uolútatiſ. Quod ſi cócedimuſ inquit oĩſ humana uita ſubuertitur: fruſtra legeſ dantur: fruſtra obiurgatióeſ laudeſ uituperationeſ: exhortatióeſ adhibent: neq; ulla iuſticia boniſ premia: et maliſ ſupplicia cóſtituta ſunt. Hec ergo ne cóſequantᷣ indigna abſurda & pniciosa rebuſ hũaniſ: nó uult eſſe preſcientiã futuroꝝ: atq; in haſ anguſtiaſ Cicero coartat aĩum religioſum: ut unum eligat e duobuſ: aut eſſe aliqd in noſtra uoluntate: aut eſſe preſcientiã futuroꝝ: qm̃ utrúq; arbitratᷣ eſſe nó poſſe: ſed ſi alterú confirmatᷣ alterú tolli: ſi elegerimuſ preſcientiã futuroꝝ: tolli uolútatiſ arbitriú: ſi elegerimuſ uolútatiſ arbitriú: tolli p̄ſciẽtiã futuroꝝ. Ipſe itaq; ut uir magnuſ et doctuſ & uite humane plurimú ac peritiſſime conſulenſ: ex hiſ duobuſ elegit liberú uoluntatiſ arbitrium. Quod ut cófirmaretur negauit preſcientiã futuroꝝ: atq; ita dú uult facere liberoſ: facit ſacrilegoſ. Religioſuſ aút aĩuſ utrúq; eligit: utrúq; confitetur: et fide pietatiſ utrúq; confirmat. Quó inquit? Nam ſi eſt preſcientia futuroꝝ: ſequuntᷣ illa oĩa que cónexa ſunt: donec eo pueniatᷣ ut nihil ſit in noſtra uolútate. Porro ſi eſt aliqd in noſtra uolútate: eiſdem

recurſiſ gradibuſ eo ꝑuenitur ut non ſit preſcientia futuroꝝ. Nam per illa om̄ia ſic
recurrit̄. ſi eſt uolūtatiſ arbitriū: non oīa fato fiūt. Si non oīa fato fiūt: nō eſt oīm
certuſ ordo cauſarū. ſi certuſ cāſarum ordo nō eſt: nec rerū certuſ ē ordo preſcītū deo.
que fieri nō poſſunt niſi ꝑcedentibuſ & efficiētibuſ cauſiſ. ſi rerū ordo preſcientia deo
certuſ nō eſt: non oīa ſic ueniūt ut ea uentura preſciuit. Porro ſi non oīa ſic eueniūt
ut ab illo uentura preſcita ſunt: nō eſt inquit in deo preſcientia oīm futuroꝝ. Noſ
aduerſuſ iſtoſ ſacrilegoſ auſuſ atq; impioſ: et deum dicimuſ om̄ia ſcire anteq̄ fiant: et
uoluntate noſ facere quidquid a nobiſ nō niſi uolentibuſ fieri ſentimuſ & nouimuſ.
Om̄ia uero fato fieri nō dicimuſ. imo nulla fieri fato dicimuſ quoniā fati nomē ubi
ſolet a loquētibuſ poni: id ē in conſtitutiōe ſiderū qua quiſq; cōceptuſ aut natuſ eſt:
qm̄ reſ ipſa inaniter aſſeritur: nihil ualere monſtramuſ. Ordinem aūt cauſarum ubi
uolūtaſ dei plurimum pōt: neq; negamuſ neq; fati uocabulo nūcupamuſ: niſi forte
ut fatū a fando dictū intelligamuſ: id ē a loquēdo. non enī abnuere poſſumuſ eſſe
ſcriptū in litteriſ ſanctiſ: ſemel locutuſ eſt deuſ duo hec audiui: qm̄ pt̄aſ dei eſt & tibi
dn̄e miſericordia: quia tu reddeſ unicuiq; ſc̄dm opera eiuſ. Quod enim dictū eſt ſemel
locutuſ eſt: intelligit̄ immobiliter hoc ē incō/
mutabiliter ē locutuſ. ſicut nouit incō/
mutabiliter oīa que futura ſunt & que ipſe facturuſ eſt. Hac itaq; rōne poſſemuſ a
fando fatū appellare: niſi hoc nomē iam in alia re ſoleret intelligi quo corda hoīm
uolumuſ inclinari. Non eſt aūt cōſequenſ ut ſi deo certuſ eſt oīm ordo cāſarum: ideo
nihil ſit in noſtre uolūtatiſ arbitrio. et ipſe qppe noſtre uolūtateſ in cauſarū ordine
ſunt: qui certuſ eſt deo eiuſq; preſcientia cōtinetur: qm̄ & humane uolūtateſ hūanoꝝ
operū cauſe ſunt. Atq; ita q omeſ rerū cauſaſ pſciuit: pfecto in eiſ cauſiſ etiā noſtraſ
uolūtateſ ignorare nō potuit: quaſ noſtroꝝ operū cauſaſ eē preſciuit. Nam et illd̄
quod idem Cicero cōtendit nihil fieri ſi cauſa efficienſ nō precedat: ſatiſ eſt ad eū in
hac qōne redarguendū. Quid enī eū adiuuat q dicit nihil qdem fieri ſine cauſa: ſed
nō oēm cām eſſe fatalem: qa ē cauſa fortuita: eſt naturaliſ: eſt uolūtaria. Sufficit
qa om̄e qd̄ fit nō niſi cauſa ꝑcedente fieri cōfitetur. Noſ enī eaſ cauſaſ que dicunt̄
fortuite unde etiā fortuna nomen accepit: non eſſe dicimuſ nullaſ ſed latenteſ: eaſq;
tribuimuſ uel dei ueri uel quorūlibet ſpūum uolūtati. Ipſaſq; naturaleſ nequaq̄ ab
illiuſ uoluntate ſeiungimuſ: qui eſt auctor om̄iſ conditorq; nature. Iam uero cauſe
uolūtarie aut dei ſunt: aut angeloꝝ: aut hoīm: aut quorūq; aīalium: ſi tn̄ appellāde
uolūtateſ ſunt aīalium rōniſ expertiū motuſ illi qbuſ aliqua faciūt ſc̄dm naturam
ſuā: cum qd uel appetūt uel euitant. Angeloꝝ aūt uolūtateſ dico ſiue bonoꝝ quoſ
angeloſ dei dicimuſ: ſiue malorū quoſ angeloſ diaboli uel etiā demoneſ appellamuſ.
Sic et hoīm & bonoꝝ ſcilicet et maloꝝ: ac p hoc colligit̄ non eſſe cauſaſ efficienteſ
oīm que fiunt: niſi uolūtariaſ: illiuſ nature ſcilicet que ſpūſ uite eſt. Nam et aer iſte
ſiue uentuſ dicit̄ ſpūſ. Sed qm̄ corpuſ eſt non eſt ſpūſ uite. Spūſ ergo uite q uiuificat
om̄ia creatorq; ē om̄iſ corpiſ & om̄iſ creati ſpūſ: ipſe ē deuſ utiq; ſpūſ non creatuſ. In
eiuſ uolūtate ſūma poteſtaſ ē: que creatoꝝ ſpūum uolūtateſ bonaſ adiuuat: malaſ
iudicat: om̄eſ ordinat: et qbuſdam tribuit pt̄atem: qbuſdam nō tribuit. Sicut .n. oīm
naturarū creator ē: ita oīm poteſtatū dator nō uoluntatū. Male qppe uoluntateſ
ab illo nō ſunt: qm̄ contra naturam ſunt que ab illo ē. Corpora igit̄ magiſ ſubiacent
uolūtatibuſ: quedā noſtriſ id eſt oīm aīantium mortaliū: et magiſ hoīm q̄ beſtiarū:
quedā uero angeloꝝ: ſed oīa maxime dei uolūtati ſubdita ſunt. Cui etiā uolūtateſ
om̄eſ ſubiciunt̄: qa nō habent pt̄atem niſi quā ille cōcedit. Cauſa itaq; rerū que facit
nec fit deuſ eſt. Alie uero cauſe & faciūt et fiunt. ſicut ſunt om̄eſ creati ſpūſ & maxīe

rationaleſ. Corporaleſ autem cauſe que magiſ fiunt q̃ faciunt: nõ ſunt inter cauſaſ efficienteſ annumerande: qm̃ hoc poſſunt qđ ex ipſiſ faciũt ſpũum uolũtateſ. Quõ igĩt ordo cãrum q preſcienti certuſ ẽ deo id efficit ut nihil ſit in noſtra uolũtate: cũ in ipſo cãrum ordine magnũ habeãt locũ noſtre uolũtateſ. Contẽdat ergo Cicero cũ eiſ qui hunc cãrum ordinẽ dicũt eſſe fatalem: uel potiuſ ipm̃ fati noĩe appellant: qđ noſ abhorremuſ precipue ꝓpter uocabulũ quod nõ in re uera cõſueuit intelligi. Qđ uero negat ordinem oĩm cauſarũ eſſe certiſſimũ & dei preſcientie notiſſimũ: pluſ eũ q̃ ſtoici deteſtamur. Aut enĩ deũ eſſe negat: qđ qdem inducta alteriuſ perſona in libriſ de deoꝝ natura facere molituſ eſt: aut ſi eſſe confitetur deũ quẽ negat preſciũ futuroꝝ: etiã ſic dicit nihil aliud q̃ quod ille dixit inſipienſ in corde ſuo nõ eſt deuſ. Qui enim non ẽ preſciuſ oĩm futuroꝝ: non eſt utiqꝫ deuſ. Quapropter & uolũtateſ noſtre tm̃ ualent q̃tum deuſ eaſ ualere uoluit atqꝫ preſciuit: et ideo quidquid ualẽt certiſſime ualent: et qđ facture ſũt ipſe oĩo facture ſũt: qa ualituraſ atqꝫ facturaſ ille preſciuit cuiuſ preſcientia falli non põt. Quapropter ſi mihi fati nomẽ alicui rei adhibendũ placeret: magiſ dicerẽ fatũ eẽ infirmioriſ: potentioriſ uoluntatẽ qui eum habet in ꝑtãte: q̃ illo cãrum ordine quẽ nõ uſitato ſed ſuo more ſtoici fatũ appellãt arbitriũ noſtre uolũtatiſ auferri.

VNde nec illa neceſſitaſ formidanda eſt: quã formidando ſtoici laborauerunt: cauſaſ rerũ ita diſtinguere ut quaſdã ſubtraherẽt neceſſitati: quaſdã ſubderẽt. atqꝫ in hiſ quaſ eẽ ſub neceſſitate uoluerũt: poſuerũt etiã noſtraſ uolũtateſ. ne uidelicet non eẽnt libere ſi ſubderent neceſſitati. Si enĩ neceſſitaſ noſtra illa dicenda eſt que non ẽ in noſtra poteſtate: ſed etiã ſi nolumuſ efficit quod põt: ſicut ẽ neceſſitaſ mortiſ: manifeſtũ ẽ uolũtateſ noſtraſ qbuſ recte uel ꝑperam uiuiť ſub tali neceſſitate nõ eſſe. Multa enĩ facimuſ que ſi nollemuſ nõ unqꝫ faceremuſ. Quo ꝑmituſ ꝑtinet ipm̃ uelle. nã ſi uolumuſ ẽ: ſi nolumuſ nõ eſt. Non enĩ uellemuſ ſi nollemuſ. Si aũt illa diffiniť eſſe neceſſitaſ. ſcḋm quã dicimuſ neceſſe eſſe ut ita ſit aliquid uel ita fiat: neſcio cur eã timeamuſ ne nobiſ libertatẽ auferat uolũtatiſ. Neqꝫ .n. et uitam dei & preſcientiã dei ſub neceſſitate ponimuſ ſi dicamuſ: neceſſe ẽ deũ ſemꝑ uiuere & cũcta preſcire. ſicut nec poteſtaſ eiuſ minuiť cũ diciť mori fallique nõ poſſe. Sic enĩ hoc nõ põt: ut potiuſ ſi poſſet minoriſ eẽt unqꝫ poteſtatiſ. Recte quippe oĩpotenſ diciť: qui tamẽ mori & falli non põt. Diciť enĩ oĩpotenſ faciendo qđ uult: nõ patiendo qđ non uult. quod ſi ei accideret: nequaq̃ eſſet oĩpotenſ. Vnde ꝓpterea quedã non põt qa oĩpotenſ eſt. Sicut etiã cũ dicimuſ neceſſe ẽ eſſe: ut cũ uolumuſ libero uelimuſ arbitrio: et uerũ proculdubio dicimuſ: et nõ ideo ipm̃ liberum arbitrium neceſſitati ſubicimuſ que adimit libertatem. Sunt igiť noſtre uolũtateſ: et ipſe faciunt quidqd uolendo facimuſ: qđ nõ fieret ſi nollemuſ. Quidqd aũt alioꝝ hoĩm uolũtate nolenſ quiſqꝫ patiť: etiã ſic uolũtaſ ualet: et ſi nõ illiuſ: tamẽ hoĩſ uolũtaſ: ſed poteſtaſ dei. Nam ſi uolũtaſ tm̃ eſſet nec poſſet qđ uellet: potentiore uolũtate impediretur. Nec ſic tamẽ uoluntaſ niſi uoluntaſ eẽt: nec alteriuſ ſed eiuſ eẽt q uellet: et ſi non poſſet implere qđ uellet. Vnde quidqd preter ſuã uolũtatẽ patitur hõ: nõ debet tribuere hũaniſ uel angeliciſ uel cuiuſqꝫ creati ſpũſ uoluntatibuſ: ſed eiuſ potiuſ q dat ꝑtãtem uolentibuſ.

NOn ergo ꝓpterea nihil ẽ in noſtra uolũtate: qa deuſ preſciuit qd futurũ eſſet in noſtra uolũtate. Non enĩ qui hoc preſciuit nihil preſciuit. Porro ſi ille qui preſciuit quid futurũ eſſet in noſtra uoluntate: non utiqꝫ nihil ſed aliquid preſciuit: ꝑfecto & illo preſciente eſt aliqd in noſtra uolũtate. Quocirca nullo mõ cogimur

aut retenta preſcientia dei tollere uolũtatiſ arbitriũ: aut retento uolũtatis arbitrio
deũ quod nefaſ ẽ negare preſciũ futuroꝝ. Sed utrũq; amplectimur: utrũq; fideliter
& ueraciter confitemur. illud ut bene credamuſ: hoc ut bene uiuamuſ. Male autem
uiuitur: ſi de deo non bene creditur. Vnde abſit a nobiſ eiuſ negare preſcientiam ut
liberi eſſe uelimuſ: quo adiuuante ſumuſ liberi uel erimuſ. Proinde non fruſtra ſunt
legeſ: obiurgatõeſ: exhortationeſ: laudeſ & uituperationeſ. quia et ipaſ futuraſ eſſe
preſciuit: et ualent plurĩmũ quantũ eaſ ualituraſ eẽ preſciuit. Et preceſ ualẽt ad ea
impetranda: que ſe precãtibuſ cõceſſurũ eſſe preſciuit. Et iuſte premia boniſ factiſ:
et peccatiſ ſupplicia cõſtituta ſunt. Neq; enĩ ideo peccat hõ quia deuſ illũ peccaturũ
eẽ preſciuit. immo ideo nõ dubitatur ipm peccare cũ peccat. quia ille cuiuſ preſciẽtia
falli nõ poteſt: non fatum: nõ fortunam: non aliquid aliud: ſed ipm peccaturũ eſſe
preſciuit. qui ſi nolit oĩno non peccat. ſed ſi peccare noluerit: etiã hoc ille preſciuit.
Deuſ itaq; ſũmuſ & uerus cũ uerbo ſuo et ſpũ ſancto que tria unum ſũt: deuſ unuſ
oĩpotenſ creator & factor oĩſ aĩme atq; oĩſ corporiſ: cuiuſ ſunt participatione
feliceſ quicunq; ſunt ueritate nõ uanitate feliceſ. qui fecit hoĩem rõnale aĩal ex aĩma
& corpore. qui eũ peccantẽ non impunitũ eſſe pmiſit: nec ſine miſericordia dereliq̃:
qui boniſ & maliſ eſſentiã etiã cũ lapidibuſ: uitam ſeminalem etiã cũ arboribuſ: uitã
ſenſualem etiã cum pecoribuſ: uitam intellectualem cũ ſoliſ angeliſ dedit. a quo eſt
oĩſ moduſ: oĩſ ſpecieſ: oĩſ ordo: a quo ẽ menſura: numeruſ: pondus. a quo ẽ quidqd
naturaliter eſt: cuiuſcũq; generiſ eſt: cuiuſcunq; extimationiſ eſt. a quo ſunt ſemina
formaꝝ: forme ſeminum: motuſ ſeminum atq; formarum. Qui dedit carni originem:
pulchritudinẽ: ualitudinem: propagationiſ fecunditatẽ: membrorũ diſpoſitionem:
ſalutem: concordiã. qui & aĩe irrationali dedit mẽoriam: ſenſum: appetitũ. rationali
aũt inſup mentem: intelligentiã: uolũtatem: qui non ſolũ celũ & terram: nec ſolum
angelũ et hoĩem: ſed nec exigui & cõtemptibiliſ aĩantiſ uiſcera: nec auiſ pennulam:
nec herbe floſculũ: nec arboriſ foliũ ſine ſuarũ partium cõuenientia & quadã ueluti
pace dereliquit: nullo modo ẽ credenduſ regna hoĩm eorũq; dñationeſ & ſeruituteſ
a ſue prouidentie legibuſ alienaſ eſſe uoluiſſe. .xiii.

PRoinde uideamuſ quoſ romanorum moreſ: et quam ob cauſam deuſ uerus ad
augẽdum imperium adiuuare dignatuſ eſt: in cuiuſ poteſtate ſunt etiã regna
terrena. Quod ut abſolutiuſ differere poſſemuſ: ad hoc pertinentẽ & ſuperiorẽ librũ
conſcripſimuſ: q̃ in hac re poteſtaſ nulla ſit eoꝝ deorum quoſ etiã rebuſ nugatoriiſ
colendoſ putarũt: et preſentiſ uoluminiſ parteſ ſuperioreſ quaſ huucuſq; perduximuſ
de fati queſtione tollenda: ne quiſq̃ cui iam perſuaſum eſſet non illorũ deoꝝ cultu
romanũ imꝑium ꝑpagatũ atq; ſeruatũ: neſcio cui fato potiuſ id tribueret q̃ dei ſũmi
potentiſſime uolũtati. Veteres igit̃ primiq; romani quãtum eoꝝ docet & cõmendat
hiſtoria: q̃uiſ ut alie genteſ excepta unã populi hebreoꝝ deoſ falſoſ colerent: et non
deo uictimaſ ſed demoniiſ immolarent: tamen laudiſ auidi pecunie liberaleſ erant:
gloriam ingentem: diuitiaſ honeſtaſ uolebant: hanc ardentiſſime dilexerunt: ꝓpter
hanc uiuere uoluerũt: propter hanc & mori nõ dubitauerunt. Ceteraſ cupiditateſ
huiuſ uniuſ ingenti cupiditate preſſerunt. ipſam deniq; patriam ſuam quoniã ſeruire
uidebãt ingloriũ: dñari uero atq; imparare glorioſũ: priuſ oĩ ſtudio liberã deinde
dñam eſſe cõcupierunt. Hinc eſt ꝙ regalem dñationem nõ ferenteſ: annua imperia
binoſq; imꝑatoreſ ſibi fecerũt: qui conſuleſ appellati ſunt a conſulendo: nõ regeſ aut
domini a regnando atq; dñando: cũ & regeſ utiq; a regendo ſint dicti: mediuſ uideãtur ut

regnum a regibuſ: regeſ autẽ ut dictū eſt a regendo: ſed faſtuſ regiuſ non diſciplina
putatuſ eſt regentiſ: uel beniuolentia cōſulentiſ: ſed ſupbia dominātiſ. Expulſo itaq;
rege Tarquinio & cōſulibuſ inſtitutiſ: ſecutū eſt qđ idem auctor in romanoꝝ laudibuſ
poſuit: q̄ ciuitaſ incredibile memoratu adepta libertate & q̄tum breui creuerit: tanta
cupido glorie inceſſerat. Iſta ergo laudiſ auiditaſ & cupido glorie multa illa miranda
fecit: laudabilia ſcilicet atq; glorioſa ſcđm hominum extimationem. Laudat idem
Saluſtiuſ ſuiſ tēporibuſ magnoſ & preclaroſ uiroſ Marcū Catonē et Gaium Ceſarem
dicenſ: q̄ diu illa reſpublica nō habuit quenq̄ uirtute magnū: ſed ſua memoria fuiſſe
illoſ duoſ ingenti uirtute: diuerſiſ moribuſ. In laudibuſ autem Ceſariſ poſuit: q̄ ſibi
magnū imperium: exercitum: bellū nouū exoptabat: ubi uirtuſ eniteſcere poſſet: ita
fidebat in uotiſ uirorum uirtute magnoꝝ: ut excitaret in bellum miſeraſ genteſ: et
flagello agitaret Bellona ſanguineo: ut eſſet ubi uirtuſ eorum eniteſceret. Hec illa
pfecto laudiſ auiditaſ & glorie cupido faciebat. Amore itaq; primituſ libertatiſ: poſt
etiā dñationiſ & cupiditate laudiſ et glorie multa magna fecerūt. Reddit eiſ utriuſq;
rei teſtimonium etiā poeta inſigniſ eoꝝ. Inde quippe ait: Nec nō Tarquiniū eiectum
porſenna iubebat. Accipe: ingentiq; urbem obſidiōe premebat. Eneade in ferrum p
libertate ruebant. Tunc itaq; magnū illiſ fuit: aut fortiter emori aut liberoſ uiuere.

Sed cū eēt adepta libertaſ: tanta cupido glorie inceſſerat: ut parū eſſet ſola libertaſ
niſi & dñatio quereretur. dū pro magno haberetur q̄ uelut loquente Ioue idem poeta
dicit. Quin aſpera Iuno. Que mare nūc terraſ metu celūq; fatigat. Conſilia i meliuſ
referet: mecūq; fouebit. Romanoſ rerum dñoſ gentēq; togatam. Sic placitū ueniet
luſtriſ labentibuſ etaſ. Cum domuſ aſſarici phtiam clāraſq; micenaſ. Seruitio pmet
ac uictiſ dñabitur argiſ. Que quidem Virgiliuſ Iouem inducēſ tanq̄ futura pdicentē:
ipſe iam facta recolebat: cernebatq; preſentia. Verū ppterea cōmemorare illa uolui:
ut oſtēderem dominationem poſt libertatē ſic habuiſſe romanoſ: ut in eoꝝ magniſ
laudibuſ poneretur. Hinc eſt et illud eiuſdem poete: q̄ cū aliarū gentiū artibuſ: eaſ
ipſaſ pprias romanoꝝ arteſ regnādi atq; imperandi & ſubigendi ac debellādi populoſ
anteponeret: ait. Excudent alii ſpirantia mollius era. Credo equidem uiuoſ ducent de
marmore uultuſ. Orabunt cauſaſ meliuſ celiq; meatuſ. Deſcribent radio & ſurgentia
ſidera dicent. Tu regere imperio populoſ romane memento. He tibi erūt arteſ pacisq;
imponere moreſ. Parcere ſubiectiſ & debellare ſupboſ. Haſ arteſ illi tanto peritiuſ
exercebant: q̄to minuſ ſe uoluptatibuſ dabant. Et eneruatione animi & corporiſ in
concupiſcendiſ & augendiſ diuitiiſ & per illaſ moribuſ corrūpendiſ: rapiendo miſeriſ
ciuibuſ: largiendo ſcenicis turpibuſ. Vnde qui taleſ iam morum labe ſupabant atq;
abundabant: quādo ſcribebat iſta Saluſtiuſ canebatq; Virgiliuſ: nō illiſ artibuſ ad
honoreſ & gloriam: ſed doliſ atq; fallaciſ ambiebant. Vnde idem dicit. Sed primo
magiſ ambitio q̄ auaricia animoſ hoīm exercebat: quod tamen uiciū ppiuſ uirtuti erat.
Nam gloriā: honorem: imperiū bonuſ & ignauuſ eque ſibi exoptāt. Sed ille inquit
uera uia nititur. huic quia bone arteſ deſunt: doliſ atq; fallaciſ contendit. He ſunt
ille bone arteſ: per uirtutem ſcilicet nō p fallacem ambitionē ad honorem & gloriā
et imperium peruenire: que tamen bonuſ & ignauuſ eque ſibi exoptant. Sed ille id eſt
bonuſ uera uia nititur. Via uirtuſ eſt qua nitit̄ tanq̄ ad poſſeſſioniſ finem: id eſt ad
gloriam: honorem: imperium. Hoc inſitū habuiſſe romanoſ etiā deoꝝ apud illoſ edeſ
indicant: quaſ coniunctiſſimaſ cōſtituerunt uirtutiſ & honoriſ: pro diiſ habenteſ que
dant̄ a deo. Vnde intelligi pōt quē finem uolebāt eē uirtuti: et quo eā referebāt q
boni erant: ad honorē ſcilicet. nā mali nec habebāt eam: q̄uiſ honorē habere cupent

quem maliſ artibuſ conabātur adipiſci: id eſt doliſ atq; fallaciiſ. Meliuſ laudatuſ eſt
Cato. De illo quippe ait: Quo minuſ petebat gloriam: eo magiſ illū ſequebatur. Quādo
quidem gloria eſt cuiuſ illi cupiditate flagrabant: iudicium hoīm bene de hominibuſ
opinantium. Et ideo melior eſt uirtuſ: que hūano teſtimonio contenta non eſt niſi
cōſcientie ſue. Vnde dicit apoſtoluſ. Nam gloria noſtra hec ē teſtimoniū conſciētie
noſtre. Et alio loco. Opuſ autē ſuum probet unuſquiſq;: et tunc in ſemetipſo tantū
gloriā habebit & nō in altero. Gloriam ergo et honorem & imperium que ſibi exop/
tabant: et quo boniſ artibuſ peruenire nitebātur boni: nō debet ſequi uirtuſ: ſed ipſa
uirtutem. Neq; enī eſt uera uirtuſ: niſi que ad eū finē tendit ubi ē bonum hoīſ quo
meliuſ non ē. Vnde et honoreſ quoſ expetiuit Cato petere nō debuit: ſed eoſ ciuitaſ
ob eiuſ uirtutem nō petenti dare. Sed cum illa memoria duo romani eſſent uirtute
magni Ceſar & Cato: longe uirtuſ Catoniſ uirtuti uidetur ꝓpinquior fuiſſe q̄ Ceſariſ.
Proinde qualiſ eēt illo tēpore ciuitaſ: et antea q̄liſ fuiſſet uideamuſ in ipſa ſententia
Catoniſ. Nolite inquit exiſtimare maioreſ noſtroſ armiſ rempublicā ex parua magnā
feciſſe. Si ita eſſet: multo pulcherrimā eam noſ hēremuſ. Quippe ſocioꝝ atq; ciuium:
preterea armoꝝ & equoꝝ: maior copia nobiſ q̄ illiſ ē. Sed alia fuere que illoſ uiroſ
magnoſ fecerūt: que nobiſ nulla ſunt: domi induſtria: foriſ iuſtū imperium: animuſ in
cōſulendo liber: neq; libidini neq; delicto obnoxiuſ. Pro hiſ noſ habemuſ luxuriam
atq; auariciam: publice egeſtatem: priuatim opulentiā: laudamuſ diuitiaſ: ſequimur
inertiam: inter bonoſ & maloſ diſcrimē nullū: oīa uirtutiſ premia ambicio poſſidet.
Neq; mirum. ubi uoſ ſeparatim ſibi quiſq; conſilia capitiſ: ubi domi uoluptatibuſ: hic
pecunie aut gratie ſeruitiſ. Eo fit ut impetuſ fiat in uacuā rempublicam. Qui audit
hec Catoniſ uerba ſiue Saluſtii: putat qualeſ laudantur romani ueteres: omneſ eoſ taleſ
tunc fuiſſe uel plureſ. Non ita eſt. alioquin uera non eſſent que ipſe idem ſcribit: ea
que cōmemoraui in ſecundo libro huiuſ operiſ: ubi dicit iniuriaſ ualidioꝝ: et ob eaſ
diſceſſionē plebiſ a patribuſ: aliaſq; diſceſſioneſ domi fuiſſe iam inde a principio. neq;
ampliuſ equo & modeſto iure actū: q̄ expulſiſ regibuſ q̄diu metuſ a Tarquinio fuit:
donec bellū graue quod propter ipſm cum etruria ſuſceptū fuerat finiretur. Poſtea
uero ſeruili imperio patreſ exercuiſſe plebem: regio more uerberaſſe: agro pepuliſſe:
et ceteriſ ex partibuſ ſoloſ egiſſe in imperio. Quarū diſcordiarū dum illi dominari
uellēt: illi ſeruire nollent: finē fuiſſe bellū punicū ſecūdum. Quia rurſuſ grauiſ metuſ
cepit urgere: atq; ab illiſ perturbationibuſ alia maiore cura cohibere aīoſ inquietoſ: et
ad cōcordiam reuocare ciuilem. Sed p quoſdam paucoſ qui pro ſuo mō boni erant
magna adminiſtrabantur: atq; illiſ toleratiſ ac tēperatiſ maliſ: paucoꝝ bonoꝝ prudētia
reſ illa creſcebat. ſicut idē hiſtoricuſ dicit: multa ſibi legēti & audienti: que populuſ
romanuſ domi militieq; mari atq; terra p̄clara facinora fecerit: ſe libuiſſe attendere:
que reſ maxīe tanta negocia ſuſtinuiſſet: q̄m ſciebat ſepenumero parua manu cum
magniſ legionibuſ hoſtiū cōtendiſſe romanoſ: cognouerat paruiſ copiiſ bella geſta
cū opulentiſ regibuſ: ſibiq; multa agitanti conſtare dixit: paucoꝝ ciuium egregiam
uirtutem cūcta patrauiſſe: eoq; factum ut diuitiaſ paupertaſ: multitudinē paucitaſ
ſuperaret. Sed poſtq̄ luxu atq; deſidia inquit ciuitaſ corrupta eſt: rurſuſ reſpublica
magnitudine ſui imperatorū atq; magiſtratuum uicia ſuſtentabat. Paucorum igitur
uirtuſ ad gloriā: honorē: imperiū: uera uia id ē uirtute ipſa nitentium: etiā a Catone
laudata eſt. Hinc erat domi induſtria quam commemorauit Cato: ut erarium eſſet
opulētum: tenueſ reſ priuate. Vnde corruptiſ moribuſ uicium eſſe cōtrarium poſuit:
publice egeſtatem priuatim opulentiam.

QVamobrem cũ diu fuiſſent regna orientiſ illuſtria: uoluit deuſ & occidentale fieri: qđ tẽpore eſſet poſterius: ſed imperii latitudine & magnitudine illuſtrius. Idq; talibuſ potiſſimũ conceſſit hõibuſ ad domanda grauia mala multaꝝ gentium: qui cauſa honoriſ laudiſ & glorie cõſuluerunt patrie: in qua ipſam gloriã requirebant. ſalutemq; eiuſ ſaluti ſue preponere nõ dubitauerunt: pro iſto uno uicio id ẽ amore laudiſ: pecunie cupiditatem & multa alia uicia cõprimentes. Nam ſanius uidet: qui & amorẽ laudiſ uiciũ eſſe cognoſcit. Quod nec poetã fugit Oraciũ qui ait. Laudiſ amore tumeſ: ſunt certa piacula que te. Ter pure lecto poterũt recreare libello. Idẽ in carmine lyrico ad reprimendã dñandi libidinem ita cecinit. Latiuſ regneſ auidũ domando ſpiritum: q̃ ſi lybiam remotiſ gadibuſ iungaſ. et uterq; penuſ ſeruiat uni. Veruntamen qui libidineſ turpioreſ fide pietatiſ impetrato ſpiritu ſancto & amore intelligibiliſ pulchritudiniſ nõ refrenant: melius ſaltem cupiditate humane laudiſ & glorie: nõ qdem iam ſancti ſed minuſ iam turpeſ ſunt. Etiam Tulliuſ inde ſilere nõ potuit in eiſdem libriſ quoſ de republica ſcripſit: ubi loquit̃ de inſtituendo principe ciuitatiſ: quẽ dicit alendũ eſſe gloria: & conſequẽter cõmemorat maioreſ ſuoſ multa mira atq; preclara glorie cupiditate feciſſe. Huic ergo uicio nõ ſolũ non reſiſtebãt: uerũ etiã id excitandũ & accendẽdum eẽ cenſebant: putãteſ hoc utile eẽ reipublice. Quanq̃ nec in ipſiuſ philoſophie libriſ Tulliuſ ab hac peſte diſſimulet: ubi eam luce clariuſ confitetur. Cum enĩ de ſtudiiſ talibuſ loqueretur: que utiq; ſectanda ſũt fine ueri boni: nõ uentoſitate laudiſ hũane: hanc intulit uniuerſalem generalemq; ſniam. Honoſ alit arteſ omeſq; accendũtur ad ſtudia gloria: iacentq; ea ſemper que apud quoſq; improbantur.

HVic igit̃ cupiditati meliuſ reſiſtĩ ſine dubitatiõe qũ ceditur. Tanto enĩ quiſq; eſt deo ſimilior: quãto & ab hac immũditia mũdior. Que in hac uita et ſi non funditus eradicatur ex corde: quia etiã bene proficienteſ aĩmoſ temptare nõ ceſſat: ſaltem cupiditaſ glorie ſuperetur dilectiõe iuſticie: ut ſi alicubi iacent que apud quoſq; improbantur: ſi bona ſi recta ſunt: etiã ipſe amor humane laudiſ erubeſcat: et cedat amori ueritatiſ. Tam n. eſt hoc uiciũ inimicũ pie fidei: ſi maior ĩ corde ſit cupiditaſ glorie q̃ dei timor uel amor: ut dñſ diceret. Quõ poteſtiſ credere gloriã ab inuicem expectanteſ: et gloriam que a ſolo deo eſt non querenteſ. Item de qbuſdã qui in eũ crediderant & uerebãtur palam confiteri ait euangeliſta. Dilexerũt gloriam hoĩm magiſ q̃ dei. Quod ſancti apoſtoli nõ fecerũt. Qui cũ in hiſ lociſ predicarent chriſti nomẽ: ubi nõ ſolũ improbat̃ ſicut ille ait: iacentq; ea ſemꝑ que apud quoſq; improbantur: uerũ etiã ſumme deteſtationiſ habebãtur: tenenteſ quod audierant a bono magiſtro eodemq; medico mentiũ. Si quiſ me negauerit coram hõibuſ: negabo eũ coram patre meo qui in celiſ eſt. uel corã angeliſ dei. Inter maledicta & opprobria: inter grauiſſimaſ pſecutioneſ crudeleſq; penaſ: nõ ſunt deterriti a predicatiõe ſaluti ſ humane: tanto fremitu offenſioniſ humane. Et q̃ eoſ diuina facienteſ atq; dicenteſ: diuineq; uiuenteſ: debellatiſ quodãmõ cordibuſ duriſ: atq; introducta pace iuſtitie: ingenſ in eccleſia xp̃i gloria cõſecuta eſt: nõ in ea tanq̃ in ſue uirtutiſ fine quieuerũt: ſed eã quoq; ipſam ad dei gloriã referenteſ: cuiuſ gratia taleſ erãt. Iſto quoq; fomite eoſ qbuſ cõſulebant ad amorem illiuſ a quo & ipſi taleſ fierent accendebant. Nanq; ne propter hũanam gloriam boni eſſent: docuerat eoſ magiſter illoꝝ dicenſ. Cauete facere iuſticiam ueſtram coram hõibuſ ut uideamini ab eiſ: alioquin mercedem non habebitiſ apud patrẽ ueſtrũ qui in celiſ eſt. Sed ruſuſ ne hoc peruerſe intelligẽteſ

hóibuſ placere metuerent. minuſq; prodeſſent latendo φ boni ſunt: demóſtranſ quo fine innoteſcere deberent: Luceant inq̃t opera ueſtra coram hóibuſ: ut uideãt bona facta ueſtra & glorificent patrem ueſtrũ qui in celiſ eſt. Non ergo ut uideamini ab eiſ: id eſt hac intentióe ut eoſ ad uoſ cóuerti uelitiſ: qa nó per uoſ aliquid eſtiſ: ſed ut glorificent patrẽ ueſtrũ qui in celiſ eſt: ad quẽ conuerſi fiant quod eſtiſ. Hoc ſecuti ſunt martireſ: qui ſceuolaſ & curtioſ et decioſ non ſibi inferendo penaſ ſed illataſ ferendo: et uirtute uera: qm̃ uera pietate & innumerabili multitudine ſuperarũt. Sed cũ illi eſſent in ciuitate terrena: qbuſ propoſituſ erat oĩum pro illa offitiorum finiſ incolumitaſ euiſ & regnũ: nó in celo ſed in terra: nó in uita eterna: ſed in deceſſione morientium & ſucceſſióe moriturorũ: qd aliud amarent q̃ gloriam: qua uolebãt etiã poſt mortem tanq̃ uiuere in ore laudantium?

QVibuſ ergo nó erat deuſ daturuſ uitã eternam cũ ſanctiſ angeliſ ſuiſ in ciuitate ſua celeſti: ad cuiuſ ſocietatem pietaſ uera perducit: que nó exhibet ſeruitutem religioniſ quã latriam greci uocant: niſi uni uero deo: ſi neq; hanc eiſ terrenã gloriã excellentiſſimi imperii cóccederet: nó redderetur merceſ boniſ artibuſ eorũ: id eſt uirtutibuſ qbuſ ad tantam gloriã peruenire nitebãtur. De talibuſ enĩ qui propter hoc boni aliquid facere uidentur ut glorificentur ab hóibuſ: etiã dominuſ ait. Amen dico uobiſ ceperũt mercedem ſuam. Sic et iſti ꝓuataſ reſ ſuaſ pro re cõi hoc eſt republica: et pro euiſ erario contempſerunt: auaritie reſtiterunt: conſuluerunt patrie conſilio libero: neq; delicto ſcd̃m ſuaſ legeſ neq; libidini obnoxii. Sed hiſ oĩbuſ artibuſ tanq̃ uera uia niſi ſunt ad honoreſ imperiũ: gloriã: honorati ſunt in oĩbuſ fere gẽtibuſ: imperii ſui legeſ impoſuerũt multiſ gentibuſ: hodieq; litteriſ & hiſtoria glorioſi ſunt pene in omnibuſ gentibuſ: non eſt quod de ſummi & ueri dei iuſticia conquerantur: perceperunt mercedem ſuam.

MErceſ aũt ſanctorũ longe alia eſt: etiã hic opprobria ſuſtinentiũ pro ciuitate dei: que mũdi huiuſ dilectoribuſ odioſa eſt. Illa ciuitaſ ſempiterna ẽ: ibi nulluſ oritur quia nulluſ moritur. Ibi eſt uera & plena felicitaſ: nó dea ſed donũ dei. Inde fidei pignuſ accepimuſ: q̃diu peregrinanteſ euiſ pulchritudini ſuſpiramuſ. Ibi non oritur ſol ſup bonoſ & maloſ: ſed ſol iuſticie ſoloſ protegit bonoſ. Ibi nó erit magna induſtria ditare erarium publicum priuatiſ rebuſ anguſtiſ: ubi theſauruſ cómuniſ eſt ueritatiſ. Proinde nó ſolũ ut taliſ merceſ talibuſ hóibuſ redderetur romanũ impiũ ad hũanam gloriam dilatatũ eſt: uerum etiã ut ciueſ eterne illiuſ ciuitatiſ q̃diu hic peregrinãtur diligenter & ſobrie illa intueãtur exempla: et uideant quãta dilectio debeatur ſuperne patrie propter uitam eternã: ſi tantũ a ſuiſ ciuibuſ terrena dilecta eſt propter hoĩm gloriam. Quantũ enim ꝑtinet ad hanc uitã mortaliũ que paucis diebuſ ducitur & finitur: qd intereſt ſub cuiuſ imperio uiuat homo moriturus: ſi illi qui imperant ad impia & iniqua non cogant. Aut uero aliquid nocuerunt romani gentibuſ qbuſ ſubiugatiſ impoſuerũt legeſ ſuaſ: niſi quia id factũ eſt ingenti ſtrage bellorũ: quod ſi concorditer fieret: idipm fieret meliore ſucceſſu: ſed nulla eſſet gloria triũphantiũ. Neq; n. et romani nó uiuebãt ſub legibuſ ſuiſ quaſ ceteriſ imponebãt. Hoc ſufficeret reipublice: niſi qa Marti & Bellone diſplicebat: ut nec uictoria locũ haberet nemine uincente ubi nemo pugnauerat. Nonne romaniſ & ceteriſ gẽtibuſ una eẽt eademq; cõditio: preſertim ſi mox fieret qđ poſtea grauiſſime atq; hũaniſſime factũ eſt: ut oẽs ad romanũ imperium pertinenteſ ſocietatem acciperent ciuitatiſ:

et romani ciueſ eſſent: ac ſic eſſet oīum quod erat ante paucorum tantū ꝙ plebſ illa que ſuoſ agroſ non haberet de publico uiueret / qui apparatuſ eiſ per bonoſ adminiſtratoreſ reipublice gratiuſ a concordibuſ preſtaretur: q̄ uictiſ extorqueretur?

NAm quid intereſt ad incolumitatē bonoſq́ moreſ: et ipſaſ certe hoīm dignitateſ ꝙ alii uicerunt alii uicti ſunt oīno non uideo preter illū glorie hūane inaniſſimū faſtū: in quo perceperunt mercedem ſuā q eiuſ ingenti cupiditate arſerūt: et ingentia bella geſſerunt. Nunqd enī illoꝝ agri tributa non ſoluunt? Nunqd eiſ licet diſcere quod aliiſ non licet? Nunqd non multi ſenatoreſ ſunt in aliiſ terriſ: qui romam nec facie qdem norunt? Tolle iactātiam: et oēſ hominēſ quid ſunt niſi hoīeſ? Quod ſi peruerſitaſ ſeculi admitteret ut honoratioreſ eſſent quiq́ melioreſ: nec ſic pro magno haberi debuit honor hūanuſ: quia nulliuſ eſt ponderiſ fumuſ. Sed utamur & in hiſ rebuſ beneficio dñi dei noſtri. cōſideremuſ quāta cōtempſerint: que pertulerint: quaſ cupiditateſ ſubegerint pro hūana gloria: qui eam tanq̄ mercedem talium uirtutum accipere meruerunt: et ualeat nobiſ etiā hoc ad opprimendam ſuperbiam: ut cū illa ciuitaſ in qua nobiſ regnare ꝓmiſſum eſt: tm̄ ab hac diſtet q̄tum diſtat celū a terra: a tēpali leticia uita eterna: ab inanibuſ laudibuſ ſolida gloria: a ſocietate mortaliū ſocietaſ angeloꝝ: a lumine ſoliſ & lune: lumē eiuſ qui fecit ſolem & lunam: nihil ſibi magnū feciſſe uideātur tante patrie ciueſ: ſi pro illa adipiſcenda fecerint boni operiſ aliqd uel mala aliqua ſuſtinuerint: cū illi ꝓ hac terrena iam adepta tanta fecerint: tanta perpeſſi ſint: preſertim quia remiſſio peccatorum que ciueſ ad eternam colligit patriam habet aliqd cui per umbrā quādam ſimile fuit aſylum illud romuleū: quo multitudinē qua illa ciuitaſ cōderetur: quorūlibet delictoꝝ cōgregauit impunitaſ.

QVid ergo magnū eſt ꝓ illa eterna celeſtiq́ patria cūcta ſeculi huiuſ quamlibet iocūda blandimenta contempnere: ſi pro hac tempali atq́ terrena filioſ Brutuſ potuit & occidere: quod illa facere neminē cogit? Sed certe difficiliuſ eſt filioſ interimere: q̄ qđ pro iſta faciendū eſt: ea que filiiſ cōgreganda uidebant̄ atq́ ſeruanda: uel donare paupibuſ: uel ſi exiſtat tēptatio que id ꝓ fide atq́ iuſticia fieri cōpellat amittere. Feliceſ enī uel noſ uel filioſ noſtroſ nō diuicie terrene faciunt: aut nobiſ uiuentibuſ amittende: aut nobiſ mortuiſ a qbuſ neſcimuſ uel forte a qbuſ nolumuſ poſſidende. Sed deuſ feliceſ facit qui ē mentiū uera opulentia. Bruto aūt quia filioſ occidit: infelicitatiſ ꝑhibet teſtimoniū etiā poeta laudator. Ait enim. Natoſq́ pater noua bella mouēteſ. Ad penā pulchra ꝓ libertate uocabit. Infelix utcūq́ ferent ea facta minoreſ. Sed uerſu ſequenti cōſolatuſ eſt infelicē. Vincit amor patrie laudūq́ immenſa cupido. Hec ſunt duo illa libertaſ & cupiditaſ laudiſ hūane: que ad facta compulit miranda romanoſ. Si ergo ꝓ libertate moriturorꝝ & cupiditate laudū que a mortalibuſ expetūtur: occidi filii a patre potuerunt: quid magnum eſt ſi pro uera libertate que noſ ab iniquitatiſ & mortiſ et diaboli dominatu liberoſ facit: nec pro cupiditate hūanarum laudum ſed caritate liberandorū hoīm: nō a Tarquinio rege: ſed a demonibuſ & demonū principe nō filii occidūtur: ſed xp̄i pauupereſ inter filioſ cōputantur? Si aliuſ etiā romanuſ princepſ cognomine Torquatuſ filiū non quia contra ipſam patriā: ſed etiā pro patria: tamē qꝛ contra imperium ſuum id ē contra quod imperauerat pater imperator: ab hoſte prouocatuſ iuuenili ardore pugnauerat: licet uiciſſet occidit: ne pluſ mali eſſet in exemplo imperii cōtempti: q̄ boni in gloria

boſtiſ o caſiſ [ut quid ſe iactent qui pro immortaliſ patrie legibuſ omnia que multo
minuſ q̃ filii diligunt bona terrena cõtempnũt? [Si Furiuſ Camilluſ etiã ingratam
patriam a duriſ ceruicibuſ acerrimoꝝ boſtiũ ueientiũ iugum depulerat: damnatuſq;
ab emuliſ fuerat: ſꝫ galliſ iterũ liberauit: qa nõ babebat potiorem ubi poſſet uiuere
glorioſiuſ: cur extollat uelut grande aliquid fecerit [qui forte in eccleſia ab inimicis
carnalibuſ uelut grauiſſimam exbonorationiſ paſſuſ iniuriam [nõ ſe ad euſ boſteſ
bereticoſ tranſtulit: aut aliquã contra illã ipſe bereſim condidit: ſed eã potiuſ q̃tum
ualuit ab bereticoꝝ pnicioſiſſima prauitate defendit: cũ alia non ſit non ubi uiuat̃
in boĩm gloria: ſed ubi uita acqratur eterna? [Si Muciuſ ut cum Porcenna rege pax
fieret: q grauiſſimo bello romanoſ premebat: ſꝫ qa Porcennã ipm occidere nõ potuit:
et pro eo alterũ deceptuſ occidit: ſin ardentẽ aram ante euſ oculoſ dexterã extendit
dicenſ: multoſ taleſ q̃lem illũ uideret in euſ exitium cõiuraſſe: [Cuiuſ ille fortitudinẽ
& cõiurationẽ taliũ pborreſcenſ: ſine ulla dilatione ſe ab illo bello facta pace com/
peſcuit: [quiſ regno celoꝝ imputaturuſ eſt merita ſua: ſi pro illo non unam manum
neq; hoc ſibi ultro facienſ: ſed pſequente aliquo patienſ totum flammiſ impenderit?
Si Curtiuſ armatuſ equo concito in abruptũ biatum terre ſe precipitem dedit: deoꝝ
ſuoꝝ oraculiſ ſeruienſ [qui iuſſerat ut illuc id qđ romani baberent optimũ mitterẽt:
nec aliud intelligere potuerunt q̃ uiriſ armiſq; ſe excellere: unde uidelicet oportebat
ut deoꝝ iuſſiſ in illũ interitũ uir precipitaretur armatuſ [quid ſe magnũ pro eterna
patria feciſſe dicturuſ eſt: qui aliquẽ fidei ſue paſſuſ inimicum [nõ ſe ultro in talem
mortẽ mittenſ ſed ab illo miſſuſ obierit [q̃ñqdem a dño ſuo eodemq; rege patrie ſue
certiuſ oraculum accepit [nolite timere eoſ q corpuſ occidunt: aĩam aũt non poſſunt
occidere? [Si ſe occidendoſ certiſ uerbiſ quodãmodo conſecranteſ decii deuouerũt: ut
illiſ cadentibuſ & iram deoꝝ ſanguine ſuo placantibuſ: romanuſ liberaretẽ exercituſ:
[nullo mõ ſupbiant ſancti martireſ tanq̃ dignũ aliqd pro illiuſ patrie participatiõe
fecerint: ubi eterna ẽ & uera felicitaſ [ſi p qua uſq; ad ſui ſanguiniſ effuſionẽ non ſolũ
ſuoſ fratreſ p qbuſ fũdebat: uerũ & ipoſ inimicoſ a qbuſ fundebat: ſicut eiſ preceptũ
eſt diligenteſ: caritate fide: et fidei caritate certarunt [Si Marcuſ Publiuſ dedicanſ
edem Iouiſ Iunoniſ Mineruę [falſo ſibi ab inuidiſ morte filii nũtiata: ut illo nũtio
perturbatuſ abſcederet: atq; ita dedicationiſ gloriam collega euſ conſequeretur [ita
cõtempſit ut eũ proiici etiã inſepultum iuberet [ſic in euſ corde orbitatiſ dolorem
glorie cupiditaſ uicerat [qd magnũ ſe pro euangelii ſancti predicatione: qua cuetſ
ſuperne patrie de diuerſiſ liberant & colligunt erroribuſ feciſſe dicturuſ eſt [cui dñſ
de ſepultura patriſ ſui ſolicito ait: ſequere me & ſine mortuoſ ſepelire mortuoſ ſuoſ?
[Si Marcuſ Reguluſ ne crudeliſſimoſ boſteſ iurando falleret: ad eoſ ab ipſa roma
reuerſuſ eſt: qm ſicut romaniſ eum tenere uolentibuſ reſpondiſſe fertur: poſteaq̃ afriſ
ſeruierat: dignitatem illic boneſti ciuiſ babere nõ poſſet [eũq; cartbaginenſeſ quoniã
contra eoſ in romano ſenatu egerat grauiſſimiſ ſuppliciiſ necauerunt [qui cruciatuſ
nõ ſunt pro fide illiuſ patrie cõtempnendi: ad cuiuſ beatitudinẽ fideſ ipſa perducit?
[Aut quid retribuetur domino pro omnibuſ que retribuit: ſi pro fide que illi debetur
talia fuerit bomo paſſuſ: qualia pro fide quã pnicioſiſſimiſ inimiciſ debebat paſſuſ
eſt Reguluſ? [Quomõ aũt ſe audebit extollere de uoluntaria paupertate xpianuſ:
ut in buiuſ uite peregrinatiõe expeditior ambulet uiam que perducit ad patriã: ubi
uere diuitie ipſe deuſ eſt [cũ audiat uel legat Luciũ Valeriũ qui in ſuo defunctuſ eſt
cõſulatu uſq; adeo fuiſſe paupem: ut nummiſ a populo collatiſ euſ ſepultura curaretẽ?
[Audiat uel legat Quintium Cincinnatum cum quatuor iugera poſſideret: et ea ſuiſ

manibuſ coleret: ab aratro eſſe abductum ut dictator fieret. maior utiq; honore q̃ conſulſ. uictiſq; hoſtibuſ ingentẽ gloriam conſecutũ in eadem paupertate manſiſſe. Aut quid ſe magnũ feciſſe predicabit: qui nullo premio mũdi huiuſ fuerit ab eterne illiuſ patrie ſocietate seductuſ. cũ Fabricium didicerit tantiſ muneribuſ Pirri regiſ epyrotarum: promiſſa etiã quarta parte regni romana ciuitate nõ potuiſſe diuelli: ibiq; in ſua paupertate priuatũ manere uoluiſſe. Nam illud quod rempublicã id eſt rem populi: rem patrie: rem cõmunem: cũ haberent opulentiſſimã atq; ditiſſimam: ſic ipſi in ſuiſ domibuſ paupereſ erant. ut quidam eorum qui iam biſ conſul fuiſſet: ex ſenatu pauperũ hoĩm pelleretur notatiõe cenſoria: q decem pondo argenti in uaſiſ habere copertuſ eſt, Ita idem ipſi pauperes erant: quoꝝ triumphiſ publicũ ditabat erarium. Nonne omẽſ chriſtiani qui excellentiore propoſito diuitiaſ ſuaſ cõmuneſ faciunt: ſcd̃m q ſcriptum eſt in actibuſ apoſtolorũ: ut diſtribuatᷣ ſicut cuiq; opuſ ẽ: ut nemo dicat aliquid proprium. ſed ſint illiſ omĩa cõmunia. intelligunt ſe nulla ob hoc uentilari oportere iactantia: id faciendo pro obtinenda ſocietate angeloꝝ: cum pene tale aliquid illi fecerint pro cõſeruanda gloria romanorum. Hec et alia ſiqua reperiũtur in litteriſ eoꝝ: quãdo ſic innoteſcerent: q̃n tanta fama predicarẽtur: niſi romanũ imperiũ longe lateq; porrectũ magnificiſ ſucceſſibuſ augeretur. Proinde p illud imperium tam magnũ tamq; diuturnũ. tamq; uirorũq; tantorũ uirtutibuſ preclarũ atq; glorioſum fecit illoꝝ intentiõi merceſ quã querebant ẽ reddita: et nobiſ pꝑoſita neceſſarie cõmonitioniſ exempla. ut ſi uirtuteſ quarũ iſte utcunq; ſunt ſimileſ quaſ iſti p ciuitatiſ terrene gloria tenuerũt. pro dei glorioſiſſima ciuitate nõ tenuerimuſ: pudore pungamur. ſi tenuerimuſ: ſuperbia non extollamur. Quoniam ſicut dicit apoſtoluſ. Indigne ſunt paſſioneſ huiuſ tẽporiſ ad futuram gloriam que reuelabitᷣ in nobiſ. Ad hũanam uero gloriam preſentiſq; tẽporiſ ſatiſ digna uita extimabatur illorum. Vnde etiã iudei qui xp̃m occiderunt: reuelante teſtamento nouo quod in ueteri uelatũ fuit: ut nõ pro terreniſ & tẽporalibuſ beneficiiſ que diuina puidentia permixte boniſ maliſq; concedit: ſed pro eterna uita muneribuſq; perpetuiſ et ipſiuſ ſupne ciuitatiſ ſocietate colatᷣ deuſ unuſ & uerus. rectiſſime nec iſtoꝝ gloria donati ſunt: ut hi qui qualibuſcunq; uirtutibuſ terrenã gloriam queſierunt & acquiſierũt: uincerent eoſ qui magniſ uitiiſ datorem uere glorie & ciuitatiſ eterne occiderũt atq; reſpuerunt.

INtereſt ſane inter cupiditatem hũane glorie. et cupiditatẽ dominationiſ. Nam licet procliue ſit: ut qui hũana gloria nimium delectatur: etiã dominari ardenter affectet. tamẽ qui ueram licet hũanarum laudum gloriã concupiſcũt: dant operam bene iudicãtibuſ nõ diſplicere. Sunt enĩ multa in moribuſ bona de q̃buſ multi bene iudicant. q̃uiſ ea multi non habeant: et per ea bona moꝝ nitũtur ad gloriã & imperiũ uel dominationem: de q̃buſ ait Saluſtiuſ. Sed ille uera uia nititur. Quiſquiſ aũt ſine cupiditate glorie qua ueretur homo bene iudicãtibuſ diſplicere: dñari atq; imperare deſiderat: etiã per apertiſſima ſcelera querit plerũq; obtinere quod diligit. Proinde q gloriam cõcupiſcit: aut uera uia nititur. aut certe doliſ atq; fallaciiſ cõtendit: uolenſ bonuſ uideri quod nõ eſt. Et ideo uirtuteſ habenti magna uirtuſ eſt contemnere gloriam. quia cõtemptuſ eiuſ in cõſpectu dei eſt. iudicio aũt non reperitur humano. Quidquid enĩ fecerit ad oculoſ hoĩm quo glorie cõtemptor appareat. ad maiorem laudem hoc ẽ ad maiorẽ gloriã facere ſi credatur: non ẽ unde ſe ſuſpicantiũ ſenſibuſ aliter eſſe q̃ ſuſpicantur oſtendat. Sed qui cõtemnit iudicia laudantiũ: contemnit etiã ſuſpicantiũ temeritatem. quoꝝ tamẽ ſi uere bonuſ eſt nõ contemnit ſalutem.

quoniā tante iuſticie eſt q̄ de ſpiritu dei uirtutes habet: ut etiā ipſos diligat inimicos: et ita diligat: ut ſuos oſores uel detractores uelit correctos habere conſortes: non in terrena patria ſed ſuperna. In laudatoribus aūt ſuis q̄uis paruipendat q̄ eum laudāt: nō tamē paruipendit q̄d amant. nec eos uult fallere laudantes: ne decipiat diligentes. Ideoq; inſtat ardenter ut potius ille laudetur: a quo habet homo quidq̄d in eo iure laudatur. Qui autem contemptor glorie dominationis eſt auidus: beſtias ſuperat: ſiue crudelitate uitiis ſiue fluxu luxurie. Tales quidem romani fuerunt. Non enim cura exiſtimationis amiſſa dominationis cupiditate caruerūt. Multos tales fuiſſe prodit hiſtoria. Sed huius uicii ſummitatem & quaſi arcem quandam Nero Ceſar primus obtinuit. Cuius fuit tāta luxuries: ut nihil ab eo putaretur uirile metuēdum. tanta crudelitas: ut nihil molle habere crederetur ſi neſciretur. Etiam talibus dominandi poteſtas nō datur niſi ſummi dei prouidentia: q̄n res hūanas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re uox diuina eſt: loquēte dei ſapientia. Per me reges regnāt: et tiranni per me tenent terram. Sed ne tiranni non peſſimi atq; improbi reges: ſed ueteri noīe fortes dicti exiſtimētur. unde ait Virgilius. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tiranni. aperiſſime alio loco de deo dictum eſt: qui regnare facit hominē ypocritam propter peruerſitatem populi. Quāobrem q̄uis ut potui ſatis expoſuerim: qua cauſa deus unus uerus & iuſtus romanos ſcd'm quādam formā terrene ciuitatis bonos adiuuerit: ad tanti imperii gloriam cōſequēdam: poteſt tamē & alia cauſa eē latentior propter diuerſa merita generis hūani deo magis nota q̄ nobis. dum illud conſtet inter omēs ueraciter pios: neminē ſine uera pietate id eſt ueri dei cultu ueram poſſe habere uirtutem. nec eam ueram eſſe quādo glorie ſeruit hūane. Eos tamē q̄ ciues nō ſunt ciuitatis eterne: que in ſacris litteris noſtris dicitur ciuitas dei: utiliores eſſe terrene ciuitati quādo habent uel ipam: q̄ ſi nec ipſam. Illi aūt qui uera pietate prediti bene uiuūt: ſi hanc ſciētiā regendi populos cōſectati ſunt: nihil eſt felicius rebus hūanis: q̄ ſi deo miſerante habeāt poteſtatem. Tales aūt homīes uirtutes ſuas quātaſcūq; in hac uita poſſunt habere non tribuunt niſi gratie dei: q̄ eas uolentibus credentibus petentibuſq; dederit. Simulq; intelligunt q̄tum ſibi deſit ad pfectionē iuſticie: q̄lis eſt in illoꝝ ſcōꝝ angeloꝝ ſocietate cui ſe nituntur aptare. Quantūlibet aūt laudetur atq; predicetur uirtus que ſine uera pietate ſeruit hoim glorie: nequaq̄ ſanctoꝝ exiguis initiis cōparanda eſt: quoꝝ ſpes poſita eſt in gratia & miſericordia ueri dei.

Olent philoſophi q̄ finē boni hūani in ipa uirtute conſtituunt: ad ingerendū pudorem q̄buſdam philoſophis qui uirtutes q̄dem probant: ſed eas uoluptatis corporalis fine metiuntur: et illā per ſeipam putant appetendam: iſtas pp̄ter ipam: tabulam quandam uerbis pingere. ubi uoluptas in ſella regali quaſi delicata quedā regina conſideat: eiq; uirtutes famule ſubiciātur: obſeruantes eius nutum ut faciant quod illa imperauerit. Que prudētie iubeat: ut diligenter inquirat quomō uoluptas regnet & ſalua ſit. Iuſticie iubeat: ut preſtet bñficia que pōt ad cōparandas amicicias corporalibus cōmodis neceſſarias: nulli faciat iniuriam: ne offenſis legibus uoluptas uiuere ſecure non poſſit. Fortitudini iubeat: ut ſi dolor corpori acciderit q̄ non cō/pellat in mortem: teneat dominā ſuā id ē uoluptatē fortiter in aīmi cogitatiōe: ut p priſtinaꝝ deliciarū ſuaꝝ recordationē mitiget preſentis doloris aculeos. Temperantie iubeat ut tantū capiat alimentorū & ſiqua delectāt: ne p immoderationē noxium aliq̄d ualitudinem turbet: et uoluptas quā etiā in corporis ſanitate epicurei maxīam ponunt grauiter offendatur. Ita uirtutes cū tota ſue glorie dignitate: tanq̄ imperioſe

cuidam etiā inhoneſte mulieraule ſeruient uoluptati. Nihil hac pictura dicunt eſſe ignominioſiuſ & deformiuſ: et quod minuſ bonorū ferre poſſit aſpectuſ. et uerū dicūt. Sed nō exiſtimo ſatiſ debiti decoriſ eſſe picturam: ſi etiā taliſ fingatur ubi uirtuteſ hūane glorie ſeruiant. Licet enī iſta gloria delicata mulier nō ſit: inflata tamē eſt & multū inanitatiſ habet. Vnde nō ei digne ſeruit ſoliditaſ quedā firmitaſq; uirtutum. ut nihil prouideat prudentia: nihil diſtribuat iuſtitia: nihil tolleret fortitudo: nihil tēperantia moderetur: niſi unde placeatur hōibuſ et uentoſe glorie ſeruiatur. Nec illi ſe ab iſta defenderunt feditate: q cū aliena ſpernāt iudicia uelut glorie cōtemptoreſ: ſibi ſapienteſ uidentur & ſibi placent. Nam eoꝝ uirtuſ ſi tamē ulla eſt: alio mō quodam humane ſubditur laudi. Neq; enī ipſe qui ſibi placet homo nō eſt. Qui autē uera pietate i deū quē diligit credit & ſperat: pluſ intēdit in ea in qbuſ ſibi diſplicet: q̄ in ea ſiqua in illo ſunt que nō tam ipſi q̄ ueritati placent. Neq; id tribuit unde iā pōt placere: niſi euiſ miſericordie cui metuit diſplicere: de hiſ ſanatiſ gratiaſ agenſ: de illiſ ſanandiſ preceſ fundenſ.

QVe cū ita ſint: nō tribuamuſ dandi regni atq; imperii poteſtatē: niſi deo uero qui dat felicitatem in regno celoꝝ nō niſi ſoliſ piiſ: regnū uero terrenū & piiſ et impiiſ: ſicut ei placet cui nihil iniuſte placet. Quāuiſ enī aliquid dixerimuſ quod aptum nobiſ eſſe uoluit: tamē multū eſt ad noſ & ualde ſuperat uireſ noſtraſ hoīm occulta diſcutere: et liquido examine merita diiudicare regnoꝝ. Ille igitē unuſ uerus deuſ: qui nec iudicio nec adiutorio deſerit genuſ hūanum: quādo uoluit & quātum uoluit romaniſ regnum dedit: qui dedit aſſyriiſ uel etiā perſiſ: a qbuſ ſoloſ duoſ deoſ coli: unū bonū alterū malum continent littere iſtoꝝ: ut taceā de populo hebreo de quo iam dixi q̄tum ſatiſ uiſum ē: qui preter unū deū non coluit & quādo regnauit. Qui ergo perſiſ dedit ſegeteſ ſine cultu dee Segetie: q alia dona terrarū ſine cultu tot deorum: quoſ iſti rebuſ ſinguliſ ſinguloſ: uel etiā rebuſ ſinguliſ plureſ prepoſuerunt: ipſe etiā regnū dedit ſine cultu eoꝝ per quoꝝ cultū ſe iſti regnaſſe crediderunt. Sic etiā hōibuſ q Mario ipſe Gaio Ceſari: qui Auguſto ipſe & Neroni: q Veſpaſianiſ uel patri uel filio ſuauiſſimiſ imperatoribuſ: ipſe & Domitiano crudeliſſimo. Et ne p ſinguloſ ire neceſſe ſit: q Conſtantino xpiano: ipſe apoſtate Iuliano: cuiuſ egregiā indolem decepit amore dñandi ſacrilega & deteſtāda curioſitaſ: cuiuſ uaniſ deditus oraculiſ erat: quādo fretuſ ſecuritate uictorie naueſ qbuſ uictuſ neceſſariuſ portabat incēdit. Deinde feruide inſtanſ i modicaſ auſibuſ: et mox merito temeritatiſ occiſuſ: in lociſ hoſtilibuſ egenū reliquit exercitū: ut aliter inde nō poſſet euadi: niſi contra illud auſpicium dei Termini de quo ſuperiore libro diximuſ romani imperii termini mouerent. Ceſſit enī Terminuſ deuſ neceſſitati: q nō ceſſerat Ioui. Hec plane deuſ unuſ & uerus regit & gubernat ut placet. Et ſi occultiſ cauſiſ et nunquid iniuſtiſ?

SIc etiā tempora ipſa belloꝝ: ſicut in eiuſ arbitrio ē iuſtoq; iudicio & miſericordia: uel atterere uel cōſolari genuſ hūanum: ut alia citiuſ alia tarduſ finiantē: bellū piratarū a Pompeio: bellū punicum tertiū a Scipione incredibili celeritate & temporiſ breuitate cōfecta ſunt. Bellum quoq; fugitiuoꝝ gladiatoꝝ quāuiſ multiſ romaniſ ducibuſ & duobuſ cōſulibuſ uictiſ: italiaq; horribiliter cōtrita atq; uaſtata: tertio tamē anno poſt multa conſumpta cōſumptum eſt. Picenteſ: marci: et peligni gēteſ nō externe ſed italice: poſt diuturnā & deuotiſſimā ſub romano iugo ſeruitutē in libertatem caput erigere temptauerunt: iam multiſ nationibuſ romano imperio

ſubiuganiſ: deletaq; carthagine. In quo bello italico romaniſ ſepiſſime uictiſ: ubi & duo cõſuleſ perierũt et alii nobiliſſimi ſenatoreſ, nõ diuturno tamẽ tempore tractũ ẽ hoc malũ. Nam qntuſ ei annuſ finẽ dedit. Sed bellũ punicũ ſecundũ cum maximiſ detrimẽtiſ & calamitate reipublice p annoſ decẽ & octo romanaſ uireſ extenuauit et pene conſumpſit: in duobuſ preliiſ ferme. lxx. romanoꝝ milia ceciderunt. Bellum punicũ primũ per. xx. & treſ annoſ peractũ eſt. Bellum mitridaticũ. xl. anniſ. Ac ne quiſq̃ arbitretur rudimenta romanoꝝ fuiſſe fortiora ad bella citiuſ pagenda: ſuperioribuſ temporibuſ multũ in omi uirtute laudatiſ bellum ſamniticũ anniſ tractum eſt ferme qnq̃ginta: in quo bello ita romani uicti ſunt: ut ſub iugũ etiã mitterent. Sed quia non diligebant gloriã propter iuſticiã: ſed iuſticiã propter gloriã diligere uidebant, pacem factam fedusq; ruperunt. Hec ideo cõmemoro: qm̃ multi p̃teritaꝝ rerũ ignari: qdam etiã diſſimulatoreſ ſue ſcientie: ſi tẽporibuſ xp̃ianiſ aliquod bellũ paulo diutiuſ trahi uidẽt: illico in nrãm religionẽ pteruiſſime inſiliunt exclamãteſ q̄ ſi illa nõ eſſet & uetere ritu numia colerent: iã romana illa uirtute que adiuuãte Marte & Bellona tanta celeriter bella confecit: id quoq; celerrime finiret. Recolãt igit̃ qui legerũt q̃ diuturna bella: q̃ uariiſ euentibuſ: q̃ luctuoſiſ cladibuſ a ueteribuſ ſint geſta romaniſ: ſicut ſolet orbiſ terrarũ uelut procelloſiſſimũ pelaguſ uaria taliũ maloꝝ tempeſtate iactari: et quod nolunt aliquãdo fateãtur: nec inſaniſ aduerſuſ deũ linguiſ ſe interimant: et decipiant imperitoſ.

Quod tamẽ noſtra mẽoria recentiſſimo tẽpore deuſ mirabiliter & miſericorditer fecit: non cum gratiarũ actione cõmemorant: ſed q̃tum in ipiſ eſt oĩum ſi fieri poteſt hoim obliuione ſepelire conãtur. Quod a nobiſ ſi tacebitur: ſimiliter erimuſ ingrati. Cum Radagayſuſ rex gothorũ agmine ingenti etiã immani tam in urbiſ uicinia cõſtitutuſ: romaniſ ceruicibuſ immineret: uno die tanta celeritate ſic uictuſ eſt: ut ne uno qdem nõ dicam extincto ſed uulnerato romanorũ: multo ampliuſ q̃ centũmiliũ proſterneretur euiſ exercituſ: atq; ipſe cum filiiſ mox captuſ pena debita necaretur. Nam ſi ille tam impiuſ cũ tantiſ & tã impiiſ copiiſ romã fuiſſet ingreſſuſ: cui peperiſſet? Quibuſ honorẽ locuſ martirũ detuliſſet? In qua pſona deũ timeret? Cuiuſ nõ ſanguinem effuſum: cuiuſ pudiciciam uellet intactam? Quaſ aũt iſti pro diiſ ſuiſ uoceſ haberent: quãta inſultatione iactarent: q̄ ideo ille uiciſſet: ideo tanta potuiſſet: qa quotidianiſ ſacrificiiſ placabat atq; inuitabat deoſ: qđ romanoſ facere chriſtiana religio nõ ſinebat. Nam propinquãte iam illo hiſ locis ubi nutu ſumme maieſtatiſ oppſſuſ eſt: cũ eiuſ fama ubiq; crebreſceret: nobiſ apđ carthaginẽ dicebat: hoc credere: ſpergere: iactare paganoſ: q̄ ille diiſ amiciſ ptegẽtibuſ & opitulantibuſ qbuſ immolare quotidie ferebat: uinci oĩno non poſſet ab eiſ qui talia diiſ romaniſ ſacra nõ facerent: nec fieri a quoq̃ permitterent. Et non agunt miſeri gratiaſ tante miſericordie dei: qui cũ ſtatuiſſet irruptiõe barbarica grauiore dignoſ moreſ hoim caſtigare: indignatiõnẽ ſuam tanta mãſuetudine temperauit: ut illũ primo faceret mirabiliter uinci: ne ad infirmoꝝ aĩmoſ euertendoſ gloria daretur demõibuſ qbuſ eũ ſupplicare conſtabat. Deinde cũ ab hiſ barbariſ roma caperetur: qui contra oẽm cõſuetudinem belloꝝ ante geſtorũ ad loca ſancta cõfugienteſ chriſtiane religioniſ reuerentia tuerentur: & ipſiſq; demõibuſ atq; impiorum ſacrificioꝝ ritibuſ de qbuſ ille preſumpſerat ſic aduerſarent pro noĩe chriſtiano: ut longe atrociuſ bellum cũ eiſ q̃ cũ hoĩbuſ gerere uiderentur: ſic ita ueruſ dominuſ gubernatorq; rerũ & romanoſ cum miſericordia flagellauit: et tamẽ incredibiliter uictiſ ſupplicatoribuſ demonum: nec

ſaluti rerũ preſentiũ neceſſaria eſſe ſacrificia illa mõſtrauit; ut ab hiſ q nõ putaciter contendunt ſed prudenter attendunt: nec propter preſenteſ neceſſitateſ religio uera deſeratur: et magiſ eterne uite fideliſſima expectatione teneatur.

NEq; enim noſ xp̃ianoſ quoſdam impatoreſ ideo feliceſ dicimuſ: q̃a uel diutiuſ imperarũt: uel imperanteſ filioſ morte placida reliquerũt: uel hoſteſ reipublice domuerũt: uel inimicoſ ciueſ aduerſuſ ſe inſurgenteſ & cauere et opp̃mere potuerũt. Hec et alia uite huiuſ erũnoſe uel munera uel ſolacia: q̃dam etiã cultoreſ demonũ accipere meruerunt: qui non pertinent ad regnũ dei quo pertinent iſti: et hoc ipſiuſ miſericordia factũ eſt: ne ab illo iſta q in eũ crederent uelut ſũma bona deſiderarẽt. Sed feliceſ eoſ dicimuſ ſi iuſte imperant: ſi inter linguaſ ſublimiter honorantium: et obſequia nimiſ hũiliter ſalutantium non extollũtur: ſed ſe hoieſ eſſe meminerunt: ſi ſuã poteſtatem ad dei cultũ maxime dilatãdum maieſtati eiuſ famulã faciũt: ſi deũ timent diligunt & colunt: ſi pluſ amant illud regnũ ubi nõ timent habere cõſorteſ: ſi tardiuſ uindicãt facile ignoſcũt: ſi eandẽ uindictã pro neceſſitate regende tuẽdeq; reipublice: nõ pro ſaturandiſ inimicitiarum odiiſ exerunt: ſi eandem ueniam non ad impunitatẽ iniquitatiſ ſed ad ſpem correctioniſ indulgent: ſi quod aſpere coguntur plerũq; decernere: miſericordie lenitate & beneficiorũ largitate cõpenſãt: ſi luxuria tanto eiſ eſt caſtigatior quanto poſſet eſſe liberior: ſi malunt cupiditatibuſ prauiſ q̃ quibuſlibet gentibuſ imparare. Et ſi hec oĩa faciũt nõ propter ardorẽ inaniſ glorie: ſed caritatem felicitatiſ eterne: ſi pro ſuiſ peccatiſ hũilitatiſ & miſerationiſ et oratioĩſ ſacrificiũ deo ſuo uero immolare nõ negligunt. Taleſ chriſtianoſ impatoreſ dicimuſ eſſe feliceſ interim ſpe: poſtea re ipſa futuroſ: cum id quod expoſcimuſ aduenerit.

NAm bonuſ deuſ ne hoieſ qui eũ crederẽt propter eternam uitam colendũ: haſ ſublimitateſ & regna terrena exiſtimarẽt poſſe neminẽ cõſequi niſi demõibuſ ſupplicaret: q̃ hi ſpirituſ in talibuſ multũ ualerent: Conſtantinũ imperatorem non ſupplicantẽ demõibuſ ſed ipm uerũ deũ colentẽ tantiſ terreniſ impleuit muneribuſ: quanta optare nulluſ auderet. Cui etiã condere ciuitatem romano imperio ſociam: uelut ipſiuſ rome filiam: ſed ſine aliquo demonũ templo ſimulacroq; conceſſit. Diu imperauit: uniuerſum orbem romanum unuſ Auguſtuſ tenuit & defẽdit: in admi/niſtrandiſ & gerendiſ belliſ uictorioſiſſimuſ fuit: in tirãniſ opprimendiſ per omnia proſperatuſ eſt. Grandeuuſ egritudine & ſenectute defunctuſ eſt: filioſ imperanteſ reliquit. Sed ruſuſ ne imperator quiſq̃ ideo xp̃ianuſ eſſet: ut felicitatẽ Conſtantini mereretur: cũ propter uitam eternã quiſq; debeat eẽ chriſtianuſ: Iouinianũ multo citiuſ q̃ Iulianum abſtulit: Gratianũ ferro tirãnico permiſit interimi. Longe q̃dem mitiuſ q̃ magnũ Pompeium colentem uidelicet romanoſ deoſ. Nam ille uindicari a Catone nõ potuit: quẽ ciuiliſ belli quodãmodo heredem reliquerat: iſte aũt quãuiſ pie aĩe ſolacia talia nõ requirant: a Theodoſio uindicatuſ eſt: quẽ regni pticipem fecerat: cum paruulũ haberet & fratrem: auidior fide ſocietatiſ q̃ nimie poteſtatiſ.

VNde et ille non ſolum uiuo ſeruauit quã debebat fidem: uerum etiã poſt eiuſ mortem pulſum ab eiuſ interfectore maximo Valentinianum eiuſ paruulum frẽm in ſui parteſ imperii tanq̃ xp̃ianuſ excepit pupillũ: paterno cuſtodiuit affectu: quẽ deſtitutum oĩbuſ opibuſ nullo negocio poſſet auferre: ſi latiuſ regnãdi cupi/ditate magiſ q̃ bñfaciendi caritate flagraret. Vnde potiuſ eũ ſeruata eiuſ impatoria

dignitate ſuſceptum: ipſa hũanitate & gratia conſolatuſ eſt. Deinde cum maximuſ
terribileſ faceret illi ſucceſſuſ: hic in anguſtiiſ curarũ ſuarũ non eſt lapſuſ ad curioſi/
tateſ ſacrilegaſ atq; illicitaſ: ſed ad Iohãnem in egipti heremo conſtitutum: quẽ dei
ſeruũ pphetandi ſpiritu preditũ fama crebreſcente didicerat miſit: atq; ab eo nunciũ
uictorie certiſſimũ accepit. Mox tiranni maximi extinctor: Valentinianũ puerũ
imperii ſui partibuſ unde fugatuſ fuerat cum miſericordiſſima ueneratione reſtituit:
eoq; ſiue per inſidiaſ: ſiue quo alio pacto uel caſu proxime extincto: aliũ tirannum
Eugeniũ qui in illiuſ imperatoriſ locũ non legitime fuerat ſubrogatuſ: accepto rurſuſ
prophetico reſponſo fide certuſ oppreſſit: contra cuiuſ robuſtiſſimũ exercitũ magiſ
orando q̃ feriendo pugnauit. Militeſ nobiſ qui aderant retulerunt: extorta ſibi eſſe
de manibuſ quecumq; iaculabãtur: cũ a Theodoſii partibuſ in aduerſarioſ uehemenſ
uentuſ iret: et non ſolum quecũq; in eoſ iaciebantur cõcitatiſſime raperet: uerũ etiã
ipſoꝝ tela in eoꝝ corpora retorqueret. Vnde et poeta Claudianuſ quãuiſ a chriſti
nõie alienuſ: in eiuſ tamẽ laudibuſ dixit. O nimiũ dilecte deo cui fudit ab aſtriſ. Se
Ioiuſ armatuſ: uehemenſ tibi militat ether. Et coniurati ueniunt ad claſſica uenti.
Victor aũt ſicut crediderat & predixerat: Iouiſ ſimulachra que aduerſuſ eũ fuerãt
neſcio qbuſ ritibuſ uelut conſecrata: et in alpibuſ conſtituta: depoſuit: eorũq; fulmĩa
q aurea fuiſſent iocantibuſ q illa letitia pmittebat curſoribuſ: et ſe ab eiſ fulminari
uelle dicentibuſ: hilariter benigneq; donauit. Inimicoꝝ ſuoꝝ filioſ quoſ non ipſiuſ
iuſſuſ: ſed belli abſtulerat impetuſ: etiã nõdum chriſtianoſ ad eccleſiam cõfugienteſ:
chriſtianoſ hac occaſione fieri uoluit: et xpiana caritate dilexit: nec priuauit rebuſ
ſed auxit honoribuſ. In neminem poſt uictoriã priuataſ inimicitiaſ ualere pmiſit:
bella ciuilia nõ ſicut Cinna et Mariuſ & Silla et alii taleſ nec finita finire uoluerũt:
ſed magiſ doluit exorta q̃ cuiq̃ nocere uoluit terminata. Inter hec oĩa ex ipſo initio
imperii ſui nõ quieuit iuſtiſſimiſ & miſericordiſſimiſ legibuſ aduerſuſ impioſ laboranti
eccleſie ſubuenire: quam ualenſ hereticuſ fauenſ arrianiſ uehemẽter afflixerat: cuiuſ
eccleſie ſe membrũ eſſe magiſ q̃ in terriſ regnare gaudebat. Simulachra gentiũ ubiq;
euertenda precepit: ſatiſ intelligenſ nec terrena munera in demonũ: ſed in dei ueri eẽ
poſita poteſtate. Quid aũt eiuſ religioſa hũilitate mirabiliuſ: qñ in theſſalonicenſiũ
grauiſſimũ ſceluſ: cui iam epiſcopiſ intercedentibuſ promiſerat indulgentiã: tumultu
quorũdam q ei coherebãt uindicare cõpulſuſ eſt: et eccleſiaſtica coercituſ diſciplina
ſic egit penitentiã: ut imperatoriam celſitudinem pro illo populuſ oranſ magiſ fleret
uidendo proſtratã: q̃ peccando timeret iratam. Hec ille ſecũ & ſiqua ſimilia que cõ/
memorare longũ eſt bona opera tulit: ex iſto temporali uapore cuiuſ libet culminiſ
et ſublimitatiſ hũane: quoꝝ operũ merceſ eſt eterna felicitaſ: cuiuſ dator ẽ deuſ ſoliſ
ueraciter piiſ. Cetera uero bona uite huiuſ uel faſtigia uel ſubſidia: ſicut ipſũ mũdũ:
lucem auraſ terraſ aquaſ fructuſ: ipſiuſq; hoĩſ aĩam: corpuſ ſenſuſ mẽtem uitã boniſ
maliſq; largitur. In qbuſ eſt etiã quelibet imperii magnitudo: quam pro temporum
gubernatiõe diſpenſat. Proinde iam etiã illiſ reſpõdendũ eẽ uideo: q maĩfeſtiſſimiſ
documentiſ qbuſ oſtenditẽ q ad iſta temporalia que ſola ſtulti habere cõcupiſcunt:
nihil deoꝝ falſoꝝ numeroſitaſ prodeſſe: confutati atq; cõuicti conantur aſſerere: non
propter uite preſentiſ utilitatem: ſed pp̃ter eã que poſt mortẽ futura eſt eẽ colẽdoſ
deoſ. Nam iſtiſ qui propter amicitiaſ mũdi huiuſ uolũt uana colere: et nõ ſe pmitti
puerilibuſ ſenſibuſ conquerũtur: hiſ quinq; libriſ ſatiſ arbitror eſſe reſponſum. Quoꝝ
treſ prioreſ cũ edidiſſem: et in multoꝝ manibuſ eſſe cepiſſent: audiui quoſdam neſcio
quã aduerſuſ eoſ reſponſionẽ ſcribẽdo preparare. Deinde ad me perlatum eſt q iam

ſcripſerint: ſed tempuſ querant quo ſine periculo poſſint edere. Quoſ admoneo non optent quod eiſ nõ expedit. Facile eſt enĩ cuiq̃ uideri reſpondiſſe qui tacere noluit. Aut quid eſt loquacius uanitate: que non ideo poteſt quod ueritaſ: quia ſi uoluerit etiã pluſ poteſt clamare q̃ ueritaſ. Sed conſiderent omnia diligenter: et ſi forte ſine ſtudio partiũ iudicanteſ eẽ talia pſpexerint que potiuſ exagitari q̃ cõuelli poſſint: garrulitate imprudẽtiſſima & q̃ſi ſatyrica uel mimica leuitate cohibeãt ſuaſ nugaſ: et potiuſ a prudentibuſ emendari: q̃ laudari ab imprudentibuſ eligant. Nam ſi non ad libertatem uera dicendi: ſed ad licentiam maledicendi tempuſ expectant: abſit ut eiſ eueniat quod ait Tulliuſ de quodam qui peccandi licentia felix appellabatur. O miſerũ cui peccare licebat. unde quiſquiſ eſt qui maledicendi licentia felicẽ ſe putat: multo erit felicior ſi hoc illi oĩno non liceat: cum poſſit depoſita uanitate iactãtie: etiã iſto tẽpore tanq̃ ſtudio cõſulendi qdqd uoluerit contradicere: et q̃tum poſſit ab eiſ quoſ cõſulit amica diſputatione hoc ẽ honeſte grauiter libere qd oportet audire.

Q

Vinq; ſuperioribuſ libriſ ſatiſ mihi aduerſuſ eoſ uideor diſputaſſe: qui multoſ deoſ & falſoſ quoſ eſſe inutilia ſimulacra uel immũdoſ ſpũſ & perniciosa demonia: uel certe creaturaſ non creatorem ueritaſ xp̃iana cõuincit: pp̃ter uite huiuſ mortaliſ rerũq; terrenarũ utilitatẽ: eo ritu ac ſeruitute que grece latria dicitur: et uni uero deo debetur: uenerãdoſ & colendoſ putãt. Et nimie qdem ſtultitie uel pertinatie: nec iſtoſ qnq; nec ulloſ alioſ quãticunq; numeri libroſ ſatiſ eſſe poſſe quiſ neſciat. Quãdo ea putatur gloria uanitatiſ nulliſ cedere uiribuſ ueritatiſ: in perniciem utiq; eiuſ cui uitiũ tam immane dominatur. Nam et contra omnẽ curantiſ induſtriam: non malo medici ſed egroti inſanabiliſ morbuſ inuictuſ eſt. Hi uero qui ea que legunt: uel ſine ulla uel non cũ magna ac nimia ueteriſ erroriſ obſtinatiõe intellecta & cõſiderata ppendũt: ſatiuſ noſ iſto numero terminatorũ quinq; uoluminum: pluſ q̃ queſtioniſ ipſiuſ neceſſitaſ poſtulabat ſatiſfeciſſe: q̃ minuſ diſſeruiſſe iudicabunt. Totamq; inuidiã quã xp̃iane religioni de huiuſ uite cladibuſ terrenarũq; contritiõe ac mutatione rerum imperiti facere conãtur: non ſolum diſſimulantibuſ: ſed contra ſuã conſcientiam fauentibuſ etiam doctiſ quoſ impietaſ ueſana poſſedit: oĩno eſſe inanem recte cogitationiſ atq; rationiſ plenãq; leuiſſime temeritatiſ & pniciosiſſime aĩoſitatiſ dubitare nõ poterũt. Nunc ergo quoniã deinceps ut promiſſuſ ordo expetit etiã hi refellendi et docẽdi ſunt: qui nõ propter iſtã uitam ſed propter illam que poſt mortem futura eſt: deoſ gentiũ quoſ chriſtiana religio deſtruit ſiue deſeruit colendoſ eſſe contẽdunt: placet a uerid͂ico oraculo ſancti pſalmi ſumere exordiũ diſputationiſ mee: beatuſ cuiuſ eſt dominuſ deuſ ſpeſ ipſiuſ et non reſpexit in uanitateſ & inſaniaſ mendaceſ. Verũtamẽ in oĩbuſ uanitatibuſ inſaniiſq; mendacibuſ longe tolerabiliuſ philoſophi audiẽdi ſunt: qbuſ diſplicuerunt iſte opinioneſ erroreſq; populoꝝ: qui populi conſtituerunt ſimulachra numinibuſ: multaq; de hiſ quoſ deoſ im mortaleſ uocãt: falſa atq; indigna ſiue finxerũt ſiue ficta crediderunt: et credita eoꝝ cultui ſacroꝝq; ritibuſ miſcuerũt. Cum hiſ ergo hoĩbuſ qui & ſi non libere predicando: ſaltem utcunq; diſputatiõibuſ muſſitando talia ſe improbare teſtati ſunt: non uſq; adeo incõuenienter queſtio iſta tractatur. Vtrum nõ unum deũ qui fecit oẽm ſpiritualem corporalemq; creaturã: propter uitam que poſt mortem futura eſt coli oporteat: ſed multoſ deoſ quoſ ab

illo uno factos & ſublimiter collocatos ¶ quidam eorundem philoſophorum ceteris
excellentiores nobilioreſq; ſenſerunt. ¶ Ceterum quis ferat dici atq; cōtendi: deos illos
quoꝝ in quarto libro quoſdam cōmemoraui: qbus rerum exiguarū ſingulis ſingula
diſtribuūtur officia: uitam eternā cuiq̄ preſtare ¶ An uero peritiſſimi illi & acutiſſimi
uiri: qui ſe pro magno beneficio conſcripta docuiſſe gloriantur: ut ſciretur quare cuiq;
deo ſupplicandum eſſet ¶ quid a quoq̄ eſſet petendū: ne abſurditate turpiſſima qualis
iocularīter in mimo fieri ſolet ¶ peteretur a Libero aqua: a Nimphis uinū: auctores
erunt cuipiam hoīm diis immortalibus ſupplicāti ¶ ut cum a Nimphis petierit uinū:
eiq; reſpōderint nos aquam habemus hoc a Libero pete: poſſit recte dicere: ſi uinū
non habetis ſaltem date mihi uitam eternam ¶ Quid hac abſurditate monſtruoſius?
¶ Nonne ille cachinnantes ſolent enim eſſe ad riſum faciles: ſi nō affectent fallere ut
demones ſupplici reſpondebunt: ¶ O homo putas ne in poteſtate nos habere uitam:
quos audis non habere uel uitem ¶ Impudentiſſime igiť ſtulticie eſt uitam eternam
a talibus diis petere uel ſperare: ¶ q uite huius erūnoſiſſime atq; breuiſſime: et ſiqua ad
eam pertinent adminiculādam atq; fulciendā: ita ſingulas particulas tueri aſſerunt:
¶ ut ſi id qđ ſub alterius tutela ac poteſtate eſt petať ab altero: tam ſit inconueniens
et abſurdum ¶ ut mimice ſcurrilitati uideatur eſſe ſimillimū ¶ Quod cum fit a ſciētibus
mimis: digne ridentur in theatro ¶ cum uero a neſcientibus ſtultis: dignius irridentur
in mūdo ¶ Cui ergo deo uel dee ꝓpter quid ſupplicaretur: q̄tum ad illos deos attinet
quos inſtituerunt ciuitates a doctis ſolerter inuentū memorieq; mandatū eſt: quid
a Libero uerbigratia ¶ quid a Nimphis ¶ quid a Vulcano: ac ſic a ceteris quos partim
cōmemoraui in quarto libro: partim pretereūdos putaui ¶ Porro ſi a Cerere uinum:
¶ a Libero panem ¶ a Vulcano aquam ¶ a Nimphis ignē petere erroris eſt: q̄to maioris
deliramenti eē intelligi debet: ſi cuiq̄ iſtoꝝ pro uita ſupplicetur eterna ¶ Quāobrem
ſi cum de regno terreno quereremus quoſnam illud deos uel deas hoībus credendum
eſſet poſſe conferre: diſcuſſis omībus longe alienū a ueritate monſtratum eſt ¶ a quoq̄
iſtoꝝ multoꝝ numinū atq; falſoꝝ ſaltem regna terrena exiſtimare conſtitui ¶ nōne
inſaniſſime impietatis ē: ſi eterna uita que terrenis omibus regnis ſine ulla dubitatiōe
uel cōparatione preferenda eſt ¶ ab iſtoꝝ quoq̄ dari cuiq̄ poſſe credatur ¶ Neq; enim
ꝓpterea dii tales uel terrenū regnū dare non poſſe uiſi ſunt ¶ q̄a illi magni & excelſi
ſunt: hoc quiddam paruum & abiectum quod nō dignarentur in tanta ſublimitate
curare ¶ ſed q̄uātalibet conſideratione fragilitatis hūane caducos apices terreni regni
merito quiſq; cōtempnat ¶ illi dii tales apparuerūt ut indigniſſimi uiderentur qbus
danda atq; ſeruanda deberēt uel iſta committi ¶ ac per hoc ſicut ſuperiora proximis
duobus libris pertractata docuerunt: nullus deus ex illa turba uel quaſi plebeioꝝ uel
procerū quaſi deoꝝ idoneus eſt regna mortalia mortalibus dare: q̄to minus poteſt
immortales ex mortalibus facere? ¶ His accedit: q̄a ſi iam cū illis agimus qui nō ꝓpter
iſtam: ſed propter uitam que poſt mortem futura eſt exiſtimant colendos deos: iam
nec ꝓpter illa ſaltem que deoꝝ taliū poteſtati tanq̄ diſpartita & propria: nō ratiōe
ueritatis: ſed uanitatis opinione tribuūtur ōino colendi ſunt: ſicut credūt hi q cultū
eoꝝ uite huius mortalis utilitatibus neceſſariū eſſe contendūt: contra quos iam ĝnq;
precedentibus uoluminibus ſatis quātum potui diſputaui ¶ Que cū ita ſint: ſi eoꝝ qui
colunt deam Iuuentatem etas ipſa floreret inſignius ¶ cōtemptores aūt eius uel intra
annos occūberent iuuenties ¶ uel in ea tanq̄ ſenili corpore frigeſcerent: ſi maxillas
cultoꝝ ſuoꝝ ſpecioſius & feſtiuius Fortuna barbata ueſtiret: a qbus autē ſperneretur
glabros aut male barbatos uideremus: etiā ſic rectiſſime diceremus hucuſq; iſtas deas

ſingulaſ poſſe ſuiſ officiiſ quodammodo limitari: ac p hoc a Iuuentate oportere peti uitam eternam: que nō daret barbam. nec a Fortuna barbata boni aliqd poſt hāc uitam eſſe ſperandum: cuiuſ in hac uita poteſtaſ nulla eſſet: ut eandē ſaltem etatem que barba induitur ipſa preſtaret. Nunc uero cū earum cultuſ nec propter iſta ipſa que putant eiſ ſubdita ſit neceſſariuſ: quia & multi colenteſ Iuuētatem deam minime in illa etate uiguerunt. & multi nō eam colenteſ gaudent robore iuuentutiſ: itemq; multi Fortune barbate ſupplliceſ ad nullā uel deformē barbam puenire potuerūt: & ſi qui eam pro barba impetranda uenerabantur: a barbatiſ eiuſ contemptoribuſ irridentur. Ita ne deſipit cor hūanum: ut quoꝝ deoꝝ cultū ppter iſta ipſa temporalia et cito pretereūtia munera quibuſ ſingulis ſinguli preeſſe phibētur: inanē ludibrioſūq; eſſe cognoſcit: ppter uitam eternā credat eē fructuoſum? Hanc dare illoſ poſſe nec hi dicere auſi ſunt: q eiſ ut ab inſipientibuſ populiſ colerentur: iſta opa tēporalia quā nimiſ multoſ putauerūt: ne quiſq̄ eoꝝ ſederet ocioſuſ minutatim diuiſa tribuerunt.

QVIS Marco Varrone curioſiuſ iſta quęſiuit? Quiſ inuenit doctiuſ? Quiſ conſiderauit attentiuſ? Quiſ diſtinxit acutiuſ? Quiſ diligētiuſ pleniuſq; conſcpſit? Qui tametſi minuſ eſt ſuauiſ eloquio: doctrina tamē atq; ſententiiſ ita refertuſ eſt: ut in omni eruditione quā noſ ſecularem illi autē liberalem uocant: ſtudioſum rerum tantū iſte doceat: quantū ſtudioſum uerboꝝ Cicero delectat. Denique et ipſe Tulliuſ huic tale teſtimonium perhibet: ut in libriſ achademiciſ dicat: eam que ibi uerſatur diſputationē ſe habuiſſe cū Marco Varrone: homine inquit oīm facile acutiſſimo & ſine ulla dubitatione doctiſſimo: nō ait eloquentiſſimo uel facundiſſimo. Quoniā reuera in hac facultate multū impar eſt: ſed oīm inquit facile acutiſſimo. Et in eiſ libriſ id ē achademiciſ ubi cūcta dubitāda eē contendūt: addidit ſine ulla dubitatiōe doctiſſimo. Profecto de hac re ſic erat certuſ: ut auferret dubitationem quam ſolet in omnibuſ adhibere: tanq̄ de hoc uno etiā p achademicoꝝ dubitatiōe diſputaturuſ: ſe achademicū fuiſſet oblituſ. In primo autē libro cū eiuſdē Varroniſ litteraria opa predicaret: noſ inquit in noſtra urbe peregrinanteſ errantesq; tanq̄ hoſpiteſ tui libri quaſi domū reduxerunt: ut poſſemuſ aliqn̄ qui & ubi eſſemuſ agnoſcere. Tu etatem patrie: tu deſcriptioneſ temporū: tu ſacrorum iura: tu ſacerdotū: tu domeſticam: tu publicam diſciplinā: tu ſedium regionum locoꝝ: tu oīm diuinarū hūanarumq; rerū nomina genera officia cauſaſ aperuiſti. Iſte igitur uir tam inſigniſ excellenſq; peritia: et quod de illo etiā Terentianuſ elegātiſſimo uerſiculo breuiter ait. Vir doctiſſimuſ undecūq; Varro: q tam multa legit: ut aliqd ei ſcribere uacaſſe miremur: tam multa ſcripſit: q̄ multa uix quenq̄ legere potuiſſe credamuſ. Iſte inq̄m uir tantuſ ingenio tantuſq; doctrina: ſi rerum uelut diuinarum de quibuſ ſcribit oppugnator eſſet atq; deſtructor: eaſq; nō ad religionē ſed ad ſuperſtitionē diceret pertinere: neſcio utrum tam multa in eiſ ridenda: contempnenda: deteſtandaq; conſcriberet. Cum uero deoſ eoſdem ita coluerit colendoſq; cenſuerit: ut in eo ipſo opere litterarū ſuarū dicat ſe timere ne pereant: nō incurſu hoſtili ſed ciuiū negligentia: de qua illoſ uelut ruina liberari a ſe dicit: et in memoria bonorum per huiuſmodi libroſ recondi atq; ſeruari: utiliore cura q̄ Metelluſ de incendio ſacra ueſtalia: et Eneaſ de troiano excidio penateſ liberaſſe predicatur. Et tamen ea legenda ſeculiſ prodit: que a ſapientibuſ & inſipientibuſ merito abiicienda: et ueritati religioniſ inimiciſſima iudicentur. Quid exiſtimare debemuſ: niſi hominem acerrimum ac peritiſſimū: non tamē ſancto ſpiritu

liberum: oppreſſum fuiſſe ſue ciuitatiſ conſuetudine ac legibuſ: et tamē ea quibuſ mouebatur ſub ſpecie cōmendande religioniſ tacere noluiſſe?

QVadraginta et unum libroſ ſcripſit antiquitatum. Hoſ in reſ humanaſ diuinaſq; diuiſit. Rebuſ humaniſ .xxv. diuiniſ .xvi. tribuit: iſtam ſecutuſ rationem in ea partitione: ut rerū humanarū libroſ ſenoſ quatuor partibuſ. Intendit enī qui agant: ubi agant: quādo agant: quid agant. In ſex itaq; primiſ de hominibuſ ſcripſit: in ſecūdiſ ſex de lociſ: ſex tertioſ de temporibuſ: ſex quartoſ eoſdēq; poſtremoſ de rebuſ abſoluit. Quater aūt ſeni uiginti & quatuor fiūt. Sed unum ſingularem qui cōiter priuſ de omnibuſ loqueretur in capite poſuit. In diuiniſ identidē rebuſ eadē ab illo diuiſioniſ forma ſeruata eſt quantū attinet ad ea que diiſ exhibenda ſunt. Exhibentur enim ab hominibuſ in lociſ & tēporibuſ ſacra. Hec quatuor que dixi: libriſ cōplexuſ ē ternis. Nam treſ prioreſ de hominibuſ ſcripſit: ſequenteſ de lociſ: tertioſ de temporibuſ: quartoſ de ſacriſ: etiam hic qui exhibeant: ubi exhibeant: quādo exhibeant: quid exhibeāt ſubtiliſſima diſtinctione cōmendanſ. Sed quia oportebat dicere & maxime id expectabatur quibuſ exhibeāt: de ipſiſ quoq; diiſ treſ conſcripſit extremoſ: ut quinquieſ terni .xv. fierent. Sunt aūt omneſ ut diximuſ .xvi. quia & iſtorum exordio unum ſingularem qui priuſ de hominibuſ loqueretur appoſuit. Quo abſoluto: cōſequenter ex illa quinquepartita diſtributione: treſ precedēteſ qui ad homineſ pertinent ita ſubdiuiſit: ut primuſ ſit de pōtificibuſ: ſecūduſ de auguribuſ: tertiuſ de .xv. uiriſ ſacrorum. Secūdoſ treſ ad loca pertinenteſ: ita ut in uno eorum de ſacelliſ: altero de ſacriſ edibuſ diceret: tertio de lociſ religioſiſ. Treſ porro qui iſtoſ ſequūtur: et ad tempora pertinēt id eſt ad dieſ feſtoſ: ſic ita ut unū faceret de feriiſ: alterū de ludiſ circenſibuſ: de ſcenitiſ tertiū. Quartorum triū ad ſacra pertinentium uni dedit cōſecrationeſ: alteri ſacra priuata: ultimo publica. Hanc uelut pompam obſequiorum in tribuſ qui reſtant dii ipſi ſequuntur extremi: quibuſ iſte uniuerſuſ cultuſ impenſuſ eſt. In primo dii certi: in ſecūdo incerti: in tertio cunctorum nouiſſimo dii precipui atq; ſelecti. In hac tota ſerie pulcherrime ac ſubtiliſſime diſtributionis & diſtinctionis: uitam eternā fruſtra queri et ſperari impudentiſſime uel optari ex hiſ que iā diximuſ & que deincepſ dicenda ſūt: cuiuiſ hominum qui corde obſtinato ſibi nō fuerit inimicuſ faciliime apparet. Vel hominum enim ſunt iſta inſtituta uel demonū: non qleſ uocant illi demoneſ bonoſ: ſed ut loquar apertiuſ immūdorum ſpirituum & ſine cōtrouerſia malignorum: qui noxiaſ opinioneſ quibuſ anima humana magiſ magiſq; uaneſcat: et incommutabili eterneq; ueritati coaptari atq; inherere nō poſſit: inuidentia mirabili & occulte inſerunt cogitationibuſ impiorum: et aperte aliquā ingerunt ſenſibuſ: et qua poſſunt fallaci atteſtatiōe confirmāt. Iſte ipſe Varro propterea ſe priuſ de rebuſ humaniſ: de diuiniſ aūt poſtea ſcripſiſſe teſtat: quod priuſ extiterint ciuitateſ: deinde ab eiſ hec inſtituta ſunt. Vera aūt religio non a terrena aliq̄ ciuitate inſtituta ē: ſed plane celeſtem ipſa inſtituit ciuitatē. Eam uero inſpirat & docet uerus deuſ dator uite eterne: ueriſ cultoribuſ ſuiſ.

VArroniſ igitur cōfitentiſ ideo ſe priuſ de rebuſ humaniſ ſcripſiſſe poſtea de diuiniſ quia diuine iſte ab hominibuſ inſtitute ſunt: hec ratio eſt. Sicut prior eſt inquit pictor quam tabula picta: prior faber quam edificium: ita prioreſ ſūt ciuitateſ quam ea que a ciuitatibuſ ſunt inſtituta. Dicit aūt ſe priuſ ſcripturū fuiſſe de diiſ: poſtea de hominibuſ: ſi de omni natura deorum ſcriberet: quaſi hic de aliqua ſcribat et nō de omni: aut uero etiā aliqua licet nō omniſ deorum natura non prior debeat eſſe quam hominum. Quid eſt quod in illiſ tribuſ

nouiſſimiſ libriſ deoſ certoſ & incertoſ et ſelectoſ diligenter explicanſ: nullam deorũ naturam pretermittere uidetur. Quid eſt ergo quod ait ſi de om̃i natura deorum et hoĩm ſcriberemuſ: priuſ diuina abſoluiſſemuſ q̃ hũana attigiſſemuſ. Aut enĩ de om̃i natura deoꝝ ſcribit aut de aliqua ſaut oĩno de nulla. Si de om̃i: preponenda ẽ utiq; rebuſ humaniſ. Si de aliqua: cur non etiã ipa reſ precedat humanaſ. An indigna eſt preferri etiã uniuerſe nature hoĩum parſ aliqua deoꝝ. Quod ſi multũ eſt ut aliqua parſ diuina preponatur uniuerſiſ rebuſ hũaniſ: ſaltem digna ẽ uel romaniſ. Rerum quippe hũanarum libroſ non q̃tum ad orbem terrarũ: ſed q̃tum ad ſolam romã ptinet ſcripſit. Quoſ tamen rerum diuinarũ libriſ ſe dixit ſcribendi ordine merito pretuliſſe uel preſcripſiſſe: ſicut pictorem tabule picte: ſicut fabrũ edificio: ſapertiſſime cõfitenſ ꝙ etiã iſte reſ diuine ſicut pictura: ſicut ſtructura ab hoĩbuſ inſtitute ſũt. Reſtat ut de nulla deoꝝ natura ſcripſiſſe intelligatᷣ: neq; hoc aperte dicere uoluiſſe: ſed intelligentibuſ reliquiſſe. Ubi enĩ dicitᷣ non om̃iſ: uſitate q̃dem intelligitᷣ aliqua. Sed põt intelligi & nulla: quĩ que nulla eſt: nec om̃iſ nec aliqua eſt. Nam ut ipſe dicit: ſi om̃iſ eẽt natura deoꝝ de qua ſcriberet: ſcribendi ordine rebuſ hũaniſ preponenda eẽt. Ut aũt & ipſo tacente ueritaſ clamat: pponenda eẽt certe rebuſ romaniſ: etiã ſi nõ om̃iſ ſed ſaltem aliqua eẽt. Recte aũt poſtponitᷣ. ergo nulla eſt. Non itaq; rebuſ diuiniſ anteferre uoluit reſ hũanaſ: ſed et rebuſ ueriſ noluit anteferre reſ falſaſ. In hiſ enim que ſcripſit de rebuſ hũaniſ: ſecutuſ eſt hiſtoriã rerum geſtarũ. Que autẽ de hiſ quaſ diuinaſ uocat: q̃d niſi opinioneſ rerũ uanarum. Hoc eſt nimirũ quod uoluit ſubtili ſignificatiõe monſtrare: nõ ſolũ ſcribenſ de hiſ poſteriuſ q̃ de illiſ: ſed etiã rationem reddenſ cur id fecerit. Quod ſi tacuiſſet: aliter hoc factũ eiuſ ab aliiſ fortaſſe defenderetur. In ea uero ipſa rõne quã reddidit: nec aliiſ quicq̃ reliq̃t p arbitrio ſuſpicari. et ſatiſ pbauit hoĩeſ ſe prepoſuiſſe inſtitutiſ hoĩm: non naturam hoĩm nature deoꝝ. Ita ſe libroſ rerũ diuinarum nõ de ueritate que ptinet ad naturam: ſed de falſitate que ptinet ad errorem ſcripſiſſe cõfeſſuſ eſt. Quod apertiuſ alibi poſuit: ſicut in q̃rto libro cõmẽoraui ex nature formula ſe ſcripturũ fuiſſe: ſi nouã ipſe cõderet ciuitatẽ. Quia uero iam ueterem inuenerat: non ſe potuiſſe niſi eiuſ conſuetudinem ſequi.

DEinde illud quale eſt: ꝙ tria genera theologie dicit eſſe: id eſt rõniſ que de diiſ explicatur: eorũq; unum mythicon appellari: alterũ phiſicon: tercium ciuile. Latine ſi uſuſ admitteret genuſ quod ꝑmũ poſuit fabulare appellaremuſ: ſed fabuloſum dicamuſ a fabuliſ enĩ mythicon dictum eſt: q̃m mythoſ grece fabula dicitur. Secundũ aũt ut naturale dicatᷣ: iam & conſuetudo locutioniſ admittit. Terciũ etiã ipſe latine enunciauit quod ciuile appellatur. Deinde ait mythicon appellant quo maxĩe utuntᷣ poete: phiſicon quo philoſophi: ciuile quo populi. Primũ inq̃t quod dixi: in eo ſunt multa contra dignitatẽ & naturam immortaliũ ficta. In hoc enim ẽ ut deuſ aliuſ ex capite aliuſ ex femore ſit: aliuſ ex guttiſ ſanguiniſ natuſ. In hoc ut dii furati ſint: ut adulterauerint: ut ſeruierint hoĩ. Deniq; ĩ hoc oĩa diiſ attribuuntᷣ: que non modo in hoĩem: ſed etiã que in cõtemptiſſimũ hoĩem cadere poſſunt. Hic certe ubi potuit: ubi auſuſ eſt: ubi impunitum putauit quãta mendaciſſimiſ fabuliſ nature deoꝝ fieret iniuria ſine caligine ulliuſ ambiguitatiſ expreſſit. Loquebatur enĩ non de naturali theologia non de ciuili: ſed de fabuloſa quã libere a ſe putauit eẽ culpandã. Videamuſ q̃d de altera dicat. Secũdum genuſ eſt inq̃t q̃d demõſtraui: de quo multoſ libroſ philoſophi reliquerũt. In q̃buſ eſt dii qui ſĩt: ubi: quod genuſ: qualeſ: ex quo nam tpe: ſan a ſempiterno fuerint: ſan ex igne ſint ut credit Eraclituſ:

ſan ex numeriſ ut Pythagoraſ: ſan ex athomiſ ut Epicuruſ: Sic alia que ſoluſ ſcia parieteſ in ſchola: ꝙ extra in foro ferre poſſunt aureſ. Nihil in hoc genere culpauit quod phiſicon uocauit: ſet ad philoſophoſ ptinet: tantum eoꝝ inter ſe controuerſiaſ cōmemorauit: per quoſ facta eſt diſſidentiū multitudo ſectarū. Remouit tamē hoc genuſ a foro id eſt a populiſ: ſcholiſ uero & parietibuſ clauſit. Illud aūt primū mendaciſſimum atq; turpiſſimū a ciuitatibuſ nō remouit. O religioſaſ aureſ populareſ: atq; in hiſ etiā romanaſ. Quod de diſ immortalibuſ philoſophi diſputant: ferre non poſſunt: quod uero poete canūt & hiſtrioneſ agunt: qa contra dignitatē ac naturā immortaliū ficta ſunt: quia non modo in hoīem ſed etiā in contemptiſſimū hoīem cadere poſſunt: non ſolum ferunt ſed etiā libenter audiunt. Neq; id tantū: ſed diſ quoq; ipſiſ hoc placere: et p hoc eoſ placandoſ eſſe decernūt. Dixerit aliquiſ. hec duo genera mythicon & phiſicon id ē fabuloſum atq; naturale: ſecernamuſ ab hoc ciuili de quo nūc agit: unde illa & ipſe diſcreuit: iāq; ipm ciuile uideamuſ qͣliter explicet. Video qdem cur debeat decerni fabuloſum: quia falſum: quia turpe: quia indignū eſt. Naturale autem a ciuili uelle diſcernere: quid eſt aliud ꝙ & ipm ciuile fateri eſſe mendoſum? Si enī illud naturale eſt: qd habet reprehēſioniſ ut excludatur? Si aūt hoc quod ciuile dicitur naturale nō eſt: qd habet meriti ut admittatur? Hec nempe illa cauſa eſt quare priuſ ſcripſerit de rebuſ hūaniſ: poſteriuſ de diuiniſ: qm̄ in diuiniſ rebuſ nō naturā ſed hoīm inſtituta ſecutuſ eſt. Intueamur ſane & ciuilē theologiā. Tertiū genuſ eſt inquit: quod in urbibuſ ciueſ maxime ſacerdoteſ noſſe atq; adminiſtrare debēt. In quo ē. quoſ deoſ publice colere: que ſacra & ſacrificia facere quenq; par ſit. Adhuc quod ſequit̄ attendamuſ. Prima inqͭt theologia maxīe accōmodata eſt ad theatrum: ſecūda ad mūdum: tertia ad urbem. Quiſ non uideat cui palmam dederit? Vtiq; ſecūde quā ſupradixit eē philoſophoꝝ. Hanc enī ptinere teſtat̄ ad mūdum: quo iſti nihil eſſe excellentiuſ opinant̄ in rebuſ. Duaſ uero illaſ theologiaſ primam & tertiam: theatri ſcilicet atq; urbiſ diſtinxit ac iunxit. Videmuſ enim non cōtinuo quod eſt urbiſ pertinere poſſe & ad mūdum: quāuiſ urbeſ uideamuſ eſſe in mundo. Fieri enī poteſt ut in urbe ſcdm̄ falſaſ opinioneſ ea colantur & ea credant̄: quoꝝ in mūdo uel extra mūdum natura ſit nuſꝙ. Theatrū uero ubi ē niſi in urbe? Quiſ theatrum inſtituit niſi ciuitaſ? Propter qd inſtituit: niſi ꝓpter ludoſ ſcenicoſ? Vbi ſunt ludi ſcenici niſi in rebuſ diuiniſ: de qbuſ hi libri tanta ſolertia cōſcribūtur?

O Marce Varro cū ſiſ hō oīm acutiſſimuſ: & ſine ulla dubitatione doctiſſimuſ: ſed tamē homo non deuſ: nec ſpiritu ſ dei ad uidenda & annūcianda diuina in ueritatem libertatemq; ſubuectuſ: cerniſ qdem ꝙ ſint reſ diuine ab hūaniſ nugiſ atq; mendaciſ dirimende: ſed uicioſiſſimaſ populorū opinioneſ & cōſuetudineſ in ſuperſticiōibuſ publicaſ uereriſ offendere: quaſ deoꝝ a natura abhorrere: uel taliū qualeſ in huiuſ mūdi elementiſ hūani aīmi ſuſpicatur infirmitaſ: et ſentiſ ipſe cū eaſ uſq; qͣq; cōſideraſ: et oīſ ueſtra litteratura circūſonat. Quid hic agit hūanum ꝗuiſ excellentiſſimū ingeniū? Quid tibi hūana licet multiplex ingenſq; doctrina in hiſ anguſtiiſ ſuffragat̄? Naturaleſ deoſ colere cupiſ: ciuileſ cogeriſ. Inueniſti alioſ fabuloſoſ in quoſ liberiuſ quod ſentiſ euomaſ: unde & iſtoſ ciuileſ ueliſ noliſ ue profundaſ. Diciſ qppe fabuloſoſ accōmodatoſ eſſe ad theatrū: naturaleſ ad mūdum: ciuileſ ad urbem: cum munduſ opuſ ſit diuinum: urbeſ uero & theatra ſint hoīum: nec alii dii rideantur in theatriſ ꝙ q adorant̄ in tēpliſ: nec aliiſ ludoſ exhibeatiſ ꝙ qbuſ uictimaſ immolatiſ. Quāto liberiuſ ſubtiliuſq; iſta diuidereſ dicēſ: alioſ eē deoſ naturaleſ: alioſ ab hoībuſ

inſtitutos. Sed de inſtitutis aliud habere litteras poetarum: aliud ſacerdotum: utraſq; tamen ita eſſe inter ſe amicas conſortio falſitatis: ut grate ſint utreq; demõibus: q̃bus inimica eſt doctrina ueritatis. Sequeſtrata igit̃ paululũ theologia quã naturalem uocant: de qua poſtea diſſerendũ eſt: placet ne tãdem uitam eternã peti aut ſperari a diis poeticis & theatricis: ludicris: ſcenicis? Abſit. imo auertat deus uerus tã immanẽ ſacrilegamq; dementiam. Nunquid ab eis diis q̃bus hec placent & quos hec placant: cũ eorũ illic crimina frequententur uita eterna poſcenda eſt? Nemo ut arbitror uſq; ad tãtum precipitium furioſiſſime impietatis inſanit. Nec fabuloſa igitur nec ciuili theologia: ſempiternã quiſq; adipiſcit̃ uitam. Illa enĩ de diis turpia fingẽdo ſeminat: hec fauẽdo metit. Illa mendacia ſpargit: hec colligit. Illa res diuinas falſis criminibus inſectatur: hec eorũ criminum ludos in diuinis rebus amplectitur. Illa de diis nefanda figmenta hoĩum carminibus perſonat: hec ea deorum ipſorũ feſtiuitatibus conſecrat. Facinora & flagicia numinũ illa cantat: hec amat. Illa prodit aut fingit: hec autẽ aut atteſtatur ueris: aut oblectatur & falſis. Ambe turpes: ambeq; damnabiles. Sed illa que theatrica eſt publicam turpitudinẽ profitetur: iſta que urbana ẽ illius turpitudĩe ornatur. Hinccine uita eterna ſperabit̃: unde iſta breuis & tẽporalis polluitur? An uero uitam polluit conſortium nefariorum hoĩm: ſi ſe inferunt affectionibus & aſſenſiõibus noſtris: & et uitam non polluit ſocietas demonum qui colũtur criminibus ſuis? Si ueris: q̃ mali: ſi falſis: q̃ male. Hec cum dicimus: uideri fortaſſe cuipiam nimis harũ rerum ignaro poteſt: ea ſola de diis talibus indigna maieſtati diuĩa & ridicula deteſtabiliaq; celebrari: que poeticis cantant̃ carminibus: et ludis ſcenicis actitãtur: ſacra uero illa que nõ hiſtriones ſed ſacerdotes agunt: ab omĩ eſſe dedecore purgata et aliena. Hoc ſi ita eſſet: nunquã theatricas turpitudines in eorum honorem quiſq̃ celebrandas eſſe cenſeret: nunq̃ eas ipſi dii preciperent ſibimet exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obſequiũ deorum talia gerere in theatris: quia ſimilia geruntur in templis. Deniq; cum memoratus auctor ciuilem theologiam a fabuloſa et naturali: tertiam quãdam ſui generis diſtinguere conaretur: magis eã ex utraq; tẽperatam: q̃ ab utraq; ſeparatam intelligi uoluit. Ait enĩ ea que ſcribũt poete minus eſſe q̃ ut populi ſequi debeãt: que aũt philoſophi plus q̃ ut ea uulgus ſcrutari expediat. Que ſic abhorrẽt inquit: ut tamẽ ex utroq; genere ad ciuiles rationes aſſumpta ſint nõ pauca. Quare que ſunt cõia cũ propriis: una cũ ciuilibus ſcribemus. E q̃bus maior ſocietas debet eẽ nobis cũ philoſophis q̃ cum poetis. non ergo nulla cũ poetis. Et tamẽ alio loco dicit de generatiõibus deorũ: magis ad poetas q̃ ad phiſicos fuiſſe populos inclinatos. Hic enĩ dixit qd fieri debeat: ibi quid fiat. Phiſicos dixit utilitatis cauſa ſcripſiſſe: poetas delectationis. Ac per hoc ea que a poetis conſcripta populi ſequi nõ debent: crimia ſunt deorum: que tamẽ delectant et populos & deos. Delectationis enim cauſa ſicut dicit ſcribũt poete: nõ utilitatis. Ea tamẽ ſcribũt que dii expetãt: populi exhibeãt.

De fabuloſe atq; ciuilis theologie ſimilitudine atq; conuenientia.

REuocatur igit̃ ad theologiam ciuilem theologia fabuloſa: theatrica: ſcenica: indignitatis & turpitudinis plena. Et hec tota que merito culpãda & reſpuẽda iudicatur: pars huius eſt que colẽda & obſeruãda cenſetur. Non ſane pars incõgrua ſicut oſtendere inſtitui: et que ab uniuerſo corpore aliena iportune illi cõnexa atq; ſuſpenſa ſit: ſed oĩno conſona et tanq̃ eiuſdem corporis membrum conuenientiſſime copulata. Quid enĩ aliud oñdunt illa ſimulachra: forme: etates: ſexus: habitus deorũ? Nunquid barbatum Iouem: imberbem Mercurium poete habent: pontifices non habent? Nunquid Priapo mimi: Nonne etiã ſacerdotes enormia pudenda fecerũt?

An aliter ſtat adorandus in locis ſacris: q̃ ꝓcedit ridẽdus in theatris? Nam Saturnuſ ſenex. Apollo ephebus: ita perſone ſunt hiſtrionũ: ut nõ ſint ſtatue delubrorũ. Cur Forculus qui foribus preeſt: et Limentinus qui limini dii ſũt maſculi: atq; inter hos Cardea femina eſt que cardinẽ ſeruat? Nõne iſta in rerũ diuinarũ libris reperiunt: que graues poete ſuis carminibus indigna duxerũt? Nunqd Diana theatrica portat arma: et Vrbana ſimpliciter uirgo eſt? Nunquid ſcenicus Apollo cytharista ẽ: et ab hac arte Delficus uacat? Sed hec honeſtiora ſunt in cõparatione turpiorũ. Quid de ipſo Ioue ſenſerunt: qui eius nutricem in capitolio poſuerũt? Nonne atteſtati ſunt Euemero: qui omnes tales deos nõ fabuloſa garrulitate: ſed hiſtorica diligentia homines fuiſſe mortaleſq; conſcripſit? Epulones etiã deos paraſitos Iouis ad eius menſam qui conſtituerũt: quid aliud q̃ mimica ſacra eẽ uoluerunt? Nam paraſitos Iouis ad eius cõuiuiũ adhibitos ſi mimus dixiſſet: riſum utiq; queſiſſe uideretur. Varro dixit. Nõ cũ irrideret deos: ſed cum cõmendaret hoc dixit. diuinarũ nõ humanarum rerũ libri hoc eum ſcripſiſſe teſtant. Nec ubi ludos ſcenicos exponebat. ſed ubi capitolina iura pandebat. Deniq; a talibus uincitur & fatetur. ſicut forma hũana deos fecerunt: ita eos delectari hũanis uoluptatibus credidiſſe. Non enĩ et maligni ſpũs ſuo negocio defuerunt: ut has noxias opiniones humanarum mentium ludificatione firmarent. Vnde etiam illud eſt ꝙ Herculeſ edituus ocioſus atq; feriatus: luſit teſſeris ſecum utraq; manu alternãte: in una cõſtituens Herculem: in altera ſeipm: ſub ea cõditiõe ut ſi ipſe uiciſſet de ſtipe templi ſibi cenã pararet: amicãq; cõduceret. Si aũt uictoria Herculis fieret: hoc idem de pecunia ſua uoluptati Herculis exhiberet. Et deinde cũ a ſeipſo tanq̃ ab Hercule uictus eſſet: debitam cenam & nobiliſſimã meretricẽ Laurentinã deo Herculi dedit. At illa cũ dormiuiſſet in tẽplo: uidit in ſomnis Herculem ſibi eſſe cõmixtũ. ſibiq; dixiſſe ꝙ inde diſcedens cui primũ iuueni obuia fieret: apud illum eſſet inuentura mercedem: quã ſibi credere deberet ab Hercule perſolutã. Ac ſic abeũti cũ primus iuuenis ditiſſimus Taruntius occurriſſet: eamq; dilectam ſecum diutius habuiſſet: illa herede relicta defũctus eſt. Que ampliſſimã adepta pecuniã: ne diuine mercedi uideretur ingrata: quod acceptiſſimum putauit eſſe numinibus: populũ romanum etiã ipſa ſcripſit heredem. Atq; illa nõ comparente inuentum eſt teſtamẽtum. Quibus meritis eam ferunt etiã honores meruiſſe diuinos. Hec ſi poete fingerent: ſi mimi agerent: ad fabuloſam theologiam dicerentur ꝑtinere: et a ciuilis theologie dignitate ſeparanda iudicarentur. Cum uero hec dedecora non poetarum ſed populorum: non mimorũ ſed ſacrorum: nõ theatrorum ſed templorũ: id eſt nõ fabuloſe ſed ciuilis theologie a tanto auctore ꝓdunt: nõ fruſtra hiſtriões ludicris artibus fingunt deorũ que tanta eſt turpitudinẽ: ſed plane fruſtra ſacerdotes uelut ſacris ritibus conantur fingere deorum que nulla eſt honeſtatem. Sacra ſunt Iunonis: et hec in eius dilecta inſula ſamo celebrantur: ubi ad nuptum data ẽ Ioui. Sacra ſunt Cereris: ubi a Plutone rapta Proſerpina querit. Sacra ſunt Veneris: ubi amatus eius Adon aprino dente extinctus iuuenis formoſiſſimus plangitur. Sacra ſunt matris deorũ: ubi Athis pulcher adoleſcens ab ea dilectus: et muliebri zelo abſciſus: etiã hoim abſciſorũ quos gallos uocant infelicitate deploratur. Hec cũ deformiora ſint omi ſcenica feditate: quid eſt ꝙ fabuloſa de diis figmẽta poetarum ad theatrum uidelicet pertinentia: uelut ſecernere nituntur a ciuili theologia: quam pertinere ad urbem uolunt: quaſi ab honeſtis & dignis indigna et turpia. Itaq; potius eſt unde gratie debeantur hiſtrionibus qui oculis hoium pepercerunt: nec omia ſpectaculis nudauerunt: que ſacrarum edium parietibus occuluntur. Quid de ſacris eorum boni

ſentiendum eſt que tenebriſ operiuntur cum tam ſint deteſtabilia que proferuntur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abſciſoſ & molles: ipſi uiderint. Eoſdem tñ hoieſ infeliciter ac turpiter eneruatoſ atq; corruptoſ: mĩme occultare potuerunt. Perſuadeant cui poſſunt ſe aliquid ſanctum per taleſ agere hoieſ: quoſ inter ſancta ſua numerari atq; uerſari negare non poſſunt. Neſcimuſ quid agant: ſed ſcimuſ per qualeſ agant. Nouimuſ aũt que agãtur in ſcena: que nunq̃ uel in choro meretricũ: ubi nemo abſciſuſ aut molliſ intrauit: et tamẽ etiã ipſa turpeſ & infameſ agunt. neq; enim ab honeſtiſ agi debuerunt. Que ſunt ergo illa ſacra: qbuſ agendiſ taleſ elegit ſanctitaſ: qualeſ nec thimelica in ſe admittit obſcenitaſ?

At enim habent iſti phiſiologicaſ quaſdam ſicut aiunt id eſt naturaliũ rationũ interpretationeſ. Quaſi uero noſ in hac diſputatione phiſiologiam querimuſ et non theologiam: id eſt rationẽ non nature eſſe ſed dei. Quãuiſ enĩ qui ueruſ deuſ eſt non opinione ſed natura ſit deuſ: non tamẽ omiſ natura deuſ eſt: quia et hoiſ & pecoriſ et arboriſ & lapidiſ utiq; natura eſt: quoꝝ nihil eſt deuſ. Si aũt interpretati/ oniſ huiuſ quando agitur de ſacriſ matriſ deorum: caput eſt certe ꝙ mater deorum terra eſt. Quid ultra querimuſ? Quid cetera pſcrutamur? Quid euidentiuſ ſuffragatẽ eiſ qui dicunt omeſ iſtoſ deoſ homieſ fuiſſe? Sic enim ſunt terrigene ſicut terra eiſ eſt mater. In uera aũt theologia: opuſ dei eſt terra nõ mater. Verũtamen quoquomõ ſacra eiuſ interp̄tentur: et referãt ad rerũ naturam: uiroſ muliebria pati nõ eſt ſcd̃m naturam ſed cõtra naturã. Hic morbuſ: hoc crimẽ: hoc dedecuſ habet inter illa ſacra ꝓfeſſionẽ: qd̃ in uicioſiſ hoim moribuſ uix habet inter tormẽta cõfeſſionẽ. Deinde ſi iſta ſacra que ſcenicaſ turpitudinibuſ cõuincuntur eſſe fedioraſ hinc excuſantẽ atq; purgantur ꝙ habent interpretatiõeſ ſuaſ qbuſ oſtendantẽ rerum ſignificare naturã: cur non etiam poetica ſimiliter excuſentur atq; purgentur. Multa enim et ipſi ad eũdem modũ interpretati ſũt. uſqadeo: ut quod ab eiſ immaniſſimũ & infandiſſimũ dicitur Saturnum filioſ deuoraſſe: ita nõnulli interpretentur: ꝙ longinquitaſ tẽporiſ que Saturni nõie ſignificatur: quicqd gignit ipſa conſumat. Vel ſicut idem opinatẽ Varro: ꝙ pertineat Saturnuſ ad ſemina que in terram de qua oriuntẽ iterũ recidũt. Itemq; alii alio modo et ſimiliter cetera. Et tamẽ theologia fabuloſa dicitur: et cũ omibuſ huiuſcemodi interpretationibuſ ſuiſ reprehẽditur: abiicitur: improbatur: nec ſolum a naturali que philoſophoꝝ eſt: uerum etiã ab iſta ciuili de qua agimuſ: que ad urbeſ populoſq; pertinere aſſeritur: eo ꝙ de diiſ indigna confinxerit merito re/ pudianda diſcernitur. Eo nimirum conſilio ut qm̃ acutiſſimi homieſ atq; doctiſſimi a qbuſ iſta cõſcripta ſunt: ambaſ improbandaſ intelligebãt: et illã ſcilicet fabuloſã: et iſtã ciuilem. Illam uero audebant improbare: hanc non audebant. illã culpandã propoſuerunt: hanc eiuſ ſimilem comparandam expoſuerunt: nõ ut hec pre illa te/ nenda eligeretur: ſed ut cum illa reſpuenda intelligeretur. atq; ita ſine periculo eorũ q ciuilem theologiam reprehendere metuebant: utraq; cõtempta ea quã naturalem uocãt apud melioreſ aĩmoſ inueniret locũ. Nam et ciuiliſ & fabuloſa ambe fabuloſe ſunt: ambeq; ciuileſ. ambaſ inueniet fabuloſaſ: qui uanitateſ & obſcenitateſ ambarũ prudẽter inſpexerit. ambaſ ciuileſ: qui ludoſ ſcenicoſ ꝑtinẽteſ ad fabuloſam: in deoꝝ ciuilium feſtiuitatibuſ & in urbium diuiniſ rebuſ aduerterit. Quomõ igiẽ uite eterne dande poteſtaſ cuiq; deoꝝ iſtorum tribuitur: quoſ ſua ſimulachra & ſacra cõuincũt diiſ fabuloſiſ apertiſſime reprobatiſ eſſe ſimillimoſ formiſ: etatibuſ: ſexu: habitu: cõ/ iugiiſ: generatiõibuſ: ritibuſ: in quibuſ omibuſ aut homieſ fuiſſe intelliguntur: et pro

uniuſcuiuſq; uita uel morte ſacra eiſ & ſolennia cōſtituta hunc errorē inſinuātibuſ
firmātibuſq; demonibuſ: aut certe ex qualibet occaſione immūdiſſimi ſpūſ fallendiſ
humaniſ mentibuſ irrepſiſſe?
QVid ipſa numinum officia tam uiliter minutatimq; concisa: propter quod eiſ
dicunt pro uniuſcuiuſq; proprio munere ſupplicari oportere. Vnde nō qdem
oīa ſed multa iam diximuſ: nōne ſcurrilitati mimice q̄ diuine conſonant dignitati?
Si duaſ quiſq̄ nutriceſ adhiberet infanti: quarum una nihil niſi eſcam: altera nihil
niſi potum daret: ſicut iſti ad hec duaſ adhibuerūt deaſ Eduſicam & Potinā: nempe
deſipere & aliquid mimo ſimile in ſua domo agere uideretur. Liberum a liberamēto
appellare uolunt: ꝙ mareſ in coeūdo per eiuſ beneficium emiſſiſ ſeminibuſ liberentē.
Hoc idem dicunt in feminiſ agere Liberam: quā etiam Venerem putant: ꝙ et ipſaſ
perhibeant ſemina emittere. Et ob hoc Libero eandem uirilem corporiſ partem in
templo poni: femineā Libere. Et ob hoc addūt mulereſ attributaſ Libero & uinū
propter libidinem cōcitandā. Sic bachanalia ſumma celebrantᷓ inſania. ubi Varro
ipſe confitetur a bachantibuſ talia fieri non potuiſſe: niſi mente cōmota. Hec tamē
poſtea diſpliceuerunt ſenatui ſaniori: et ea iuſſit auferri. Saltem hic tandem forſitan
ſenſerunt: quid immūdi ſpiritus dum pro diiſ habentur in hominū poſſint mentibuſ.
Hec certe non fierent in theatriſ: ludunt quippe ibi: non furiunt. Quāuiſ deoſ habere
qui etiā ludiſ talibuſ delectētur: ſimile ſit furoriſ. Quale aūt illud eſt: ꝙ cū religioſū
a ſuperſticioſo ea diſtinctiōne diſcernat: ut a ſupſticioſo dicat timeri deoſ: a religioſo
autem tantum uereri ut parenteſ: non ut hoſteſ timeri. atq; omneſ ita binoſ dicat: ut
faciliuſ ſit eoſ nocētibuſ parcere: q̄ ledere quenq̄ innocentem: tamē mulieri fete poſt
partū treſ deoſ cuſtodeſ cōmemorat adhiberi: ne Silvanuſ deuſ per noctē ingrediatᷓ
et uexet: eorumq; cuſtodum ſignificandorū cauſa treſ hoieſ circuire limina domuſ:
et in primo limē ſecuri ferire: poſtea pilo: tercio deuerrere ſcopiſ. ut hiſ datiſ culture
ſigniſ deuſ Silvanuſ prohibeatur intrare. quia neq; arboreſ ceduntur ac putantur
ſine ferro: neq; far conficitur ſine pilo: neq; frugeſ coaceruantur ſine ſcopiſ. Ab hiſ
aūt tribuſ rebuſ treſ nuncupatoſ deoſ. Intercidonem a ſecuriſ intercisione: Pilūnum
a pilo: Deuerram a ſcopiſ: qbuſ diiſ cuſtodibuſ: cōtra uim dei Silvani feta cōſeruaretᷓ.
Ita contra dei nocentiſ ſeuiciā cuſtodia bonoꝝ nō ualeret: niſi pluteſ eēnt aduerſuſ
unum: eiq; aſpero: horrendo: inculto utpote ſilueſtri ſigniſ culture tanq̄ contrariiſ
repugnarent. Iſta ne iſta eſt innocentia deorū: iſta cōcordia? Heccine ſunt numīa
ſalubria urbium: magiſ ridenda q̄ ludibria theatrorum? Cum maſ & femina coniun/
gūtur: adhibetur deuſ Iugatinuſ. ſit hoc ferēdum. Sed domū eſt ducēda que nubit:
adhibetur deuſ Domiducuſ. Vt in domo ſit adhibetur deuſ Domiciuſ. Vt maneat
cum uiro additur dea Maturna. Quid ultra queritur? Parcatur hūane uerecundie:
peragat cetera concupiſcentia carniſ & ſanguiniſ: procurato ſecreto pudoriſ. Quid
impletur cubiculum turba numinū: quādo & Paranimphi inde diſcedunt: et ad hoc
impletur: non ut eoꝝ preſentia cogitata maior ſit cura pudicicie: ſed ut femine ſexu
infirme: nouitate pauide: illiſ coopātibuſ ſine ulla difficultate uirginitaſ auferatur?
Adeſt enim dea Virginenſiſ: et deuſ pater Subiguſ: et dea mater Prema: et dea Par/
tunda: et Venuſ & Priapuſ. Quid eſt hoc? Sed oīno laborantem in illo opere uirū
ab diiſ adiuuari oportebat. non ſufficiebat aliquiſ unuſ: aut aliqua una. Nunquid
Venuſ ſola parū eſſet: que ad hoc etiā dicitᷓ nuncupata: ꝙ ſine eiuſ ui femina uirgo
eſſe non deſinat? Si ulla eſt frōs in hominibuſ que non eſt in numinibuſ: nonne cū
credunt coniugati tot deoſ utriuſq; ſexuſ eſſe preſenteſ: et huic operi inſtanteſ: ita

pudore afficiũtur ut & ille minuſ moueat: et illa pluſ reluctetur. Et certe ſi adeſt Virginenſiſ dea ut uirgini zona ſoluatur: ſi adeſt deuſ Subiguſ ut uiro ſubigatur: ſi adeſt dea Prema ut ſubacta ne ſe cõmoueat comprimatur: dea Partunda ibi quid facit? Erubeſcat: eat foraſ: agat aliquid & maritus. Valde inhoneſtum eſt: ut quod uocatur illa: impleat quiſq̃ niſi ille. Sed forte ideo toleratur: qa dea dicitur eſſe non deuſ. Nam ſi maſculuſ crederetur & Partunduſ uocaretur: magiſ contra eũ p uxoriſ pudicitia poſceret marituſ auxilium: q̃ feta contra Siluanum. Sed quid hoc dicam: cũ ibi ſit et Priapuſ nimiuſ maſculuſ: ſuper cuiuſ immaniſſimũ & turpiſſimũ faſcinũ ſedere noua nupta iubebatur more honeſtiſſimo et religioſiſſimo matronarũ. Eãt adhuc & ciuilem theologiam a theologia fabuloſa: urbeſ a theatriſ: templa a ſcenis: ſacra pontificum a carminibuſ poetarum uelut reſ honeſtaſ a turpibuſ: ueraceſ a fallacibuſ: graueſ a leuibuſ: ſeriaſ a ludicriſ: appetendaſ a reſpuendiſ: qua poſſunt quaſi conentur ſubtilitate decernere. Intelligimuſ quid agant. Illam theatricam & fabuloſam theologiam ab iſta ciuili pendere nouerũt: et ei de carminibuſ poetarũ tanq̃ de ſpeculo reſultare. Et ideo iſta expoſita quam damnare non audent: illam eiuſ imaginem liberiuſ arguunt & reprehendunt. ut qui agnoſcunt quid uelint: et hanc ipſam faciem cuiuſ illa imago eſt deteſtentur. Quam tamen ipſi dii tanq̃m in eodem ſpeculo ſe intuenteſ ita diligũt: ut qui qualeſq; ſint in utraq; meliuſ uideãtur. Vnde etiã cultoreſ ſuoſ terribilibuſ imperiiſ cõpulerunt: ut immũditiã theologie fabuloſe ſibi dicarẽt: in ſuiſ ſolennitatibuſ ponerẽt: in rebuſ diuiniſ haberẽt: atq; ita & ſeipſoſ immundiſſimoſ ſpirituſ manifeſtiuſ eſſe docuerunt: et huiuſ urbane theologie uelut electe et probate: illam theatricam abiectam atq; reprobatam membrum partemq; fecerunt: ut cum ſit uniuerſa turpiſ & fallax: atq; in ſe contineat cõmenticioſ deoſ: una parſ eiuſ ſit in litteriſ ſacerdotum: altera in carminibuſ poetarum. Verũ habeat et aliaſ parteſ: alia queſtio eſt. Nunc propter diuiſionem Varroniſ et urbanam & theatricam theologiã ad unam ciuilem pertinere: ſatiſ ut opinor oſtendi. Vnde qa ſũt ambe ſimiliſ turpitudiſ: abſurditatiſ: indignitatiſ: falſitatiſ: abſit a uiriſ religioſiſ: ut ſiue ab hac ſiue ab illa uita ſperetur eterna. Denique et ipſe Varro commemorare et enumerare deoſ cepit a conceptione hominiſ: quorũ numeroſ exorſuſ eſt a Iano: eamq; ſeriem perduxit uſq; ad decrepite hominiſ mortem: et deoſ ad ipſum hominẽ pertinẽteſ clauſit ad Neniam deam que in funeribuſ ſenum cantatur. Deinde cepit deoſ alioſ oſtendere qui pertinerent non ad ipſũ hominem: ſed ad ea que ſunt hoĩſ: ſicuti eſt uictuſ atq; ueſtituſ: et quecũq; alia que huic uite ſunt neceſſaria. oſtendenſ in oĩbuſ qd ſit cuiuſq; muniuſ: et ꝓpter qd cuiq; debeat ſupplicari. In qua uniuerſa diligentia nulloſ demonſtrauit uel nominauit deoſ: a quibuſ uita eterna poſcenda ſit: propter quam unam proprie noſ chriſtiani ſumuſ. Quiſ ergo uſq; adeo tarduſ ſit: ut non intelligat iſtum hominem ciuilem theologiam tam diligenter exponẽdo & aperiendo: eamq; illi fabuloſe indigne atq; ꝓbroſe ſimilem demõſtrando: atq; ipſam fabuloſam partem eẽ huiuſ ſatiſ euidenter docendo: nõ niſi ipſi naturali quã dicit ad philoſophoſ pertinere in animiſ hominũ moliri locum: ea ſubtilitate ut fabuloſam reprehẽdat: ciuilem uero reprehendere qdem non audeat: ſed prodendo reprehenſibilem oſtendat. atq; ita utraq; iudicio recte intelligentium reprobata: ſola naturaliſ remaneat eligenda: de qua ſuo loco in adiutorio dei ueri diligentiuſ diſſerendum eſt.

Libertaſ ſane que huic defuit ne iſtam urbanã theologiam theatrice ſimillimã aperte ſicut illam reprehendere auderet: Anneo Senece quem nõnulliſ indiciiſ

inuenimus apoſtolorum noſtrorum claruiſſe temporibus: non quidem ex toto: uerum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim ſcribenti: uiuenti defuit. Nam in eo libro quem contra ſuperſtitiones ſcripſit: multo copioſius atque uehementius reprehendit ipſe ciuilem iſtam & urbanam theologiam: quam Varro theatricam atque fabuloſam. Cum enim de ſimulachris ageret: ſacros inquit immortales: inuiolabileſque deos in materia uiliſſima atque immobili dedicant: habitus illis hominum ferarumque & piſcium: quidam uero mixto ſexu diuerſis corporibus induunt: numina uocant: que ſi ſpiritu accepto ſubito occurrerent monſtra haberentur. Deinde aliquanto poſt cum theologiam naturalem predicans: quorundam philoſophorum ſententias digeſſiſſet: opponit ſibi queſtionem & ait. Hoc loco dicit aliquis. Credam ergo celum et terram deos eſſe: et ſupra lunam alios: infra alios. Ego feram aut Platonem: aut peripateticum Stratonem. quorum alter fecit deum ſine corpore: alter ſine animo. Et ad hoc reſpondens quid ergo tandem inquit. Veriora tibi uidentur Titi Tacii aut Romuli: aut Tulli Hoſtilii ſomnia. Cloacinam Titus Tacius dedicauit deam. Picum Tiberinumque Romulus: Hoſtilius Pauorem atque Pallorem: teterrimos hominum affectus: quorum alter mentis territe motus eſt: alter corporis ne morbus quidem ſed color. Hec numina potius credes & celo recipies? De ipſis uero ritibus crudeliter turpibus quam libere ſcripſit. Ille inquit uiriles ſibi partes amputat: ille lacertos ſecat. Ubi iratos deos timent qui ſic propitios merentur. Dii autem nullo debent coli genere: ſi & hoc uolunt. Tantus eſt perturbate mentis & ſedibus ſuis pulſe furor: ut ſic dii placentur quemadmodum ne quidem homines ſeuiunt teterrimi: et in fabulas traditi crudelitatis. Tyranni lacerauerunt aliquorum membra: neminem ſua lacerare iuſſerunt. Regie libidinis uoluptati caſtrati ſunt quidam: ſed nemo ſibi ne uir eſſet iubente domino manus intulit. Se ipſi in templis contrucidant: uulneribus ſuis ac ſanguine ſupplicant. Si cui intueri uacet que faciunt queque patiuntur: inueniet tam indecora honeſtis: tam indigna liberis: tam diſſimilia ſanis: ut nemo fuerit dubitaturus furere eos. Si cum paucioribus furerent: utcumque ferendi eſſent: nunc ſanitatis patrocinium eſt inſanientium turba. Iam illa que ipſo capitolio fieri ſolere commemorat: et intrepide omnino coarguit: quis credat niſi ab irridentibus aut furentibus fieri. Nam cum in ſacris egyptiis Oſyrim lugeri perditum: mox autem de inuento magnum fuiſſe gaudium deriſiſſet: cum perditio eius inuentioque fingatur: dolor tamen ille atque leticia ab eis qui nihil perdiderunt nihilque inuenerunt ueraciter exprimatur: huic tamen inquit furori certum tempus eſt. Tolerabile eſt ſemel in anno inſanire: in capitolium peruenire. Pudebit publicate dementie: quia quod ſibi uanus furor attribuit officii: alius nomina deo ſubicit: alius horas Ioui nunciat: alius lictor eſt: alius unctor qui uano motu brachiorum imitatur ungentem. Sunt que Iunoni ac Minerue capillos diſponant: longe a templo non tantum a ſimulachro ſtantes: digitos mouent ornantium modo: ſunt que ſpeculum teneant: ſunt que ad uadimonia ſua deos aduocent: ſunt qui libellos offerant: et illos cauſam ſuam doceant. Doctus Archimimus ſenex iam decrepitus: quotidie in capitolio mimum agebat: quaſi dii libenter ſpectarent: quem illi homines deſierant. Omne illic artificum genus operantium diis immortalibus deſidet. Et paulo poſt. Hi tamen inquit etiam ſi ſuperuacuum uſum: non turpem nec infamem deo promittunt. Sedent quedam in capitolio que ſe a Ioue amari putant. nec Iunonis quidem ſi credere poetis uelis: iracundiſſime reſpectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit. Tantummodo poeticam theologiam reprehendere auſus eſt: ciuilem non auſus eſt: quam iſte concidit. Sed ſi uerum attendamus deteriora ſunt

templa ubi hec aguntur: q̄ theatra ubi finguntur. Unde in hiſ ſacriſ ciuiliſ theologie haſ parteſ potiuſ elegit Seneca ſapienti: ut eaſ in animi religione non habeat: ſed in actibuſ fingat. Ait enim que om̄ia ſapienſ ſeruabit tanq̄ legibuſ iuſſa: non tanq̄ diſ grata. Et paulopoſt. Quid q̄ & matrimonia inquit deorum iungimuſ: et ne pie quidem: fratrum ſcilicet & ſororum: Bellonam Marti collocamuſ: Vulcano Venerē. Neptuno Salaciam. Quoſdam tamē celibeſ relinquimuſ: quaſi conditio defecerit. preſertim cū quedā uidue ſint. ut Populonia uel Fulgora: et diua Rumina. q̄buſ non miror petitorem defuiſſe. Omnem iſtam ignobilem deoꝝ turbam: quā longo euo longa ſuperſtitio cōgeſſit. Sic inquit adorabimuſ: ut meminerimuſ cultū eiuſ magiſ ad morem: q̄ ad rem ptinere. Nec legeſ ergo ille nec moſ in ciuili theologia id inſtituerunt quod diſ gratum eſſet: uel ad rem pertineret. Sed iſte quem philo/ſophi quaſi liberū fecerunt: tamen q̄a illuſtriſ populi romani ſenator erat: colebat quod reprehēdebat: agebat quod arguebat: quod culpabat adorabat. q̄a uidelicet magnum aliquid eum philoſophia docuerat: ne ſuperſtitioſuſ eſſet in mundo: ſed propter legeſ ciuium moreſq; hominum: non quidem ageret fingentem ſcenicum in theatro: ſed imitaretur in tēplo: eo damnabiliuſ quo illa que mēdaciter agebat ſic ageret: ut eū populuſ ueraciter agere exiſtimaret. Scenicuſ aūt ludendo potiuſ delectaret: q̄ fallendo deciperet.

Hic inter aliaſ ciuiliſ theologie ſuperſtitioneſ reprehendit etiam ſacramenta iudeorum: et maxime ſabbata inutiliter eoſ facere: affirmanſ q̄ per illoſ ſin/guloſ ſeptem interpoſitoſ dieſ: ſeptimam fere partem etatiſ ſue perdant uacando: et multa in tempore urgentia nō agendo ledantur. Chriſtianoſ tamē iam tūc iudeiſ inimiciſſimoſ in neutram partem cōmemorare auſuſ eſt: ne uel laudaret contra ſue patrie ueterem cōſuetudinem: uel reprehenderet contra propriam forſitan uolun/tatem. De illiſ ſane iudeiſ cum loqueretur ait. Cum interim uſq; eo ſceleratiſſime gentiſ conſuetudo cōualuit: ut per omneſ iam terraſ recepta ſit. Victi uictoribuſ legeſ dederūt. Mirabatur hoc dicenſ: et quid diuinituſ ageretur ignoranſ. Subiecit plane ſententiam: qua ſignificaret quid de illorum ſacramentorū ratione ſentiret. Ait enim. Illi tamen cauſaſ rituſ ſui nouerunt: et maior parſ populi facit: quod cur faciat ignorat. Sed de ſacramentiſ iudeoꝝ: uel cur uel quatenuſ inſtituta ſint auc/toritate diuina: ac poſtmodum a populo dei cui uite eterne miſterium reuelatum eſt: tempore quo oportuit eadem auctoritate ſublata ſint: et aliaſ diximuſ maxīe cum aduerſuſ manicheoſ ageremuſ: et in hoc opere loco oportuniore dicēdum eſt.

Nunc autem propter treſ theologiaſ quaſ greci dicūt mythicen: phiſicen: po/liticen: latine autē dici poſſunt: fabuloſa: naturaliſ: ciuiliſ: q̄ neq; de fabuloſa quam & ipſi multorum falſorumq; deorum cultoreſ liberrime reprehenderunt: neq; de ciuili cuiuſ illa parſ eſſe conuincitur: eiuſq; & iſta ſimillima uel etiam deterior inuenitur: ſperanda eſt eterna uita: ſi cui ſatiſ non ſunt que in hoc uolumine dicta ſunt: adiungat etiam illa que in ſuperioribuſ libriſ & maxime quarto: de felicitatiſ datore deo plurima diſputata ſunt. Nam cui niſi uni felicitati pp̄ter eternā uitam conſecrandi homineſ eſſent: ſi dea felicitaſ eſſet? Quia uero non dea ſed munuſ eſt dei: cui deo niſi datori felicitatiſ conſecrandi ſumuſ: qui eternam uitam ubi uera eſt et plena felicitaſ pia caritate diligimuſ? Non autem eſſe datorem felicitatiſ quenq̄ iſtorum deoꝝ: qui tanta turpitudine coluntur: et niſi ita colantur multo turpiuſ

iraſcuntur: atq; ob hoc ſe ſpiritus immundiſſimos cõfitentur: puto ex his que dicta ſunt neminem dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem uitam quomodo poſſit dare eternam? Eam quippe uitam eternam dicimus: ubi ẽ ſine fine felicitas. Nam ſi anima in penis uiuit eternis: quibus & ipi ſpiritus cruciabuntur immundi: mors illa potius eterna dicenda eſt q̃ uita. Nulla quippe maior & peior eſt mors: q̃ ubi non moritur mors. Sed q anime natura per id q immortalis creata eſt: ſine qualicunq; uita eſſe non poteſt: ſumma mors eius eſt alienatio a uita dei in eterni/tate ſupplicii. Vitam igitur eternam id eſt ſine ullo fine felicem: ſolus ille dat qui dat ueram felicitatem. Quã q̃ illi quos colit theologia iſta ciuilis dare non poſſe conuicti ſunt: non ſolum propter iſta temporalia atq; terrena quod ſuperioribus quinq; libris oſtẽdimus: ſed multo magis propter uitam eternam que poſt mortem futura eſt: quod iſto uno etiam illis cooperantibus egimus: colendi non ſunt. Sed quoniam ueternoſe conſuetudinis uis nimis in alto radices habet: ſi cui de iſta ciuili theologia reſpuenda atq; uitanda parum uideor diſputaſſe: in aliud uolumẽ quod huic opitulante deo ſubiungendum eſt animum intendat.

D Iligentius me prauas & ueteres opiniones ueritati pietatis inimicas: quas tenebroſis animis altius & tenacius diuturnus humani generis error infixit: euellere atq; extirpare conantẽ: & illius gratie qui hoc ut uerus deus poteſt pro meo modulo in eius adiutorio cooperãtem: ingenia celeriora atq; meliora quibus ad hanc rem ſuperiores libri ſuperq; ſufficiũt: patienter et equanimiter ferre debebunt: et propter alios non putare ſuperfluum: quod iam ſibi ſentiunt non neceſſarium. Multum magna res agitur cum uera & uere ſancta diuinitas: quãuis ab ea nobis etiã huic quam nũc gerimus fragilitati neceſſaria ſubſidia prebeantur: non tantum propter mortalis uite tran/ſitorium uaporem: ſed propter uitam beatam que non niſi eterna eſt querenda et colenda p̃dicatur. Hãc diuinitatem uel ut ſic dixerim deitatem: nam & hoc uerbo uti iam noſtros nõ piget: ut e greco expreſſius transferunt: quod illi theotera ap/pellant. Hanc ergo diuinitatem ſiue deitatem nõ eſſe in ea theologia quã ciuilem uocant: que a Marco Varrone. xvi. uoluminibus explicata eſt: id eſt nõ perueniri ad eterne uite felicitatem taliũ deorum cultu: quales a ciuitatibus qualiterq; colendi instituti ſunt: cui nondum perſuaſit ſextus liber quem proxime abſoluimus: cũ iſtũ forſitan legerit quid de hac queſtione expedienda ulterius deſideret non habebit. Fieri enĩ poteſt: ut ſaltem deos ſelectos atq; precipuos quos Varro uolumine cõ/plexus eſt ultimo: de quibus parum diximus: quis q̃ colendos propter uitam beatam que non niſi eterna eſt opinetur. Qua in re nõ dico quod facetius ait Tertullianus fortaſſe q̃ uerius. Si dii ſeleguntur ut bulbi: utiq; ceteri reprobi iudicãtur. Non hoc dico: uideo enim ex electis seligi aliquos ad aliquid maius atq; preſtantius: ſicut in militia cũ tirones electi fuerint: ex his quoq; eliguntur ad opus aliquod maius armorum. Et cum eliguntur in eccleſia qui fiant prepoſiti: non utiq; ceteri reprobantur: cum omnes boni fideles electi merito nuncupentur. Eliguntur in edificio lapides angu/lares: non reprobatis ceteris qui ſtructure partibus aliis deputantur. Eliguntur uue ad ueſcendum: nec reprobantur alie quas relinquimus ad bibendum. Non opus multa

percurrere: cum reſ in aperto ſit. Quamobrem non ex hoc ꝙ dii ex multiſ quidem electi ſunt: uel iſ qui ſcripſit uel eorum cultoreſ: uel dii ipſi uituperandi ſunt: ſed aduertendum potiuſ qui nam iſti ſint: et ad quam rem ſelecti uideantur.

HOſ certe deoſ ſelectoſ Varro uniuſ libri contexione cõmendat. Ianũ. Ioue. Saturnũ. Genium. Mercuriũ. Apollinem. Martem. Vulcanũ. Neptunum. Solem. Orcum. Liberũ patrem. Tellurem. Cererem. Iunonem. Lunã. Dyanam. Mineruam. Venerem. Veſtam. In qbuſ omibuſ ferme. xx. duodecim mareſ: octo ſunt femine. Hec numina utrũ propter maioreſ in mũdo adminiſtrationeſ ſelecta dicunt: an ꝙ populiſ magiſ innotuerũt: maiorq; eſt eiſ cultuſ exhibituſ. Si ppterea quia opera maiora ab hiſ adminiſtrantur in mundo: non eoſ inuenire debuimuſ inter illam quaſi plebeiam numinum multitudinem: minutiſ opuſculiſ deputatam. Nam ipſe primum Ianuſ cum puerperium concipitur: unde illa cuncta opera ſumunt exordium: minutatim minutiſ diſtributa numinibuſ aditũ aperit recipiẽdo ſemini. Ibi eſt et Saturnuſ propter ipm ſemen. Ibi Liber qui marem effuſo ſemine liberat. Ibi Libera quam & Venerem uolunt: que hoc idem beneficium conferat femine: ut etiam ipa emiſſo ſemine liberetur. Omneſ hi ex illiſ ſunt qui ſelecti appellantur. Sed ibi eſt et dea Mena: que menſtruiſ fluoribuſ preeſt: quamuiſ Iouiſ filia tamen ignobiliſ eſt. Et hanc prouidentiam fluorum menſtruorum in libriſ ſelectorũ deorum ipi Iunoni idem auctor aſſignat: que in diiſ ſelectiſ etiã regina eſt: et hic tanq̃ Iuno Lucina cũ eadem Mena preuigna ſua eidem cruori preſidet. Ibi ſunt et duo neſcio qui obſcuriſſimi Vitumnuſ & Sentinuſ: quorum alter uitam alter ſenſuſ puerperio largiuntur. Et nimirum multo pluſ preſtãt cum ſint ignobiliſſimi: q̃ illi tot procereſ & ſelecti. Nam profecto ſine uita et ſenſu quid ẽ illud totum quod muliebri utero geritur: niſi neſcio quid abiectiſſimũ limo ac pulueri comparandum?

QVe igitur cauſa tot ſelectoſ deoſ ad hec opera minima compulit: ubi a Vitumno & Sentino quoſ fama obſcura recõdit: in huiuſ munificentie partitõe ſuperentur? Confert enim ſelectuſ Ianuſ aditum: et quaſi ianuam ſemini confert: ſelectuſ Saturnuſ ſemen ipſum. Confert ſelectuſ Liber euſdem ſeminiſ emiſſionem uiriſ. cõfert hoc idem Libera que Cereſ ſeu Venuſ ẽ feminiſ. Confert ſelecta Iuno et hec nõ ſola ſed cum Mena filia Iouiſ fluoreſ menſtruoſ: ad eiuſ quod conceptũ eſt incrementũ. Et confert Vitumnuſ obſcuruſ & ignobiliſ uitam: cõfert Sentinuſ obſcuruſ & ignobiliſ ſenſum. Que duo tanto illiſ rebuſ preſtantiora ſunt: quãto & ipſe reſ ab hiſ intellectu ac ratione uincuntur. Sicut enim que ratiocinãtur et intelligunt: pfecto potiora ſunt hiſ que ſine intellectu atq; ratione ut pecora uiuũt et ſentiunt: ita & illa que uita ſenſuq; ſunt predita: hiſ que nec uiuunt nec ſentiunt merito preferuntur. Inter ſelectoſ itaq; deoſ Vitumnuſ uiuificator: et Sentinuſ ſenſificator: magiſ haberi debuerunt q̃ Ianuſ ſeminiſ admiſſor: et Saturnuſ ſeminiſ dator uel ſator: et Liber & Libera ſeminum commotoreſ uel emiſſoreſ: que ſemina indignum eſt cogitare: niſi ad uitam ſenſumq; peruenerint: que munera ſelecta nõ dantur a diiſ ſelectiſ: ſed a qbuſdam incognitiſ & pre iſtorum dignitate neglectiſ. Quod ſi reſpondetur omniũ initiorum habere Ianum poteſtatem: et ideo illi etiã quod aperit conceptum nõ immerito attribui: et omnium ſeminum Saturnum: et ideo ſeminationem quoq; hominiſ non poſſe ab eiuſ operatione ſeiungi: et omniũ

ſeminum emittendorum Liberum & Liberam: et ideo hiſ etiā preeſſe que ad ſub/
ſtituendoſ homineſ pertinent: omniū purgandorum & pariendorum Iunonem: et
ideo eam nō deeſſe purgationibuſ feminarum & partubuſ hominū. Querant quid
reſpondeant de Vitumno & Sentino: utrum et ipſoſ uelint habere oīm que uiuūt
et ſentiunt poteſtatem. Quod ſi concedunt: attendant q̄ eoſ ſublimiuſ locaturi ſint.
Nā ſeminibuſ naſci in terra & ex terra eſt: uiuere aūt atq; ſentire etiā deoſ ſidereoſ
opinātur. Si autem dicunt Vitumno atq; Sentino hec ſola attributa que in carne
uiueſcunt & ſenſibuſ adminiculantur: et cur non deuſ ille qui facit oīa uiuere atq;
ſentire: etiā carni uitā prebet & ſenſum: uniuerſali opere hoc munuſ etiā partubuſ
tribuenſ. Et qd opuſ ē Vitumno atq; Sentino? ſi ab illo qui uite & ſenſibuſ preeſt
uniuerſaliter cuncta reguntur: et hiſ quaſi famuliſ iſta carnalia uelut extrema et
ima cōmiſſa ſunt. Ita ne ſunt illi ſelecti deſtituti familia: ut non inuenirent qbuſ
etiam ipſi iſta cōmitterent: ſed cum tota ſua nobilitate qua uiſi ſunt eligendi: opuſ
facere cū ignobilibuſ cogerentur? Iuno ſelecta & regina: Iouiſq; ſoror & cōiunx.
hec tū iterduca eſt pueriſ: et opuſ facit cū deabuſ ignobiliſſimiſ Abeona & Adeona.
Ibi poſuerūt et Mentem deam: que faciat pueriſ bonam mentem: et inter ſelectoſ
iſta non ponitur: quaſi quicq̄ maiuſ preſtari homini poteſt. Ponitur autem Iuno
quia iterduca eſt & domiduca: quaſi quicq̄ proſit iter carpere et domū duci: ſi menſ
non ē bona. Cuiuſ munerīſ deā ſelectoreſ iſti inter ſelecta numina mīme poſuerūt.
Que profecto & Minerue fuerat preferēda: cui per iſta minuta opera puerorum
memoriam tribuerunt. Quiſ enim dubitet multo eſſe meliuſ habere bonā mentem:
q̄ memoriā quantalibet ingentem? Nemo enī maluſ eſt qui bonam habet mētem.
Quidam uero peſſimi memoria ſunt mirabili: qui tanto peioreſ ſunt: quāto minuſ
poſſunt quod male cogitant obliuiſci. Et tamen Minerua eſt inter ſelectoſ deoſ:
Mentem autē deam turba uiliſ operuit. Quid de uirtute dicam: quid de felicitate:
de quibuſ in quarto libro plura iam diximuſ: quaſ cum deaſ haberent: nullum eiſ
locum inter ſelectoſ deoſ dare uoluerūt: ubi dederūt Marti & Orco uni effectori
mortium alteri receptori. Cum igitur in hiſ minutiſ operibuſ que minutatim diiſ
pluribuſ diſtributa ſunt: etiā ipſoſ ſelectoſ uideamuſ tanq̄ ſenatum cū plebe pariter
operari: et inueniamuſ a qbuſdam diiſ qui nequaq̄ ſeligendi putati ſunt: multo ma/
iora atq; meliora adminiſtrari: q̄ ab illiſ qui ſelecti uocantur: reſtat arbitrari non
propter preſtantioreſ in mundo adminiſtrationeſ: ſed quia prouenit eiſ ut populiſ
magiſ innoteſcerent: ſelectoſ & precipuoſ nuncupatoſ. Vnde dicit etiā ipſe Varro:
ꝗ diiſ qbuſdam patribuſ & deabuſ matribuſ: ſicut hominibuſ ignobilitaſ accidiſſet.
Si ergo felicitaſ ideo fortaſſe inter ſelectoſ deoſ eſſe non debuit: ꝗ ad iſtā nobili/
tatem nō merito ſed fortuitu puenerūt: ſaltē inter illoſ uel potiuſ pre illiſ fortuna
poneretur: quam dicunt deam non rationabili diſpoſitione: ſed ut temere acciderit
ſua cuiq; dona cōferre. Hec in diiſ ſelectiſ tenere apicem debuit: in quibuſ maxime
qd poſſet oſtendit: qn̄ eoſ uidemuſ nō precipua uirtute: non rationabili felicitate:
ſed temeraria ſicut eorum cultoreſ de illa ſentiunt fortune poteſtate ſelectoſ. Nam
et uir diſertiſſimuſ Saluſtiuſ etiā ipſoſ deoſ fortaſſiſ attēdit cū diceret. Sed pfecto
fortuna in oīi re dominatur: ea reſ cunctaſ ex libidine magiſ q̄ ex uero celebrat
obſcuratq;. Non enim poſſūt inuenire cauſam: cur celebrata ſit Venuſ: et obſcurata
ſit uirtuſ: cum ab iſtiſ ambarū conſecrata ſint numina: nec cōparanda ſint merita.
Aut ſi hec nobilitari meruit: ꝗ plureſ appetunt Venerem q̄ uirtutem: cur celebrata
eſt dea Minerua: et obſcurata ē dea pecunia: cum in genere hūano plureſ alliciat

auaricia q̃ peritia ſet in eiſ ipſiſ qui ſunt artificioſi: raro inuenieſ hominem qui non
habeat artem ſuam pecuniali mercede uenalem: pluriſq; pendatur ſemper propter
quod aliqd fit: q̃ id propter quod illud fit? Si ergo inſipientiſ iudicio multitudiniſ
facta eſt deorum iſta ſelectio: cur dea Pecunia Mineruę prelata non eſt: cũ ꝑpter
pecuniam ſint artificeſ multi? Si autem paucorum ſapientum eſt iſta diſtinctio:
cur non prelata eſt Veneri uirtuſ: cum eam longe ratio preferat? Saltem certe ut
dixi ipſa fortuna que ſicut putant qui ei plurimum tribuũt in om̃i re dominatur:
et reſ cunctaſ ex libidine magiſ q̃ ex uero celebrat obſcuratq;: ſi tantum & in deoſ
ualuit: ut temerario iudicĩo ſuo quoſ uellet celebraret: obſcuraretq; quoſ uellet: pre/
cipuum locũ haberet in ſelectiſ: que in ipſoſ quoq; deoſ tam precipue ẽ poteſtaſ.
An ut illic eſſe non poſſet: nihil aliud etiã ipſa fortuna niſi aduerſam putanda eſt
habuiſſe fortunam? Sibi ergo aduerſata eſt: que alioſ nobileſ faciens nobilitata
non eſt.

GRatuletur autẽ diiſ iſtiſ ſelectiſ quiſq̃ nobilitatiſ & claritudiniſ appetitor: et
eoſ diceret fortunatoſ: ſi non eoſ magiſ ad iniuriaſ q̃ ad honoreſ ſelectoſ uideret.
Nam illam infimam turbam ipſa ignobilitaſ texit: ne obrueretur opprobriiſ. Ri/
demuſ qdem cum eoſ uidemuſ figmentiſ humanarum opinionum partitiſ inter ſe
opibuſ diſtributoſ: tanq̃ munuſcularioſ uectigaliũ conductoreſ: uel tanq̃ opificeſ
in uico argentario: ubi unum uaſculum ut perfectum exeat per multoſ artificeſ
tranſit: cum ab uno perfecto perfici poſſet. Sed aliter non putatum eſt operantium
multitudini conſulendum: niſi ut ſingulaſ artiſ parteſ cito & facile diſcerẽt ſinguli:
ne om̃eſ in arte una tarde & difficile cogerentur ẽẽ perfecti. Verũtamẽ uix quiſq̃
reperitur deorum nõ ſelectorum: qui aliquo crimine famam traxit infamem: uix
aũt ſelectorum quiſpiam qui nõ in ſe notam contumelię inſigniſ acceperit. Illi ad
iſtorum humilia opera deſcenderunt: iſti in illorum ſublimia crimina nõ uenerũt.
De Iano quidem non mihi facile quicq̃ occurrit: quod ad probrum pertineat. Et
fortaſſiſ taliſ fuit ut innocentiuſ uixerit: et a facinoribuſ flagitiiſq; remotiuſ. Satur/
num fugiẽtem benignuſ excepit cum hoſpite partituſ eſt regnum: ut etiã ciuitateſ
ſingulaſ conderent: iſte ianiculum: iſte ſaturniam. Sed iſti in cultu deorum omniſ
dedecoriſ appetitoreſ: cuiuſ uitã minuſ turpem inuenerũt: eũ ſimulachri mõſtruoſa
deformitate turparũt. nunc eum bifrõtem: nunc etiã quadrifrõtem: tanq̃ geminũ
facienteſ. An forte uoluerũt ut quoniã plurimi dii ſelecti erubeſcenda ꝑpetrando
amiſerant frontem: quanto iſte innocentior eſſet: tanto frontoſior appareret?

SEd ipſorum potiuſ interpretationeſ phiſicaſ audiamuſ: quibuſ turpitudinem
miſerrimi erroriſ uelut altioriſ doctrine ſpecie colorare conantur. Primũ eaſ
interpretatiõeſ ſic Varro cõmendat: ut dicat antiquoſ ſimulachra deoꝝ & inſignia
ornatuſq; finxiſſe. Que cũ oculiſ aĩe aduertiſſent hi qui adiſſent doctrine miſteria:
poſſent animã mũdi ac parteſ eiuſ id eſt deoſ ueroſ aĩmo uidere. quorũ qui ſimulachra
ſpecie hominiſ fecerunt hoc uideri ſecutoſ: ꝙ mortalium animuſ qui eſt in corpore
hũano ſimillimuſ eſt immortaliſ animi: tanq̃ ſi uaſa ponerentur cauſa notandorũ
deoꝝ: et in Liberi ede enoforũ ſiſteretur qď ſignificaret uinum: ꝑ id quod cõtinet
id quod continetur: ita per ſimulachrũ quod formam haberet hũanam: ſignificari
aĩam rationalẽ: ꝙ eo uelut uaſe natura iſta ſoleat cõtineri: cuiuſ nature deũ uolũt
ẽẽ uel deoſ. Hec ſunt miſteria doctrine que iſte uir doctiſſimuſ penetrauerat: unde

in lucem iſta proferret. Sed o homo acutiſſime: num in iſtiſ doctrine miſteriiſ illam
prudentiam perdidiſti: qua tibi ſobrie uiſum eſt: ꝙ hi qui primũ populiſ ſimulachra
conſtituerunt: et metum dempſerunt ciuibuſ ſuiſ & errorem addiderũt: caſtiuſq; deoſ
ſine ſimulachriſ uetereſ obſeruaſſe romanoſ? Hi enim tibi fuerunt auctoreſ: ut hec
contra poſterioreſ romanoſ dicere matereſ. Nam et ſi illi antiquiſſimi ſimulachra
coluiſſent: fortaſſiſ totum iſtum ſenſum de ſimulachriſ non cõſtituendiſ interim ueri
timoriſ ſilencio premereſ: et in huiuſcemodi perniciosiſ uaniſq; figmẽtiſ miſteria iſta
doctrine loquaciuſ & elatiuſ predicareſ. Anima tamen tua tam docta & ingenioſa:
ubi te multum dolemuſ per hec miſteria doctrine: ad deum ſuum id eſt a quo facta
eſt non cum quo facta eſt: nec cuiuſ porcio ſed cuiuſ condicio eſt: nec qui eſt oĩum
aĩma: ſed qui fecit omẽm aĩmam: quo ſolo illuſtrante fit aĩa beata: ſi eiuſ gratie non
ſit ingrata: nullo modo potuit peruenire. Verum iſta miſteria doctrine qualia ſint
quantiq; pendenda: que ſequũtur oſtendunt. Fatetur interim uir iſte doctiſſimuſ:
aĩmam mundi ac parteſ eiuſ eſſe ueroſ deoſ. unde intelligitur totam eiuſ theologiam
eam ipſam ſcilicet naturalem cui plurimum tribuit: uſq; ad aĩme rationaliſ naturam
ſe extendere potuiſſe. De naturali enim paucíſſima preloquitur in hoc libro: in quo
uidebimuſ utrũ per interpretatiõeſ phiſiologicaſ ad hanc naturalem poſſit referre
ciuilem: quã de diiſ selectiſ ultimam ſcripſit. quod ſi potuerit: tota naturaliſ erit. Et
qd opuſ erat ab ea ciuilem tanta cura diſtinctioniſ abiungere? Si aũt recto diſcri-
mine ſeparata eſt: quãdo nec iſta uera eſt que illi naturaliſ placet: peruẽit enim uſq;
ad aĩam: nõ uſq; ad uerum deum qui fecit & aĩam: quãto eſt abiectior et falſior iſta
ciuiliſ: que maxime circa corporum eſt occupata naturam: ſicut ipſe interpretatiõeſ
eiuſ ex qbuſ quedam neceſſaria cõmemorare me oportet: tanta ab hiſ exquiſite et
enucleate diligentia demonſtrabunt?

Dicit ergo idem Varro adhuc de naturali theologia preloquenſ deũ ſe arbitrari
eſſe aĩmam mundi: quem greci uocant coſmon: et hunc ipm mũdum eſſe deũ.
Sed ſicut hoĩem ſapientem cũ ſit ex corpore & animo: tamẽ ab aĩmo dici ſapientẽ:
ita mundũ deũ dici ab aĩo cũ ſit ex aĩo & corpore. Hic uidetur quoquomõ cõfiteri
unũ deum. ſed ut plureſ etiã introducat: adiũgit mũdum diuidi in duaſ parteſ: id eſt
celum & terram. Et celum bifariũ in ethera et aera: terram uero in aquã & humum.
E qbuſ ſummũ eſſe ethera: ſecundũ aera: terciam aquã: infimã terram. Quaſ omneſ
parteſ quatuor animarũ eſſe plenaſ: in ethere & aere immortalium: in aqua et terra
mortalium. A ſummo aũt circuitu celi uſq; ad circulum lune ethereaſ aĩaſ eſſe aſtra
ac ſtellaſ: eaſq; celeſteſ deoſ non modo intelligi eſſe: ſed etiam uideri. Inter lune uero
girum & nimboꝝ ac uentorũ cacumina aereaſ eſſe aĩaſ: ſed eaſ aĩo non oculiſ uideri:
et uocari heroaſ & lareſ et genioſ. Hec eſt uidelicet breuiter in iſta prelocutiõe ppo-
ſita theologia naturaliſ: que nõ huic tantũ ſed & multiſ philoſophiſ placuit: de qua
tunc diligentiuſ diſſerendum eſt: cũ de ciuili q̃tum ad deoſ ſelectoſ attinet: opitulãte
deo uero qđ reſtat impleuero.

Ianuſ igit̃ a quo ſumpſit exordiũ: quero q̃ſnã ſit. Reſpondetur mũduſ eſt. Breuiſ
eſt hec plane atq; aperta reſponſio. Cur ergo ad eũ dicitur rerũ inicia pertinere:
fineſ uero ad alterũ quẽ Terminũ uocant? Nam propter inicia & fineſ duobuſ iſtiſ
diiſ duoſ menſeſ perhibent dedicatoſ: preter illoſ decem qbuſ uſq; ad decembrẽ caput
ẽ martiuſ: ianuariũ Iano: februariũ Termino. Ideo terminalia eodẽ menſe februario
celebrari dicunt: cũ fit ſacrũ purgatoriũ qđ uocant febrũ: unde menſiſ nomẽ accepit.

Nunqd ergo ad mūdum qui Ianus eſt inicia rerū pertinent: et fines non ptinent: ut alter illis deus pficeretur? Nonne oīa que in hoc mūdo fieri dicūt: in hoc etiā mūdo terminari fatentur? Que eſt iſta uanitas: in opere illi dare poteſtatem dimidiam: in ſimulacro faciē duplam? Nōne iſtū bifrontem multo elegancius interpretarētur: ſi eūdem & Ianum & Terminū dicerent: atq; iniciis unā faciem finibus alterā darēt: qm̄ qui operat̄ utrūq; debet intendere? In om̄i enī motu actionis ſe ꝗ nō reſpiat inicium: non pſpiat finem. Unde neceſſe eſt: ut memorie reſpicienti: proſpiciens cō/nectatur intentio. Nam cui exciderit quod ceperit: quō finiat nō inueniet. Quod ſi uitam beatā in hoc mūdo inchoari putarent: extra mūdum perfici: et ideo Iano id eſt mūdo ſolam inicioꝝ tribuerent poteſtatē: profecto ei pponerent Terminū: eūq; a diis ſelectis nō alienarent. Quanq̄ etiam nunc cum in iſtis duobus diis inicia rerum temporaliū fineſq; tractant̄: Termino dari debuit plus honoris. Maior enī leticia ē: cū res queq; pficitur. ſolicitudinis aūt plena ſunt cepta: donec pducātur ad finē. quē q aliquid incipit: maxīe appetit: intendit. expectat exoptat. nec de re inchoata niſi terminetur exultat.

De ...

Sed iam bifronūs ſimulacri interp̄tatio proferat̄. Duas enī facies ante & retro habere dicit̄: q hiatus noſter cū os apimus mūdo ſimilis uideat̄: unde & palatū greci ora non orū appellant. et nōnulli inquit poete latini celū uocauerūt palatū. a quo hiatu oris & foris eſſe aditum ad denteſ uerſus: et introrſus ad fauces. Ecce quo pductus eſt mūdus ppter palati noſtri uocabulū: uel grecū uel poeticū. Quid aūt̄ hoc ad aīam: qd ad uitam eternam ppter ſolas ſaluas colatur hic deus: qbus partim gluciendis partim expuendis: ſub celo palati utraq; panditur ianua. Quid eſt porro abſurdius: q̄ in ipſo mundo non inuenire duas ianuas ex aduerſo ſitas: per quas uel admittat ad ſe aliquid intro: uel emittat a ſe foras: et de noſtro ore & gutture quoꝝ ſimilitudinē mūdus nō habet: uelle mūdi ſimulacrū cōponere Iano: ppter ſolum palatum cuius ſimilitudinē Ianus nō habet. Cum uero eū faciūt quadrifrontem: et Ianum geminū appellāt: a q̄tuor mūdi partibus hoc interpretātur: q̄ſi aliqd ſpectet mūdus foras: ſicut p omēs facies Ianus. Deinde ſi Ianus eſt mūdus: et mūdus q̄tuor partibus cōſtat: falſum ē ſimulachrū Iani. qa Ianus & ſi quadrifrons legit̄: nunq̄ tn̄ quadri Ianus inuenit̄. Aut ſi pptere a uerū eſt: qa etiā noīe orientis & occidentis totus ſolet mūdus intelligi: nunqd cū duas partes alias noīamus ſeptentriōis & auſtri ſicut illū quadrifrontē dicūt geminū Ianū: ita quiſq̄ geminū dicturus eſt mundū? Non habēt oīo unde q̄tuor ianuas que intrantibus & exeūtibus pateant interpretent̄: ad mūdi ſimilitudinē: ſicut de bifronte quod dicerent ſaltem in ore hoīs inuenerūt: niſi Neptunus forte ſubueniat & porrigat piſcem: cui preter hiatum oris & gutturis etiā dextra & ſiniſtra fauces paterēt. Et tamē hanc uanitatē p tot ianuas nulla effugit anima: niſi que audit ueritatem dicentem. ego ſum ianua. *De Iouis potestate atque eiusdem ...*

Iouem aūt qui etiā Iupiter dicitur: quē uelint intelligi exponāt. Deus eſt inquīt habens poteſtatē cauſarū: qbus aliqd fit in mūdo. Hoc q̄ magnū ſit nobiliſſimus Virgilii uerſus ille teſtat̄. Felix qui potuit rerū cognoſcere cauſas. Sed cur ei ppo/nitur Ianus: hoc nobis uir ille acutiſſimus doctiſſimuſq; reſpondeat. Quoniā penes Ianū inqt ſunt p̄ma: penes Iouem ſumma. Merito ergo rex oīm Iupiter habetur. Prima enī uincunt̄ a ſummis. qa licet p̄ma p̄cedant tēpore: ſūma ſupant dignitate. Sed recte hoc diceretur: ſi p̄ma factoꝝ diſcernerent̄ & ſumma. Sicut enim inicium

Prima uincunt a summis

facti eſt pſicuſa ſummū peruenire: initium facti inceptio diſcendi: ſummū perceptio doctrine. ſic in oĩbus prima ſunt initia: ſũmaq; ſunt fines. Sed iam hoc negociū inter Ianū Terminūq; diſcuſſum eſt. Cauſe aũt que dant Ioui: efficientia ſunt non effecta. Neq; ullo mõ fieri põt ut uel tẽpore preueniant a factis initiiſue factoꝝ. Semper enĩ prior eſt res que facit: q̃ illa que fit. Quapropter ſi ad Ianum pertinẽt initia factoꝝ: non ideo priora ſunt efficiẽtibus cauſis quas Ioui tribuũt. Sicut enim nihil fit: ita nihil inchoat̃ ut fiat: quod nõ faciens cauſa preceſſerit. Hunc ſane deũ penes quẽ ſunt oĩes cauſe factoꝝ oĩm naturarũ naturaliũq; rerum: ſi Iouẽ populi appellant: et tantis cõtumeliis tanq; ſceleſtis criminatiõibus colũt: teteriore ſacrilegio ſeſe obſtringũt: q̃ ſi prorſus nullũ putarẽt deũ. Vnde ſatius eẽt eis aliũ aliquẽ Iouis noĩe nuncupare: dignũ turpibus & flagicioſis hõribus: ſuppoſito uano figmẽto quod potius blaſſemarent. ſicut Saturno dicit̃ ſuppoſitus lapis: quẽ pro filio deuoraret: q̃ iſtum deũ dicere et tonantem & adulterantem: et totũ mũdum regentem: et per tot ſtupra diffluentem: et naturarum oĩum naturaliũq; rerum cauſas ſummas habentẽ: et ſuas cauſas bonas nõ habentem. Deinde quero quẽ iam locum inter deos huic deo tribuant Ioui: ſi Ianus eſt mũdus. Deos enim ueros aĩmam mundi ac eius partes iſte definiunt. Ac ꝑ hoc quicquid hoc non eſt: nõ eſt utiq; ſcd̃m iſtos uerus deus. Num igit̃ ita dicturi ſunt Iouem aĩam mũdi: ut Ianus ſit corpus eius id ẽ iſte uiſibilis mũdus? Hoc ſi dicunt: nõ erit quẽadmodũ Ianum deũ dicant: q̃m mũdi corpus non ẽ deus uel ſcd̃m ipſos: ſed aĩa mundi ac partes eius. Vnde idẽ Varro apertiſſime dicit deũ ſe arbitrari eſſe aĩam mundi: et hunc ipm mũdum eſſe deum: ſed ſicut hoĩem ſapientem cũ ſit ex aĩmo & corpore: tamẽ ex aĩmo dici ſapientẽ: ita mundũ deũ dici ab aĩmo: cũ ſit ex aĩmo & corpore. Solũ itaq; mũdi corpus non eſt deus. ſed aut ſola aĩa eius: aut ſimul corpus & aĩmus. ita tamen ut nõ ſit a corpe ſed ab aĩo deus. Si ergo Ianus eſt mũdus: et deus eſt Ianus: nunqd Iouem ut deus eſſe poſſit: aliquã partem iam eſſe dicturi ſunt. Magis enim Ioui uniuerſum ſolẽt tribuere. unde eſt illud Iouis oĩa plena. Ergo et Iouẽ ut deus ſit: et maxĩe ut rex deoꝝ: nõ alium poſſũt exiſtimare q̃ mundũ: ut in diis ceteris ſcd̃m iſtos ſuis ꝑtibus regnet. In hãc ſententiã etiã quoſdã uerſus Valerii Sorani exponit idem Varro: in eo libro quẽ ſeorſum ab iſtis de cultu deoꝝ ſcripſit. qui uerſus hi ſunt. Iupiter oĩpotens regũ rex ipſe deuſq;. Progenitor genitrixq; deũ deus unus & oĩs. Exponuntur aũt in eodem libro ita. Cum marem exiſtimarent qui ſemẽ emitteret: feminã que acciperet: Iouemq; eſſe mundũ: et eum oĩa ſemina ex ſe emittere & in ſe recipere: cũ cauſa inquit ſcripſit Soranus. Iupiter ꝓgẽitor genitrixq;. nec minus cũ cauſa unũ & oĩa eũdem eſſe. Mundus enĩ unus: et in eo uno oĩa ſunt.

Cvm ergo et Ianus mũdus ſit: et Iupiter mundus ſit: unuſquiſq; ſit mũdus: q̃re duo dii ſunt Ianus & Iupiter? Quare ſeorſum habẽt templa: ſeorſum aras: diuerſa ſacra: diſſimilia ſimulachra? Si propterea quia alia uis eſt primordiorum alia cauſarũ: et illa Iani & illa Iouis nomẽ accepit: nunqd ſi unus homo ĩ diuerſis rebus duas habeat poteſtates: aut duas artes: qa ſingularũ diuerſa uis eſt: ideo duo iudices: aut duo dicitur artifices? Sic ergo et unus deus: cũ ipſe habeat ptãtem ꝓmordiorũ: ipſe cauſarũ: num propter hoc illum duos deos eẽ neceſſe eſt putari: quia primordia cauſeq; res due ſunt? Quod ſi hoc iuſtũ putant: etiã ipm Iouem tot deos eſſe dicant quotquot ei cognomina ꝓpter multas poteſtates dederunt. quoniã res oĩes ex qbus illa cognomina ſunt adhibita: multe atq; diuerſe ſunt: ex qbus pauca cõmemoro.

Dixerunt eũ uictorem inuictũ: opitulum impulſorẽ: ſtatutorem: ſtabilitorem: ſupinalem: tigillum: alumnũ: ruminũ. et alia que ꝑ ſe proſequi longũ eſt. Hec aũt cognomina impoſuerũt uni deo ꝓpter cauſaſ ꝑtateſq; diuerſaſ: non tamẽ ꝓpter tot reſ etiã tot deoſ eũ eſſe coegerũt: ꝙ oĩa uinceret: ꝙ a nemine uinceretur: ꝙ opem indigentibuſ ferret: ꝙ haberet impellendi: ſtatuendi: ſtabiliendi: reſupinãdi ꝑtatem: ꝙ tanq̃ tigilluſ mundũ contineret ac ſuſtineret: ꝙ aleret oĩa: ꝙ ruma id eſt mãma aleret aĩalia. In hiſ ut aduertimuſ quedã magna ſunt: quedã exigua: et tamẽ unuſ utraq; facere ꝑhibetur. Puto inter ſe propinquiora eſſe cauſaſ rerũ atq; primordia: ꝓpter quaſ reſ unũ mundũ duoſ deoſ eſſe uoluerunt Iouem atq; Ianũ: q̃ continere mũdum & mãmam dare aĩalibuſ. nec tamẽ ꝓpter hec duo opa tam longe inter ſe ui et dignitate diuerſa: duo dii eſſe cõpulſi ſunt: ſed unuſ Iupiter. ꝓpter illud Tigilluſ: propter hoc Ruminuſ appellatuſ eſt. Nolo dicere ꝙ aĩalibuſ mãmam prebere ſugentibuſ magiſ Iunonẽ potuit dicere q̃ Iouem: preſertim cũ eſſet etiã diua Rumia: que in hoc opuſ adiutoriũ illi famulatũ ue prebent. Cogito enĩ poſſe reſponderi: et ipam Iunonẽ nihil aliud eẽ q̃ Iouẽ: ſcd̃m illoſ Valerii Sorani uerſuſ: ubi dictũ eſt: Iupiter oĩpotenſ regũ rex ipſe deuſq;. Progenitor gẽitrixq; deũ. Quare ergo dictuſ eſt & Ruminuſ: cũ diligentiuſ fortaſſe querentibuſ ipſe inueniatur eſſe etiã illa diua Rumina? Si enim maieſtate deoꝝ recte uidebatur indignum: ut in una ſpica alter ad curam geniculi: alter ad folliculi ptineret: quãto eſt indigniuſ unã rem infimam id ẽ ut mãmiſ alãtur aĩalia: duoꝝ deorum poteſtateſ curare: quorũ ſit unuſ Iupiter rex ipſe cunctoꝝ: et hoc agat nõ ſaltem cum cõiuge ſua: ſed cũ ignobili neſcio qua Rumia: niſi quia ipſe eſt etiã ipſa Rumina ipſe Ruminuſ? Ruminuſ forcaſſe pro ſugentibuſ maribuſ: Rumina ꝑ feminiſ. Dicere qppe uoluiſſem illoſ Ioui femininũ nomen imponere: niſi & in illiſ uerſibuſ: Progenitor genitrixq; diceret: et inter alia eiuſ cognoĩa legerem: ꝙ etiã pecunia uocaretur. quã deã inter illoſ minuſculãroſ inueĩmuſ: ut in q̃rto libro iam cõmemorauimuſ. Sed cũ et mareſ & femine habeant pecuniã: cur nõ & pecunia et pecuniuſ appellatuſ ſit: ſicut Rumia & Ruminuſ ipſi uiderint.

Qui dicunt' uere diuites [illegible]

QVã uero elegãter rationẽ huiuſ noĩſ reddiderũt: et pecunia inquiunt uocat̃: ꝙ eiuſ ſint oĩa. O magnã rõem diuini noĩſ: imo uero ille cuiuſ ſunt oĩa: uiliſſime et cõtumelioſiſſime pecunia nũcupat̃. At oĩa Iouiſ ſunt que celo & terra continentẽ: inter que & ipa pecunia in omnibuſ oĩno rebuſ que ab hoĩbuſ nomĩe pecunie poſſidentur. Sed nimirũ hoc auaricia Ioui nomẽ impoſuit: ut quiſquiſ amat pecuniam: nõ quẽlibet deũ ſed ipm regem oĩum ſibi amare uideatur. Longe aũt aliud eſſet: ſi diuitie uocaretur. Aliud nanq; ſunt diuitie: aliud pecunia. Nam dicimuſ diuiteſ ſapienteſ: iuſtoſ: bonoſ: qbuſ pecunia uel nulla ẽ uel parua. Magiſ enĩ ſunt uirtutibuſ diuiteſ: per quaſ eiſ etiã in ipſiſ corporalium rerum neceſſitatibuſ: ſatiſ eſt quod adeſt. Paupeſ uero auaroſ dicimuſ: ſemp inhiãteſ & egenteſ. Quãlibet. n. magnaſ pecuniaſ hẽre poſſũt: ſed in earũ q̃cũq; abundantia nõ egere nõ poſſunt. Et deũ ipm uerũ recte dicimuſ diuitẽ: nõ tñ pecunia ſed oĩpotentia. Dicunt̃ itaq; & diuiteſ pecunioſi: ſed interiuſ egeni ſi cupidi. Item dicunt̃ paupeſ pecunia carenteſ: ſed interiuſ diuiteſ ſi ſapienteſ. Qualiſ ergo iſta theologia debet eẽ ſapienti: ubi rex deoꝝ eiuſ rei nomẽ accepit: quã nemo ſapienſ cõcupiuit? Quãto enĩ faciliuſ ſi aliqd hac doctrina quod ad uitã ptineret eternã ſalubriter diſceretur: deuſ mundi rector nõ ab eiſ pecunia ſed ſapiẽtia uocaretur: cuiuſ amor purgat a ſordibuſ auaricie: hoc eſt ab amore pecunie.

Qui pauperes [illegible] dicit

SEd quid de hoc Ioue plura: ad quem fortaſſe ceteri referēdi ſūt: ut inanis remaneat deorū opinio plurimorū: cū hic ipſe ſit omnes ſiue qñdo partes eius ł eī poteſtates exiſtimant: ſiue cū uis aīe quā putant per cūcta diffuſam: ex partibus molis huius ī q̄s uiſibilis mūdus iſte cōſurgit: & multiplici adminiſtratōe nature quaſi plurimorū deorū noīa accepit. Quid eſt. n. Saturnus? Vnus inquit de pncipibus deus: penes quē ſationū oīum dñatus ē. Nōne expoſitio uerſuū iſtoꝝ Valerii Sorani ſic ſe habet. Iouē eſſe mūdū & eū oīa ſemīa ex ſe emittere & ī ſe recipere? Ipſe eſt igitur penes quem ſationū oīum dñatus eſt. Quid eſt Genius? Deus eſt inquit qui prepoſitus eſt: ac uim habet oīum rerū gignendaꝝ. Quē aliū hāc uim habere credūt q̄ mundū: cui dictum eſt. Iupiter omnipotens progēitor genitrixq;. Et cū alio loco Geniū dicit eſſe uniuſcuiuſq; aīum rōnalē: & ideo eē ſingulos ſingulorum: talē autē mundi aīum deum eſſe: ad hoc idē utiq; reuocat: ut tanq̄ uniuerſalis Genius ipſe mundi animus eſſe credatur. Hic eſt igiẗ quem appellāt Iouem. Nā ſi omnis Genius deus: & omnis uiri animus Genius: ſequitur ut ſit omnis uiri animus deus. Quod ſi & ipſos abhorrere abſurditas ipſa cōpellit: reſtat ut eum ſingulariter & excellenter dicāt deū Geniū: quē dicūt mundi aīm: ac per hoc Iouem.

MErcuriū uero & Martem quō referrent ad aliq̄s partes mundi: & opera dei que ſūt in elementis nō inuenerūt: & ideo eos ſaltē operibus hoīm ꝑpoſuerūt ſermocinandi & belligerandi miniſtros. Quoꝝ Mercurius ſi ſermonis etiā deoꝝ ptātem gerit: ipſi quoq; regi deorū domīaẗ: ſi ſecūdm eius arbitriū Iupiter loquiẗ: aut loquendi ab illo accipit facultatem. qđ utiq; abſurdū eſt. Si aūt illi humani tm̄ ſermonis ptās tributa perhibeẗ: nō eſt credibile ad lactandos māma nō ſolū pueros ſed etiā pecora: unde Ruminus cognoīatus ē Iouē deſcēdere uoluiſſe: & curam noſtri ſermonis q̄ pecoribus ātecellimus ad ſe pertinere noluiſſe. At per hoc idem ipſe eſt Iouis atq; Mercurius. Quod ſi ſermo ipſe dicit̄ eſſe Mercurius: ſicut illa que de eo interpretant̄ oſtendūt. Nā ideo Mercurius q̄ſi medius currēs dicit̄ appellatus: ꝙ ſermo currat īter hoīes medius. Ideo Hermes grece: qđ ſermo uel interpretatio que utiq; ad ſermonē ptīet hermeiā dicitur. ideo & mercibus preeſſe quia inter uendentes & ementes ſermo fit medius. ideo alas ei in capite & pedibus ponūt: uolentes ſignificare uolucrem ferri ꝑ aera ſermonem. ideo nūtiū dictū: qm̄ per ſermonē oīa cogitata enūtiant̄. Si ergo Mercurius ipſe ſermo eſt: etiā ipſis confitentibus deus nō ē. ſed cū ſibi deos faciūt eos q demones ſūt: ímūdis ſupplicādo ſpiritibus poſſident̄ ab eis: qui nō dii ſed demones ſūt. Item quia nec Marti aliquod elementū uel partem mundi inuenire potuerūt: ubi ageret opera qualiacūq; nature: deū belli eſſe dixerūt. qđ opus eſt hoīm & optabile eis nō ē. Si ergo pacē ꝑpetuā felicitas daret: Mars quid ageret non haberet. Si autē ipm̄ bellū eſt Mars ſicut ſermo Mercurius: utinā q̄m māifeſtū ē ꝙ nō ſit deus: ita nō ſit & bellū: qđ uel falſo uocetur deus.

NIſi forte ille ſtelle ſūt ibi quas eorū appellauere nominibus. Nā ſtellā q̄ndā uocant Mercuriū: quandā itidē Martē. Sed ibi eſt & illa quā uocāt Iouē. & tamē eis mūdus ē Iouis. Ibi quā uocant Saturnū: & tamen ei preter eam dant non paruam ſubſtātiā: oīm uidelicet ſeminū. Ibi eſt & illa omniū clariſſima que ab eis appellat̄ Venus: & tamen eandem Venerem eſſe etiā lunā uolūt. Quāuis de illo fulgentiſſimo ſidere apud eos tanq̄ de malo aureo Iuno Venuſq; cōtēdāt

Lucifeꝝ.n.q̃dã Veneriſ:quidã dicunt eſſe Iunoniſ.ſed ut ſolet Venuſ Iunonem uicit.Nã multo plureſ eã ſtellã Veneri tribuũt.ita ut uix eoꝝ q̃ſq̃ reptat̃ q aliud opinet̃.Quiſ aũt nõ rideat cũ regẽ oĩm dicãt Iouẽ:ꝙ ſtella eiuſ a ſtella Veneriſ tanta uincitur claritate:Tanto.n.eſſe debuit ceteriſ illa fulgẽtior quanto ẽ ipſe potentior.Reſpõdẽt ideo ſic uideri.q̃a illa que putat̃ obſcurior ſuꝑior eſt.atq̃ a terriſ longe remotior.Si ergo ſuꝑiorẽ locũ maior dignitaſ meruit:q̃re Saturnuſ ibi ẽ Ioue ſuꝑior:An uanitaſ fabule que regẽ Iouẽ facit:nõ potuit uſq̃ ad ſi/dera ꝑuẽire:& q̃ nõ ualuit Saturnuſ ĩ regno ſuo neq̃ ĩ capitolio:ſaltẽ ẽ ꝑmiſſuſ obtĩere ĩ celo:Quare aũt Ianuſ nõ accepit aliq̃m ſtellã:ſi ꝓpterea q̃a mũduſ ẽ:& oẽſ ĩ illo ſũt & Iouiſ mũduſ ẽ:& habet tñ.An iſte cauſã ſuã cõpoſuit ut potuit:& ꝓ una ſtella quã nõ habet inter ſidera:tot facieſ accepit in terra.Deinde ſi ꝓpter ſolaſ ſtellaſ Mercuriũ & Martẽ parteſ mũdi putãt:ut eoſ deoſ habere poſſint:quia utiq̃ ſermo & bellũ nõ ſunt parteſ mũdi ſed actuſ hoĩm:cur arieti & tauro & cãcro & ſcorpiõi:ceteriſq̃ huiuſmõi que celeſtia ſigna nũerãt:& ſtelliſ nõ ſinguliſ ſed & ſingula pluribuſ cõſtant:ſuꝑiuſq̃ iſtiſ ĩ ſũmo celo ꝑhibẽt collocata:ubi cõſtãtior motuſ ĩerrabilẽ meatũ ſideribuſ ꝑbet:nullaſ araſ:nulla ſacra:nulla tẽpla fecerũt:nec deoſ non dico inter hoſ ſelectoſ:ſed nec ĩter illoſ q̃dẽ q̃ſi plebeioſ habuerũt:

APollinem q̃uiſ diuinatorem & medicum uelint:tñ ut in aliqua parte mundi ſtatuerẽt:ipſum etiã ſolẽ eſſe dixerũt.Dianãq̃ germanã eiuſ ſimiliter lunã:& uiiſ preſidere:unde & uirginẽ uolunt:ꝙ uia nihil pariat:& ideo amboſ ſagittaſ habere:ꝙ ipſa duo ſidera de celo radioſ uſq̃ terraſ ꝑtendant.Vulcanũ uolũt ignẽ mundi.Neptunũ aquaſ mũdi.Ditem patrẽ hoc eſt Orcũ:terrenã & infimã partẽ mundi.Liberũ & Cererem preponũt ſeminibuſ:uel illũ maſculiniſ:illã femininiſ:uel illum liquori:illam uero ariditati ſeminũ.Et hoc utiq̃ totũ referũt ad mũdũ id eſt ad Iouem:qui propterea dictuſ eſt ꝓgenitor genitrixq̃:ꝙ omnia ſemina ex ſe emitteret & in ſe reciperet.Quando q̃dẽ etiam matrem magnam eandem Cererem uolũt:quam nihil aliud dicũt eſſe q̃ terrã:eamq̃ perhibent & Iunonẽ.Et ideo ei ſecũdaſ cauſaſ tribuũt rerum:cũ tñ Ioui ſit dictum ꝓgẽitor genitrixq̃ deum:quia ſcd̃m eoſ totuſ iſte munduſ eſt Iouiſ.Mineruam etiã quia eã humaniſ artibuſ prepoſuerũt:nec inuenerũt uel ſtellã ubi eam ponerent:eandem uel ſũmũ ethera uel etiã lunã eſſe dixerũt.Veſtam quoq̃ ipſam ꝓpterea dearum maximam putauerunt:ꝙ ipſa ſit terra:q̃uiſ ignem mũdi leuiorem qui ꝑtineat ad uſuſ hoĩm facilem nõ uiolentiorem qualiſ Vulcani eſt:ei deputãdũ eſſe crediderũt.Ac ꝑ hoc omneſ iſtoſ ſelectoſ deoſ hunc eſſe mundum uolunt:in quibuſdam uniuerſum:in quibuſdam parteſ eiuſ.uniuerſum ſicut Iouem:parteſ eiuſ ut Genium:ut matrem magnam:ut ſolem:ut lunam:uel potiuſ Apollinẽ & Dianã.Et aliq̃n unũ deũ reſ pluꝛeſ:aliq̃n unam rem deoſ pluꝛeſ faciunt.Nã unuſ deuſ reſ pluꝛeſ ſunt:ſicut ipſe Iupiter.Et mũduſ enim totuſ Iupiter:& ſolũ celũ Iupiter:& ſola ſtella Iupiter habet̃ & dicitur.Itemq̃ Iuno ſecundaꝝ cauſaꝝ dña.& Iuno aer:& Iuno terra:& ſi Venerem uiceret Iuno ſtella ſimiliter.Minerua ſũmuſ ether:& Minerua eadem lunaq̃ quã ee ĩ etheriſ infimo limite exiſtimãt.Vnã uero rẽ deoſ pluꝛeſ ita faciũt.Et Ianuſ eſt munduſ & Iupiter.Sic & Iuno ẽ terra:& mater magna & Cereſ.Et ſicut hec que exẽpli gratia cõmẽoraui:ita & cetera nõ explicãt:ſed potiuſ ĩplicãt.Sicut impetuſ errabũde opiniõiſ impulerit:ita huc atq̃ illuc:hinc atq̃ illĩc ĩſiliũt & reſiliunt:ut ipſe Varro de oĩbuſ dubitare:q̃ aliquid affirmare maluerit.

NAm ut triũ extremoꝝ primũ cum de diſ certiſ abſoluiſſet librum: in altero de
diſ incertiſ dicere ingreſſuſ ait. Cum in hoc libello dubiaſ de diſ opiniones
poſuero: reprehendi non debeo. Qui enim putauit iudicari oportere & poſſe: cum
audierit faciet ipſe. Ego citiuſ perduci poſſum ut in primo libro que dixi in du/
bitationem reuocem: q̃ in hoc que perſcribam oĩa ad aliquã dirigam ſummam.
Ita non ſolũ iſtũ de diſ incertiſ: ſed etiã illũ de certiſ fecit incertũ. In tertio porro
iſto de diſ ſelectiſ poſtea q̃ prelocutuſ eſt: quod ex naturali theologia preloquẽdũ
putauit: ingreſſuruſ huiuſ ciuiliſ theologie uanitateſ & inſaniaſ mendaceſ: ubi eũ
non ſolũ non ducebat rerũ ueritaſ: ſed etiam maiorum premebat auctoritaſ: de
diſ inquit populi romãi publicoſ quibuſ edeſ dedicauerunt: eoſq; pluribuſ ſigniſ
ornatoſ notauerũt: in hoc libro ſcribã. Sed ut Xenophaneſ Colophoniuſ ſcribit:
qd putem non quid contendam ponam. hoĩſ .n. eſt hec opinari: dei ſcire. Rerum
igiť non comprehenſarum nec firmiſſime creditarũ: ſed opinatarũ & dubitãdarũ
ſermonem trepiduſ pollicetur dicturuſ ea que ab hoĩbuſ inſtituta ſũt. Neq; enim
ſicut ſciebat eſſe mundũ eſſe celum & terram: celum ſideribuſ fulgidum: terram
ſeminibuſ fertilem: atq; huiuſmodi cetera: ſicut hanc totã molem atq; naturã ui
quadã inuiſibili atq; ꝑpotẽti regi atq; miniſtrari certa aĩmi ſtabilitate credebat:
ita poterat affirmare de Iano quod munduſ ipſe eſſet: aut de Saturno inuenire quõ
& Iouiſ pater eſſet: & Ioui regnanti ſubdituſ factuſ eſſet: & cetera talia.

DE quibuſ credibilior reddiť ratio cũ perhibenť hoĩeſ fuiſſe: & unicuiq; eoꝝ
ab hiſ a quibuſ: caſibuſ: moribuſ: quoſ in uita duxerũt: uel uituperiũ uel laudẽ
uel nobilitatem uel ignominiam: uel cognomen acceſſiſſe uel nomen: ex eorum
ingenio qui eoſ adulando deoſ eſſe uoluerũt: atq; hec paulatim per aĩmaſ hoĩm
demonibuſ ſimileſ & ludicrarũ rerum auidaſ irrependo: longe lateq; uulgarunt:
ornantibuſ ea mendaciiſ poetarũ: & ad ea fallacibuſ ſpũibuſ ſeducentibuſ. Facilius
enim fieri potuit: ut iuueniſ impiuſ uel ab impio patre interfici metuenſ: & auiduſ
regni patrem pelleret regno: q̃ id qď iſte interpretatur: ideo Saturnũ patrẽ a Ioue
filio ſuperatum: quod ante ſit eiuſ cauſa que pertinet ad Iouẽ: q̃ ſemen qď pertinet
ad Saturnũ. Si .n. hoc ita eſſet: nunq̃ Saturnuſ ꝑor fuiſſet: nec pater Iouiſ eſſet.
Semper enĩ ſemen cauſa precedit: nec unq̃ generaľ ex ſemine. Sed cum conãtur
uaniſſimaſ fabulaſ: ſiue hominum reſ geſtaſ uelut naturalibuſ interpretationibuſ
honorare: etiã hoĩeſ acutiſſimi tantaſ patiunť anguſtiaſ: ut eoꝝ quoq; uãitatem
dolere cogamur.

SAturnũ inqt dixerũt que nata ex eo eẽnt ſolitũ deuorare: eo quod ſemia ũ de
naſcerenť redirent. Et quod illi pro Ioue gleba obiecta eſt deuoranda: ſigni/
ficat inquit manibuſ humaniſ obrui cepraſſerendo frugeſ: anteq̃ utilitaſ arandi
eſſet inuenta. Saturnuſ ergo dici debuit ipſa terra non ſemina. Ipſa .n. quodãmõ
deuorat que genuerit: cum ex ea nata ſemina in eam rurſuſ recipiẽda redierint.
Et quod pro Ioue accepiſſe dicitur glebam: qd hoc ad id ualet quod manibuſ hominũ
ſemen gleba coopertum eſt? Nunqd ideo nõ eſt ut cetera deuoratũ: quod q̃ſi gleba
coopertũ eſt? Ita .n. hoc dictum eſt: quaſi qui glebam oppoſuit ſemen abſtulit:
ſicut Saturno perhibent oblata gleba ablatum Iouẽ: ac non potiuſ gleba ſemen
operiendo fecerit illud diligentiuſ deuorari. Deinde iſto modo ſemen ẽ Iupiter:
non ſeminiſ cauſa qď paulo ante dicebať. Sed quid faciant homineſ qui cum reſ

ſtultaſ interpretantur: nõ ſueniunt quid ſapienter dicant? Falcem habet inquit propter agriculturam. Certe illo regnante nondũ erat agricultura: & ideo priora eiuſ tempora perhibentur: ſicut idem ipſe fabellaſ interpretat̃: q2 primi homineſ ex hiſ uiuebant ſeminibuſ que terra ſponte gignebat. An falcem ſceptro perdito accepit: ut qui primiſ temporibuſ Rex fuerat ociosuſ: filio regnãte fieret operariuſ laborioſuſ. Deĩde ideo dicit a quibuſdam pueroſ ei ſolitoſ immolari: ſicut a peniſ & a quibuſdam etiã maioreſ ſicut a galliſ: quia oĩum ſeminũ optimum eſt genuſ humanum. De hac crudeliſſima uanitate quid opuſ eſt plura dicere? Hoc potiuſ aduertamuſ atq; teneamuſ: haſ interpretatiõeſ nõ referri ad uerum deum: uiuam incorpoream incõmutabilemq; naturã: a quo uita in eternũ beata poſcenda eſt: ſed earum eſſe fineſ ĩ rebuſ corporalibuſ: tẽporalibuſ: mutabilibuſ atq; mortalibuſ. Quod celum inquit patrẽ Saturnuſ caſtraſſe in fabuliſ dicit̃: hoc ſignificat peneſ Saturnũ nõ peneſ celũ ſemen eſſe diuinũ. Hoc ꝓpterea quãtũ intelligi dat̃: quia nihil in celo de ſeminibuſ naſcit̃. Sed ecce Saturnuſ ſi celi eſt filiuſ: Iouiſ eſt filiuſ. Celum. n. eſſe Iouẽ ĩnumerabiliter & diligenter affirmant. Ita iſta que a ueritate non ueniũt: plerũq; & nullo impellente ſeipſa ſubuertũt. Cro non appellatũ dicit q᷑ greco uocabulo ſignificat temporiſ ſpaciũ: ſine quo ſemen inquit nõ poteſt eſſe fecundum. Hec & alia de Saturno multa dicuntur: & ad ſemen oĩa referunt̃. Sed ſaltẽ Saturnuſ ſeminibuſ cũ tanta iſta ꝑtãte ſufficeret. Quid ad hec dii alii requirũt̃: maxime Liber & Libera que eſt Cereſ? De quibuſ ruſuſ q᷑ ad ſemẽ attinent tãta dicit quaſi de Saturno nihil dixerit.

IN Cerenſ autem ſacriſ predicant̃ illa eleuſinaſ que apud athenienſeſ nobiliſſima fuerũt. De quibuſ iſte nihil interpretat̃: niſi q᷑d attinet ad frumẽtum q᷑d Cereſ inuenit: & ad Proſerpinã quã rapiente Orco perdidit. Et hãc ipſã dicit ſignificare fecunditatem ſeminũ. Que cũ defuiſſet quodam tempore: eademq; ſterilitate terra mereret: exortam eẽ opinionẽ q᷑ filiã Cereriſ id eſt ipſam fecunditatẽ que a ꝓſerpendo Proſerpina dicta eſſet Orcuſ abſtulerat: & apud ĩferoſ detinuerat. Que reſ cum fuiſſet luctu publico celebrata: quia ruſuſ eadem fecũditaſ rediit: Proſerpĩa reddita exortam eſſe letitiã: & ex hoc ei ſolemnia inſtituta. Dicit deinde multa in miſteriiſ eiuſ tradi: que niſi ad frugũ inuentionem non pertineant.

IAm uero Liberi ſacra: quem liquidiſ ſeminibuſ ac per hoc nõ ſolum liquoribuſ fructuũ quorũ quodãmodo primatũ uinũ tenet: ſuerũ etiã ſeminibuſ animaliũ prefecerũt: ad quantã turpitudinem peruenerint: piget quidẽ dicere ꝓpter ſermõiſ longitudinem: ſed ꝓpter ſuperbam iſtorum hebetudinẽ nõ piget. Inter cetera que ꝑtermittere q᷑m multa ſũt cogor: ĩ italie cõpitiſ quedã dicit ſacra Liberi celebrata cum tãta licentia turpitudiniſ: ut in eiuſ honorẽ pudenda uirilia colerentur. non ſaltem aliquantũ uerecundiore ſecreto: ſed in ꝓpatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrũ Liberi per dieſ feſtoſ cum honore magno ꝑ ſtelliſ impoſitũ priuſ per rura in compitiſ: & uſq; in urbem poſtea uectabatur. In oppido autem Lauinio unuſ Libero totuſ menſiſ tribuebat̃: cuiuſ diebuſ oẽſ uerbiſ flagitioſiſſimiſ utebant̃. donec illud membrũ per forum tranſuectũ eſſet: atq; in loco ſuo quieſceret. Cui membro inhõeſto matremfamiliaſ honeſtiſſimã palam coronam neceſſe erat imponere. Sic uidelicet Liber deuſ placanduſ fuerat pro euentibuſ ſeminũ: ſic ab agriſ faſcinatio repellenda: ut matrona facere cogeret̃ ĩ publico: q᷑d nec meretrix ſi matrone ſpectarẽt ꝑmitti debuit ĩ theatro. Propter hoc Saturnuſ ſoluſ creditur

eſt non ſufficere poſſe ſeminibuſ ſut occaſioneſ multiplicandorũ deorum ĩmunda anima reperiret: & ab uno uero deo merito immunditie deſtituta: ac per multoſ falſoſ auiditate maiorĩſ ĩmunditie proſtituta: iſta ſacrilegia ſacra nomiaret: & ſe ſeq; ſpurcorum demonum turbiſ contiolandam polluendamq; preberet.

IAm utiq; habebat Salatiã Neptunuſ uxorem: quã inferiorem aquã mariſ eſſe dixerunt: ut quid illi adiũcta eſt & Venilia: niſi ut ſine ulla cauſa neceſſario ſacrorũ: ſola libidine aĩe pſtitute multiplicaret inuitatio demoniorũ? Sed pferat interpretatio preclare theologie: que noſ ab iſta repbẽſiõe reddita rõe cõpeſcat. Venilia ĩquit unda eſt que ad lituſ uenit: Salatia que in ſalũ redit. Cur ergo dee fiunt due: cum ſit una unda que uenit & redit? Nempe ipſa ẽ exeſtuãſ ĩ multa numina libido ueſana. Quãuiſ enĩ aqua non geminet que it & redit: huiuſ tamẽ occaſione uãitatiſ duobuſ demoniiſ inuitatiſ: ampliuſ aĩa cõmaculat que it & nõ redit. Queſo te Varro: uel uoſ q tam doctorũ hoĩum talia ſcripta legiſtiſ: & aliqd magnũ uoſ didiciſſe iactatiſ: ĩnterpretamini hoc. nolo dicere ſcd̃m illã eternam incõmutabilemq; naturam que ſoluſ eſt deuſ: ſed ſaltem ſcd̃m aĩam mũdi & parteſ eiuſ: quoſ deoſ ueroſ eſſe exiſtimatiſ. Partẽ aĩe mũdi que mare pmeat deũ uobiſ feciſſe Neptunũ: utcumq; tolerabilioriſ eſt erroriſ. Ita ne unda ad litus ueniens & in ſalum rediens due ſũt parteſ mũdi: aut due parteſ aĩe mundi? Quiſ ueſtrum ita deſipiat ut hoc ſapiat? Cur ergo uobiſ duaſ deaſ fecerũt: niſi quia prouiſum eſt a ſapiẽtibuſ maioribuſ ueſtriſ: nõ ut dii plureſ uoſ regerent: ſed ut ea que iſtiſ uanitatibuſ & falſitatibuſ gaudent: plura uoſ demonia poſſiderent. Cur aũt illa Salatia per hãc ĩterpretationẽ inferiorẽ mariſ partẽ q̃ uiro erat ſubdita pdidit? Nãq; illam modo cũ refluentẽ fluctũ eſſe perhibetiſ: in ſuperficie poſuiſtiſ. An quia Veniliam pelicem accepit: irata ſuũ maritum de ſuperniſ mariſ excluſit?

NEmpe una eſt terra: quã quidem plenã uidemuſ aĩalibuſ ſuiſ. Veruntamẽ ipſum magnum corpuſ in elementiſ: mundiq; infimã partem: cur eã uolũt deam? An quia fecunda eſt? Cur ergo nõ magiſ hoĩeſ dii ſunt: qui eam fecũdiorẽ faciũt excolendo: ſed cũ arant non cum adorant? Sed parſ aĩe mundi inquĩt que per illã permeat: deam illam facit. Quaſi non euidentior ſit in hominibuſ aĩa: que utrũ ſit nulla fit queſtio: & tamẽ hoĩeſ dii non habent. Et qd̃ eſt grauiter dolendũ: hiſ q dii non ſũt & quibuſ ipſi meliores ſunt: colendiſ & adorandiſ mirabili & miſerabili errore ſubdunt. Et certe idem Varro in eodẽ libro de diiſ ſelectiſ: treſ eſſe affirmat aĩe graduſ ĩ omni uniuerſaq; natura. Vnum qui omneſ parteſ corporiſ que uiuũt tranſit: & nõ habet ſenſũ: ſed tantũ ad uiuẽdũ ualitudinem. Hãc uim in noſtro corpore permanere dicit in oſſibuſ unguibuſ & capilliſ: ſicut in mundo arboreſ que ſine ſenſu alunt & creſcunt: & mõ quodam ſuo uiuũt. Secũdũ gradũ anime dicit in quo ſenſuſ eſt. Hãc uim peruenire in oculoſ: aureſ: nareſ: oſ: tactũ. Tertiũ gradũ aĩe eſſe ſummũ qui uocat aĩmuſ: in quo ĩtelligentia premĩet. hoc preter hominem omneſ carere mortaleſ. In qua qm̃ hoĩeſ deo uident eſſe ſimileſ: hanc partem aĩe mundi dicit deum: deũ aũt in nobiſ Geniũ uocari. Sic ergo & in aĩa mundi treſ graduſ inſtituenſ: unam partẽ eiuſ lapideſ eſſe dicit ac ligna: & hãc terram quam uidemuſ: quo nõ permanat ſenſuſ. Aliã uero quã ſenſum uocat eiuſ ut ethera. Tertiã porro quã & aĩam eiuſ nuncupat. que ſcilicet peruenit in aſtra.

eam quoq; aſſerit facere deoſ: & per eam quando i terrā permanat deā Tellurē.
quod aūt inde pmanat in mare atq; oceanū: deum eſſe Neptunū. Recedat ergo
ab hac quam theologiam naturalem putat: quo uelut requieſcendi cauſa ab hiſ
ambagibuſ atq; anfractibuſ fatigatuſ egreſſuſ eſt. Redeat inq̄ redeat ad ciuilem.
hic eum adhuc teneo: tantiſp de hac ago. Nōdū dico ſi terra & lapideſ noſtriſ ſūt
oſſibuſ & unguibuſ ſimileſ: ſimiliter eoſ intelligentiā nō habere: ſicut ſenſu carēt.
Aut ſi idcirco habere dicunt oſſa & ungueſ noſtri intelligentiā: quia in hoīe ſūt
qui habet intelligentiā: tam ſtultuſ eſt qui hoſ deoſ in mundo dicit: q̄ ſtultuſ eſt q
in nobiſ oſſa & ungueſ hoīeſ dicit. Sed hec cum philoſophiſ fortaſſiſ agenda ſunt:
nunc autem iſtum adhuc politicum uolo. Fieri.n. pōt: ut licet in illam naturaliſ
theologie ueluti libertatē caput erigere paululū uoluiſſe uideatur: adhuc tamē
hunc librum uerſanſ: & ſe in illo uerſari cogitanſ: eū etiā inde reſpexerit: & hoc
ppterea dixerit: ne maioreſ eiuſ ſiue alie ciuitateſ Tellurē atq; Neptunū coluiſſe
inaniter credant. Sed hoc dico. parſ aīmi mundani que per terram permanat: ſicut
una eſt terra: cur etiā non unam deam fecit quam dicit eē Tellurem: Quod ſi ita
fecit: ubi erit Orcuſ frater Iouiſ atq; Neptuni: quem Ditem patrem uocant: Vbi
eiuſ cōiunx Proſerpina: que ſcđm aliā in eiſdem libriſ poſitā opinionē non terre
fecunditaſ: ſed parſ inferior perhibetur: Quod ſi dicūt aīmi mundani partem cū
pmeat terre partem ſuperiorem Ditem patrem facere deum: cum uero inferiorem
Proſerpinam deam: Telluſ illa quid erit: Ita enī totū quod ipſa erat i duaſ iſtaſ
parteſ deoſq; diuiſum eſt: ut ipſa tertia que ſit aut ubi ſit inueniri non poſſit: niſi qſ
dicat ſimul iſtoſ deoſ Orcū atq; Proſerpinam unā deam eſſe Tellurem: & nō eſſe
iam treſ: ſed ut unam aut duoſ. Et tñ treſ dicunt: treſ habent: treſ colunt: ariſ ſuiſ:
delubriſ ſuiſ: ſacriſ ſuiſ: ſimulacriſ ſuiſ: ſacerdotibuſ ſuiſ: & p hec etiā fallacibuſ pro/
ſtitutam aīam conſtuprantibuſ demōibuſ ſuiſ. Adhuc reſpondeat quam partem
terre permeet parſ mundani aīmi: ut deum faciat Tellumonem. Non inquit: ſed
una eademq; terra habet geminam uim & maſculinam q ſemina pducat: & femi-
nam q recipiat atq; nutriat: inde a ui femīe dictā eſſe Tellurē: a maſculi Tellumonē.
Cur ergo pontificeſ ut ipſe indicat additiſ quoq; aliiſ duobuſ: quatuor diiſ faciūt
rem diuinam: Telluri: Tellumoni: Altori: Ruſori: De Tellure & Tellumone iam
dictum eſt. Altori quare: q ex terra inqt alunt oīa que nata ſūt. Ruſori quare:
q ruſuſ inqt cūcta eodē reuoluunt.

xxiiij.

Debuit ergo una terra propter iſtā q̄tergeminā uim q̄tuor habere cognomīa:
non q̄tuor facere deoſ: ſicut tot cognōminibuſ unuſ Iupiter: & tot cognōibuſ
una Iuno: in quibuſ omībuſ uiſ multiplex eſſe dicitur: ad unū deū uel ad unā deā
pertinenſ: non multitudo cognominū deorum etiam multitudinem faciens. Sed
profecto ſicut aliq̄ndo etiā ipſaſ uiliſſimaſ feminaſ earū quaſ libidine queſiuerūt
tedet peniteq; turbarum: ſic aīam uilem factā & īmūdiſ ſpiritibuſ pſtitutā: deoſ
ſibi multiplicare qbuſ cōtaminanda pſterneret: ſicut plurimū libuit ſic aliquādo
& piguit. Nā & ipſe Varro quaſi de ipſa turba uerecundatuſ unam deam uult eſſe
Tellurem. Eandem inquit dicunt matrem magnā. q timpanū habeat ſignificari
eſſe orbem terre: q turriſ in capite oppida: q ſedeſ fingant circa eam: cū oīa mo/
ueant ipſam non moueri. Quod galloſ huic dee ut ſeruirent fecerūt: ſignificat eoſ
qui ſemine indigeant terram ſequi oportere. i ea qppe oīa reperiri. Quod ſe apud
eam iactant: precipit inqt qui terrā colunt ne ſedeant: ſemper.n. eſſe quid agant.

Cimbolarum ſonitus ferramentorũ ictus iactando4 ac manuũ & eiuſmodi rei crepitus
in colendo agro q ſit ſignificat. ꝙ ferramenta illa erant ideo ex ere: ꝙ eam antiq
colebant ere anteq̃ ferrũ eſſet inuentum. Leonem inquit adiungunt ſolutũ atq;
manſuetum: ut oſtendant eſſe nullum genus terre tam remotũ ac uehementer ferũ:
quod non ſubici coliq; conueniat. Deinde adiungit & dicit: Tellurem matrem &
nominibus pluribus & cognõibus quod nominat: deos exiſtimatos eſſe q̃plures.
Tellurem inquit putant eſſe Opem ꝙ Ope fiat melior: matrem ꝙ plurima pariat:
magnam ꝙ cibum pariat. Proſerpinã ꝙ ex ea proſerpãt fruges. Veſtã ꝙ ueſtiat
herbis. Sic alias deas inq̃t nõ abſurde ad hanc reuocãt. Si ergo una dea ẽ: que q̃dẽ
conſulta ueritate nec ipſa eſt: interim q̃a diuidit̃ in multas. Vnius ſint iſta multa
nõia: non tam dee multe q̃ nomina. Sed errantiũ maiorum auctoritas deprimit:
& eundẽ Varronẽ poſt hanc ſententiam trepidare compellit. Adiungit enim
& dicit cum quibus opinio maiorum de his deabus ꝙ plures eas putarunt eſſe non
pugnat. Quõ non pugnat: cum ualde aliud ſit unam deam nõia habere multa:
aliud eſſe deas multas? Sed põt inquit fieri: ut eadem res & una ſit: & ĩ ea quedã
res ſint plures. Concedo & in uno hõie eſſe res plures. nunq̃d ideo & hões plures?
Sic in una dea eſſe res plures. nunquid ideo & deas plures? Verum ſicut uolũt di/
uidant: conflent: multiplicent: replicent: implicent. Hec ſunt Telluris & matris
magne preclara miſteria: unde omnia referunt̃ ad mortalia ſemina & exercendã
agriculturam. Ita ne ad hec relata & hunc finem habentia: timpanũ: turres: galli:
iactatio inſana membro4: crepitus cimbalorum: confictio leonum: uitam cuiq̃m
pollicet̃ eternã? Ita ne ꝓpterea galli abſciſi huic magne dee ſeruiũt: ut ſignificet̃
qui ſemine indigeant terram ſequi oportere: quaſi non eos ipſa potius ſeruitus ſe ſe
faciat indigere? Vtrum enim ſequendo hanc deam cũ indigeant ſemẽ acquirãt:
an potius ſequendo hanc deam cum habeant ſemen amittant: hoc interpretari an
deteſtari eſt? Nec attendit̃ quantũ maligni demones preualuerint: qui nec aliq̃
magna his ſacris polliceri auſi ſunt: & tam crudelia exigere potuerũt. Si dea terra
non eſſet: manus ei homines operando inferrent ut ſemĩa conſequerent̃ per illam
non & ſibi ſeruiendo ut ſemina perderent ꝓpter illam. Si dea nõ eſſet: ita fecũda
fieret manibus alienis: ut non cogeret hominem ſterilem fieri mãibus ſuis. Iam
ꝙ in Liberi ſacris honeſta matrona pudenda uirilia coronabat ſpectãte multi/
tudine: ubi rubens & ſudans ſi eſt ulla frons in hõibus aſtabat forſitan & maritus.
& ꝙ in celebratione nuptia4 ſuper Priapi ſcapum noua nupta ſedere iubebatur:
longe contemptibiliora atq; cõfuſibiliora ſunt pre iſta turpitudine crudeliſſima:
uel crudelitate turpiſſima. Ibi demõicis artibus ſic uterq; ſexus illudit̃: ut neuter
ſuo uulnere perimatur: ibi faſcinatio timetur agrorũ: hic membrorũ amputatio
non timetur. Ibi ſic dehoneſtatur noue nupte uerecundia: ut non ſolũ fecũditas
ſed nec uirginitas adimatur: hic ita amputatur uirilitas: ut nec cõuertat̃ ĩ feiam:
nec uir relinquatur.

Et Atys ille non eſt cõmemoratus: nec eius ab iſto interpretatio requiſita ẽ:
in cuius dilectionis mẽoriã gallus abſciditur. Sed docti greci atq; ſapientes
nequaq̃ rationẽ tam ſanctam atq; preclaram tacuerũt. Propter uernalẽ quippe
faciem terre que ceteris temporibus eſt pulchrior: Porphirius philoſophus nobiles
Atyn flores ſignificare perhibuit: & ideo abſciſum quia flos decidit ante fructum.
Non ergo ipſum hoĩem uel quaſi hoĩem: qui eſt uocatus atys: ſed uirilia eius flori
comparauerũt. Ipſa quippe illo uiuente deciderũt: imo uero nõ deciderunt: neq;

decerpta ſed plane diſcerpta ſũt. Nec illo flore amiſſo quiſq̃m poſtea fructuſ: ſed potiuſ ſterilitaſ conſecuta eſt. Quid ergo ipſe reliquuſ: & quid remanſit abſciſo: qd eo ſignificari dicitur? Quo refert? Que interpretatio inde ꝓfertur? An hec fruſtra moliendo nihilq; inueniendo: perſuadent illud potiuſ eſſe credẽdũ q̃d de homie caſtrato fama iactauit: litteriſq; mandatum eſt? Merito hic aduerſatuſ eſt Varro noſter: neq; hoc dicere uoluit: non enim doctiſſimum hominem latuit.

Itemq; de mollibuſ eidem matri magne contra omnem uiroꝝ mulierũq; uerecundiã conſecratiſ: qui uſq; in heſternum diem madidiſ capilliſ: facie dealbata: fluentibuſ membriſ inceſſu feminino: per plateaſ uicoſq; cartaginiſ etiam a populiſ unde turpiter uiuerent exigebãt: nihil Varro dicere uoluit: nec uſpiam me legiſſe cõmemini. Defecit interpretatio. erubuit ratio: cõticuit oratio. Vicit matriſ magne omneſ deoſ filioſ non numiniſ magnitudo ſed criminiſ. Huic monſtro nec iã mõſtruoſitaſ comparatur. Illa in ſimulachriſ habebat ſolam deformitatẽ: iſta in ſacriſ deformem crudelitatẽ. Illa membra in lapidibuſ addita: hec ĩ hõibuſ perdita. Hoc dedecuſ tot Iouiſ ipſiuſ uicia & tãta ſtupra nõ uincũt. Ille inter femeaſ corruptelaſ una ganimede celum infamauit: iſta tot mollibuſ profeſſiſ & publiciſ inquinauit terrã. & celo fecit iniuriã. Saturnũ fortaſſe poſſemuſ huic in iſto genere turpiſſime crudelitatiſ ſiue conferre ſiue preferre: qui patrẽ caſtraſſe perhibetur. Sed ĩ Saturni ſacriſ hoĩeſ alieniſ manibuſ potiuſ occidi q̃ ſuiſ abſcidi potuerũt. Deuorauit ille filioſ ſuoſ ut poete ferũt: & phiſici ex hoc interpretant̃ qđ uolũt: ut autẽ hiſtoria ꝓdit necauit. Sed ꝙ ei peni ſuoſ filioſ ſacrificauerũt: non recepere romani. At uero iſta magna deorũ mater etiã romanĩſ templiſ caſtratoſ intulit: atq; iſtã ſeuiciã morẽq; ſeruauit: credita uireſ adiuuare romanorũ: execando uirilia uirorũ. Quid enĩ ſũt ad hoc malum furta Mercurii. Veneriſ laſciuia. ſtupra & turpitudineſ ceterorum: que proferremuſ de libriſ niſi quotidie cantarent̃ & ſaltarent̃ ĩ theatriſ. Sed hec quid ſunt ad tantũ malũ: cuiuſ magnitudo magne matri tantũmodo cõpetebat: preſertim ꝙ illa dicunt̃ a poetiſ eſſe cõficta: quaſi poete id etiã finxerũt ꝙ ea ſint diiſ grata & accepta. Vt ergo canerent̃ uel ſcriberent̃: audacia fuit uel petulãtia poetarũ. Vt uero diuiniſ rebuſ & honoribuſ eiſdẽ imperantibuſ & extorquẽtibuſ numinibuſ adderent̃: quid eſt niſi crimen deorũ: immo uero cõfeſſio demoniorũ & deceptio miſerorum? Verũ illud quod de abſciſorum cõſecratione mater deorum coli meruit: nõ poete confinxerunt: ſed horrere magiſ q̃ canere maluerũt. Hiſne diiſ ſelectiſ quiſq̃ conſecrãduſ eſt ut poſt mortẽ uiuat beate: quibuſ cõſecratuſ añ mortẽ hõeſte nõ potuit uiuere: tã fediſſ ſupſtitiõibuſ ſubdituſ: & imũdiſ demõibuſ obligatuſ? Sed hec oĩa inquit referunt̃ ad mũdũ. uideat ne potiuſ ad mundũ. Cui .n. hic mũduſ eſt deuſ: nec aĩo religioſuſ exiſtit: nec honeſtuſ uiuet ille nec mũduſ. Noſ autẽ aĩm querimuſ q uera religiõe cõfiſuſ nõ tãq̃ deũ ſuũ adoret mũdũ: ſed tãq̃ opuſ dei ꝓpter deũ laudet mũdũ: & mũdanĩſ ſordibuſ expiatuſ: mũduſ ꝑueniat ad deũ q cõdidit mũdũ. Iſtoſ uero ſelectoſ deoſ uidemuſ q̃dẽ claruiſſe inotuiſſe q̃ ceteroſ nõ tñ ut eoꝝ illuſtrarent̃ merita: ſed ne occultarent̃ opprobria: ũde magiſ eoſ hoĩeſ fuiſſe credibile eſt: ſicut nõ ſolũ poetice lr̃e: uerum etiã hiſtorice tradiderunt. Nã qđ Virgil. ait. Primuſ ab ethereo: uenit Saturnuſ olimpo. Arma Iouiſ fugienſ & regniſ exul ademptiſ. & que ad hanc rẽ ꝑtinẽtia ſubſequũt̃: totã de hoc Homeruſ pãdit hiſtoriã quã Enniuſ ĩ latinũ uertit eloquĩũ. ũde qa plura poſuerũt q cõtra huiuſmõi erroreſ añ noſ uel greco ſermõe uel latino ſcripſerũt nõ in eo mihi placuit immorari.

Pſaſpbiſiologiaſcũ cõſidero: quibuſ docti & acuti hoïeſ haſ reſ hũanaſ conãt
euertere in reſ diuinaſ: nihil uideo niſi ad temporalia terrenaq; opera naturãq;
corporeã: uel etiã ſi inuiſibilem tamen mutabilem potuiſſe reuocari: qđ nullo mõ
eſt uerus deuſ. Hoc aũt ſi ſaltem religioſitati congruiſ ſignificationibuſ ageretur:
eſſet equidem dolendũ nõ hiſ uerũ deum annũtiari atq; predicari: tamen aliquo
modo ferendũ tam feda & turpia nõ fieri nec iuberi. At nunc cum pro deo uero
quo ſolo aïa ſe inhabitante fit felix: nefaſ ſit colere aut corpuſ aut aïam: quanto
magiſ nefanũ eſt iſta ſic colere: ut nec ſalutem nec decuſ humanũ corpuſ aut aïa
colentiſ obtineat. Quãobrem ſi tẽplo: ſi ſacerdote: ſi ſacrificio qđ deo uero debetũ
colatur aliquod elementũ mundi: uel creatuſ aliquiſ ſpirituſ etiã ſi non immũduſ
& maluſ: non ideo eſt malum: quia illa mala ſũt quibuſ colitũ: ſed qa illa ſũt talia
quibuſ ſoluſ ille colenduſ ſit: cui taliſ cultuſ ſeruituſq; debetũ. Si autem ſtoliditate
uel monſtruoſitate ſimulachrorum: ſacrificiiſ homicidiorum: coronacione uirilium
pudendorum: mercede ſtuproꝝ: ſectiõe membrorũ: abſciſiõe genitaliũ: cõſecratõe
molliũ: feſtiſ impurorũ obſcenorũq; ludoꝝ: unũ uerũ deũ id eſt omĩſ aïe corpiſq;
creatorem colere ſe quiſq; contendat: non ideo peccat qa non eſt colenduſ quem
colit: ſed quia colendum nõ ut colenduſ eſt colit. Qui uero & rebuſ talibuſ id eſt
turpibuſ & ſceleſtiſ: & non deum uerũ id eſt aïe corporiſq; factorẽ: ſed creaturam
q̃uiſ nõ uicioſam colit: ſiue illa ſit aïa ſiue corpuſ: ſiue anima ſimul & corpuſ hiſ
peccat in deum: q̃ & p ipſo colit quod nõ eſt ipſe: & talibuſ rebuſ colit qualibuſ
nec ipſe colenduſ eſt: nec nõ ipſe ſed hi quo nam modo id eſt q̃ turpiter nefarieq;
coluerint in promptu eſt. Quid autẽ uel quoſ coluerint eſſet obſcurum: niſi eorũ
teſtaretur hiſtoria: ea ipſa que feda et turpia confitemur numinibuſ terribiliter
exigẽtibuſ reddita. Unde reotiſ cõſtat ambagibuſ: nefarioſ demõeſ atq; immũ/
diſſimoſ ſpirituſ: hac om̃i ciuili theologia inuiſendiſ ſtolidiſ imaginibuſ: & per eaſ
poſſidendiſ etiã ſtultiſ cordibuſ inuitatoſ.

QUid igitũ ualet: q uir doctiſſimuſ & acutiſſimuſ Varro uelut ſubtili diſpu/
tatione: hoſ omneſ deoſ in celũ & terram redigere: ac referre conatur & non
poteſt: Fluũt de manibuſ: reſiliũt: labunt & decidũt. Dicturuſ enim de feminiſ
hoc eſt de deabuſ. qm̃ inqt ut in p̃mo libro dixi de lociſ: duo ſunt principia deoꝝ:
aïaduerſa de celo & terra: a quo dii partim dicunt celeſteſ: partim terreſtreſ ut in
ſuperioribuſ initiũ fecimuſ a celo cum diximuſ de Iano: quẽ alii celũ alii dixerũt
eſſe mundũ: ſic de feminiſ initiũ ſcribendi fecimuſ a Tellure. Sẽtio q̃tã moleſtiã
tale ac tãtum patiatur ingeniũ. Ducitur enim quadã ratõe uériſimili celũ eẽ qđ
faciat: terram que patiatur: & ideo illi maſculinam uim tribuit: huic femininam.
& non attẽdit eum potiuſ eſſe q hec faciat: qui utrũq; fecit. Hinc etiã ſamotracũ
nobilia miſteria in ſuperiore libro ſic interpretatur: eaq; ſe que nec ſuiſ nota ſũt
ſcribendo expoſiturum: eiſq; miſſurum quaſi religioſiſſime pollicetur. Dicit enim
ſe ibi multiſ indiciiſ collegiſſe: in ſimulacbriſ aliud ſignificare celum: aliud terram:
aliud exempla rerum: quaſ Plato appellat ydeaſ. Celum Iouẽ: terram Iunonẽ:
ydeaſ Mineruam uult itelligi. Celũ a quo fiat aliquid: terram de q̃ fiat: exẽplũ
ſcđm quod fiat. Qua in re omitto dicere: q Plato illaſ ydeaſ tãtam uim habere
dicit: ut ſcđm eaſ nõ celum aliquid fecerit: ſed etiã celum factũ ſit. Hoc dico iſtũ
in libro ſelectorum deorũ ratõnem illã triũ deoꝝ qbuſ quaſi cũcta cõplexuſ eſt

perdidiſſe. Celo enĩ tribuit maſculoſ deoſ: feĩaſ terre. Inter quaſ poſuit Mineruã: quam ſupra ipſum celum ante poſuerat. Deinde maſculuſ deuſ Neptunuſ in mari eſt: quod ad terram potiuſ q̃ ad celũ pertinet. Diſ pater poſtremo q̃ grece Pluton dicit̃: etiam ipſe maſculuſ frater amborum terrenuſ deuſ eſſe perhibetur: ſuperiorẽ terram tenenſ: in inferiori habenſ Proſerpinam cõiugem. Quomodo ergo deoſ in celo: deaſ in terra eſſe ꝓhibent: qui rurſuſ deoſ ad terrã deaſ ad celũ referre conãt? Quid ſolidum: quid cõſtanſ: quid ſobriũ: quid definitum habet hec diſputatio? Illa autem ẽ Telluſ initiũ dearum: mater ſcilicet magna: apud quam mollium & abſciſorum ſeſeq; ſecantiũ atq; iactãtiũ inſana perſtrepit turpitudo. Quid ẽ ergo ꝙ dicitur caput deorum Ianuſ: caput dearũ Telluſ: nec ibi facit unũ caput error nec hic ſanum furor. Cur hec fruſtra referre nituntur ad mundum: quaſi poſſit ꝓ deo uero munduſ: uel opuſ pro factore coli. Et tamen eoſ nec hoc poſſe ueritaſ aperta conuincit. Referant hec potiuſ ad hoĩeſ mortuoſ & ad demõeſ peſſimoſ: & nulla queſtio remanebit.

Nanq; omnia que ab eiſ ex iſtorum deorum theologia uelut phiſicaſ rõibuſ referuntur ad mundũ: noſ qualiter ſine ullo ſcrupulo ſacrilege opinĩõiſ deo potiuſ uero q̃ fecit mũdũ: omĩſ aĩe & omĩſ corporiſ cõditori tribuanẽ aduertamuſ hoc modo. Noſ deũ colimuſ: non celum & terram quibuſ duabuſ partibuſ mũduſ hic conſtat: nec animã uel aĩaſ per uiuentia quecunq; diffuſaſ: ſed deum qui fecit celum & terram & oĩa que in eiſ ſunt. Qui fecit omnẽ aĩmam ſiue quocũq; modo uiuentem: & ſenſuſ & rationiſ expertem: ſiue etiã ſentientẽ ſiue etiã intelligentem. Et ut iam incipiam illa uniuſ & ueri dei opera percurrere: ꝓpter que iſti ſibi dum quaſi honeſte conantur ſacramenta turpiſſima & ſceleſtiſſima interpretari: deoſ multoſ falſoſq; fecerunt.

Illum deũ colimuſ qui naturiſ a ſe creatiſ & ſubſiſtendi & mouendi initia fineſq; conſtituit. qui rerum cauſaſ habet: nouit atq; diſponit: qui uim ſeminũ cõdidit: qui rationalem aĩam q̃ dicitur aĩmuſ quibuſ uoluit uiuentibuſ indidit: q̃ ſermõiſ facultatem uſumq; donauit: qui munuſ futura dicendi quibuſ placuit ſpiritibuſ impartiuit. Et per quoſ placet ipſe futura predicit: & per quoſ placet malaſ uali/tudineſ pellit: qui bellorum quoq; ipſorum cum ſic emendandũ & caſtigandum ẽ genuſ humanũ: exordiiſ progreſſibuſ finibuſq; moderatur: qui huiuſ mũdi ignem uehementiſſimũ & uiolentiſſimũ pro immenſe nature temperamento & creauit & regit: qui uniuerſarum aquaꝝ creator & gubernator eſt: qui ſolem fecit corꝑaliũ clariſſimũ luminũ: eiq; uim congruã & motũ dedit. Qui ipſiſ etiã inferiſ dñatõnẽ ſuam poteſtatẽq; non ſubtrahit: qui ſemĩa & alimenta mortalium ſiue arida ſiue liquida naturiſ competentibuſ attributa ſubſtituit. Qui terrã fũdat atq; fecũdat: qui fructuſ eiuſ aĩalibuſ hõibuſq; largit̃: qui cauſaſ non ſolum principaleſ ſed etiã ſubſequenteſ nouit atq; ordinat: qui lune ſtatuit modũ ſuũ: qui uiaſ celeſteſ atq; terreſtreſ locorum mutationibuſ prebet. Qui humaniſ ingeniiſ que creauit: etiam ſcientiaſ artium uariarum ad adiuuandã uitã naturamq; cõceſſit. Qui cõiũctionẽ mariſ & femine ad adiutoriũ ꝓpagande proliſ inſtituit: qui hoĩum cetibuſ quem ſocíſ & luminibuſ adhiberent: ad facillimoſ uſuſ munuſ terreni igniſ indulſit. Iſta ſunt certe que diſſeleſtiſ neſcio per quaſ phiſicaſ ĩterpretatõeſ uir acutiſſimuſ atq; doctiſſimuſ Varro: ſiue que aliunde accepit: ſiue que ipſe coniecit diſtribuere

laborauit. Hec autem facit atq; agit unuſ & uerus deuſ. Sed ſicut idem deuſ ubiq; totuſ nulliſ incluſuſ locis nulliſ uinculiſ alligatuſ: i nullaſ parteſ ſectiliſ: ex nulla parte mutabiliſ: implenſ celum & terram preſente potentia nō abſente natura ſic itaq; adminiſtrat oīa que creauit: ut etiam ipſa ꝑprioſ exercere & agere motuſ ſinat. Quāuiſ enim nihil eſſe poſſit ſine ipſo non tñ ſunt ulla quod ipſe. Agit autē multa etiam per angeloſ ſed non niſi ex ſeipō beatificat angeloſ. Ita ǭuiſ ꝑpter aliquaſ cauſaſ hōibuſ angeloſ mittat: non tñ ex angeliſ bonieſ: ſed ex ſeipō ſicut angeloſ beatificat. Ab hoc uno & uero deo uitā ſperamuſ eternam.

HAbemuſ enim ab illo pter huiuſcemodi beneficia: que ex hac de qua nōnulla diximuſ adminiſtratōe nature boniſ maliſq; largit. magnū & bonorū ꝓpriū magne dilectioniſ indiciū. Quanq̄m enim ꝙ ſumuſ ꝙ uiuimuſ: ꝙ celum terramq; conſpicimuſ: ꝙ habemuſ mentem atq; ratonē: qua eum ipſum qui hec oīa cōdidit inquiramuſ: nequaq̄ ualeamuſ actioni ſufficere gratiarū: tamen ꝙ noſ oneratoſ obrutoſq; peccatiſ: & a cōtemplatōe ſue luciſ auerſoſ: ac tenebrarum id ē iniq̄tatiſ dilectione cecatoſ non oīo deſeruit. Miſitq; nobiſ uerbū ſuū qui eſt eiuſ unicuſ filiuſ: quo pro nobiſ in aſſumpta carne nato atq; paſſo: quāti deuſ hoīem penderet noſceremuſ: atq; illo ſacrificio ſingulari a peccatiſ oībuſ mundaremur: eiuſq; ſpū in cordibuſ noſtriſ dilectōne diffuſa: omnibuſ difficultatibuſ ſuperatiſ in eternam requiem & cōtemplationiſ eiuſ ineffabilē dulcedinē ueniremuſ. Que corda quot lingue ad agendaſ ei gratiaſ ſatiſ eſſe contenderint?

HOc miſteriū uite eterne: iam īde ab exordio generiſ hūani per quedā ſignaq; & ſacramenta temporibuſ congrua: quibuſ oportuit ꝑ angeloſ predicatū ē. Deinde populuſ hebreuſ in unam quandam rempublicam que hoc ſacramentum ageret congregatuſ eſt: ubi per quoſdam ſcientes: per quoſdam neſcienteſ: id quod ex aduentu xp̄i uſq; nunc & deinceps agitur: prenūtiarē eſſe uenturum. Sparſa etiam poſtea eadem gente per genteſ: ꝑpter teſtimoniū ſcripturaꝝ quibuſ eterna ſaluſ in xp̄o futura predicta eſt. Omneſ enim nō ſolū ꝓphetie que in uerbiſ ſūt: nec tm̄ precepta uite que moreſ pietatemq; cōformant: atq; illiſ literiſ continent: uerū etiā ſacra ſacerdotia: tabernaculum ſiue templū: altaria: ſacrificia: cerimonie: dieſ feſti: & quidquid aliud ad eam ſeruitutem pertinet que deo debetur: & grece proprie latria dicitur: ea ſignificata & prenūtiata ſunt: que propter eternā uitam fidelium in xp̄o & impleta credimuſ: & impleri cernimuſ: & implenda cōfidimuſ.

PEr hanc ergo religionem unam & ueram: potuit aperiri deoſ gentium eſſe immūdiſſimoſ demōeſ: ſub defunctorū occaſionibuſ aīaꝝ: uel creaturarū ſpecie mundanarum deoſ ſe putari cupienteſ: & quaſi diuiniſ honoribuſ eiſdemq; ſceleſtiſ ac turpibuſ rebuſ ſuperba impuritate letanteſ: atq; ad uerū deū cōuerſionē humaniſ aīmiſ inuidenteſ. Ex quorū immaniſſimo & impiiſſimo domīatu homo liberatur: cum credit in eum qui prebuit ad exurgendum tāte humilitatiſ exēplū: quanta illi ſuperbia ceciderunt. Hinc ſunt non ſolum illi de quibuſ multa iam diximuſ: & alii atq; alii ſimileſ ceterarū gentiū atq; terrarū: ſed etiam hi de quibuſ nunc agimuſ tanq̄ in ſenatu deorum ſelecti: ſed plane ſelecti nobilitate crimmū non dignitate uirtutū. Quorū ſacra Varro dū quaſi ad naturaleſ ratōneſ referre

conatur querenſ hōeſtare reſ turpeſ: quomō hiſ quadret & conſonet non poteſt
inuenire: qm̄ non ſunt ipſe illorū ſacroꝝ cauſe quaſ putat: uel potiuſ uult putari.
Nā ſi non ſolum ipſe: uerū etiā quelibet alie huiuſ generiſ eēnt: q̄uiſ nihil ad deū
uerum uitāq; eternā que in religione querenda eſt pertinerent: tamen qualicūq;
de rerum natura reddita ratiōe: aliquantulū mitigarent offenſionem: quam non
intellecta in ſacriſ aliqua uelut turpitudo aut abſurditaſ fecerat: ſicut in q̄buſdā
theatrorum fabuliſ uel delubroꝝ miſteriiſ facere idem Varro conatuſ eſt. Vbi nō
theatra delubroꝝ ſimilitudine abſoluit: ſed theatrorū potiuſ ſimilitudine delubra
damnauit: tamen utcunq; conatuſ eſt: ut ſenſum horribilibuſ rebuſ offenſū uelut
naturalium cauſarum ratione reddita deliniret.

SEd contra inuenimuſ ſicut ipſe uir doctiſſimuſ prodidit: de Nume Pompilii
libriſ redditaſ ſacroꝝ cauſaſ nullo modo potuiſſe toleari: nec dignaſ habitaſ
que non ſolum lecte innoteſcerent religioſiſ: ſed ſaltem ſcripte reconderentur in
tenebriſ. Iam enim dicam: quod in tertio huiuſ operiſ libro me ſuo loco dicturū
eſſe pmiſerā. Nā ſicut apud eūdē Varronē legit̄ i libro de cultu deoꝝ: Terētiuſ
quidam cum haberet ad ianiculū fundum: & bubulcuſ eiuſ iuxta ſepulcrū Nume
Pompilii traiicienſ aratrum: eruiſſet ex terra libroſ eiuſ ubi ſacrorum inſtitutorū
ſcripte erant cauſe. in urbem pertulit ad pretorem. At ille cum inſpexiſſet pncipia
rem tantam detulit ad ſenatum: ubi cū primoreſ quaſdā cauſaſ legiſſent: cur qdq;
in ſacriſ fuerit inſtitutum: Nume mortuo ſenatuſ aſſenſuſ eſt: eoſq; libroſ tanq̄m
religioſi patreſ cōſcripti: pretor ut combureret cenſuerūt. Credat quiſq; qd̄ putat:
imo uero dicat quod dicendum ſuggeſſerit ueſana cōtentio q̄libet tāte impietatiſ
defenſor egregiuſ. Me admonere ſufficiat: ſacrorū cauſaſ a rege Pōpilio rōanorū
ſacroꝝ inſtitutore conſcriptaſ: nec populo: nec ſenatui: nec ſaltē ipſiſ ſacerdotibuſ
innoteſcere debuiſſe: ipſumq; Numā Pompiliū curioſitate illicita ad ea demonū
perueniſſe ſecreta: que ipſe quidem ſcriberet: ut haberet unde legendo cōmoneret.
Sed ea tamen cum Rex eſſet qui minime quenq̄ metueret: nec docere aliquē: nec
delendo uel quoquo modo conſumendo perdere auderet: ita quod ſcire neminem
uoluit ne homineſ nefaria doceret: uiolare autē timuit ne dēoneſ iratoſ haberet:
obruit ubi tutum putauit: ſepulcro ſuo ppinq̄re aratrū poſſe non credenſ. Sēatuſ
autem cum religioneſ formidaret damnare maiorum: & ideo Nume aſſentire co/
geret: illoſ tñ libroſ tam pernicioſoſ eſſe iudicauit: ut nec obrui ruſuſ iuberet: ne
hūana curioſitaſ multo uehementiuſ rem iam perditā quereret: ſed flāmiſ aboleri
nefanda monimenta: ut quia iam neceſſe eſſe exiſtimabant ſacra illa facere tole/
rabiliuſ erraretur cauſiſ eorum ignoratiſ q̄ cognitiſ ciuitaſ turbaretur.

NAm & ipſe Numa ad quē nulluſ dei ppheta: nulluſ ſanctuſ āgeluſ mittebat̄:
ydromanciam facere compulſuſ eſt: ut i aqua uideret imagineſ deorum: uel
potiuſ ludificatiōeſ demonū: a quibuſ audiret qd i ſacriſ cōſtitueret atq; obſeruare
deberet. Quod genuſ diuinationiſ idem Varro a perſiſ dicit allatum: quo & ipſum
Numam: & poſtea Phitagoram philoſophū uſum fuiſſe cōmēorat: ubi adhibito
ſanguine etiā inferoſ perhibet ſciſcitari: & nicromātiā grece dicit uocari. Que ſiue
nicromantia dicat̄ idipſum eſt: ubi uidentur mortui diuinare. Quibuſ hec artibuſ
fiant ipſi uiderint. Nolo enim dicere: haſ arteſ etiā ante noſtri ſaluatoriſ aduentū
in ipſiſ ciuitatibuſ gētiū legibuſ ſolere phiberi: & pēa ſeueriſſima uindicari. Nolo

mq̃ hoc dicere. forcaſſiſ enĩ talia tunc licebant. His tamen artibuſ didicit ſacra illa Pompiliuſ: quorũ ſacrorum facta prodidit: cauſaſ obruit: ita timuit & ipſe quod didicit. quarum cauſarum proditoſ libroſ ſenatuſ incendit. Quid mihi ergo Varro illorum ſacrorum aliaſ neſcio quaſ cauſaſ uelut phiſicaſ interpretat: qualeſ ſi libri illi habuiſſent non utiq; arſiſſent: aut & iſtoſ Varroniſ ad Ceſarẽ põtificẽ ſcptoſ atq; editoſ: patreſ cõſcripti ſimiliter incendiſſent. Quod ergo aquam egeſſerit id ẽ ex portauerit Numa Pompiliuſ unde ydromãciã faceret: ideo Nimphã egeriã cõiugem dicitur habuiſſe: queadmodũ in ſupra dicto libro Varrõ iſ exponit. Ita enĩ ſolent reſ geſte aſperſione mẽdaciorũ in fabulaſ uerti. In illa igit̃ ydromãcia: curioſiſſimuſ Rex ille romanuſ & ſacra didicit que in libriſ ſuiſ põtificeſ haberẽt: & eorum cauſaſ quaſ preter ſe neminem ſcire uoluit. Itaq; eaſ ſeorſũ ſcriptaſ ſecũ quodãmodo mori fecit: q̃ndo ita ſubtrahẽdaſ hoĩm noticie ſepeliendaſq; curauit. Aut ergo demonũ illic tam ſordide & noxie cupiditateſ erant conſcripte: ut ex hiſ tota illa theologia ciuiliſ etiã apud taleſ homĩeſ execrabiliſ appareret: qui cã multa in ipſiſ ſacriſ erubeſcenda ſuſceperant: aut illi oẽſ nihil aliud q̃ hoĩeſ mortui prodebantur. quoſ tam prolixa temporiſ uetuſtaſ & fere omneſ populi gentium deoſ immortaleſ eſſe crediderant: cum & talibuſ ſacriſ ĩdẽ illi demõeſ oblectarẽt: qui ſe colendoſ pro ipſiſ mortuiſ quoſ deoſ putari fecerant: quibuſdam fallacium miraculorũ atteſtationibuſ ſupponebãt. Sed occulta ueri dei prouidentia factũ eſt ut & Pompilio amico ſuo illiſ conglutinati artibuſ quibuſ ydromantia fieri potuit: cuncta illa confiteri permitterent: & tñ ut moriturus ĩcenderet ea potiuſ q̃ obrueret admonere non permitterẽtur: q ne innoteſcerent nec aratro quo ſunt eruta obſiſtere potuerũt nec ſtilo Varroniſ quo ea que de hac re geſta ſũt ĩ nrãm memoriam peruenerũt. Non enim poſſũt q̃d non ſinunt̃ efficere. ſinuntur aũt alto dei ſummi iuſtoq; iudicio: pro meritiſ eorum quoſ ab eiſ uel affligi tantũ uel etiã ſubici ac decipi iuſtum eſt. Quam uero pernitioſe uel a cultu uere diuinitatiſ aliene ille litere iudicate ſint: hinc intelligi poteſt: q eaſ maluit ſenatuſ incendere quaſ Põpiliuſ occultauit: q̃ timere q̃d timuit: q hoc audere nõ potuit. Qui ergo nec felicem in futuro uitam: nec modo habere uult piaſ talibuſ ſacriſ mortẽ querat eternam. Qui aũt cũ maligniſ demõibuſ nõ uult habere ſocietatẽ: nõ ſupſtitõnẽ q̃ colunt̃ noxiã ptimeſcat: ſed uerã religionẽ qua pdunt̃ & uincunt̃ agnoſcat.

NVnc intentiore nobiſ opuſ eſt aĩo: multo q̃ erat ĩ ſupiorum queſtionũ ſolutione & explicatione librorũ. De theologia quippe quã naturalem uocãt: non cum quibuſlibet hoĩbuſ: non enim fabuloſa eſt uel ciuiliſ: hoc eſt uel theatrica: uel urbana: quarum altera iactitat deorũ crimĩa: altera indicat deoꝝ deſideria crimĩoſiora: ac per hoc malignorum potiuſ demonũ q̃ deorum: ſed cum philophiſ eſt habẽda collatio: quorum ipſum nomen ſi latine interpretemur amorem ſapientie pfitetur. Porro ſi ſapientiã profitemur: & ſapientia deuſ eſt per quem facta ſunt omnia: ſicut di/uina auctoritaſ ueritaſq; monſtrauit: uerus philoſophuſ eſt amator dei. Sed quia reſ ipſa cuiuſ hoc nomen eſt non eſt in omnibuſ qui hoc noĩe gloriant̃: neq; enim continuo uere ſapientie ſunt amatoreſ qũcunq; appellant̃ philoſophi: profecto ex omnibuſ quorum ſententiaſ ex literiſ noſſe potuimuſ eligendi ſunt cum quibuſ

non indigne queſtio iſta tractetur. Neq; enim hoc opere oĩ́ſ oĩum philoſophoꝝ uanaſ opinioneſ refutare ſuſcepi: ſed eaſ tãtũ que ad theologiã ꝑtinẽt: quo uerbo greco ſignificari intelligimuſ de diuinitate ratiõem ſiue ſermonem. nec eaſ oĩum: ſed eorum tantũ qui cum & eſſe diuinitatem & humana curare conſentiant: non tamen ſufficere uniuſ incõmutabiliſ dei cultum ad uitam adipiſcendã etiam poſt mortem beatam: ſed ab illo ſane multoſ uno conditoſ atq; inſtitutoſ: ob eã cauſã colendoſ putãt. Hi etiã iam Varroniſ opinionẽ ueritatiſ ꝓpinquitate trãſcẽdũt. Siquidem ille totã theologiã naturalem uſq; ad mundum iſtũ: uel eiuſ animam extendere potuit: iſti uero ſupra omnem aĩe naturam cõfitent deum: qui nõ ſolũ mundũ iſtum uiſibilem qui ſepe celi & terre nomine nuncupatur: ſed omnẽ etiam omnino aĩam fecerit: & qui rationalem & intellectualem: cuiuſ generiſ aĩa hũana eſt: participatõe ſui luminiſ incõmutabiliſ & incorporei beatã fecerit. Hoſ phõſ platonicoſ appellatoſ a Platone doctore uocabulo deriuato: nulluſ qui hec uel tenuiter audiuit ignorat. De hoc igit̃ Platõe que neceſſaria huic queſtiõi exiſtĩo breuiter attigã. ꝓ illoſ cõmẽorãſq; eũ in eodẽ genere literaꝝ tẽpe preceſſerunt.

QVantũ enim attinet ad literaſ grecaſ: que lingua inter ceteraſ gentiũ clarior habetur: duo philoſophoꝝ genera tradunt. unũ italicum ex ea parte italie quondam magna grecia nuncupata eſt: alterũ ionicũ in eiſ terriſ ubi & nũc grecia nuncupatur uel noĩatur. Italicum genuſ auctorem habuit Pythagorã Samiũ: a quo etiã ferunt ipſum philoſophie nomen exortum. Nã cum antea ſapienteſ appellarentur: q quodãmõ laudabiliſ uite aliiſ preſtare uidebant: iſte interrogatuſ quid profiteretur: philoſophũ ſe eſſe reſpõdit: id eſt ſtudioſum uel amatorẽ ſapie. qm̃ ſapientem profiteri arrogantiſſimum uidebat. Iõici uero generiſ ꝑnceps fuit Thaleſ Mileſiuſ: unuſ illorum ſeptem qui appellati ſũt ſapienteſ. Sed illi ſex uite genere diſtinguebant: & quibuſdam preceptiſ ad bene uiuendũ accõmodatiſ. Iſte autem Thaleſ ut ſucceſſoreſ etiam ꝓpagaret: rerum naturã ſcrutatuſ: ſuaſq; diſpu/ tatõeſ literiſ mandãſ eminuit: maxieq; admirabiliſ extitit: q aſtrologie numeriſ comprehenſiſ defectuſ ſoliſ & lune etiam predicere potuit. Aquã tñ putauit rerum eſſe principium: & hinc oĩa elementa mundi: ipſumq; mundũ & que in eo gignunt̃ exiſtere. Nihil aũt huic operi quod mũdo cõſiderato tam mirabile aſpiamuſ: ex diuina mente prepoſuit. Huic ſucceſſit Anaximander eiuſ auditor: mutauitq; de rerum natura opinionẽ. Nõ .n. ex una re ſicut Thaleſ ex hũore: ſed ex ſuiſ ꝓpriiſ principiiſ quaſq; reſ naſci putauit. Que rerum ꝑncipia ſingularũ rerũ eſſe credidit infinita: & innumerabileſ mundoſ gignere & quecũq; in eiſ oriũtur: eoſq; mundoſ modo diſſolui: modo iterũ gigni exiſtiauit: quãta quiſq; etate ſua manere potuerit. nec ipſe aliqd diuine menti in hiſ reꝝ operibuſ tribuenſ. Iſte Anaximenẽ diſcipulũ & ſucceſſorem reliquit: qui omneſ rerũ cauſaſ infinito aeri dedit: nec deoſ negauit aut tacuit. non tamen ab ipſiſ aerẽ factũ: ſed ipſoſ ex aere ortoſ credidit. Anaxa/ goraſ uero eiuſ auditor. harum rerũ oĩum quaſ uidemuſ effectorẽ diuinũ aĩmum ſenſit: & dixit ex infinita materia que cõſtaret diſſimilibuſ inter ſe particuliſ: rerũ omniũ genera pro moduliſ & ſpeciebuſ propriiſ ſingula fieri: ſed aĩo faciẽte diuĩo. Diogeneſ quoq; Anaximeniſ alter auditor: aerem quidem dixit rerũ eẽ materiam de qua omnia fierent: ſed eũ eſſe compotem diuine ratõiſ: ſine q̃ nihil ex eo fieri poſſet. Anaxagore ſucceſſit auditor eiuſ Archelauſ: etiã ipſe de particuliſ inter ſe diſſimilibuſ qbuſ ſingula queq; fierent: ita oĩa conſtare putauit: ut ineſſe etiam

mentem diceret: que corpa diſſimilia id ẽ illas particulas cõiungendo & diſſipãdo ageret omnia. Socrates huius diſcipulus fuiſſe perhibetur magiſter Platonis ꝓpter quem breuiter cuncta iſta recolui.

SOcrates ergo primus uniuerſam philoſophiã ad corrigendos componendoſq; mores inflexiſſe memoratur: cũ ante illum oẽs magis phiſicis id ẽ naturalibus rebus perſcrutandis operam maximã impenderint. Nõ mihi autem uidetur poſſe ad liquidum colligi utrũ Socrates ut hoc faceret tedio rerũ obſcurarũ & incertarũ ad aliquid approbatum & certũ reperiendũ animũ intendit: quod eſſet beate uite neceſſariũ: propter quã unã oĩm phõꝝ inuigilaſſe ac laboraſſe uidet̃ induſtria. An uero ſicut de illo quidã beniuolentius ſuſpicant̃: nolebat immũdos terrenis cupiditatibus animos ſe extendere in diuina conari: quãdo quidem ab eis cauſas rerũ uidebat inquiri: quas p̃mas atq; ſũmas nõ niſi in uniuſ ueri ac ſũmi dei uolũtate eſſe credebat. Vnde non eas putabat niſi mundata mente poſſe comprehendi: & ideo purgãde bonis moribus uite cenſebat inſtandũ: ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus: naturali uigore ĩ eterna ſe attolleret: naturamq; incorporei & incõmutabilis luminis ubi cauſe omniũ factarum naturarum ſtabiliter uiuũt: intelligentie puritate conſpiceret. Conſtat eum tamen imperitorum ſtultitiã ſcire ſe aliquid opinantiũ: etiã in ipſis moralibus queſtionibus quo totũ aĩm intẽdiſſe uidebat: uel cõfeſſa ignorãtia ſua uel diſſimulata ſciẽtia: lepore mirabili diſſerẽdi & acutiſſima urbãitate agitaſſe atq; uerſaſſe. Vnde & cõcitatis inimicitiis calũnioſa criminatione damnatus: morte multatus eſt. Sed eũ poſtea illa ipſa que publice damnauerat athenienſium ciuitas publice luxit: in duos accuſatores eius uſq; adeo populi indignatiõe conuerſa: ut unus eorum oppreſſus in multitudine interiret: exilio autem uoluntario atq; ꝑpetuo penam ſimilem alter euaderet. Tam p̃clara igitur uite mortiſq; fama Socrates reliq̃t plurios ſue philoſophie ſectatores: quoꝝ certatim ſtudiũ fuit ĩ queſtionũ moraliũ diſceptatõe uerſari: ubi agitur de ſũmo bono quo fieri homo beatus poteſt. Quod in Socratis diſputationibus dũ omnia mouet: aſſerit: deſtruit: q̃m non euidẽter apparuit: qđ cuiq; placuit inde ſũpſerũt: & ubi cuiq; uiſum eſt conſtituerũt finem boni. Finis autem boni appellatur: quo quiſq; cũ ꝑuenerit beatus eſt. Sic aũt diuerſas ĩter ſe ſocratici de iſto fine ſentẽtias habuerunt: ut quod uix credibile ẽ uniuſ magiſtri potuiſſe facere ſectatores: qdã ſummũ bonũ eẽ dicerẽt uoluptatẽ: ſicut Ariſtippus: qdã uirtutẽ ſicut Antiſtenes. Sic alii atq; alii aliud atq; aliud opinati ſunt: quos cõmemorare longum eſt.

SEd inter diſcipulos Socratis nõ q̃dem ĩmerito excellẽtiſſima gloria claruit: qui omnino ceteros obſcuraret Plato. Qui cũ eſſet athenienſis honeſto apud ſuos loco natus: & ingenio mirabili longe ſuos cõdiſcipulos anteiret: parum tamen putans perficiende philoſophie ſufficere ſeipſum ac ſocraticam diſciplinam: q̃lõge lateq; potuit peregrinatus eſt: quaq̃uerſũ eũ alicuius nobilitate ſcientie ꝑcipiẽde fama rapiebat. Itaq; & in egypto didicit quecũq; illic magna habebãtur atq; docebantur: & inde in eas italie partes ueniens ubi pytagoreorũ fama celebrabatur. quidq̃d italice philoſophie tunc florebat: auditis eminentioribus in ea doctoribus facillime comprehendit. Et quia magiſtrũ Socratem ſingulariter diligebat: eum loquentẽ fere ĩ oĩbus ſermõibus ſuis faciens: etiã illa que uel ab aliis didicerat: uel ipſe q̃ta potuerat ĩtelligentia uiderat: cũ illius lepore & moralibus diſputatõibus temperauit. Itaq; cum ſtudiũ ſapientie in actione & contemplatõne uerſet̃: unde

una parſ eiuſ actiua altera cōtemplatiua dici poteſt: quarum actiua ad agendam uitam id eſt ad moreſ inſtituendoſ pertinet: contemplatiua autem ad cōſpiciēdaſ nature cauſaſ: & ſinceriſſimam ueritatē. Socrateſ i actiua excelluiſſe memoratur. Pytagoraſ uero magiſ contemplatiue quibuſ potuit intelligētie uiribuſ inſtitiſſe. Proinde Plato utrunq; iūgendo philoſophiā perfeciſſe laudatur. Quam in treſ parteſ diſtribuit. unā moralem que maxime in actione uerſatur: alterā naturalem que contemplatōni deputata eſt: tertiā rationalem qua uerū determinatˀ a falſo. Que licet utriq; id eſt actioni & contemplationi ſit neceſſaria: maxime tamen cōtemplatio perſpectionē ſibi uendicat ueritatiſ. Ideo hec tripartitio non ē cōtraria illi diſtinctioni: qua intelligitur omne ſtudiū ſapientie in actiōe & cōtemplatōe conſiſtere. Quid autem in hiſ uel de hiſ ſingulis partibuſ Plato ſenſerit: id eſt ubi finem oīum actionum: ubi cauſaſ oīum naturarū: ubi lumen oīum rationum eſſe cognouerit uel crediderit: diſſerendo explicare & longū eē arbitror: & temere eſſe affirmandū non arbitror. Cū enī magiſtri ſui Socratiſ quē facit in ſuiſ uolumībuſ diſputantem: notiſſimum morem diſſimulande ſcientie uel opinioniſ ſue ſeruare affectat. quia & illi ipſe moſ placuit: factum eſt ut etiam ipſiuſ Platoniſ de rebuſ magniſ ſententie non facile perſpici poſſint. Ex hiſ tamen que apud eū leguntˀ: ſiue que dixit ſiue que ab aliiſ dicta eſſe narrauit atq; conſcripſit que ſibi placita uiderentˀ quedā commēorari & huic operi inſeri oportet a nobiſ uel ubi ſuffragatˀ religiōi uere quā fideſ noſtra ſuſcipit ac defendit: uel ubi ei uidetur eſſe cōtrariuſ: quantum ad iſtam de uno deo & pluribuſ ptinet queſtionē: quem ꝓpter uitā que poſt mortem futura eſt ueraciter beatam colendum eſſe catholice religiōiſ aſſerit diſciplina. Fortaſſiſ enim qui Platonē ceteriſ philoſophiſ gentium longe recteq; prelatum: acutiuſ atq; ueraciuſ itellexiſſe atq; ſecuti eē fama celebriore laudantˀ: aliquid tale de deo ſentiunt: ut in illo inueniatur & cauſa ſubſiſtendi: & ratio intelligendi & ordo uiuendi. Quorum trium unū ad naturalem: alterū ad rōnalem: tertiū ad moralem partem intelligitˀ pertinere. Si enim homo ita creatuſ eſt: ut ꝑ id quod in eo precellit attingat ad illud quod cuncta precellit: id eſt unum uerum optimū deum: ſine quo nulla natura ſubſiſtit: nulla doctrina inſtruit: nulluſ uſuſ expedit: ipſe queratur ubi nobiſ omnia ſunt ſecura: ipſe cernatˀ ubi nobiſ certa ſūt omnia: ipſe diligatˀ: ubi nobiſ recta ſunt oīa.

Si ergo Plato dei huiuſ imitatorem: cognitorē: amatorē: dixit eſſe ſapientē: cuiuſ participatōe ſit beatuſ: qd opuſ eſt diſcutere ceteroſ: quoꝝ nulli nobiſ q̄ iſte propiuſ acceſſerunt. Cedat igitur eiſ nō ſolum theologia illa fabuloſa deorū criminibuſ oblectanſ aīoſ impiorum: nec ſolum etiā illa ciuiliſ: ubi impuri demōeſ terreſtribuſ gaudiiſ deditoſ populoſ deorum nomine ſeducenteſ: humanoſ erroreſ tanq̄ ſuoſ diuinoſ honoreſ habere uoluerūt: ubi ad ſpectādoſ ſuoꝝ criminū ludoſ cultoreſ ſuoſ tanq̄m ſue uanitatiſ adminiſtratoreſ habuerunt: ubi per eoſ ad ſuum cultum ſtudiiſ immundiſſimiſ alioſ excitanteſ: & ſibi delectabilioreſ ludoſ de ipſiſ ſpectatoribuſ exhibenteſ. Ubi ſi qua uelut hōeſta geruntˀ in templiſ cōiuncta ſibi theatrorum obſcenitate turpant: & quecunq; turpia geruntˀ in theatriſ: cōparata ſibi templorum feditate laudantˀ. Et ea que Varro ex hiſ ſacriſ quaſi ad celum & terram rerumq; mortaliū ſemina & actuſ interpretatuſ ē: quia nec ipſa illiſ ritibuſ ſignificantur que ipſe inſinuare conatˀ: & ideo ueritaſ conantem non ſequitur. Et ſi ipſa eſſent: tamen anime ratōnali ea que infra illā nature ordine cōſtituta ſūt:

pro deo ſuo colenda non eſſent: nec ſibi debuit preferre tanq̃ deos: eaſ reſ quibuſ ipſam prestitit uerus deus: & ea que Numa Pompilius reuera ad ſacra eiuſmōi ptinētia ſecū ſepeliendo curauit abſcōdi: & aratro eruta ſenatus iuſſit incendi. In eo genere ſūt etiā illa ut aliquid de Numa mitius ſuſpicemur: que Alexāder macedo ſcribit ad matrem: ſibi a magno antiſtite ſacrorū egyptiorū quodā leone patefacta: ubi non Picus & Faunus & Aeneas & Romulus uel etiam Hercules & Eſculapius: & Liber Semeleius & Tyndaride fratres: & ſi quos alios ex mortalibus p diis habent: ſed ipſi etiam maiores gentiū dii: quos Cicero in tuſculanis tacitis nominibus uidetur attigere: Iupiter: Iuno: Saturnus: Vulcanus: Veſta: & alii plurimi quos Varro conatur ad mūdi partes ſiue elementa transferre: homines fuiſſe produnt. Timens enim & ille quaſi reuelata miſteria: petens admonet Alexandrum: ut cū ea matri conſcripta inſinuauerit: flāmis iubeat concremari. Non ſolum ergo iſta que due theologie cōtinent fabuloſa ſcilicet & ciuilis: platonicis philoſophis cedant qui uerum deum & rerum auctorē & ueritatis illuſtratorē: & beatitudinis largitorē eſſe dixerūt: ſed alii quoq; philoſophi q corpalia nature pncipia corpori deditis mentibus opinati ſunt. cedant his tantis & tanti dei cognitoribus uiris: ut Thales ī humore: Anaximenes in aere: ſtoici in igne: Epicurus ī athomis: hoc ē minutiſſimis corpuſculis que nec diuidi nec ſentiri queūt. Et quicunq; alii quorū enumeratiōi immorari non eſt neceſſe ſiue ſimplicia ſiue coniuncta corpora ſiue uita carentia ſiue uiuentia: ſed tamen corpora: cauſam principiūq; rerum eſſe dixerunt. Nam quidam eorū a rebus nō uiuis res uiuas fieri poſſe crediderūt: ſicut epicurei. Quidā uero a uiuente quedā uiuentia quedā non uiuētia: ſed tamē a corpore corporea. Nam ſtoici ignem id eſt corpus unū ex quatuor elementis qbus uiſibilis mūdus hic conſtat: & uiuentem & ſapientē & ipſius mundi fabricatorem. atq; omniū que ſunt in eo: eumq; omnino ignem eſſe deum putauerunt. Hi & ceteri ſimiles eorū id ſolum cogitare potuerunt: quod cum eis corda eorum obſtricta carnis ſenſibus fabulata ſunt. In ſe quippe habebant qđ non uidebant: & apud ſe imaginabant quod foris uiderant etiā quando non uidebant: ſed tantūmodo cogitabant. Hoc autem in conſpectu talis cogitationis iam non eſt corpus: ſed ſimilitudo corporis. Illud aūt unde uidet in aīo hec ſimilitudo corporis: nec corpus eſt nec ſimilitudo corporis: & unde uidetur atq; utrum pulcra an deformis ſit iudicatur: pfecto eſt melius q̃ ipſa que iudicatur. Hec mens hominis & ipſa rationalis aīme natura eſt: que utiq; corpus non eſt: ſi iam illa corporis ſimilitudo cum in animo cogitantis aſpicitur atq; iudicat: nec ipſa corpus eſt. Nō eſt ergo nec terra: nec aqua: nec aer: nec ignis: quibus quatuor corporibus que dicuntur quatuor elementa: mundum corporeum uidemus eſſe compactum. Porro ſi noſter animus corpus nō eſt: quō deus creator animi corpus eſt? Cedant ergo & iſti ut dictū eſt platonicis: cedant & illi quos quidem puduit dicere deum corpus eſſe: fuerūt tamē eiuſdem nature cuius ille eſt aīos noſtros eſſe putauerūt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas aīe: quā dei nature tribuere nefas eſt. Sed dicūt corpore mutatur aīme natura. Nam per ſeipſam incōmutabilis eſt. Poterāt iſti dicere corpore aliquo uulneratur. nam per ſeipſam inuulnerabilis ē. Prorſus quod mutari non poteſt: nulla re poteſt. Ac per hoc q corpore mutari pōt: aliq̃ re pōt. & ideo incōmutabile recte dici nō poteſt.

Viderūt ergo iſti philoſophi quos ceteris non īmerito fama atq; gloria platos uidemus: nullū corpus eſſe deū: & ideo cuncta corpa tranſcenderūt querentes

deum.Viderunt quidqd mutabile eſt: non eſſe ſummū deum&ideo omnē aīam mutabileſq; omneſ ſpirituſ tranſcenderūt querentcſ ſummū deū.Deinde uiderūt omnem ſpetiem in re quacunq; mutabili que eſt quidquid illud eſt quoquomō & qualiſcūq; natura eſt nō eſſe poſſe niſi ab illo q uere eſt qui & incōmutabiliter eſt.At per hoc ſiue uniuerſi mundi corpuſ figuraſ:qualitateſ:ordinatūq; motum: & elementa diſpoſita a celo uſq; ad terram& quecunq; corpora i eiſ ſunt ſiue oēm uitam:uel que nutrit & cōtinet q̄liſ eſt in arboribuſ uel que & hec habet & ſentit qualiſ eſt in pecoribuſ uel que & hec habet & intelligit qualiſ ē in hōibuſ uel que nutritorio ſubſidio non indiget ſed tantū continet ſentit & intelligit qualiſ eſt in angeliſ niſi ab illo eſſe non poſſe qui ſimpliciter eſt qa non aliud illi eſt eſſe aliud uiuere quaſi poſſit eſſe nō uiuenſ nec aliud illi eſt uiuere aliud intelligere quaſi poſſit uiuere non intelligenſ nec aliud illi eſt intelligere aliud beatum eſſe:quaſi poſſit intelligere & non beatuſ eſſe.Sed quod eſt illi uiuere:intelligere:beatū eē:i hoc eſt illi eſſe.Propter hanc incōmutabilitatem & ſimplicitatē:intellexerūt eū & omnia iſta feciſſe& ipſum a nullo fieri potuiſſe.Conſiderauerunt enim quidqd eſt uel corpuſ eſſe uel uitam meliuſq; aliquid uitam eē q̄ corpuſ:ſpetiemq; corpiſ eſſe ſenſibilem intelligibilemq; uite.Proinde intelligibilē ſpetiē ſenſibili p̄tulerūt. Senſibilia dicimuſ que uiſu tactuq; corpiſ ſentiri queūt:itelligibilia que cōſpectu mentiſ intelligi poſſunt.Nulla eſt enī pulcritudo corporaliſ:ſiue in ſtatu corpiſ ſicut eſt figura:ſiue in motu ſicut eſt cantilena: de qua non animuſ iudicet quod profecto nō poſſet niſi melior in illo eſſet hec ſpetieſ ſine tumore moliſ:ſine ſtrepitu uociſ ſine ſpatio uel loci uel temporiſ.Sed ibi quoq; niſi mutabiliſ eſſet:non aliuſ alio meliuſ de ſpetie ſenſibili iudicaret.meliuſ ingenioſior q̄m tardior meliuſ peritior q̄ imperitior meliuſ exercitatior q̄ minuſ exercitatuſ.Et idem ipſe unuſ cum proficit:meliuſ utiq; poſtea q̄ priuſ.Quod autem recipit maiuſ & minuſ:ſine dubitatiōe mutabile eſt.Vnde ingenioſi & docti: & in hiſ exercitati hoīeſ facile collegerunt non eſſe in eiſ rebuſ primā ſpetiē:ubi mutabilitaſ eſſe conuincit.Cū igitur in eoꝝ conſpectu & corpuſ & animuſ magiſ minuſq; ſpetioſa eſſent& ſi omī ſpetie carere poſſent omnino nulla eſſent uiderūt eſſe aliquid ubi prima eſſet incōmutabiliſ ſpetieſ& ideo nec cōparabiliſ.atq; ibi eſſe rerum principiū rectiſſime crediderunt quod factum non eſſet:& ex quo facta cuncta eſſent.Ita qđ notū eſt dei ipſe manifeſtauit eiſ:cū ab eiſ inuiſibilia eiuſ per ea que facta ſūt ītellecta cōſpecta ſunt:ſempiterna quoq; uirtuſ eiuſ & diuinitaſ:a quo etiā uiſibilia & tēpalia cuncta creata ſūt.Hec de illa p̄te quā phiſicā id eſt naturalē nūcupāt dicta ſūt.

QVod autem attinet ad doctrinā ubi altera parſ uerſatur que ab eiſ logica id eſt rationaliſ uocatur abſit ut hiſ comparandi uideantur qui poſuerunt iudiciū ueritatiſ in ſenſibuſ corporiſ:eorumq; infidiſ & fallacibuſ reguliſ omīa que diſcuntur metienda eſſe cenſuerunt ut epicurei & quicunq; alii taleſ:ut etiam ipſi ſtoici.Qui cum uehementer amauerint ſolertiā diſputandi quā dialecticā nolant: a corporiſ ſenſibuſ eā ducendā putarūt:Hinc aſſeuerantes aīm concipere notōneſ quaſ appellant ennoyaſ:eaꝝ rerū ſcilicet q̄ſ diffiniendo explicant hinc p̄pagari atq; conecti totam diſcendi docendiq; rationem.Vbi ego multum mirari ſoleo. cum pulcroſ dicant non eſſe niſi ſapienteſ q̄buſ ſenſibuſ corporiſ iſtā pulcritudinē uiderint qualibuſ oculiſ carniſ formā ſapiētie decuſq; conſpexerint.Hi uero quoſ merito ceteriſ anteponimuſ: diſcreuerunt ea que mente conſpiciuntur ab hiſ que

ſenſibuſ attinguntur: nec ſenſibuſ ad mentes quod poſſunt: nec eiſ danteſ ultra q̄ poſſunt. Lumen autē mentiū eſſe dixerunt ad diſcenda oīa: eundemq; ipſum deum a quo facta ſunt omnia.

Eliq̄ eſt parſ moraliſ quā greco uocabulo dicūt ethicā: ubi querit̄ de ſūmo bono: quo referenteſ oīa que agimuſ: & quod non ꝑpter aliud ſed propter ſeipſum appetenteſ idq; adipiſcenteſ nihil quo beati ſimuſ ulteriuſ requiramuſ: ideo quippe & finiſ eſt dictuſ: quia propter hunc cetera uolumuſ: ipſum autem nō niſi propter ipſum. Hoc ergo beatificū bonū alii a corpore: alii ab aīo: alii ab utroq; in homine eſſe dixerunt. Viderunt quippe ipſum hoīem cōſtare ex aīo & corpe. & ideo ab ab alterutro iſtorum duorū: aut ab utroq; bene ſibi poſſe eē credebāt: finali quodam bono quo beati eſſent: quo cuncta que agebant referrent: atq; id cum forent adepti: quo referendum eſſet non ultra quererent. Unde illi q dicunt addidiſſe tertiū genuſ bonorū quod appellat̄ extrinſecuſ: ſicuti eſt honor: gloria: pecunia: & ſi quid huiuſmodi: non ſic addiderunt ut finale eſſet id eſt ꝑpter ſeipm appetendum: ſed propter aliud bonum quo eſſet hoc genuſ bonum boniſ: malum autem maliſ. Ita bonum hoīſ qui uel ab aīmo: uel a corpore: uel ab utroq; expetiuerunt: nihil aliud q̄ ab hoīe expetendū eſſe putauerunt. Sed q id appetiuerūt a corpore: a parte hominiſ deteriore: qui uero ab animo a parte meliore: qui autē ab utroq; a toto homine. Siue ergo a parte qualibet: ſiue a toto homine: non niſi ab hoīe. Nec iſte differentie q̄m treſ ſunt: ideo treſ ſed multaſ diſſenſioneſ phōrum ſectaſq; fecerūt: q̄a & de bono corporiſ & de bono aīmi: & de bono utriuſq; diuerſi diuerſa opinati ſunt. Cedant igitur hi omneſ illiſ philoſophiſ qui non dixerunt beatum eſſe hominem fruentem corpore uel fruentem aīo: ſed fruentem deo: non ſicut corpore uel ſeipſo aīuſ: aut ſicut amico amicuſ: ſed ſicut luce oculuſ. Si aliquid ab hiſ ad illaſ ſimilitudineſ afferendum eſt: quod uel q̄le ſit: ſi deuſ ipſe adiuuerit alio loco quantum per noſ fieri poterit apparebit.

NUnc ſatiſ ſit cōmemorare Platonē determinaſſe finē boni eſſe ſcd'm uirtutem uiuere: & ei ſoli euenire poſſe qui notitiā dei habeat & imitationem: nec eſſe aliam ob cauſam beatum. Ideoq; non dubitat hoc eſſe philoſophari: amare deum cuiuſ natura ſit incorporaliſ. Unde utiq; colligitur: tūc fore beatum ſtudioſum ſapientie: id enim eſt philoſophuſ: cum frui deo ceperit. Quāuiſ enim non cōtinuo beatuſ ſit qui eo fruitur quod amat: multi n. amando ea que amanda non ſunt miſeri ſunt: & miſerioreſ cum fruuntur: nemo tamen beatuſ eſt: qui eo quod amat non fruitur. Nam & ipſi qui reſ non amandaſ amant: non ſe beatoſ eſſe amando putāt ſed fruendo. Quiſquiſ ergo fruitur eo quod amat: uerumq; & ſummū bonū amat: quiſ eum beatum niſi miſerrimuſ negat? Ipſum autem uerum ac ſummum bonū Plato dicit deum: unde uult eſſe philoſophum amatorem dei: ut quōiam philoſophia ad beatā uitā tendit: fruenſ deo ſit beatuſ qui deū amauerit. Quicūq; igitur philoſophi de deo ſummo & uero iſta ſenſerunt: ꝙ & rerum creatarum ſit effector: & lumen cognoſcendarum: & bonum agendaꝝ: ꝙ ab illo nobiſ ꝑncipiū ſit nature: & ueritaſ doctrine: & felicitaſ uite. ſiue platōici accōmodatiuſ nūcupēt: ſiue quodlibet aliud ſecte ſue nomen imponant: ſiue tātummodo yonici generiſ qui ī eiſ precipui fuerūt iſta ſenſerint: ſicut idē Plato & qui eū bene itellexerūt: ſiue etiam italici propter Pythagoram & pythagoreoſ & ſi qui forte alii eiuſdem ſententie in id idem fuerunt: ſiue aliarū quoq; gentiū qui ſapienteſ uel philoſophi

habiti ſunt: athlantici libici egyptii indi perſe chaldei ſcithe galli hiſpani: alii que reperiuntur qui hoc uiderint ac docuerint: eos omnes ceteris anteponimus: eoſque nobis propinquiores fatemur. Quamuis enim homo xpianus literis tantum eccleſiaſticis eruditus: platonicorum forte nomen ignoret: nec utrum duo genera philoſophorum extiterint in greca lingua yonicorum & italicorum ſciat: non tamen ita ſurdus eſt in rebus humanis ut neſciat philoſophos uel ſtudium ſapientie: uel ipſam ſapientiam profiteri. Caueat eos tamen qui ſecundum elementa huius mundi philoſophantur: non ſecundum deum a quo ipſe factus eſt mundus. Admonetur enim precepto apoſtolico: fideliterque audit quod dictum eſt. Cauete ne quis uos decipiat per philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundum elementa mundi. Deinde ne omnes tales eſſe arbitretur: audit ab eodem apoſtolo dici de quibuſdam: quia quod notum eſt dei manifeſtum eſt in illis: deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim eius a conſtitutione mundi: per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque uirtus eius & diuinitas. Et ubi athenienſibus loquens: cum rem magnam de deo dixiſſet & que a paucis poſſet intelligi: quod in illo uiuimus & mouemur & ſumus: adiecit & ait: ſicut & ueſtri quidam dixerunt. Nouit ſane etiam ipſos in quibus errant cauere. Vbi enim dictum eſt quod per ea que facta ſunt deus illis manifeſtauit intellectu conſpicienda inuiſibilia ſua: ibi etiam dictum eſt non illos ipſum deum recte coluiſſe: quia & aliis rebus quibus non oportebat diuinos honores illi uni tantum debitos detulerunt. Quoniam cognoſcentes deum non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe ſapientes eſſe ſtulti facti ſunt: & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis: & uolucrum: & quadrupedum: & ſerpentium: ubi & romanos & grecos & egyptios: qui de ſapientie nomine gloriati ſunt fecit intelligi. Sed de hoc cum iſtis poſtmodum diſputabimus. In quo autem nobis conſentiunt de uno deo huius uniuerſitatis auctore: qui non ſolum ſuper omnia corpora eſt incorporeus: uerum etiam ſuper omnes animas incorruptibilis: principium noſtrum: lumen noſtrum: bonum noſtrum: in hoc eos & ceteris anteponimus.

NEc ſi literas eorum xpianus ignorans: uerbis que non didicit in diſputatione non utitur: ut uel naturalem latine: uel phiſicam grece appellet eam partem in qua de inquiſitione nature tractatur: & rationalem ſiue logicam in qua queritur quo nam modo ueritas percipi poſſit: & moralem uel ethicam in qua de moribus agitur: bonorumque finibus appetendis: malorumque uitandis: ideo neſcit ab uno uero deo atque optimo: & naturam nobis eſſe qua facti ad eius imaginem ſumus: & doctrinam qua eum noſque nouerimus: & gratiam qua illi coherendo beati ſumus. Hec itaque cauſa eſt cur iſtos ceteris preferamus: quia cum alii philoſophi ingenia ſua ſtudiaque contriuerint in requirendis rerum cauſis: & qui nam eſſet modus diſcendi atque uiuendi: iſti deo cognito reppererunt ubi eſſent & cauſe conſtitute uniuerſitatis: & lux percipiende ueritatis: & fons bibende felicitatis. Siue ergo iſti platonici: ſiue quicunque alii quarumlibet gentium philoſophi de deo iſta ſentiunt nobiſcum ſentiunt. Sed ideo cum platonicis magis placuit hanc cauſam agere: quia eorum ſunt litere notiores. Nam & greci quorum lingua in gentibus preminet: eas magna predicatione celebrarunt: & latini permoti earum uel excellentia uel gloria uel gratia: ipſas libentius didicerunt: atque in noſtrum eloquium transferendo nobiliores clarioreſque fecerunt.

Mirantur autem quidam nobiſ in chriſti gratia ſotiati cum audiunt uel legunt Platonem de deo iſta ſenſiſſe: que multũ congruere ueritati noſtre religiõiſ agnoſcunt. Vnde nõnulli putauerũt eũ quãdo perrexit in egyptum Hieremiam audiſſe ꝓphetam: uel ſcripturaſ ꝓpheticaſ in eadem peregrinatiõe legiſſe. quorum quidem opinionẽ in quibuſdam libriſ meiſ poſui. Sed diligenter cõputata tẽporũ ratio que cronica hiſtoria cõtinetur: Platonẽ indicat a tempore quo ꝓphetauit Hieremiaſ: cẽtum ferme annoſ poſtea natum fuiſſe. Qui cum octoginta & unum uixiſſet: ab anno mortiſ eiuſ uſq; ad tempuſ quo Ptolomeuſ rex egypti ſcripturaſ propheticaſ gentiſ hebreorum de iudea popoſcit: & per ſeptuagĩta uiroſ hebreoſ qui etiã grecam linguã nouerant: interpretandaſ habendaſq; curauit: anni ferme reperiuntur ſexaginta. Quapropter in illa pegrinatiõe ſua Plato nec Hieremiã uidere potuit tanto ante defunctũ: nec eaſdẽ ſcripturaſ legere que nondũ fuerãt in grecam linguam trãſlate qua ille pollebat: niſi forte quia fuit acerrimi ſtudii: ſicut egyptiaſ ita & iſtaſ per interpretem didicit: nõ ut ſcribendo transferret: quod Ptolomeuſ pro ingenti beneficio qui regia poteſtate etiã timeri poterat meruiſſe perhibetᷣ: ſed ut colloquendo quid continerent q̃ntũ capere potuiſſet addiſceret. Hoc ut exiſtimetur illa ſuadere uidentur indicia. ꝙ liber geneſeoſ ſic incipit. In principio fecit deuſ celum & terram: terra autem erat inuiſibiliſ & incompoſita: et tenebre erant ſuper abiſſum: & ſpirituſ dei ferebatur ſuper aquaſ. In thimeo autẽ Plato quem librum de mundi conſtitutiõe conſcripſit: deũ dicit in illo opere terrã primo ignemq; iũxiſſe. Manifeſtum eſt autem ꝙ igni tribuit celi locum. Habet ergo hec ſententia quandam illiuſ ſimilitudinem qua dictũ eſt: in principio fecit deuſ celum & terrã. Deinde illa duo media qbuſ interpoſitiſ ſibimet hec extrema copularentur: aquam dicit & aerem: unde putatur ſic intellexiſſe quod ſcriptũ eſt: ſpirituſ dei ferebatur ſuper aquaſ. Parum quippe attendenſ quo more ſoleat illa ſcriptura appellare ſpiritum dei: q̃m & aer ſpirituſ dicitᷣ: quatuor opinatuſ elemẽta loco illo cõmemorata uideri poteſt. Deinde ꝙ Plato dicit amatorem dei eẽ phũm: nihil ſic illiſ litteriſ ſacriſ flagrat: & maxime illud quod & me plurimũ adducit ut pene aſſentiar Platonem illorum librorum expertum fuiſſe: qđ cum ad ſanctum Moyſen ita uerba dei per angelum perferantur: ut querenti quod ſit nomen eiuſ qui eum pergere precipiebat ad populũ hebreũ ex egypto liberandũ reſpõdeatᷣ. Ego ſum qui ſum: & diceſ filiiſ iſrael: qui eſt miſit me ad uoſ: tanq̃ in eiuſ cõparatiõe qui uere eſt quia incommutabiliſ eſt: ea que mutabilia facta ſunt non ſint. Vehementer hoc Plato tenuit & diligẽtiſſime cõmendauit. Et neſcio utrũ hoc uſpiã reperiatur in libriſ eorũ q ante Platonẽ fuerant: niſi ubi dictũ eſt ego ſũ qui ſum: & diceſ eiſ q eſt miſit me ad uoſ. Sed undecũq; ille iſta didicerit: ſiue precedentiũ eũ ueterũ libriſ ſiue potiuſ quõ dicit apoſtoluſ: q̃a qđ notũ eſt dei manifeſtũ eſt in illiſ: deuſ enĩ illiſ manifeſtauit. inuiſibilia enĩ eiuſ a cõſtitutiõe mũdi: per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; eiuſ uirtuſ & diuinitaſ non immerito me Platonicoſ philoſophoſ elegiſſe: cũ quibuſ agam quod in iſta queſtiõe quã modo ſuſcepimuſ agitur de naturali theologia: utrũ ꝓpter felicitatẽ que poſt mortẽ futura ẽ: uni deo an pluribuſ ſacra facere oporteat. Nã utrũ unuſ deuſ an pluireſ ꝓpter huiuſ uite ſint bona colendi ſatiſ ut eſtimo expoſui. Q(uo)d et platonici licet de uno uero deo b[illegible] multis tamen diis [illegible] sacra [illegible]

Ideo quippe hoſ potiſſimum elegi: q̃m de uno deo qui fecit celum & terram quanto meliuſ ſenſerunt: tanto ceteriſ glorioſioreſ illuſtrioreſq; habentur: in

tantum aliſ prelati iudicio poſterorum ſuit cũ Ariſtoteleſ Platonis diſcipuluſ uir excellentiſ ingenii & eloquio Platoni quidem impar: ſed multoſ facile ſuperanſ: cum ſectam peripateticam condidiſſet: ꝙ deambulanſ diſputare conſueuerat: plurimoſq; diſcipuloſ preclara fama excellenſ: uiuo adhuc preceptore in ſuam hereſim congregaſſet. Poſt mortẽ uero Platõiſ Euſippuſ ſororiſ eiuſ filiuſ: & Xenocrateſ dilectuſ eiuſ diſcipuluſ in ſcolam eiuſ que achademia uocabat᷑ eidem ſucceſſiſſent: atq; ob hoc & ipſi & eorum ſucceſſoreſ achademici appellarentur: recentioreſ tamẽ philoſophi nobiliſſimi q̃buſ Plato ſectãduſ placuit: noluerũt ſe dici peripateticoſ aut achademicoſ: ſed platonicoſ. Ex quibuſ ſunt ualde nobilitati greci: Plotinuſ: Iamblicuſ: Porphiriuſ. In utraq; autem lingua id eſt & greca & latina: Apuleiuſ affer extitit platonicuſ nobiliſ. Sed hi omneſ & ceteri eiuſmodi & ipſe Plato: diiſ plurimiſ eſſe ſacra facienda putauerunt.

Vanq̃ ergo a nobiſ & in aliiſ multiſ rebuſ magniſq; diſſentiant: in hoc tamẽ quod modo poſui: quia neq; parua reſ eſt & inde nũc queſtio eſt: primum ab eiſ quero quibuſ diiſ iſtum cultum exhibendum arbitrentur: utrũ boniſ an maliſ: an & boniſ & maliſ. Sed de hoc habemuſ ſententiam Platoniſ dicentiſ: omneſ deoſ bonoſ eſſe: nec eſſe omnino ullum deorum malum. Conſequenſ eſt igitur: ut boniſ hec exhibenda intelligantur. Tunc enim diiſ exhibentur: q̃m nec dii erũt ſi boni non erũt. Hoc ſi ita eſt: nam de diiſ q̃d aliud decet credere: Illa profecto uacuat opinio: qua nõnulli putant deoſ maloſ ſacriſ placandoſ eſſe ne ledant: bonoſ aũt ut adiuuent inuocandoſ. Mali.n.nulli ſũt dii. boniſ porro debituſ ut dicũt honor ſacrorum eſt deferenduſ. Qui ſunt ergo illi qui ludoſ ſcenicoſ amant: eoſq; diuiniſ rebuſ adiungi & ſuiſ honoribuſ flagitant exhiberi: quoꝝ uiſ nõ eoſ indicat nulloſ: ſed iſte affectuſ nimirum indicat maloſ. Quid enĩ de ludiſ ſcenicis Plato ſenſerit notum eſt: cum poetaſ ipſoſ ꝙ tam indigna deoꝝ maieſtate atq; bõitate carmina compoſuerant: cenſet ciuitate pellendoſ. Qui ſunt igitur iſti dii: q̃ de ſcenicis ludiſ cũ ipſo Platone contendũt. Ille q̃ppe non patit᷑ deoſ falſiſ criminibuſ infamari: iſti eiſdem criminibuſ ſuoſ honoreſ celebrari iubent. Denique iſti cum eoſdem ludoſ inſtaurari preciperent: poſcenteſ turpia: maligna geſſerunt. Tito latino auferẽteſ filium: & immittẽteſ morbum ꝙ eorum abnuiſſet imperiũ. eũq; morbũ retrahẽteſ cum iuſſa compleſſet. Iſte autem illoſ nec tã maloſ timẽdoſ putat: ſed ſue ſentẽtie robur conſtantiſſime retinenſ: omneſ poetarum ſacrilegaſ nugaſ quibuſ illi p̃ immunditie ſocietatem oblectantur: a populo bene inſtituto remouere nõ dubitat. Hunc autem Platonem quem iam in ſecundo libro cõmemoraui: inter ſemideoſ Labeo ponit. Qui Labeo numina mala uictimiſ cruẽtiſ atq; huiuſmodi ſupplicationibuſ placari exiſtimat: bona uero ludiſ & talibuſ quaſi ad letitiã ptinẽtibuſ rebuſ. Quid ẽ ergo ꝙ ſẽideoſ Plato: nõ ſẽideiſ ſed deiſ & hoc bõiſ illa oblectamẽta q̃ iudicat turpia tam conſtanter audet auferre: qui ſane dii refellũt ſententiam Labeoniſ. nam ſe in Latino non laſciuoſ tantum atq; ludibũdoſ: ſed etiam ſeuoſ terribileſq; monſtrarunt. Exponant ergo nobiſ iſta platonici qui oẽſ deoſ ſcd̃m auctoriſ ſui ſentẽtiã bonoſ & hõeſtoſ & uirtutibuſ ſapiẽtiũ eſſe ſocioſ arbitrãtur: aliterq; de ullo deoꝝ ſentiri nefaſ habent.

Exponimuſ inquiunt. Attente igitur audiamuſ. Omniũ inquiũt aĩmalium in quibuſ eſt anima rationaliſ tripertita diuiſio eſt: in deoſ: homĩeſ: demõeſ.

Dii excelſiſſimū locum tenent: homineſ infimū: demoneſ medium. Nam deorum ſedeſ in celo eſt: hominum in terra: in aere demonum. Sicut eiſ diuerſa dignitaſ eſt locorum: ita etiā naturarum. Proinde dii ſunt hōībuſ demōībuſq; potioreſ. hōīeſ uero infra deoſ & demoneſ conſtituti ſunt: ut elementorum ordine ſit differentia meritorum. Demoneſ igitur medii: quemadmodum diiſ quibuſ inferiuſ habitant poſtponendi: ita hominibuſ quibuſ ſuperiuſ preferendi ſunt. Habent enim cū diiſ cōmunem immortalitatē corporū: animoꝝ aūt cū hōībuſ paſſioneſ. Quapropter non eſt mirum inquiunt ſi etiā ludorum obſcenitatibuſ & poetarū figmentiſ delectantur: quando quidē & humaniſ capiūtur affectibuſ: a quibuſ dii lōge abſunt & modiſ omnibuſ alieni ſunt. Ex quo colligitur Platonem poetica deteſtando et prohibendo figmenta: ſi non deoſ qui omneſ boni & excelſi ſunt priuaſſe ludorum ſcenicoꝝ uoluptate: ſed demōeſ. Hec ſi ita ſūt: que licet apud alioſ quoq; repiantur: Apuleiuſ tamen platonicuſ maudarenſiſ de hac re ſolum unū ſcripſit librū: cuiuſ titulum eſſe uoluit de deo Socratiſ: ubi diſſerit & exponit ex quo genere numinū numen ſibi Socrateſ habebat adiunctum: & amicitia quadam conciliatum: a quo perhibetur ſolituſ admoneri ut deſiſteret ab agendo: quando id qđ agere uolebat proſpere fuerat euenturum. Dicit enim apertiſſime & copioſiſſime aſſerit: nō illū deum fuiſſe ſed demonem: diligenti diſputatiōe pertractanſ iſtā Platoniſ de deoꝝ ſublimitate: & hominū humilitate: & demonū medietate ſententiā. Hec ergo ſi ita ſunt: quo nam mō auſuſ eſt Plato etiā ſi non diiſ quoſ ab omni hūana cogitatiōe ſemouit: certe ipſiſ demonibuſ poetaſ urbe pellendo auferre theatricaſ uoluptateſ: niſi q̄a hoc pacto admonuit animū humanū: q̄uiſ adhuc ī hiſ moribūdiſ membriſ poſitum pro ſplendore honeſtatiſ impura iuſſa demonum contempnere: eorumq; immundiciam deteſtari. Nā ſi Plato hec honeſtiſſime arguit & ꝓhibuit: ꝑfecto demoneſ turpiſſime popoſcerunt atq; iuſſerūt. Aut ergo fallitur Apuleiuſ & non ex iſto genere numinū habuit amicum Socrateſ: aut contra ſe ſentit Plato: modo demōeſ honorando: modo eorum delitiaſ a ciuitate bene morata remouendo: aut non eſt Socrati amicitia demoniſ gratulanda: de qua uſq; adeo & ipſe Apuleiuſ erubuit: ut de deo Socratiſ prenotaret librum: quem ſcđm ſuā diſputationem qua deoſ a demonibuſ tam diligenter copioſeq; diſcernit: non appellare de deo ſed de demone Socratiſ debuit. Maluit autem hoc in ipſa diſputatione: q̄ in titulo libri ponere. Ita enim per ſanam doctrinam que humaniſ rebuſ illuxit oīeſ uel pene omneſ demonū nomen exhorrent: ut q̄ſquiſ āte diſputationē Apulei q̄ demonū dignitaſ commendatur: titulū libri de demōe Socratiſ legeret: nequaq̄ illū hoīem ſanum fuiſſe ſentiret. Quid autem etiam ipſe Apuleiuſ qđ in demonibuſ laudaret inuenit: preter ſubtilitatem & firmitatē corporū: & habitationiſ altiorem locum? Nam de moribuſ eorum cum de omnibuſ generaliter loqueretur: non ſolum nihil boni dixit: ſed etiam plurimū mali. Denīq; lecto illo libro: prorſuſ nemo miratur eoſ etiam ſcenicam turpitudinē ī rebuſ diuiniſ habere uoluiſſe: & cū deoſ ſe putari uelint deorum criminibuſ oblectari potuiſſe: & quidquid in eorum ſacriſ obſcena ſolēnitate ſeu turpi crudelitate uel ridetur uel horretur eoꝝ affectibuſ cōuenire.

Qvamobrem abſit ut iſta conſiderāſ animuſ ueraciter religioſuſ & uero deo ſubdituſ: ideo arbitretur demoneſ ſeipſo eſſe melioreſ q̄ habeāt corpa meliora. Alioquin multaſ ſibi & beſtiaſ prelaturuſ eſt: que noſ & acrimonia ſenſuū: & motu faciliſſimo atq; celerrimo: & ualentia uirīū: & ānoſiſſima firmitate corporū uincūt.

Quiſ hominũ uidendo equabitur aquiliſ & uulturibuſ? Quiſ odorando canibuſ? Quiſ uelocitate leporibuſ: ceruiſ: omnibuſ auibuſ? Quiſ multũ ualendo leonibuſ & elephantibuſ? Quiſ diu uiuendo ſerpentibuſ: qui etiã depoſita tunica ſenectutẽ deponere atq; in iuuentutem redire perhibentur? Sed ſicut hiſ omnibuſ rõcinando & intelligendo melioreſ ſumuſ: ita etiã demõibuſ bene & hõeſte uiuendo melioreſ eſſe debemuſ. Ob hoc enim & prouidentia diuina eiſ qbuſ noſ conſtat eẽ potiõreſ data ſunt quedam potiora corporum munera: ut illud quo eiſ preminemuſ etiam iſto modo nobiſ cõmendaretur multo maiore cura excolendũ eẽ q̃ corpuſ: ipſãq; excellentiam corporalem quam demoneſ habere noſcemuſ: pre bonitate uite qua illiſ anteponimur cõtemnere diſceremuſ habituri & noſ immortalitatẽ corporũ: non quam ſuppliciorum eternitaſ torqueat: ſed quam puritaſ precedat animorũ. Iam uero de loci altitudine: ꝙ demoneſ in aere noſ autem habitamuſ in terra: ita permoueri ut hinc eoſ nobiſ eſſe preponẽdoſ exiſtimemuſ: omĩo ridiculum eſt. Hoc enim pacto nobiſ & omnia uolatilia preponimuſ. At enim uolatilia cũ uolando fatigantur uel reficiendum alimentiſ corpuſ habent: terrã repetunt uel ad requiem: uel ad paſtum: qđ demõeſ inquiũt nõ faciũt. Nunqd ergo placet eiſ ut uolatilia nobiſ: demoneſ autem etiam uolatilibuſ antecellant? Quod ſi dementiſſimum eſt opinari: nihil eſt quod de habitatõe ſuperioriſ elementi dignoſ eſſe demõeſ exiſtimemuſ: quibuſ noſ religioniſ affectu ſubdere debeamuſ. Sicut enim fieri potuit: ut aeree uolucreſ terreſtribuſ nobiſ non ſolum non preferantur: uerũ etiam ſubiiciantur propter rationaliſ anime que in nobiſ eſt dignitatem: ita fieri potuit ut demoneſ q̃uiſ magiſ aerei ſint terreſtribuſ nobiſ: non ideo melioreſ ſint quia eſt aer q̃ terra ſuperior: ſed ideo eiſ hoĩeſ preferendi ſunt: qm̃ ſpei piorũ hoĩum nequaq̃ illorum deſperatio comparanda eſt. Nã & illa ratio Platoniſ qua elemẽta quatuor proportõe cõtexit atq; ordinat: ita duobuſ extremiſ igni mobiliſſimo & terre imobili media duo aerem & aquam interſerenſ: ut quanto aer eſt aquiſ & aere igniſ: tãto & aque ſuperioreſ ſint terriſ: ſatiſ noſ admonet animaliũ merita nõ p elementorũ gradibuſ eſtimare. Et ipſe quippe Apuleiuſ cum ceteriſ terreſtre aĩal hominẽ dicit. qui tñ longe preponit aĩalibuſ aq̃tilibuſ: cũ ipſaſ aquaſ terriſ p̃ponat Plato. ut intelligamuſ non eũdem ordinẽ tenẽdum cũ agiẽ de meritiſ aĩarũ: ꝙ uidetur ordo eſſe in gradibuſ corporum: ſed fieri poſſe ut inferiuſ corpuſ aĩa melior inhabitet: deterioraq; ſuperiuſ.

DE moribuſ ergo demonũ cum idem platonicuſ loqueretur: dixit eoſ eiſdem quibuſ hoĩeſ animi perturbationibuſ agitari: irritari iniuriiſ: obſequiiſ donisq; placari: gaudere honoribuſ: diuerſiſ ſacrorũ ritibuſ oblectari: & ĩ eiſ ſi qd neglectũ fuerit commoueri. Inter cetera etiam dicit ad eoſ pertinere diuinatõeſ augurum: aruſpicum: uatum: atq; ſomniorum. ab hiſ quoq; eẽ miracula magorum. Breuiter autem eoſ diffiniẽnſ ait. Demoneſ eſſe genere aĩalia: aĩo paſſiua: mente rõnalia: corpore aerea: tempore eterna. Horum uero quinq; tria priora illiſ eẽ que nobiſ: quartum proprium: quintũ eoſ cum diiſ habere cõmune. Sed uideo trium ſuperiorũ que nobiſcum habẽt: duo etiam cũ diiſ habere. Animalia quippe eſſe dicit & deoſ: ſua cuiq; elementa diſtribuenſ. In terreſtribuſ animalibuſ noſ poſuit: cum ceteriſ que in terra uiuũt & ſentiũt: in aquatilibuſ piſceſ & alia natatilia: in aereiſ demõeſ: in ethereiſ deoſ. Ac per hoc ꝙ demoneſ genere ſunt aĩalia: non ſolũ eiſ cũ hõibuſ uerũ etiã cum diiſ pecoribuſq; cõmune eſt: ꝙ mente rationalia cum diiſ & hõibuſ: ꝙ tempore eterna cum diiſ ſoliſ: ꝙ animo paſſiua cum hominibuſ ſoliſ: ꝙ corpore

aerea ipſi ſunt ſoli. Proinde ꝙ genere ſunt aĩalia non eſt magnũ: quia hoc ſunt & pecora. ꝙ mente rationalia non eſt ſupra nos: qa ſumus & nos: ꝙ tẽpore eterna: quid boni eſt ſi non beata? Melior eſt enĩ temporalis felicitas: ꝗ̃ miſera eternitas. ꝙ animo paſſiua quomodo ſupra nos eſt quãdo & nos hoc ſumus: nec ita eſſet niſi miſeri eſſemus? Quod corpore aerea quanti extimandum eſt: cum omni corpori preferatur anime qualiſcunq; natura? Et ideo religiõis cultus qui debetur ex aĩo nequaꝗ̃ debetur ei rei que animo eſt inferior. Porro ſi inter illa que demonũ eſſe dixit ãnumeraret uirtutem: ſapientiam: felicitatem: & hec eos diceret habere cũ diis eterna atq; cõmunia: profecto aliquid diceret exoptãdũ magniq; pendendũ: nec ſic eos tamen propter hec tanꝗ̃ deum colere deberemus: ſed potius ipm̃ a quo hec illos accepiſſe noſſemus. Quanto minus nũc honore diuĩo aerea digna ſũt aĩalia: ad hoc ratõalia ut miſera eſſe poſſint: ad hoc paſſiua ut miſera ſint: ad hoc eterna ut miſeriam ſuam finire non poſſint? Quapropter ut omittã cetera & hoc ſolum pertractem ꝙ nobiſcum demones dixit habere cõmune: id eſt animi paſſiones: ſi omnia quatuor elementa ſuis animalibus plena ſunt: immortalibus ignis & aer: mortalibus aqꝗ̃ & terra: quero cur animi demonũ paſſionũ turbelis & tẽpeſtatibus agitentur? Perturbatio enim eſt que grece pathos dicitur: unde illa uoluit uocare animo paſſiua: quia uerbum de uerbo pathos paſſio diceretur: motus animi cõtra rationem. Cur ergo ſunt iſta in aĩmis demonũ: que in pecoribus nõ ſunt? Quoniã ſi quid in pecore ſimile apparet nõ eſt perturbatio: quia non eſt contra rationem qua pecora carent. In hominibus aũt ut ſint iſte perturbationes: facit hoc ſtultitia aut miſeria. nondum enim ſumus in illa perfectione ſapientie beati: que nobis ab hac mortalitate liberatis in fine promittitur. Deos uero ideo dicũt iſtas ꝑtur/bationes non perpeti: quia non ſolum eterni uerum etiã beati ſunt. Eaſdem quippe animas rationales etiã ipſos habere perhibent: ſed ab omĩ labe ac peſte puriſſimas. Quãobrem ſi propterea dii nõ ꝑturbant: ꝙ aĩalia ſũt beata nõ miſera: & ꝓpterea pecora non perturbant: ꝙ aĩalia ſunt que nec beata poſſũt eſſe nec miſera: reſtat ut demones ſicut homines ideo perturbent: ꝙ aĩalia ſũt nõ beata ſed miſera.

QVa igit̃ inſipientia uel potius amentia ꝑ aliquã religionẽ demonibus ſub/duntur: cum per ueram religionem ab ea uitioſitate in qua illis ſumus ſimiles liberemur? Cũ enĩ demones qđ & iſte Apuleius ꝗ̃uis eis plurimũ parcat & diuinis honoribus dignos cenſeat: ciñ cogit̃ cõfiteri ut ira ĩſtigent: nobis uera religio ꝑcipit ne ira inſtigemur: ſed ei potius reſiſtamus. Cum demones donis inuitentur: nobis uera religio precipit ne cuiꝗ̃ donorũ acceptiõe faueamus. Cũ demones honoribus mulceantur: nobis uera religio precipit ut talibus nullo modo moueamur. Cum demones quorundam hominum oſores quorundam amatores ſint: non prudenti tranquilloq; iuditio ſed ut ipſe aĩmo appellat paſſiuo: ipſa nobis uera religio ꝑcipit ut inimicos noſtros etiã diligamus. Poſtremo omnem motum cordis & ſalũ mẽtis: omneſq; turbelas & tẽpeſtates animi quibus demõ eſ eſtuare atq; fluctuare aſſerit. nos uero religio depõere iubet. Que igit̃ cauſa ẽ niſi ſtultitia errorq; miſerabilis: ut ei te facias uenerando humilem: cui te cupias uiuendo diſſimilem: & religione colas quem imitari nolis: cum religionis ſumma ſit imitari quem colis?

FRuſtra igitur eis Apuleius & quicunq; ita ſentiũt hunc detulit honorem: ſic eos in aere medios inter ethereum celũ terramq; conſtituens: ut quõ nullus

deuſ miſcetur homini quod Platonem dixiſſe perhibent:iſti ad deoſ pferant preceſ
hominũ:& inde ad homineſ impetrata que poſcunt. Indignũ enim putauerunt
qui iſta crediderunt miſceri homineſ diiſ:& deoſ hominibuſ:dignum autem miſceri
demoneſ & diiſ & hõibuſ:hinc petita qui aſſignent:inde conceſſa qui apportent:ut
uidelicet homo caſtuſ & ab artium magicarũ ſcelenbuſ alienuſ:eoſ patronoſ ad/
hibeat per quoſ illum dii exaudiant:q hec amãt que ille nõ amãdo fit dignior:
quem faciliuſ & libentiuſ exaudire debeant. Amãt quippe illi ſcenicaſ turpitudineſ
quaſ non amat pudicitia. Amãt in maleficiiſ magorum mille nocendi arteſ:quaſ
non amat innocentia. Ergo & pudicitia & innocentia ſi quid a diiſ impetrare uo/
luerint:nec poterit ſuiſ meritiſ niſi ſuiſ interuenientibuſ inimiciſ:nõ eſt q iſta poetica
figmẽta & theatrica ludibria iuſtificare conet. Habemuſ contra iſta magiſtrum
eorum & tante apud eoſ auctoritatiſ Platonem:ſi pudor humanuſ ita de ſe male
meretur:ut non ſolum diligat turpia:uerum etiam diuinitati exiſtimet grata.

Porro aduerſuſ magicaſ arteſ:de quibuſ quoſdã nimiſ infeliceſ & nimiſ impioſ
etiam gloriari libet in nomine demonũ:ipſam publicam lucem teſtẽ citabo.
Cur enĩ tã grauiter iſta plectũtur ſeueritate legũ:ſi opera ſunt numinũ colẽdoꝝ?
An forte iſtaſ legeſ chriſtiani inſtituerunt:quibuſ arteſ magice puniuntur:ſcd'm
quẽ aliũ ſenſũ.niſi q hec maleficia generi humano pernicioſa eſſe non dubium ẽ?
Ait poeta clariſſimuſ.Teſtor cara deoſ:& te germana:tuũq Dulce caput:magicaſ
inuitam accingier arteſ. Illud etiam quod alio loco de hiſ artibuſ dicit. Atq ſataſ
alio uidi traducere meſſeſ. Eo q hac peſtifera ſcelerataq doctrina:fructuſ alieni
in aliaſ terraſ transferri perhibent:nõne in duodecim tabuliſ id eſt romanoꝝ an/
tiquiſſimiſ legibuſ Cicero cõmemorat eſſe conſcriptũ:& ei q hoc fecerit ſuppliciũ
conſtitutũ? Poſtremo ipſe Apuleiuſ nunquid apud iudiceſ chriſtianoſ de magiciſ
artibuſ accuſatuſ eſt? Quaſ utiq ſibi obiectaſ ſi diuinaſ & piaſ eẽ nouerat:& diuinaꝝ
poteſtatũ operibuſ congruaſ:non ſolum eaſ confiteri debuit:ſed etiam profiteri:
legeſ culpanſ potiuſ quibuſ hec prohiberent & damnanda putarentur:que haberi
miranda & ueneranda oporteret. Ita enim uel ſententiã ſuã pſuaderet iudicibuſ:
uel ſi illi ſecundum iniquaſ legeſ ſaperent:eumq talia predicantẽ atq laudantem
morte multarent.digna anime illiuſ demoneſ dona repẽderent:pro quoꝝ diuiniſ
operibuſ predicandiſ humanam uitã ſibi adimi nõ timeret. Sicut martireſ noſtri
cum eiſ pro crimine obiceret chriſtiana religio:qua nouerãt ſe fieri ſaluoſ & glo/
rioſiſſimoſ in eternum:non eam negando temporaleſ penaſ euadere delegerunt:
ſed potiuſ confitendo:profitendo:predicando:& pro hac oĩa fideliter fortiterq
tolerando:& cum pia ſecuritate moriendo:legeſ quibuſ prohibebantur erubeſcere
compulerunt.mutariq fecerũt. Huiuſ autem philoſophi platonici copioſiſſima
& diſertiſſima extat oratio:qua crimen artium magicarũ a ſe alienũ eẽ defendit:
ſeq aliter non uult innocentem uideri:niſi ea negãdo que nõ poſſũt ab inocente
cõmitti. At omnia miracula magorum quoſ recte ſentit eſſe damnandoſ.doctriniſ
fiunt & operibuſ demonũ:quoſ uiderit cur cenſeat honorãdoſ eſſe:neceſſarioſ eoſ
aſſerenſ perferendiſ ad deoſ noſtriſ precibuſ:quorum debemuſ opera deuitare ſi ad
deum uerũ preceſ noſtraſ uolumuſ peruenire. Deinde quero qualeſ preceſ hominũ
diiſ boniſ per demoneſ allegari putat.magicaſ an licitaſ. Si magicaſ:nolunt taleſ:
ſi licitaſ:nolunt per taleſ. Si autẽ peccator penitenſ preceſ fundit:maxime ſi aliqd
magicũ admiſit:ita ne tandẽ illiſ intercedentibuſ accipit ueniã.quibuſ impellentibuſ

aut fauentibus ſe cecidiſſe plangit in culpam. An & ipſi demones ut poſſint peni/tentibus mereri indulgentiã: priores agũt ꝙ eos deceperint penitentiã. Hec nemo unq̃ de demonibus dixit. Quia ſi ita eſſet: nequaq̃m ſibi auderent diuinos honores expetere: qui penitendo deſiderarẽt ad gratiã ueniẽ peruenire. Ibi n. ẽ deteſtãda ſuperbia: hic humilitas miſeranda.

AT enĩ urgens cauſa & artiſſima cogit demones medios inter deos & homines agere: ut ab hoĩbus auferãt deſiderata: & ad eos referant impetrata. Que nã tandem cauſa eſt iſta: & quanta neceſſitas? Quia nullus deus inquiũt miſcetᷣ hoĩ. Preclara igitur ſanctitas dei que nõ miſcetᷣ homini penitenti ſupplicãti: & miſcetᷣ demoni arroganti. Non miſcetur homini confugienti ad diuinitatem: & miſcetur demoni fingenti diuinitatẽ. Non miſcetᷣ homini petenti indulgentiã: & miſcetur demoni ſuadẽti nequitiã. Non miſcetur homini per philoſophicos libros poetas de bene inſtituta ciuitate pellenti: & miſcetur demoni a principibus & pontificibus ciuitatis per ſcenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Non miſcetur hoĩ deoꝝ crimina fingere prohibenti: & miſcetur demõi ſe falſis deorũ criminibus oblectãti. Non miſcetur homini magorum ſcelera iuſtis legibus punienti: & miſcetur demõi magicas artes docenti & implenti. Non miſcetur hoĩ imitationẽ demonũ fugiẽti: & miſcetur demoni deceptionem hoĩs aucupanti. Sed nimirũ tante huius abſurdi/tatis & indignitatis eſt magna neceſſitas: ꝙ ſcilicet deos ethereos humana curantes quid terreſtres homines agerent utiq; lateret: niſi demones aerei nũtiarent: quoniã ether lõge a terra eſt alteq; ſuſpenſus: aer uero etheri terreq; cõtiguus. O mirabilẽ ſapientiã. Quid aliud de diis iſtis ſentiunt: quos omnes optimos uolunt: niſi eos et humana curare ne cultu uideanẽ indigni: & propter elementorũ diſtantiã hũana neſcire: ut credantur demones neceſſarii: & ob hoc etiam ipſi putẽtur colendi: per quos dii poſſint & quid in rebus humanis agatur addiſcere: & ubi oportet hoĩbus ſubuenire. Hoc ſi ita eſt: diis iſtis bonis magis notus eſt demõ per corpus uicinum: q̃ homo per animũ bonum. O multum dolenda neceſſitas: an potius irridenda uel deteſtanda uanitas: ne ſit uana diuinitas. Si enĩ animo ab obſtaculo corporis libero animũ noſtrum dii uidere poſſunt: non ad hoc demonibus indigent nuntiis. Si autẽ animorum indicia corporalia: qualia ſunt uultus: locutio: motus: per corpus ſuum etherei dii ſentiunt: & inde colligunt quid etiã demones nuntient: poſſunt & mẽ/datiis demonũ decipi. Porro ſi deorum diuinitas a demonibus falli non poteſt: ab eadem diuinitate quod agimus non poteſt ignorari.

VEllem autem mihi iſti dicerẽt: utrum diis demones nũtiauerint de criminibus deorum poetica Platoni diſplicere figmenta: & ſibi ea placere celauerint: an utrunq; occultauerint: deoſq; eſſe maluerint totius rei huius ignaros: an utrunq; indicauerint: & religioſam erga deos Platonis prudentiam: & in deos iniurioſam libidinem ſuam: an ſententiã quidem Platonis qua noluit deos per impiã licentiã poetarum falſis criminibus infamari: ignotam diis eſſe uoluerint: ſuã uero neqtiã qua ludos ſcenicos amant quibus illa deorum dedecora celebrantur: prodere non erubuerint: uel timuerint. Horum quatuor que interrogando ꝓpoſui quodlibet eligant: & in quolibet eorum quantum mali de diis bonis opinentẽ attendant. Si enim primũ elegerint: cõfeſſuri ſunt nõ licuiſſe diis bonis habitare cũ bono Platõe: quando eorum iniurias prohibebat: & habitaſſe cum demonibus malis: q̃ndo eoꝝ

iniurijſ exultabant: cum dii boni hominem bonū longe a ſe poſitum non niſi per malos demones noſſent: quoſ ſibi uicinoſ noſſe non poſſent. Si autem ſecundum elegerint: & utrunq; occultatum a demōibuſ dixerint: ut dii omnino neſcirent et Platōiſ religioſiſſimā legem: & demonū ſacrilegā delectatiōnē: qd in rebuſ hūaniſ per internūtioſ demoneſ dii noſſe utiliter poſſunt: qñdo illa neſciūt que ī honorē deorū bonorū per religionē bonorū hoīum cōtra libidinem malorum demonum decernunt. Si uero tertiū elegerint: & non ſolū ſententiā Platoniſ deorū iniuriaſ prohibentem: ſed etiā demonū nequitiam deorū iniurijſ exultantem: per eoſdem demoneſ nuntioſ diiſ innotuiſſe reſponderint: & hoc nūtiare eſt an inſultare. Et dii utrunq; ſic audiunt: ſic utrunq; cognoſcunt: ut non ſolum malignoſ demoneſ deorum dignitati & Platoniſ religiōi contraria cupienteſ atq; facienteſ: a ſuo acceſſu non arceant: ſed etiā per illoſ maloſ ꝓpinquoſ Platōi bono longinquo dona tranſmittant. Sic enim eoſ elementorum q̄ſi catena ſerieſ colligauit: ut illi ſa qbuſ criminantur coniungi poſſint: huic a quo defendunt non poſſint: utrunq; ſcīteſ: ſed aeriſ & terre pondera tranſmutare non ualenteſ. Iam qd̄ reliquū eſt ſi quartū elegerint: peiuſ eſt ceteriſ. Quiſ enim ferat ſi poetarū de diiſ īmortalibuſ criminoſa figmenta: & theatrorum indigna ludibria: ſuamq; in hiſ omnibuſ ardentiſſimam cupiditatem & ſuauiſſimam uoluptatem diiſ demōeſ nūtiauerūt: & q Plato philoſophica grauitate de optima republica hec oīa cenſuit remouenda tacuerunt: ut iam dii boni per taleſ nuntioſ noſſe cogantur mala peſſimorum: nec aliena ſed eorundē nuntioꝝ: atq; hiſ cōtraria nō ſinant noſſe bōa phōꝝ: cū illa ſint ī iniuriā: iſta in honorē ipſorū deoꝝ.

QVia igitur nihil iſtorum quatuor eligendū eſt: ne in quolibet eorum de diiſ tam male ſentiatur: reſtat ut nullo mō credendū ſit qd̄ Apuleiuſ perſuadere nititur. Et quicunq; alii philoſophi ſūt eiuſdem ſententie: ita eē medioſ demōeſ inter deoſ & homineſ: tanq̄ internuntioſ & īterpreteſ qui hinc ferant petitiōeſ noſtraſ: inde referāt reſ a nobiſ petitaſ: ſed eē ſpirituſ nocendi cupidiſſimoſ: a iuſtitia penituſ alienoſ: ſuperbia tumidoſ: inuidentia liuidoſ: fallacia callidoſ: qui in hoc qdem aere habitant: qa de celi ſuperioriſ ſublimitate deiecti: merito irregreſſibiliſ tranſgreſſioniſ in hoc ſibi congruo uelut carcere predamnati ſunt. Nec tamē qa ſupra terram & aquaſ aeri locuſ eſt: ideo & ipſi ſunt meritiſ ſuperioreſ hōibuſ: qui eoſ non corpore ſed electo in auxilium deo uero pia mente faciliime ſuperant. Sed multiſ plane participatōe uere religiōiſ indigniſ: tanq̄ captiſ ſubditiſq; dominant: quoꝝ maxime parti mirabilibuſ & fallacibuſ ſigniſ ſiue factorū ſiue predicatorū: deoſ ſe eſſe perſuaſerunt. Quibuſdam uero uitia eoꝝ attentiuſ & diligentiuſ ītuētibuſ: non potuerunt perſuadere q dii ſint: atq; ideo inter deoſ & homineſ internuntioſ ac beneficiorum interpretatoreſ ſe eſſe finxerunt. Si tamen non iſtū ſaltē honorē homineſ eiſ deferendū putarūt: qui illoſ nec deoſ eſſe credebant: qa maloſ uidebāt. Deoſ autem omneſ bonoſ uolebant: nec audiebant tamē omnino indignoſ dicere honore diuino: maxime ne offenderent populoſ a quibuſ eiſ cernebāt inueterata ſuperſtitione per tot ſacra & templa ſeruiri.

NAm diuerſa de illiſ Hermeſ egyptiuſ quem Triſmegiſtum uocant ſcripſit et ſenſit. Apuleiuſ quidē deoſ illoſ negat. ſed cū dicit ita inter hoīeſ deoſq; q̄dam medietate uerſari: ut hominibuſ apud ipſoſ deoſ neceſſarii uideant: cultum eorum a ſuperiorum deorum religione non ſeparat. Ille autē egyptiuſ alioſ dicit a ſūmo

deo factoſ: alioſ ab hominibuſ. Hoc qui audit ſicut a me poſitum eſt: putat dici
de ſimulachriſ quia opera ſunt manuũ hominũ. At ille uiſibilia & contrectabilia
ſimulachra uelut corpora deorum eſſe aſſerit: ineſſe autem hiſ quoſdam ſpiritus
inuitatoſ: qui ualeant aliquid ſiue ad nocendũ ſiue ad deſideria eorum nõnulla
complẽda: a quibuſ eiſ diuini honoreſ & cultuſ obſequia deferunt. Hoſ ergo ſpũſ
inuiſibileſ per artem quandã uiſibilibuſ rebuſ corporaliſ materie copulare: ut ſint
quaſi aĩata corpora illiſ ſpiritibuſ dicata & ſubdita ſimulachra: hoc eſſe dicit deoſ
facere: eamq; magnam & mirabilem deoſ faciendi accepiſſe hominẽ poteſtatem.
Huiuſ egyptii uerba ſicut in noſtram linguã interpretata ſunt ponamuſ. Et q̃m
de cognatiõe inquit & conſortio hoĩm deorũq; nobiſ indicitur ſermo: poteſtatem
hominiſ o Aſclepi uimq; cognoſce. Dominuſ inquit & pater: uel quod eſt ſummũ
deuſ ut effector ẽ deoꝝ celeſtiũ: ita homo factor eſt deorũ q ĩ tẽpliſ ſunt: hũana
proximitate contenti. Et paulopoſt. ita humanitaſ inquit ſemper memor nature
& originiſ ſue: in illa diuinitatiſ imitatiõe perſeuerat: ut ſicuti pater ac dominuſ ut
ſui ſimileſ eſſent deoſ fecit eternoſ: ita hũanitaſ deoſ ſuoſ ex ſui uultuſ ſimilitudĩe
figuraret. Hic cũ Aſclepiuſ ad quẽ maxime loquebatẽ ei reſpondiſſet atq; dixiſſet:
ſtatuaſ dicis o Triſmegiſte. Tu uero ille ſtatuaſ inqt o Aſclepi uideſ. q̃tenuſ tuipſe
diffidaſ. ſtatuaſ animataſ ſenſu & ſpiritu plenaſ: tantaq; facienteſ & talia: ſtatuaſ
futuroꝝ preſciaſ: ea que forte uateſ omniſ ignoret in multiſ & uariiſ rebuſ predicẽteſ:
imbecillitateſ hominibuſ facienteſ eaſq; curanteſ: triſtitiã letitiãq; pro meritiſ. An
ignoraſ o Aſclepi ꝙ egyptuſ imago ſit celi: aut ꝙ ẽ uerius tranſlatio aut deſcenſio
omniũ que gubernantẽ atq; exercentẽ in celo: ac ſic dicendũ eſt uerius terra noſtra
mundi totiuſ eſt templũ. Et tamen q̃m preſcire oĩa prudentem decet: illud uoſ
ignorare faſ non eſt: futurũ tempuſ eſt: cũ appareat egyptioſ incaſſum pia mente
diuinitati ſedulam religionem ſeruaſſe. Deinde multiſ uerbiſ Hermeſ hunc locum
exequitur. in quo uidetur hoc tempuſ predicere: quo chriſtiana religio quãto eſt
ueratior atq; ſanctior: tãto uehementiuſ & liberiuſ cuncta fallacia figmenta ſub/
uertit: ut gratia ueriſſimi ſaluatoriſ liberet hominem ab hiſ diiſ quoſ facit homo:
& ei deo ſubdat a quo factuſ eſt homo. Sed cum Hermeſ iſta predicit: uelut amicuſ
eiſdem ludificatiõibuſ demonum loquitur: nec xpianũ nomẽ euidenter exp̃mit.
ſed tanq̃ ea tollerentẽ atq; delerẽt: quoꝝ obſeruatiõe celeſtiſ ſimilitudo cuſtodiretẽ
in egypto. ita hec futura deploranſ: luctuoſa quodãmodo predicatione teſtatur.
Erat enim de hiſ de quibuſ dicit apoſtoluſ: ꝙ cognoſcenteſ deũ nõ ſicut deum glo/
rificauerunt aut gratiaſ egerunt: ſed euanuerũt in cogitatiõibuſ ſuiſ: & obſcuratũ
eſt inſipienſ cor eoꝝ. dicenteſ enĩ ſe eſſe ſapienteſ ſtulti facti ſunt. Et imutauerũt
gloriã incorruptibiliſ dei in ſimilitudinẽ imaginiſ corruptibiliſ hõiſ: & cetera que
cõmemorare lõgũ eſt. Multa qppe talia dicit de uno uero deo fabricatore mũdi:
qualia ueritaſ habet. Et neſcio quõ illa obſcuratiõe cordiſ ad iſta delabitur: ut diiſ
quoſ confitetur ab hõibuſ fieri ſemper uelit hómineſ ſubdi: & hec futuro tempore
plangat auferri. quaſi quicq̃ ſit infeliciuſ homine cui ſua figmenta dominantur.
cũ ſit faciliuſ fieri deoſ colendo quoſ fecit ne ipſe ſit homo: q̃ ut per eiuſ cultũ dii
eſſe poſſint quoſ fecit homo. Citiuſ enim fit ut homo ĩ honore poſituſ pecoribuſ
non intelligenſ comparetur: q̃ ut operi dei ad eiuſ imaginem facto id eſt ipſi homi
opuſ hõiſ p̃ferat. Quapropter merito homo deficit ab illo qui eum fecit: cum ſibi
preficit ipſe qđ fecit. Hec uana: deceptoria: pnicioſa: ſacrilega. Hermeſ egyptiuſ
qa tempuſ quo auferrentẽ uenturum ſciebat doſebat: ſed tam impudenter dolebat:

q̄ imprudenter ſciebat. Non enim hoc ei reuelauerat ſpiritus ſanctus ſicut ꝓphetis ſanctis: qui hec preuidentes cum exultatōe dicebāt. Si faciet homo deos: & ecce ipſi non ſunt dii. Et in alio loco. Erit in illo die dicit dominus. Exterminabo nomīa ſimulachrorū a terra: & nō erit eorū memoria. Proprie uero de egypto quod ad hanc rem attinet ita ſanctus Yſaias ꝓphetat. Et mouebunt manufacta egypti a facie eius: & cor eorū uincietur in eis. & cetera huiuſmodi. Ex quo genere & illi erāt qui uēturū qđ ſciebant uēiſſe gaudebāt. q̄lis Symeon: qualis Anna: qui mox natū Ihesū: q̄lis Eliſabeth que etiā cōceptū in ſpiritu agnouit: q̄lis Petrus reuelāte patre dicens. Tu es xp̄us filius dei uiui. Huic aūt egyptio illi ſpiritus indicauerāt future tp̄a perditōnis ſue: q̄ etiam preſenti in carne trementes dn̄o dixerunt. Quid uenisti ante tempus perdere nos? Siue quia ſubitū illis fuit quod futurū quidem ſed tardius opinabant: ſiue quia perditionem ſuā hanc ipſam dicebant: qua fiebat ut cogniti ſpernerent. Et hoc erat ante tēpus id eſt āte tempus iudicii: quo eterna damnatione puniendi ſunt cum omībus etiā hoībus: qui eoꝝ ſocietate detinenē: ſicut religio loquitur que nec fallit nec fallitur: non ſicuti iſte quaſi omni uento doctrine hinc atq; īde perflatus: & falſis uera ꝑmiſcens dolet q̄ſi perituram religionē: quem poſtea cōfitetē errorem. Poſt multa enim ad hoc ipſum redit: ut iterū dicat de diis quos homines fecerunt ita loquens. ſed iam de talibus ſint ſatis dicta talia. Iterū inquit ad hominē rationēq; redeamus: ex quo diuino dono homo animal dictum eſt rationale. Minus enim miranda & ſi miranda ſūt que de homīe dicta ſunt. omniū enim mirabiliū uicit admirationem: q̄ homo diuinā potuit inuenire naturam: eamq; efficere.

Quoniam ergo proaui noſtri multū errabāt circa deorū rationem increduli: & non animaduertentes ad cultum religionemq; diuinā: inuenerunt artē qua efficerent deos. Cui inuente adiunxerunt uirtutem de mundi natura cōuenientē: eamq; miſcentes qm̄ aīas facere nō poterant: euocantes aīas demonū uel āgelorū eas indiderunt imaginibus ſanctis diuiniſq; miſteriis: per quas idola & benefaciēdi & male uires habere potuiſſent. Neſcio utrū ſic confiterentē ipſi demones adiurati: quomodo iſte confeſſus eſt. Quoniam inquit proaui noſtri multū errabant circa deorum rationem increduli: & non animaduertentes ad cultū religionēq; diuinā: inuenerūt artem qua efficerent deos. Nunquid ſaltē mediocriter eos dixit errasse ut hanc artē inuenirent faciendi deos: aut cōtentus fuit dicere errabāt: niſi adderet & diceret multum errabant: Iſte ergo multus error & īcredulitas nō aīaduertētiū ad cultum religionemq; diuinā: inuenit artem qua efficeret deos. Et tn̄ q̄ multus error & incredulitas. & a cultu ac religione diuīa auerſio animū inuenit ut homo arte faceret deos. hoc dolet uir ſapiens tanq̄ religionem diuinā uenturo certe tēpe auferri. Vide ſi non & diuinas maiorum ſuorum errorem preteritū prodere: & etiā diabolicā penam demonū futuram dolere compellitur. Si enī proaui eoꝝ multū errando circa deoꝝ rationem: incredulitate & auerſione animi a cultu ac religiōe diuina inuenerunt artem qua deos efficerent: quid mirū ſi hec ars deteſtāda qdqd facit auerſa a religione diuina: aufertur a religione diuina: cum ueritas emendet errorem: fides redarguat incredulitatem: cōuerſio corrigat auerſionē? Si. n. tacitis cauſis dixiſſet proauos ſuos inueniſſe artem qua deos facerent: noſtrum fuit utiq; ſi quid rectum piūq; ſaperemus attendere & uidere: nequaq̄m illos ad hanc artem peruenturos fuiſſe qua homo deos facit: ſi a ueritate non aberrarent: ſi ea que deo

digna ſunt credere: ſi animū aduerterent ad cultum religionemq; diuinam. Et
tamen ſi cauſaſ artiſ huiuſ noſ diceremuſ multū errorem hominū & incredulitatē
& animi errantiſ atq; infideliſ a diuina religiōe auerſionem: utcunq; ferenda eſſet
impudentia reſiſtentiū ueritati. Cum uero idem ipſe qui poteſtatē huiuſ artiſ ſup
omnia cetera miratᷓ in hoīe qua illoſ deoſ facere conceſſum eſt: & dolet uenturum
eſſe tēpuſ quo hec omnia deoꝝ figmenta ab hōībuſ inſtituta etiā legibuſ iubeanᷓ
auferri: confitetur tamen atq; exprimit cauſaſ: quare ad iſta peruentum ſit dicenſ
proauoſ ſuoſ multo errore & incredulitate & animum non aduertendo ad cultum
religionemq; diuinam: inueniſſe hanc artem qua facerent deoſ. Noſ quid oportet
dicere uel potiuſ quid agere: niſi quantaſ poſſumuſ gratiaſ domino deo noſtro qui
hec contrariiſ cauſiſ q̄ inſtituta ſūt abſtulit. Nā quod inſtituit multitudo erroriſ
abſtulit illa ueritatiſ. quod inſtituit icredulitaſ abſtulit fideſ. quod inſtituit a cultu
diuine religioniſ auerſio: abſtulit ad unū uerum deum ſanctumq; cōuerſio. Nec
in ſola egypto quam ſolam in iſto plangit demonum ſpirituſ: ſed in omni terra q̄
cantatur dño canticū nouū: ſicut uere ſacre & uere ꝓphetice litere prenūtiauerūt
ubi ſcriptum eſt. Cantate dño canticum nouum: cantate dño omniſ terra. Tituluſ
quippe pſalmi huiuſ eſt: quando domuſ edificabatᷓ poſt captiuitatem. Edificatur
enim domuſ domini ciuitaſ dei que eſt ſancta eccleſia in omni terra: poſt eā cap/
tiuitatem qua illoſ homineſ de quibuſ credentibuſ in deum tanq̄ lapidibuſ uiuiſ
domuſ edificatur: captoſ demonia: poſſidebant. Neq; enī quia homo deoſ faciebat
ideo non ab eiſ poſſidebatur ipſe qui fecerat: quando in eorum ſocietatē colendo
traducebatur. Societatem dico non idolorum ſtolidoꝝ: ſed uerſutorū demonioꝝ.
Nā quid ſunt idola niſi quod eadem ſcriptura dicit. oculoſ habēt & non uidebūt:
& quidquid tale de materiiſ licet a fabro effigiatiſ: tamen uita ſenſuq; carentibuſ
dicendum fuit. Sed immundi ſpirituſ eiſdē ſimulachriſ arte illa nefaria colligati:
cultorum ſuorum animaſ in ſuā ſocietatem redigēdo miſerabiliter captiuauerāt.
Vnde dicit apoſtoluſ. Scimuſ quia nihil ē idolū: ſed que ſacrificāt gētes demoniſ
immolant & non deo. nolo uoſ ſocioſ fieri demonioꝝ. Poſt hanc ergo captiuitatē
qua homineſ a malignis demonibuſ tenebantᷓ: dei domuſ edificatur in omni terra:
unde titulum ille pſalmuſ accepit ubi dicitur. Cantate dño & benedicite nomen
eiuſ. Cātate dño canticū nouū: cātate dño omiſ terra. Cātate dño & bñdicite nomē
eiuſ: bene nuntiate diem ex die ſalutare eiuſ. Annūtiate in gentibuſ gloriā eiuſ: in
omnibuſ populiſ mirabilia eiuſ. Quoniā magnuſ dominuſ & laudabiliſ nimiſ ter/
ribiliſ eſt ſuper omneſ deoſ. Quoniā omneſ dii gentiū demōia: dominuſ aūt celoſ
fecit. Qui ergo doluit uenturum fuiſſe tempuſ quo auferretur cultuſ idolorū: & in
eoſ qui colerent dominatio demoniorū: malo ſpiritu inſtigatuſ ſemp uolebat iſtā
captiuitatem manere: qua tranſacta pſalmuſ canit edificari domum in omi terra.
Prenuntiabat illa Hermeſ dolendo: prenūtiabat hec ꝓpheta gaudendo. Et quia
ſpirituſ dictor eſt qui hec per ſanctoſ prophetaſ cāebat: etiam Hermeſ ipſe ea que
nolebat & dolebat auferri: nō a prudentibuſ & fidelibuſ & religioſiſ ſed ab errāti/
buſ & icreduliſ: & a cultu diuine religiōiſ auerſiſ eſſe inſtituta miriſ modiſ coactuſ
eſt cōfiteri. Qui q̄uiſ eoſ appellet deoſ: tamen cum dicit a talibuſ hoībuſ factoſ
qualeſ eſſe utiq; non debemuſ: uelit nolit oſtendit colendoſ non eſſe ab eiſ q taleſ
non ſunt. q̄leſ fuerūt a qbuſ facti ſunt: hoc eſt a prudētibuſ: fidelibuſ: religioſiſq;:
ſimul etiam demonſtranſ ipſoſ homineſ qui eoſ fecerūt ſibimet impoſuiſſe: ut eoſ
haberent deoſ qui dii non erant. Verum eſt quippe illud ꝓpheticū. ſi facit homo

deoſ: & ecce ipſi non ſunt dii. Deoſ ergo taleſ: taliũ deoſ arte factoſ a talibuſ: cum
appellaſſet Hermeſ: id eſt idoliſ demoneſ per artem neſcio quam cupiditatũ ſuaꝝ
uinculiſ illigatoſ: cum appellaret factoſ ab hoĩbuſ deoſ: non tamen eiſ dedit quod
platonicuſ Apuleiuſ unde iam ſatiſ diximuſ: & q̃ ſit incõueniẽſ abſurdũ q́ mon/
ſtrauimuſ: ut ipſi eſſent interpreteſ & interceſſoreſ inter deoſ quoſ fecit deuſ: & hoĩeſ
quoſ idem ipſe fecit deuſ: hic afferenteſ uota: inde munera referenteſ. Nimiſ enim
ſtultum eſt credere deoſ quoſ fecerunt homineſ: pluſ ualere apud deoſ quoſ fecit
deuſ: q̃ ualent ipſi homineſ quoſ idem ipſe fecit deuſ. Demon quippe ſimulacbro
arte impia colligatuſ: ab homine factuſ eſt deuſ: ſed tali homine nõ omni homĩe.
Qualiſ eſt ergo iſte deuſ quem nõ faceret homo niſi erranſ & icreduluſ: & auerſuſ
a uero deo. Porro ſi demõeſ qui coluntᷣ in templiſ per artẽ neſcio quã: imaginibuſ
inditi hoc eſt uiſibilibuſ ſimulacbriſ: ab eiſ hominibuſ qui hac arte fecerunt deoſ:
cum aberrarent auerſiq; eſſent a cultu & religione diuina: non ſunt internuntii nec in/
terpreteſ inter homĩeſ & deoſ: & propter ſuoſ peſſimoſ ac turpiſſimoſ moreſ: ipſi etiã
homineſ q̃uiſ erranteſ & increduli & auerſi a cultu ac religiõe diuina: tamẽ eiſ ſine
dubio melioreſ ſũt quoſ deoſ ipſi arte fecerũt: reſtat ut quod poſſunt tanq̃ demõeſ
poſſint: uel quaſi beneficia preſtando magiſ nocenteſ quia magiſ decipienteſ: uel
aperte male faciendo. Nec tamen quodlibet horũ niſi quando & q̃ntũ pmittunt
alta & ſecreta dei prouidentia: non autem tanq̃m medii inter homineſ & deoſ: per
amicitiã deorũ multum apud homineſ ualeant. Hi enim diiſ boniſ quoſ ſanctoſ
angeloſ uocamuſ rationaleſq; creaturaſ ſancte celeſtiſ habitationiſ: ſiue ſedeſ: ſiue
domĩatiõeſ: ſiue pncipatuſ: ſiue ptateſ: amici eſſe oĩo non poſſunt: a q̃buſ tã lõge
abſunt animi affectiõe: q̃ longe abſunt a uirtutibuſ uicia: & a bonitate malicia.

NVllo modo igit̃ q̃ſi per demonũ medietatẽ: ambiendũ eſt ad beniuolentiam
ſeu beneficentiam deorum uel potiuſ bonoꝝ angeloꝝ: ſed p bone uolũtatiſ
ſimilitudinem qua cum illiſ ſumuſ: & cum illiſ uiuimuſ & cũ illiſ deum quẽ colunt
colimuſ: & ſi eoſ carnalibuſ oculiſ uidere nõ poſſumuſ: in q̃tũ autẽ diſſimilitudine
uoluntatiſ & fragilitate infirmitatiſ miſeri ſumuſ: in tantũ ab eiſ longe ſumuſ: uite
merito non corporiſ loco. Non enim quia in terra conditione carniſ habitamuſ:
ſed ſi per immunditiã cordiſ terrena ſapimuſ: non eiſ iungimur. Cũ uero ſanamur
ut qualeſ ipſi ſimuſ: fide interim illiſ propiquamuſ: ſi ab illo noſ fieri beatoſ a quo
& ipſi facti ſunt: etiam ipſiſ fauentibuſ credimuſ.

SAne aduertẽdum eſt: quomodo iſte egyptiuſ cũ doleret tempuſ eſſe uenturũ
quo illa auferentur ex egypto: que fatetur a multũ errantibuſ & incredu liſ
& a cultu diuĩe religiõiſ auerſiſ eẽ inſtituta: ait īter cetera. Tũc terra iſta ſanctiſ/
ſima: ſedeſ delubrorum atq; templorũ: ſepulcrorum erit mortuorumq; pleniſſima.
Quaſi uero ſi illa non auferrentur nõ eſſent hoĩeſ morituri: aut alibi eẽnt mortui
ponendi q̃ in terra. Et utiq; quanto pluſ uolueretur temporiſ & dierũ longitudo:
tanto maior eſſet numeruſ ſepulcrorum propter maiorem numeꝝ mortuoꝝ. Sed
hoc uidetur dolere: q̃ memorie martirum noſtrorum templiſ eoꝝ delubriſq; ſuc/
cederent: ut uidelicet qui hec legunt animo a nobiſ auerſo atq; peruerſo: putent a
paganiſ deoſ cultoſ fuiſſe in templiſ: a nobiſ autem coli mortuoſ in ſepulcriſ. Tãta
enim homineſ impii cecitate in monteſ quodãmodo offendunt: reſq; oculoſ ſuoſ
ferienteſ nolunt uidere: ut cum in omnibuſ literiſ paganorum aut nulla aut

uix inueniant̄ qui non homineſ fuerint ¶ omibuſ tamen honoreſ ſtudeāt exhibere
diuinoſ quaſi nihil unq̄ humanitatiſ habuerint. ¶ Omitto q̄ Varro dicit omneſ ab
hiſ mortuoſ extimari maneſ deoſ. & ꝓbat per ea ſacra que oībuſ fere exhibentur
mortuiſ ſubi & ludoſ cōmeōrat funebreſ. tanq̄ hoc ſit maximū diuinitatiſ inditiū:
q̄ non ſoleant ludi niſi numinibuſ celebrari. ¶ Hermeſ ipſe de quo nunc agit̄ in ipo
eodem libro ubi quaſi futura ꝓnuntiādo deplorans ait: ¶ tunc terra iſta ſanctiſſima
ſedeſ delubrorum atq; templorum: ſepulcrorum erit mortuorūq; pleniſſima: deoſ
egypti homineſ mortuoſ eſſe teſtatur. ¶ Cū enī dixiſſet proauoſ ſuoſ multū errāteſ
circa deorum rationem: increduloſ & non animaduertenteſ ad cultū religionemq;
diuinā: inueniſſe artem q̄ efficerent deoſ. ¶ cui inuente inquit adiunxerūt uirtutem
de mundi natura conuenientem: eamq; miſcenteſ: quoniā aīmaſ facere nō poterāt:
euocanteſ animaſ demonū uel angeloꝝ: eaſ indiderūt imaginibuſ ſanctiſ diuiniſq;
miſteriiſ: per quaſ idola & benefaciendi & male uireſ habere potuiſſent. ¶ Deinde
ſequitur tanq̄ hoc exempliſ probaturuſ & dicit. ¶ Auuſ enim tuuſ o Aſclepi medicine
primuſ inuentor: cui templū conſecratū eſt in monte libie circa lituſ cocodrilloꝝ:
in quo eiuſ iacet mundanuſ homo id eſt corpuſ. ¶ Reliquuſ enim uel potiuſ totuſ ſi
eſt homo totuſ in ſenſu uite melior remeauit in celū: omnia etiam nūc hominibuſ
adiumenta preſtanſ infirmiſ numīe nunc ſuo: que ſolet medicine arte prebere. ¶ Ecce
dixit mortuū coli pro deo in eo loco ubi habebat ſepulcrū: falſuſ ac falleſ dicendo
q̄ remeauit in celū: oīa etiā nūc hoībuſ adiumenta preſtanſ infirmiſ. ¶ Adiungenſ
deinde aliud: Hermeſ inquit cuiuſ auitū mihi nomen eſt: nōne in ſe cognomīata
patria conſiſtenſ omneſ mortaleſ undiq; uenienteſ adiuuat atq; cōſeruat? Hic. n.
Hermeſ maior id eſt Mercuriuſ: quem dicit auū ſuum fuiſſe: i hermopoli hoc eſt
in ſui nominiſ ciuitate perhibetur eſſe ſepultuſ. ¶ Ecce duoſ deoſ dicit homineſ fuiſſe:
Eſculapiū & Mercuriū. ¶ Sed de Eſculapio & greci & latini hoc idē ſentiūt: Mer/
curiū autem multi non putant fuiſſe mortalem: ¶ quem tamen iſte auum ſuū fuiſſe
teſtatur. at enī. aliuſ eſt ille aliuſ iſte: q̄uiſ eodem nomine nuncupent̄. ¶ Nō multū
pugno. aliuſ ille ſit aliuſ iſte. Verum iſte ſicut Eſculapiuſ ex homine deuſ: ſcd̄m
teſtimoniū tāti apud ſuoſ uiri huiuſ Triſmegiſti nepotiſ ſui. ¶ Adhuc addit & dicit.
Yſin uero uxorem Oſiriſ quā multa bona preſtare propitiā: quātiſ ſciuimuſ obeſſe
iratam. ¶ Deinde ut oſtenderet ex hoc genere eſſe deoſ quoſ illa arte hoīeſ faciūt:
unde dat intelligi demōeſ ſe opinari ex hominū mortuorū animiſ extitiſſe quoſ
per artem quam inuenerūt hoīeſ multū erranteſ icreduli & irreligioſi: ait inditoſ
ſimulachriſ: quia hi qui taleſ deoſ faciebant aīaſ nō utiq; facere poterant. ¶ Cum de
Yſide dixiſſet quod commemoraui: quantiſ obeſſe ſciuimuſ iratā: ſecutuſ adiunxit.
¶ Terreniſ etenim diiſ atq; mundaniſ facile eſt iraſci: utpote qui ſunt ab hominibuſ
ex utraq; natura facti atq; compoſiti. ¶ Ex utraq; natura dicit ex aīma & corpore.
ut pro aīa ſit demon: pro corpore ſimulachrū. ¶ Vnde cōtingit inquit ab egyptiiſ
hec ſancta animalia nuncupari: coliq; per ſingulaſ ciuitateſ eorum animaſ: q̄ eaſ
conſecrauere uiuenteſ: ¶ ita ut eorum legibuſ incolant̄: & eorum nōibuſ nūcupent̄.
¶ Vbi ē illa uelut querela luctuoſa q̄ terra egypti ſanctiſſima ſedeſ delubroꝝ atq;
temploꝝ ſepulcroꝝ futura eēt mortuorūq; pleniſſima. ¶ Nēpe ſpirituſ fallax cuiuſ
iſtinctu Hermeſ iſta dicebat: ꝑ eū ipm̄ coactuſ ē cōfiteri: iā tūc illā terrā ſepulcroꝝ
& mortuoꝝ quoſ ꝓ diiſ colebāt fuiſſe pleniſſimā. ¶ Sed dolor demonū ꝑ eū loque/
batur: q̄ ſuaſ futuraſ penaſ apud ſanctorū martiꝝ memoriaſ īminere merebāt. ¶ In
multiſ. n. talibuſ lociſ torquent̄ & cōfitent̄: & de poſſeſſiſ corpibuſ hoīm eiciunt̄.

NEc tñ noſ eiſdē martiribuſ templa: ſacerdotia: ſacra & ſacrifitia conſtituimuſ. quoniam non ipſi ſed deuſ eorum nobiſ eſt deuſ. Honoramuſ ſane memoriaſ eorum tanq̃ ſanctorum hominū dei: qui uſq; ad mortem ſacrorum ſuorū corporū pro ueritate certarunt: ut innoteſceret uera religio falſiſ religionibuſ fictiſ atq; cōuictiſ: quod etiam ſi qui antea ſentiebant: timendo reprimebant. Quiſ autē audiuit aliquando fidelium ſtantem ſacerdotē ad altare: etiā ſuper ſanctū corpuſ martiriſ ad dei honorem cultumq; conſtructum dicere in precibuſ: offero tibi ſacrifitium Petre uel Paule uel Cypriane: cum apud eorum memoriaſ offeratur deo: qui eoſ hoīeſ & martireſ fecit: & ſanctiſ ſuiſ āgeliſ celeſti honore ſotiauit: ut ea celebritate & deo uero de illorū uictoriiſ gratiaſ agamuſ: & noſ ad imitationē taliū coronarū atq; palmarum eodem inuocato in auxilium. ex eorum memorie renouatiōe adhortemur. Quecunq; igitur adhibentur religioſorum obſequia in martirum lociſ: ad ornamenta ſunt memoriarum non ſacra ſunt uel ſacrifitia mortuorum tanq̃m deorum. Quicunq; etiā epulaſ ſuaſ eo deferunt: quod quidē a xpianiſ melioribuſ non fit: & in pleriſq; terrarum nulla taliſ eſt conſuetudo: tamen quicūq; id faciūt: quaſ cum appoſuerint orant & auferunt ut ueſcantur: uel ex eiſ etiā indigentibuſ largiantur: ſanctificari ibi eaſ uolunt per merita martirū in nomine domini martirū. non autem iſta eſſe ſacrifitia martirū: nouit qui nouit unum quod deo illic offertur ſacrifitium chriſtianorum. Noſ itaq; martireſ noſtroſ nec diuiniſ honoribuſ nec humaniſ criminibuſ colimuſ: ſicut colunt illi deoſ ſuoſ: nec ſacrifitia illiſ offerimuſ: nec eorum probra in eorū ſacra cōuertimuſ. Nam de Yſide uxore Oſiriſ egyptia dea: & de parentibuſ eorum qui omneſ regeſ fuiſſe ſcribuntur: quibuſ parentibuſ ſuiſ illa cum ſacrificaret inuenit ordei ſegetem: atq; inde ſpicaſ marito regi & eiuſ cōſiliario Mercurio demonſtrauit: unde eandem & Cererē uolunt que & quanta mala non a poetiſ ſed miſticiſ eorum literiſ memorie mādata ſint: ſicut Leone ſacerdote prodente ad Olimpiadem matrem ſcribit Alexāder legant qui uolunt uel poſſūt & recolant qui legerunt: & uideant quibuſ hominibuſ mortuiſ: uel de quibuſ eorū factiſ tanq̃m diiſ ſacra fuerint inſtituta. Abſit ut eoſ quiſ deoſ habeant: ſanctiſ martiribuſ noſtriſ quoſ tamen deoſ non habemuſ: ulla ex parte audeāt comparare. Sic enim non conſtituimuſ ſacerdoteſ: nec offerimuſ ſacrifitia martiribuſ noſtriſ: quia incōgruum & indebitum illicitumq; eſt: atq; uni deo tantūmodo debitū: ut nec criminibuſ ſuiſ nec ludiſ eoſ turpiſſimiſ oblectemuſ ubi uel flagitia iſti celebrant deorum ſuorum: ſi cum homineſ eſſent talia cōmiſerūt: uel conficta delectamēta demonum noxiorum ſi homineſ non fuerūt. Ex iſto genere demonum Socrateſ non haberet deum ſi haberet deum: ſed fortaſſe homini ab illa arte faciendi deoſ alieno & innocenti illi importauerunt talem deum: qui eadem arte excellere uoluerunt. Quid ergo plura? Non eſſe ſpirituſ iſtoſ colendoſ propter uitam beatam que poſt mortem futura eſt: nulluſ uel mediocriter prudenſ ambigit. Sed fortaſſe dicturi ſunt deoſ quidem eſſe bonoſ: demoneſ autem alioſ bonoſ: alioſ maloſ: ſed eoſ per quoſ ad uitam in eternum beatam perueniamuſ colendoſ eſſe cenſebunt: quoſ bonoſ opinantur: quod quale ſit iam in uolumine ſequenti uidendum eſt.

AVRELII AVGVSTINI DE CIVI. DEI. LIBER. IX. INCIPIT.

Ad quem exitum disputatio summissa peruenerit: et quid discutiendum sit de residua questione [illegible] Ca. I.

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

ET bonoſ & maloſ deoſ eſſe quidā opinati ſunt. quidam uero de diiſ meliora ſentientes: tm̄ eiſ honoriſ laudiſq; tribuerunt: ut nullum deorū malum credere auderēt. Sed illi qui deoſ quoſdam bonoſ quoſdam maloſ eſſe dixerūt: demōes quoq; appellauerunt nomine deorū: q̄q̄ & deoſ ſed rariuſ nomine demonum: ita ut ipſum Iouem quem uolunt eſſe regem ac principem ceterorum ab Homero fateantur demonem nū/cupatum. Hi autem qui omneſ deoſ nō niſi bonoſ eſſe aſſerunt: & lōge p̄ſtātioreſ eiſ hominibuſ qui boni perhibentur: merito mouentur demonū factiſ que negare nō poſſunt: eaq; nullo mō a diiſ quoſ bonoſ eſſe uolunt cōmitti poſſe exiſtimāteſ differentiam inter deoſ & demoneſ adhibere cogunt. ut q̇dquid eiſ merito diſplicet in operibuſ uel affectibuſ prauiſ: quibuſ uim ſuam manifeſtant occulti ſpiritus: id credant eſſe demonū non deorum. Sed quia eoſdem demoneſ inter homines & deoſ ita medioſ conſtitutoſ putant: tanq̄ nulluſ deuſ homini miſceatur: ut hinc p̄ferāt deſiderata. inde referant impetrata: atq; hoc platonici p̄cipui ph̄oꝝ ac nobiliſſimi ſentiant: cum quibuſ uelut cū excellentioribuſ placuit iſtā examiare queſtionem. utrum cultuſ plurimorum deorum proſit ad conſequendam uitā beatam que poſt mortem futura eſt: libro ſuperiore queſiuimuſ quo pacto ipſi demoneſ qui talibuſ gaudent qualia boni & prudenteſ homineſ auerſantur & damnāt: id ē ſacrilega: flagitioſa: facinoroſa: non de quolibet homine ſed de ipſiſ diiſ figmenta poetarū & magicarum artiū ſceleratam puniendamq; uiolentiā: poſſint quaſi propinquioreſ & amicioreſ diiſ boniſ conciliare homineſ bonoſ: & hoc nulla ratiōe poſſe cōpertū eſt. Proinde hic liber ſicut in illiuſ fine p̄miſimuſ diſputationē cōtinere debebit de differentia ſi quam uolunt eſſe non deorum inter ſe quoſ homines bonoſ dicūt: nec differentia deorum & demonū: quorum illoſ ab hōibuſ longe lateq; ſeiūgūt: iſtoſ inter deoſ & homīeſ collocāt: ſed de differentia ipſoꝝ demonū: qd̄ ad p̄ſentē pertinet queſtionem.

APud pleroſq; enim uſitatum eſt dici alioſ bonoſ alioſ maloſ demōeſ. que ſiue ſit etiam platonicorum philoſophorum ſiue quorumlibet ſententia: nequaq̄ eiuſ eſt negligenda diſcuſſio: ne quiſq̄ uelut demoneſ bonoſ ſequendoſ ſibi eē ar/bitretur: per quoſ tanq̄ medioſ deoſ quoſ omneſ bonoſ credit: dū cōciliari affectat & ſtudet: ut quaſi cum eiſ poſſit eſſe poſt mortem: irretituſ malignorum ſpirituū deceptuſq; fallacia: longe aberret a uero deo: cum quo ſolo & i quo ſolo & de quo ſolo: anima humana id eſt rationaliſ & intellectualiſ beata eſt.

QVe igitur eſt differentia demonū bonoꝝ & malorū: quādo quidē platōicuſ Apuleiuſ de hiſ uniuerſaliter diſſerenſ: & tam multa loquenſ de aereiſ eorū corporibuſ: de uirtutibuſ tacuit animorū: quibuſ eſſent prediti ſi boni eēnt. Tacuit ergo beatitudiniſ cauſam: inditium uero miſerie tacere non potuit: confitenſ eoꝝ mentem qua rationaleſ eſſe perhibuit: non ſaltem imbutam munitamq; uirtutem paſſionibuſ animi irrationabilibuſ nequaq̄ cedere: ſed ipſam quoq; ſicut ſtultarum mentiū moſ eſt: procelloſiſ quodammodo perturbationibuſ agitari. Verba nanq; eiuſ de hac re iſta ſunt. Ex hoc ferme demonū numero inquit poete ſolent haud q̄q̄ procul a ueritate oſoreſ & amatoreſ quorūdā hoīm deoſ fingere: hoſ p̄ſperari & euehere: illoſ cōtra auerſari & affligere. Igitur & miſereri & indignari: & angi

& lecari: omnemq; humane aīme faciem pati: ſimili motu cordiſ & ſalo mentiſ per omneſ cogitationū eſtuſ fluctuare: que omeſ turbele tempeſtateſq; procul a deoꝝ celeſtiū tranquillitate exulant. Num eſt in hiſ uerbiſ ulla dubitatio: ꝙ non aīoꝝ aliquaſ inferioreſ parteſ: ſed ipſaſ demonū menteſ quibuſ ratōnalia ſunt animalia: uelut procelloſum ſalum dixit paſſionū tempeſtate turbari: ut ne hōībuſ quidē ſapientibuſ comparandi ſint: q̄ huiuſmodi perturbatōibuſ animoꝝ a qbuſ hūana non eſt immuniſ infirmitaſ: etiam cum eaſ huiuſ uite conditione patiuntur: mente imperturbata reſiſtunt: non eiſ cedenteſ ad aliquid approbandum uel ꝑpetrandū quod exorbitet ab itinere ſapientie & lege iuſtitie: ſed ſtultiſ mortalibuſ & iniuſtiſ non corporibuſ: ſed moribuſ ſimileſ: ut non dicam deterioreſ eo ꝙ uetuſtioreſ: & debita pena inſanabiliſ: ipſiuſ quoq; mentiſ ut iſte appellauit ſalo fluctuāt: nec in ueritate atq; uirtute qua turbulentiſ & prauiſ affectionibuſ repugnatur: ex nulla animi pte cōſiſtūt.

DVe ſunt ſententie philoſophorum de hiſ animi motibuſ: quoſ greci pathae: noſtri autē quidam ſicut Cicero perturbatiōeſ: quidā affectōeſ uel affectuſ: quidam uero ſicut iſte de greco expreſſiuſ paſſioneſ uocāt. Haſ ergo ꝑturbatōeſ ſiue affectioneſ ſiue paſſioneſ: quidam philoſophi dicūt etiā in ſapientem cadere: ſed moderataſ rationiq; ſubiectaſ: ut eiſ legeſ quodāmodo quibuſ ad neceſſarium redigantur modum: dominatio mentiſ imponat. Hoc qui ſentiunt platonici ſunt ſiue ariſtotelici: cum Ariſtoteleſ diſcipuluſ Platoniſ fuerit: qui ſectam ꝑipateticam condidit. Aliiſ autem ſicut ſtoiciſ: cadere ullaſ oīo huiuſcemodi paſſiōeſ in ſapientē non placet. Hoſ autem id eſt ſtoicoſ Cicero in libriſ de finibuſ bonorū & maloꝝ: uerbiſ magiſ q̄ rebuſ aduerſuſ platōicoſ ſeu ꝑipateticoſ certare cōuincit: q̄ndo q̄dē ſtoici nolunt bona appellare ſed commoda corporiſ & externa: eo ꝙ nullū bonū uolunt eſſe hominiſ preter uirtutem tanq̄ artem bene uiuendi: que nō niſi in aīo eſt. Hec autem iſti ſimpliciter & ex cōmuni conſuetudine loquendi appellāt bōa: ſed in comparatione uirtutiſ qua recte uiuitur parua & exigua. Ex quo fit: ut ab utriſq; quomodolibet uocentur ſeu bona ſeu cōmoda: pari tū extimatōe pēſentur: nec in hac queſtione ſtoici delectentur: niſi nouitate uerborū. Videtur ergo mihi etiam in hoc ubi querit̄ utrū accidant ſapienti paſſioneſ animi: an ab eiſ ſit prſuſ alienuſ: de uerbiſ eoſ potiuſ q̄ de rebuſ facere cōtrouerſiam. Nā & ipſoſ nihil hinc aliud q̄ platonicoſ & ꝑipateticoſ ſentire exiſtimo: quantum ad uim rerum attinet non ad uocabulorum ſonum. Vt enim alia omittam: quibuſ id oſtendendum ne longum faciā: aliquid unum quod ſit euidentiſſimū dicam. In libriſ quibuſ tituluſ eſt noctium acticarum: ſcribit Agelliuſ uir elegantiſſimi eloquii & multe facūdie ſcientie: ſe nauigaſſe aliquādo cū quodā philoſopho nobili ſtoico. Iſ philoſophuſ ſicut latiuſ & uberiuſ: qd̄ ego breuiter attingam narrat Agelliuſ: cum illud nauigiū horribili celo & mari periculoſiſſime iactaretur: ui timoriſ expalluit philoſophuſ. Id animaduerſum eſt ab eiſ qui aderant: q̄uiſ in mortiſ uicinia curioſiſſime attētiſ: utrū ne philſm aīmo turbaretur. Deinde tempeſtate tranſacta: mox ut ſecuritaſ prebuit colloquēdi uel etiā garriendi locū: quidā ex hiſ quoſ nauiſ illa portabat diueſ luxurioſuſ aſiaticuſ philoſophum compellebat: illudenſ ꝙ extimuiſſet atq; palluiſſet: cū ipſe manſiſſet intrepiduſ in eo quo impēdebat exitio. At ille Ariſtippi ſocratici reſponſum retulit: qui cū in re ſimili eadē uerba ab homīe ſimili audiſſet: reſpondit illum pro aīa nequiſſimi nebuloniſ merito non fuiſſe ſolicitum: ſe aūt pro Ariſtippi anima timere debuiſſe. Hac illo diuite reſponſione depulſo: poſtea

queſiuit Agelliuſ a philoſopho non exagitandi animo ſed diſcendi: que nam illa ratio eſſet pauoriſ ſui. Qui ut doceret hominem ſciendi ſtudio grauiter accenſum: protulit ſtatim de ſarcinula ſua ſtoici epicteti librum: in quo ea ſcripta ẽẽnt que congruerent decretiſ Zenoniſ & Criſippi: quoſ fuiſſe ſtoicoꝝ principeſ nouimuſ. In eo libro ſe legiſſe dicit Agelliuſ hoc ſtoiciſ placuiſſe: ꝙ aĩmi uiſa quaſ appellãt fantaſiaſ: nec in poteſtate eſt utrũ & qñ incidant aĩo: cũ ueniãt ex terribilibuſ et formidabilibuſ rebuſ: neceſſe eſt etiã ſapientiſ animũ mouearĩ: ita ut paulíſper uel paueſcat metu uel triſtitia contrahat̃: tanq̃ hiſ paſſionibuſ preuenientibuſ mentiſ & rationiſ officium: nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali: nec approbari iſta eiſq; conſentiri: hoc enim eſſe uolunt in poteſtate: idq; intereſſe cenſent inter animũ ſapientiſ & ſtulti: ꝙ ſtulti animuſ eiſdem paſſionibuſ cedit atq; accõmodat mentiſ aſſenſum: ſapienteſ autem q̃uiſ eaſ neceſſitate patiant̃: retinent tamen de hiſ que appetere uel fugere rationabiliter debent ſ͂ueram & ſtabilem inconcuſſa mẽte ſententiam. Hec ut potui nõ quidẽ cõmodiuſ Agellio: ſed certe breuiuſ & ut puto planiuſ expoſui: que ille ſe in epicteti libro legiſſe commemorat: eum ex decretiſ ſtoicorum dixiſſe atq; ſenſiſſe. Que ſi ita ſunt: aut nihil aut pene nihil diſtat ĩter ſtoicorum aliorũq; philoſophorum opinionẽ de paſſionibuſ & perturbationibuſ animoꝝ. Vtriq; enim mentem rationẽq; ſapientiſ ab earũ dominatõne defendũt. Et ideo fortaſſe dicunt eaſ in ſapientẽ nõ cadere ſtoici: quia nequaq̃ eiuſ ſapiãm qua utiq; ſapienſ eſt ullo errore obnubilant: aut labe ſubuertunt. Accidunt autẽ animo ſapientiſ ſalua ſerenitate ſapientie: propter illa que cõmoda uel incõmoda appellant: q̃uiſ ea dicere nolint bona uel mala. Nam profecto ſi nihilipenderet eaſ reſ ille philoſophuſ quaſ amiſſurum ſe naufragio ſentiebat: ſicuti eſt uita iſta ſaluſq; corporiſ: non ita illud periculum perhorreſceret: ut palloriſ etiã teſtimonio proderetur. Veruntamen & illã poterat ꝑmotionem pati: & fixam tenere mente ſentẽtiam: uitam illam ſalutemq; corporiſ quoꝝ amiſſionẽ minabat̃ tempeſtatũ immanitaſ nõ eſſe bona que illoſ quibuſ ineſſent facerẽt bonoſ: ſicut facit iuſtitia. Quod autẽ ea nec bona appellanda eſſe ſed commoda: uerborum certamini non rerum examini deputandum eſt. Quid enim intereſt utrum aptiuſ bona uocent̃ an cõmoda: dũ tamen de hiſ priuetur non minuſ ſtoicuſ q̃ ꝑipateticuſ paueſcat & palleat: ea nõ equaliter appellãdo ſed equaliter extimãdo. Ambo ſane ſi bonorũ iſtorum ſeu cõmodorum periculiſ ad flagitium uel facinuſ urgeantur: ut aliter ea retinere non poſſint: male ſe dicunt hec amittere quibuſ natura corporiſ ſalua & incolumiſ habetur: q̃ illa cõmittere quibuſ iuſtitia uiolatur. Ita menſ ubi fixa eſt iſta ſententia: nullaſ perturbationeſ etiã ſi accidunt inferioribuſ animi partibuſ in ſe cõtra rationẽ preualere permittit: quinimo eiſ ipſa dominat̃: eiſq; nõ cõſentiẽdo & potiuſ reſiſtendo regnum uirtutiſ exercet. Talem deſcribit etiã Virgiliuſ Aeneã ubi ait. Menſ immota manet: lacrime uoluuntur inaneſ.

NOn eſt nunc neceſſe copioſe ac diligenter oſtendere: quid de iſtiſ paſſionibuſ doceat ſcriptura diuina: qua xp̃iana eruditio continetur. Deo quippe illam ipſam mentem ſubiiciamuſ regendam & iuuãdam: mentiq; paſſioneſ ita moderãdaſ atq; frenandaſ: ut in uſum iuſtitie conuertant̃. Denique in diſciplina noſtra nõ tã queritur utrũ piuſ animuſ iraſcatur: ſed quare iraſcatur: nec utrũ ſit triſtiſ ſed unde ſit triſtiſ: nec utrũ timeat ſed quid timeat. Iraſci.n. peccanti ut corrigat̃: cõtriſtari pro afflicto ut liberetur: timere periclitanti ne pereat: neſcio utrum quiſq̃m ſana

conſideratióe reprehendat. Nam & ſtoicorum eſt miſericordiã ſolere culpare. Sed quanto honeſtius ille ſtoicus miſericordia perturbaret hominis liberandi: q̃ timore naufragii. Longe melius & humanius & piorum ſenſibus accõmodatius Cicero in Ceſaris laude locutus ẽ ubi ait. Nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior miſericordia eſt. Quid eſt autẽ miſericordia niſi aliene miſerie quedã ĩ noſtro corde cõpaſſio: qua utiq; ſi poſſumus ſubuenire compellimur? Seruit aũt motus iſte rationi: quãdo ita prebetur miſericordia ut iuſticia conſeruetur: ſiue cũ ĩdigẽti tribuitur: ſiue cum ignoſcitur penitenti. Hanc Cicero locutor egregius nõ dubitauit appellare uirtutem: quã ſtoicos inter uicia numerare nõ pudet. Qui tamẽ ut docuit liber epicteti nobiliſſimi ſtoici ex decretis Zenõis & Criſippi q huius ſecte pͥmatũ habuerunt: huiuſcemodi paſſiones in animũ ſapientis admittũt: quem uiciis oĩbus liberum eſſe uolunt. Unde fit conſequens ut hec ipſa non putent uicia: qñ ſapiẽti ſic accidunt ut contra uirtutem mentis rationemq; nihil poſſint: & una ſit eademq; ſententia pͥpateticorum: uel etiã platõicorũ & ipſorũ ſtoicoꝝ. Sed ut ait Tullius: uerbi controuerſia iam diu torqueat homines garrulos: contentiones cupidiores q̃ ueritatis. Sed adhuc merito queri poteſt: utrum cum ad uite preſentis pertineat infirmitatem: etiam in quibuſq; bonis officiis huiuſcemodi perpeti affectus. Sancti uero angeli & ſine ira puniant quos accipiũt eterna dei lege puniendos: & miſeris ſint miſerie cõpaſſione ſubueniant: & periclitantibus eis quos diligunt ſine timore opitulentur: & tamen iſtarum nomina paſſionum conſuetudine locutionis hũane etiã in eos uſurpentur: propter quandam operũ ſimilitudinẽ: nõ ꝑpter affectionũ infirmitatẽ: ſicut ipſe deus ſcd̃m ſcripturas iraſcitur: nec tamen ulla paſſiõe turbat. Hoc enim uerbum uindicte uſurpauit effectus: non illius turbulentis affectus.

Q Ua interim de ſanctis angelis queſtione dilata: uideamus queadmodũ dicant platonici medios demones inter deos & homines conſtitutos: iſtis paſſionũ eſtibus fluctuare. Si enĩ mẽte ab his libera eiſq; dñante motus huiuſcemodi non paterentur: non eos diceret Apuleius ſimili motu cordis & ſalo mentis per omnes cogitationum eſtus fluctuare. Ipſa igitur mens eoꝝ id ẽ pars animi ſuperior qua rationales ſunt: in qua uirtus & ſapientia ſi ulla eis eſſet: paſſionibus turbulentis inferiorum animi partiũ regendis moderandiſq; domitaret. Ipſa inq̃ mens eorum ſicut iſte platonicus confitetur ſalo perturbationũ fluctuat. Subiecta eſt ergo mens demonũ paſſionibus libidinũ formidinũ irarũ: atq; huiuſcemodi ceteris. Que igitur pars in eis libera eſt compoſq; ſapientie: qua placeant diis & ad bonorum deorum ſimilitudinem hominibus conſulant: cum eorum mens paſſionũ uiciis ſubiugata & oppreſſa: quicquid rationis naturaliter habet: ad fallẽdũ & decipiẽdũ tanto acrius intendat: quãto eã magis poſſidet nocendi cupiditas?

Q Vod ſi quiſq̃ dicit non ex omniũ ſed ex malorũ demonũ numero eſſe: quos poete quorundam hoĩm oſores & amatores deos nõ procul a ueritate fingũt: hos enim dixit Apuleius ſalo mentis ꝑ omnes cogitationũ eſtus fluctuare: quomõ iſtud intelligere poterimus: quando cum hoc diceret non quorundã id eſt malorũ ſed omniũ demonũ medietatẽ: ꝑpter aerea corpora ĩter deos & hoĩes deſcribebat? Hoc enim ait fingere poetas: q ex iſtorum demonũ numero deos faciunt: & eis deorum nomina imponunt: & quibus uoluerint hominibus ex his amicos inimicoſq;

diſtribuūt: fictiſ carminibuſ impunita licentia: cum deoſ ab hiſ demonū moribuſ: & celeſti loco & beatitudiniſ opulentia remotoſ eſſe phibeāt. Hec eſt ergo fictio poetaꝝ deoſ dicere qui dii non ſunt: eoſq; ſub deorum nominibuſ inter ſe decertare: propter homineſ quoſ pro ſtudio partiū diligūt uel oderunt. Non procul autem a ueritate dicit hāc eſſe fictionē: quoniā deorū appellati uocabuliſ qui dii nō ſūt: taleſ tamen deſcribunt demoneſ qleſ ſunt. Denicq; hinc eſſe dicit Homeruſ iniquā illam Mineruam: que diiſ celeſtibuſ grauem cohibendo Achillem interuenit. Quod ergo Minerua illa fuerit poeticū uult eē figmentū: eo q Mineruā deā putāt: eāq; inter deoſ quoſ omneſ bonoſ beatoſq; credit in alta etherea ſede collocat: procul a conuerſatione mortaliū. Quod aūt aliquiſ demon fuerit grecis fauenſ: troianiſq; contrariuſ: ſicut aliuſ aduerſuſ grecoſ troianorum opitulator: quem Veneriſ ſeu Martiſ nomīe idem poeta cōmemoratquoſ deoſ iſte talia nō agenteſ in celeſtibuſ habitationibuſ ponit: & hi demoneſ pro hiſ quoſ amabant contra eoſ quoſ oderāt inter ſe decertauerint: hoc non procul a ueritate poetaſ dixiſſe cōfeſſuſ eſt. De hiſ quippe iſta dixerunt: quoſ hominibuſ ſimili motu cordiſ & ſalo mentiſ per omneſ cogitationum eſtuſ fluctuare teſtatur: ut poſſent amoreſ & odia nō p iuſtitia: ſed ſicut populuſ ſimiliſ eorum in uenatoribuſ & aurigiſ ſcdm ſuarū ſtudia partium: pro aliiſ aduerſuſ alioſ exercere. Id enim uidetur philoſophuſ curaſſe platonicuſ: ne cum hec a poetiſ canerentᷣ non a demonibuſ mediiſ: ſed ab ipſiſ diiſ quoꝝ noīa poete fingendo ponūt fieri crederentur.

QVid illa ipſa definitio demonum? Parum ne intuenda eſt: ubi certe omneſ determinando complexuſ eſt: q ait demoneſ eſſe genere animalia: animo paſſiua: mente rationabilia: corpore aerea: tempore eterna? In quibuſ quinq; commemoranſ: nihil dixit omnino q demoneſ cum boniſ ſaltem hōibuſ id uiderētur habere commune: quod non eſſet in maliſ. Nam ipſoſ homineſ cum aliq̄nto latiuſ deſcribendo complecteretur: ſuo loco de illiſ dicenſ tanq̄ de infimiſ atq; terreniſ: cum priuſ dixiſſet de celeſtibuſ diiſ: ut commendanſ duabuſ partibuſ ex ſummo et infimo ad ultimum tertio loco de mediiſ demonibuſ loqueretur. Igit homīes inquit ratione gaudenteſ: oratōe pollenteſ: īmortalibuſ aīmiſ: moribundiſ mēbriſ: leuibuſ & anxiiſ mētibuſ: brutiſ & obnoxiiſ corporibuſ: diſſimilibuſ moribuſ: ſimilibuſ erroribuſ: puitaci audacia: ꝑtinaci ſpe: caſſo labore: fortuna caduca: ſingillatī mortaleſ: cuncti tñ in uniuerſo genere perpetui: uiciſſim ſuffitienda ꝑle mutabileſ: uolucri tempore: tarda ſapientia: cita morte: querula uita: terraſ incolunt. Cū hinc tam multa diceret que ad plurimoſ homineſ pertinent: nunqd etiam illud tacuit qd nouerat eſſe paucorū: ubi ait tarda ſapientia cita morte? Quod ſi ꝑtermiſiſſet nullo modo recte genuſ humanū deſcriptioniſ huiuſ tam intenta diligentia terminaſſet. Cum uero deorum excellentiam cōmendaret: ipſam beatitudinem quo uolunt hoīeſ per ſapientiā peruenire: in eiſ affirmauit excellere. Proinde ſi aliquoſ demoneſ bonoſ uellet intelligi: aliquid etiam in ipſorū deſcriptōe poneret: unde uel cū diiſ aliquā beatitudiniſ partem: uel cū hōibuſ qualēcūq; ſapientiā putarentur habere cōmunē. Nūc uero nullū bonū eorū cōmemorauit quo boni diſcernerent a maliſ: quiſ & eorum malitie liberiuſ exprimende pepercerit: ne tam ne ipſoſ q̄ et cultoreſ eorum apud quoſ loquebatᷣ offenderet. Significauit tamen prudentibuſ quid de illiſ ſentire deberent qñ qdē deoſ quoſ omeſ bonoſ beatoſq; credi uoluit: ab eorum paſſionibuſ atq; ut ait ipſe turbeliſ oīmodo ſeparauit: ſola illoſ corporū

eternitate coniungenſ: animo aũt non diiſ ſed hõibuſ ſimileſ demõeſ apertiſſime inculcãſ: & hoc nõ ſapiẽtie bono cuiuſ & hoĩeſ poſſũt eſſe participeſ: ſed ꝑturbatõe paſſionum que ſtultiſ maliſq; dominatur a ſapiẽtibuſ uero & boniſ ita regitur: ut malint eam non habere ꝗ̃ uincere. Nã ſi nõ corporũ ſed aĩoꝝ eternitatem cũ diiſ habere demõeſ uellet intelligi: nõ utiq; homineſ ab huiuſ rei cõſortio ſepararet: qa et hõibuſ eternoſ eſſe aĩoſ: proculdubio ſicut platonicuſ ſentit. Ideo cum hoc genuſ aĩantiũ deſcriberet: ĩmortalibuſ aĩmiſ moribundiſ mẽbriſ dixit eſſe hoĩeſ.

AC per hoc ſi propterea communẽ cum diiſ eternitatem non habent hoĩeſ: qa corpe ſunt mortaleſ: ꝓpterea ergo demõeſ habent qa corpore ſũt ĩmortaleſ. ꝗ̃leſ igitur mediatoreſ ſũt inter hoĩeſ & deoſ per quoſ ad deorũ amicitiaſ homineſ ambiant: qui hoc cum hoĩbuſ habent deteriuſ: qd̃ eſt in animante meliuſ id eſt animũ: hoc autem habẽt cum diiſ meliuſ: quod eſt in aĩante deteriuſ id ẽ corpuſ? Cum enĩ animanſ id eſt animal ex aĩa conſtet & corpore quorũ duoꝝ anima eſt utiq; corpore melior & ſi uicioſa & infirma melior certe corpore etiã ſaniſſimo atq; firmiſſimo quõiam eiuſ natura excellentior nec labe uiciorum poſtponitẽ corpi: ſicut aurum etiã ſordidum argento ſeu plumbo licet puriſſimo cariuſ eſtimat. Iſti mediatoreſ deorum & hominũ: per quoſ interpoſitoſ diuiniſ humana iunguntur: cum diiſ habent corpuſ eternũ: uicioſum aũt cum hõibuſ animũ: quaſi religio qua uolunt diiſ homineſ per demoneſ iungi: in corpore ſit non in aĩo conſtituta. Que nam tandem iſtoſ mediatoreſ falſoſ atq; fallaceſ quaſi capite deorſũ nequitia uel pena ſuſpendit: ut inferiorem animaliſ partem id eſt corpuſ cũ ſupioribuſ: ſupiorẽ uero id eſt animũ cum inferioribuſ habeant: & cum diiſ celeſtibuſ in pte ſeruiente coniuncti: cũ hõibuſ autẽ terreſtribuſ in parte dñante ſint miſeri. Corpuſ quippe ſeruũ eſt: ſicut etiam Saluſtiuſ ait: animi imperio corporiſ ſeruitio magiſ utimur. Adiũxit autem ille: alterũ nobiſ cum diiſ alterũ cum beluiſ cõmune eſt: quoniam de hominibuſ loquebatur: quibuſ ſicut beluiſ mortale corpuſ eſt. Iſti autem quoſ inter noſ & deoſ mediatoreſ nobiſ phĩ prouiderũt: poſſunt quidẽ dicere de animo & corpore: alterum nobiſ cum diiſ alterũ cum hõibuſ cõe eſt: ſed ſicut dixi tanꝗ̃ in peruerſum ligati atq; ſuſpenſi: ſeruũ corpuſ cũ diiſ beatiſ: dominũ animũ cũ hõibuſ miſeriſ habenteſ: parte inferiore exaltati: ſuperiore deiecti. Vnde etiam ſi quiſ ꝗ̃ propter hoc eoſ putauerit immortalitatẽ habere cum diiſ: quia nulla morte ſicut animaliũ terreſtrium animi eorum ſoluunt a corpore: nec ſic extimandũ ẽ eorũ corpuſ tanꝗ̃ honoratoꝝ eternũ uehiculũ: ſed eternũ uinculum damnatorum.

PLotinuſ certe noſtre memorie uicinuſ tpibuſ: Plato nem ceteriſ excellẽtiuſ intellexiſſe laudat. Iſ cũ de hũaniſ animiſ ageret: pater ĩqt miſericorſ: mortalia illiſ uincula faciebat. Ita hoc ipm ꝙ mortaleſ ſũt hoĩeſ corpe: ad miſericordiã dei patriſ ꝑtinere arbitratuſ ẽ: ne ſemp huiuſ uite miſeria teneãt. Hac miſericordia indigne iudicata ẽ iniqtaſ dẽonũ: que ĩ aĩmi paſſiui miſeria: nõ mortale ſicut hoĩeſ ſed eternũ corpuſ accepit. Eſſent qppe feliciores hõibuſ: ſi mortale cũ eiſ haberent corpuſ: & cũ diiſ beatũ aĩm. Eſſent aũt pareſ hõibuſ: ſi cũ aĩo miſero ſaltẽ mortale cũ eiſ hẽre meruiſſẽt & corpuſ. ſi tñ acqrerẽt aliqd pietatiſ: ut ab erũniſ uel ĩ morte reqeſcerẽt. Nũc uero nõ ſolũ feliciõreſ hõibuſ nõ ſũt aĩo miſero: ſed etiã miſerioreſ ſũt ꝑpetuo corporiſ uinculo. Nõ.n. aliꝗ̃ pietatiſ & ſapientie diſciplina proficiẽteſ intelligi uolunt ex demonibuſ fieri deoſ: cũ apertiſſime dixerit demõeſ eternoſ.

Dicit quidem & animaſ hominū demoneſ eſſe:& ex hoībuſ fieri lareſ: larua & maneſ. lareſ ſi meriti boni ſunt: lemureſ ſi mali ſeu laruaſ. Maneſ aūt deoſ dicunt. ſed incertum eſt bonorum eoſ ſeu malorum eſſe meritorū. In qua opinióe quantam uoraginem aperiant ſectandiſ perditiſq; moribuſ: quiſ non uideat ſi uel paululum attendat. Quandoquidē quālibet nequā fuerint homineſ: uel laruaſ ſe fieri dum opinantur: uel dum maneſ deoſ: tāto peioreſ fiunt quāto ſūt nocendi cupidioreſ. ut etiā quibuſdam ſacrificiiſ tanq̄m diuiniſ honoribuſ poſt mortem ſe inuitari opinentur ut noceant. Laruaſ quippe dicit eſſe noxioſ demóeſ ex hóibuſ factoſ. Sed hic alia queſtio ē. Inde aūt ꝑhibet appellari grece beatoſ eudemóeſ: q̄ boni ſint aīo: hoc eſt boni demoneſ: aīoſ quoq; hoīm demoneſ eē confirmanſ.

Sed nunc de hiſ agimuſ quoſ in natura propria deſcripſit: inter deoſ & hoīeſ genere animalia: mente rationalia: aīo paſſiua: corpore aerea: tēpore eterna. Nempe cum priuſ deoſ in ſublimi celo: homineſ autem in terra infima diſiunctoſ locíſ & nature dignitate ſecerneret: ita concluſit. Habetiſ inquit inter bona aīalia: deoſ ab hominibuſ plurimū differenteſ: loci ſublimitate: uite perpetuitate: nature perfectione: nullo inter ſe propinquo communicatu: cum & habitacula ſumma ab infimiſ tanta intercapedo faſtigii deſpitiat: & uiuacitaſ illic eterna & indefecta ſit: hic caduca & ſucceſſiua. Ingenia illa & ad beātudinē ſublimata: hec ad miſeriaſ infirmata. hic celeſtia: ibi terrena uideo commemorata: cōtraria de duabuſ nature partibuſ ultimiſ: id eſt ſummiſ atq; infimiſ. Nā tria que ꝑpoſuit de diiſ laudabilia eadem repetiuit aliiſ quidem uerbiſ: ut eiſ alia tria aduerſa ex hoībuſ redderet. Tria deorū hec ſunt: loci ſublimitaſ: uite perpetuitaſ: perfectio nature. Hec aliiſ uerbiſ ita repetiuit: ut eiſ tria cōtraria hūane cōditioniſ opponeret: cū & hītacula inquit ſumma ab infimiſ tanta intercapedo faſtigii deſpitiat: q̄a dixerat loci ſublimitatem. Et uiuacitaſ illic inquit eterna & indefecta ſit hic caduca & ſucceſſiua: quia dixerat uite ꝑpetuitatē. Et ingenia illa inquit ad beatitudinem ſublimata: hec ad miſeriaſ infirmata: quia dixerat nature perfectionē. Tria igitē ab eo poſita ſunt deorum: id eſt locuſ ſublimiſ: eternitaſ: beatitudo: & hiſ contraria tria hoīum: id eſt locuſ infimuſ: mortalitaſ: miſeria. Inter hec terna deoꝝ & hoīm q̄m demóeſ medioſ poſuit de loco nulla eſt controuerſia. Inter ſublimem quippe & infimum: mediuſ locuſ aptiſſime habetur & dicitē. Cetera bina reſtant quibuſ cura attentior adhibenda eſt: quēadmodū uel eſſe aliena a demóibuſ oſtendant: uel ſic eiſ diſtribuantur ut medietaſ uidetur expoſcere: ſed ab eiſ aliena eſſe non poſſunt. Non .n. ſicut dicimuſ locum mediū nec eſſe ſummū nec infimū: ita demoneſ cū ſint aīalia rōnalia nec beatoſ eſſe nec miſeroſ: ſicut ſunt arbuſta uel pecora que ſunt ſenſuſ uel rōiſ expertia: recte poſſumuſ dicere. Quoꝝ ergo rō mētibuſ ineſt: aut miſeroſ eē aut beatoſ eſſe neceſſe eſt. Itē nó poſſumuſ recte dicere: nec mortaleſ eē dēoneſ nec eternoſ. Omia nāq; uiuētia aut ī eternū uiuūt: aut finiūt morte qđ uiuūt. Iā uero iſte tpe eternoſ dēoneſ dixit. Quid igitē reſtat niſi ut hi mediī de duobuſ ſūmiſ unū hēant: & de duobuſ infimiſ alteꝝ. Nā ſi utraq; de imiſ hēbūt: aut utraq; de ſūmiſ: medii nó erūt: ſed in alterutrā ꝑtē uel reſiliūt uel recūbūt. Quia ergo hiſ bóiſ ſicut demóſtratū ē carere utriſq; nó poſſūt: exceptiſ ex utraq; ꝑte ſīguliſ mediabūtē. Ac ꝑ hoc q̄a de īfimiſ hēre nó poſſūt eternitatē que ibi nó ē: unū hoc de ſūmiſ habēt. Et ideo nó ē alteꝝ ad cōplēdā medietatē ſuā: qđ de infimiſ habeāt niſi miſeriam.

Eſt itaq; ſcd'm platõicoſ ſublimiũ deoꝝ uel beata eternitaſ: uel eterna btitudo hominũ uero infimorũ uel miſeria mortaliſ: uel mortalitaſ miſera: demonũ autem mediorum uel miſera eternitaſ: uel eterna miſeria. Nã & quinq; illiſ que in diffinitione demonũ poſuit: non eoſ medioſ ſicut promittebat oſtendit: quoniam tria dixit eoſ habere nobiſcũ: ꝙ genere aĩalia: ꝙ mente ratiõalia: ꝙ aĩo paſſiua ſunt. cum diiſ aũt unũ ꝙ tempore eterna: & unũ proprium ꝙ corpore aerea. Quõ ergo medii quando unum habent cum ſummiſ: tria cum infimiſ? Quiſ non uideat relicta medietate quantũ inclinent & deprimant in infima? Sed plane ibi etiam medii poſſunt ita inueniri: ut unũ habeant propriũ quod eſt corpuſ aereũ: ſicut & illi de ſummiſ atq; infimiſ ſingula propria. dii corpuſ etbereũ: homineſq; terrenũ. duo uero cõmunia ſint omnibuſ. ꝙ genere ſũt animalia: & mente rationalia. Nã & ipſe cum de diiſ & hoĩbuſ loqueretur: habetiſ inquit bina animalia. Et nõ ſolẽt iſti deoſ niſi rationaleſ mente perhibere. Duo ſunt reſidua. ꝙ ſunt aĩo paſſiua: tpe eterna. Quorũ habent unũ cum infimiſ: cum ſummiſ alterũ. ut proportionali rõe librata medietaſ neq; ſuſtollatur in ſumma: neq; in infima deprimat. Ipſa eſt aũt illa demonũ miſera eternitaſ: uel eterna miſeria. Qui enĩ ait aĩo paſſiua: etiã miſera dixiſſet: niſi pro eorum cultoribuſ erubuiſſet. Porro quia prouidentia ſummi dei ſicut etiam ipſi fatent: non fortuita temeritate regit mundus: nunq̃ eſſet iſtorum eterna miſeria: niſi eſſet magna malitia. Si ergo beati recte dicunt: iam demõeſ nõ ſunt: cum demoneſ ſint quoſ inter homineſ & deoſ iſti in medio locauerunt. Quiſ ergo eſt locuſ bonorum demonũ: ſi ſupra hoĩeſ infra deoſ: iſtiſ prebeãt adiutoriũ illiſ miniſteriũ? Si enim boni eterniq; ſunt: profecto & beati ſunt. Eterna autem beatitudo medioſ eoſ eſſe non ſinit: quia multũ diiſ comparat: multũq; ab hoĩbuſ ſeparat. Unde fruſtra iſti conabũtur oſtendere: quõ demõeſ boni ſi & ĩmortaleſ ſunt & beati: recte medii conſtituantur inter deoſ immortaleſ ac beatoſ: & homineſ mortaleſ ac miſeroſ. Cum enim utrunq; habeãt cum diiſ: & beatitudinem ſcilicet & immortalitatem: nihil aũt horum cum hoĩbuſ & miſeriſ & mortalibuſ: quomõ nõ potiuſ remoti ſunt ab hoĩbuſ diiſq; cõiuncti: q̃ inter utroſq; medii cõſtituti? Tũc enim medii eſſent ſi haberent & ipſi duo quedam ſua: non cum biniſ alterutrorum: ſed cũ ſinguliſ utroruũq; cõia. ſicut homo mediũ qddã eſt ĩter pecora et angeloſ. ut q̃a pecuſ eſt aĩal irrationabile atq; mortale: angeluſ aũt aĩal rõnale & ĩmortale: mediuſ homo eẽt inferior ãgeliſ ſupior pecoribuſ habẽſ cũ pecoribuſ mortalitatẽ: rõnẽ uero cũ ãgeliſ: aĩal rõnale mortale. Ita ergo cũ querimuſ mediũ inter btõſ ĩmortaleſ miſeroſq; mortaleſ: hoc ĩuenire debemuſ: qd aut mortale ſit beatũ: aut immortale ſit miſerũ.

Utrum & beatuſ & mortaliſ homo eſſe poſſit: magna eſt inter hoĩeſ queſtio. Quidã. n. conditionem ſuã humiliuſ inſpexerũt: negaueruntq; hoĩem capacẽ eſſe btitudiniſ poſſe: q̃diu mortaliter uiuit. Quidã uero extulerunt ſe & auſi ſunt dicere: ſapiẽ cõpoteſ btõſ eẽ poſſe mortaleſ. Quod ſi ita ẽ: cur nõ ipſi potiuſ medii cõſtituũtẽ inter mortaleſ miſeroſ & ĩmortaleſ btõſ: btitudinẽ hñteſ cũ ĩmortalibuſ beatiſ: mortalitatẽ cũ mortalibuſ miſeriſ? Profecto. n. ſi beati ſũt inuidẽt nemini. Nã quid miſeriuſ inuidentia? Et ideo mortalibuſ miſeriſ q̃tũ poſſũt ad cõſequẽdã beatitudinem conſulant: ut etiã immortaleſ ualeant eſſe poſt mortem: & angeliſ immortalibuſ beatiſq; coniungi.

SI autem quod multo credibilius & ꝓbabilius diſputat̃: omneſ homineſ q̃diu
mortaleſ ſunt etiam miſeri ſint neceſſe eſt: querendus eſt medius: qui non ſolũ
homo uerũ etiam deus ſit: ut homines ex mortali miſeria ad beatã immortalitatẽ
huius medii beata mortalitas interueniendo perducat: quẽ neq; nõ fieri mortalem
oportebat: neq; permanere mortalem. Mortalis quippe factus eſt: non infirmata
uerbi diuinitate: ſed carnis infirmitate ſuſcepta. Non aũt permanſit in ipſa carne
mortali: quam reſuſcitauit a mortuis: q̃m ipſe eſt fructus mediationis eius: ut nec
ipſi propter quos liberandos mediator effectus eſt: in ꝑpetua uel mortis carne re/
manerent. Proinde mediatorem iter nos & deum & mortalitatẽ habere oportuit
tranſeuntem: & beatitudinẽ permanentẽ: ut per id ꝙ tranſit congrueret morituris:
& ad id qđ ꝑmanet transferret ex mortuis. Boni igit̃ ãgeli inter miſeros mortaleſ
& beatos immortaleſ medii eſſe nõ poſſunt: quia ipſi quoq; beati & ĩmortaleſ ſũt.
Poſſunt aũt medii eſſe angeli mali: q̄a immortaleſ ſunt cum illis: miſeri cum iſtis.
His contrarius eſt mediator bonus: qui aduerſus eorũ immortalitatem & miſeriã
& mortalis eſſe ad tempus uoluit: & beatus ĩ eternitate perſiſtere potuit. Ac ſic eos
& ĩmortaleſ ſuperbos & miſeros noxios: ne per ĩmortalitatis iactantiã ſe ducerent
ad miſeriam: & ſue mortis humilitate: & ſue beatitudinis benignitate deſtruxit: in
eis quorum corda per ſuã fidem mundans: ab illorum immũdiſſima dominatione
liberauit. Homo itaq; mortalis & miſer longe ſeiũctus ab immortalibus & beatis:
quid eligat medium per quod immortalitati & beatitudini copulet. Quod poſſit
delectare in demonũ immortalitate miſerum eſt: quod poſſit offendere in chriſti
mortalitate iam non eſt. Ibi ergo cauenda eſt miſeria ſempiterna: hic mors timẽda
non eſt que eſſe nõ potuit ſempiterna: & beatitudo amãda eſt ſempiterna. Ad hoc
quippe ſe interponit medius immortalis & miſer: ut ad ĩmortalitatẽ beatã trãſire
non ſinat: q̃m in hoc perſiſtit quod impedit: id eſt in ipſa miſeria. Ad hoc autem ſe
interpoſuit mortalis & beatus: ut mortalitati tranſacta & ex mortuis faceret im/
mortaleſ: quod in ſe reſurgendo monſtrauit: & ex miſeris beatos: quia beatitudo
nunq̃ ab ipſo diſceſſit. Alius eſt ergo medius malus qui ſeparat amicos: alius bonus
qui reconciliat inimicos. Et ideo multi ſunt medii ſeparatores: q̄a multitudo que
beata eſt unius dei participatiõe fit beata. Cuius participatiõis priuatione miſera
multitudo malorum angelorũ: que ſe oppõit potius ad impedimentũ: q̃ interpõit
ad btĩtudinis adiutoriũ: & etiã ipſa multitudine obſtrepit quodãmõ ne poſſit ad
illud unũ beatificũ perueniri: ad qđ ut ꝑduceremur nõ multis ſed uno mediatore
opus erat: & hoc eo ipſo cuius participatiõe ſumus beati: hoc eſt uerbo dei nõ facto:
ſed per quod facta ſũt oĩa. Nec tamen ob hoc mediator eſt quia uerbũ: maxime
quippe immortale & maxime beatum uerbum longe eſt a mortalibus miſeris: ſed
mediator per quod homo: eo ipſo oſtendens utiq; ad illud non ſolum beatũ uerum
etiã beatificũ bonũ nõ oportere queri alios mediatores: per quos arbitremur nobis
peruentionis gradus eſſe moliendos: quia beatus & beatificus deus factus particeps
hũanitatis noſtre: cõpendiũ ꝓbuit ꝑticipãde diuĩtatis ſue. Neq; n. nos a mortali/
tate & miſeria liberans: ad ãgelos immortaleſ btõs ſq; ita ꝑducit: ut eoꝝ ꝑticipatiõe
etiã nos ĩmortaleſ & beati ſimus: ſed ad illã trinitatẽ cuius & ãgeli ꝑticipatiõe beati
ſũt. Ideo q̃n in forma ſerui ut mediator eẽt infra angelos eſſe uoluit: ĩ forma dei
ſuper ãgelos manſit. Idẽ in inferioribus uia: uite q; in ſuperioribus uita. Nõ. n. uerũ
eſt qđ idem platonicus ait dixiſſe Platonẽ: nullus deus miſcet̃ hoĩ. Et hoc precipuũ
eorũ ſublimitatis ait eſſe ſpecimen: ꝙ nulla attrectatione hominũ contaminant̃.

E Rgo demoneſ cõtaminari fatent͛ & ideo eoſ a quibuſ cõtaminant͛ mũdare non poſſunt omneſq; immũdi pariter fiunt. & demoneſ contrectatõe hoĩm: & homineſ cultu demonũ Aut ſi & cõtrectari miſceriq; hoĩbuſ: nec tñ cõtaminari demoneſ poſſunt: diſ pfecto melioreſ ſunt quia illi ſi miſcerent͛ contaminarent͛. Nã hoc deoꝝ dicit͛ eſſe precipuũ: ut eoſ ſublimiter ſeparatoſ hũana cõtrectatio contaminare non poſſit. Deum quidem ſummũ omniũ creatorẽ: quem noſ uerum deum dicimuſ ſic a Platone predicari aſſeuerat: ꝙ ipſe ſit ſoluſ q nõ poſſit penuria ſermoniſ humani quiſ ratõe uel modice comprehendi: uix autẽ ſapientibuſ uiriſ cum ſe uigore animi quantũ licuit a corpore remouerunt intellectum huiuſ dei: id quoq; interdũ uelut in altiſſimiſ tenebriſ rapidiſſimo coruſcamĩe lumẽ candidũ intermicare. Si ergo ſupra oĩa uere ſummuſ deuſ ĩtelligibili & ineffabili quadam pñtia: & ſi interdũ: & ſi tanq̃ rapidiſſimo coruſcamine lumen candidũ intermicanſ: adeſt tamen ſapientiũ mentibuſ cum ſe quãtum licuit a corpore remouerũt. Nec ab eiſ contaminari poteſt. quid eſt ꝙ iſti dii propterea conſtituunt͛ lõge ĩ ſublimi loco: ne contrectatione contaminent͛ hũana: quaſi corpora illa etherea tactu tñ queant humano & non etiam uiſu contaminari? Porro ſi non contaminant͛ ſidera cum uident͛: quoſ deuſ omneſ uiſibileſ dicit: nec demoneſ hominũ contaminantur aſpectu: quãuiſ de proximo uideantur. An forte uocibuſ humaniſ cõtaminarentur: qui acie non contaminantur oculorum & ideo demõeſ medioſ habent per quoſ eiſ uoceſ hominũ nuntient͛ a quibuſ longe abſunt: ut incontaminatiſſimi pſeuerẽt? Quid iam de ceteriſ ſenſibuſ dicã? Non enĩ olfaciendo cõtaminari uel dii poſſent ſi adeſſent: uel cum adſunt demoneſ poſſunt uiuorũ corporũ uaporibuſ hũanoꝝ: ſi cantiſ ſacrificiorum cadauerinĩſ non contaminant͛ nidoribuſ In guſtandi autẽ ſenſu nulla neceſſitate reficiende mortalitatiſ urgent͛ ut fame adacti ciboſ ab hominibuſ querant. Tactuſ uero in poteſtate eſt. Nam licet ab eo potiſſimum ſenſu contrectatio dicta uideat͛: hactenuſ tamen ſi uellent miſcerent͛ hoĩbuſ ut uiderẽt & ab hominibuſ uiderent͛ audirent & audirentur: tãgendi que aũt neceſſitaſ? Nã neq; homineſ id cõcupiſcere auderent: cũ deorũ uel demonũ honoꝝ conſpectu uel colloquio fruerentur. Et ſi ĩ tantũ curioſitaſ pgrederetur ut uellet: quo nã pacto quiſpiam poſſet inuitũ tangere deũ uel demonem qui niſi captũ nõ põt paſſere? Videndo igit͛ uiſibuſq; ſe pbendo: & loquendo & audiendo dii corpaliter miſceri hoĩbuſ poſſent. Hoc autem modo demoneſ ſi miſcent͛ ut dixi & nõ cõtaminant͛: dii autem contaminarentur ſi miſcerentur incontaminabileſ dicunt demoneſ: & contaminabileſ deoſ. Si autem cõtaminantur & demoneſ quid conferũt hoĩbuſ ad uitã poſt mortẽ beatã quoſ cõtaminati mundare non poſſunt ut eoſ mundoſ diiſ incontaminatiſ poſſint adiungere: inter quoſ & illi medii conſtituti ſũt? Aut ſi hoc eiſ beneficiũ non conferunt qd pdeſt hominibuſ demonũ amica mediatio? An ne poſt mortem non ad deoſ homineſ per demoneſ tranſeant: ſed ſimul uiuant utriq; contaminati: ac per hoc neutri beati? Niſi forte quiſ dicat more ſpongiarũ uel huiuſcemodi rerũ mundare demoneſ amicoſ ſuoſ: ut tanto ipſi ſordidioreſ fiãt: quanto fiũt hoĩeſ eiſ uelut tergentibuſ mũdioreſ. Quod ſi ita eſt: cõtaminatioribuſ dii miſcent͛ demonibuſ: qui ne contaminarent͛: hoĩm ppinquitatẽ cõtrectationẽq; uitarunt. An forte dii poſſunt ab hoĩbuſ contaminatoſ mundare demoneſ: nec ab eiſ contaminari: & eo modo non poſſunt & homineſ? Quiſ talia ſentiat: niſi quem

fallaciſſimi demoneſ deceperunt? Quid q̄ ſi uideri & uidere cōtaminat: uidentur ab hōibuſ dii: quoſ uiſibileſ dicit clariſſima mūdi lumina & cetera ſidera: tutioreſq; ſunt demoneſ ab iſta hominū contaminatōne: qui non poſſunt uideri niſi uelint. Aut ſi nō uideri ſed uidere cōtaminat: negent ab iſtiſ clariſſimiſ mundi luminibuſ quoſ deoſ opinantur uideri homineſ cum radioſ ſuoſ terraſ uſq; pertendant. Qui tamen eorum radii per queq; diffuſi immunda inde non contaminanť: & dii cō/taminarentur ſi hōibuſ miſcerenť: etiā ſi eſſet neceſſariuſ in ſubueniendo cōtactuſ. Nam radiiſ ſoliſ & lune terra contingiť; nec iſta contaminat lucē. miror autem plurimū tam doctoſ hōieſ: qui cūcta corporea & ſenſibilia que pre incorpalibuſ & intelligibilibuſ poſtponenda iudicauerunt: cum agitur de beata uita: corpaliū contrectationū facere mentionem. Vbi eſt illud Platōiſ ubi ait. Fugiendū ē igiť ad clariſſimā patriam. & ibi parebūt tibi omnia. Que igitur claſſiſ inquit effugat ſimilem deo fieri? Si ergo deo tanto ſimilior quāto quiſq; fit propinquior: nulla eſt ab illo alia lōginquitaſ q̄ eiuſ diſſimilitudo. Incorporali uero illi eterno & in/cōmutabili tāto ē aīa hōiſ diſſimilior: q̄to rerū tpaliū mutabiliūq; cupidior.

HOc ut ſanetur qm̄ immortali puritati que in ſummo eſt: ea que in imo ſunt mortalia & immunda cōuenire non poſſunt: opuſ eſt quidem mediatore: nō tamen tali qui corpuſ quidem habeat immortale propinquū ſummiſ: animū autē morbidū ſimilē infimiſ: quo morbo nobiſ inuideat potiuſ ne ſanemur: q̄ adiuuet ut ſanemur: ſed tali q nobiſ infimiſ ex corporiſ mortalitate coaptatuſ: immortali ſpūſ iuſticia per quā non locoꝝ diſtantia ſed ſimilitudiniſ excellentia manſit in ſūmiſ: mundandiſ liberandiſq; nobiſ uere diuinū prebeat adiutoriū. Qui pfecto incōta/minabiliſ deuſ abſit ut cōtaminationem timeret ex homine quo indutuſ eſt: aut ex hōibuſ inter quoſ in homine conuerſatuſ eſt. Non enim parua ſunt hec interim duo que ſalubriter ſua incarnatione monſtrauit: nec carne poſſe cōtaminari uerā diuinitatem: nec ideo putandoſ demōeſ nobiſ eſſe melioreſ quia nō habēt carnē. Hic eſt ſicut eū predicat ſācta ſcriptura mediator dei & hoīm homo xp̄c Iheſuſ: de cuiuſ diuītate q̄ patri ē ſemp eq̄liſ: & hūanitate q̄ nobiſ factuſ ē ſimiliſ: nō hic locuſ eſt ut cōpetenter p noſtra facultate dicamuſ.

FAlſi aūt illi fallaceſq; mediatoreſ demoneſ: q cū p ſpirituſ immūditiā miſeri ac maligni multiſ effectibuſ clareant: ꝓ corpaliū tamen locoꝝ interualla: & per aereoꝝ corporum leuitatem a ꝓuectu aīmoꝝ noſ auocare atq; auertere moliūť: nec uiā ꝓbent ad deū: ſed ne uia teneať impediūť: qm̄ qdē & in ipſa uia corporali que falſiſſima eſt & pleniſſima erroriſ: q̄ nō iter agit iuſticia: qm̄ non p corporalē altitudinē ſed p ſpūalē hoc ē incorpalē ſimilitudinē ad deū debemuſ aſcēdere: in ipſa tñ corporali uia quā demonū amici p elemētoꝝ graduſ ordināt: inter ethereoſ deoſ & terrenoſ hōieſ aereiſ demōibuſ mediiſ conſtitutiſ: hoc deoſ opinanť habere ꝓcipuū: ut ꝓpter hoc interuallū locoꝝ cōtrectatōe nō cōtaminenť humana. Ita dēoneſ cōtamiari potiuſ ab hōibuſ: q̄ hōieſ mūdari a dēonibuſ credūt: & ideo ipſoſ cōtamiari potuiſſe: niſi loci altitudīe munirēť. Quiſ tā īfelix ē ut iſta uia mūdari ſe exiſtimet: ubi hōieſ cōtaminātes: dēoneſ cōtamiati: dii cōtamiabileſ ꝓdicanť: & nō potiuſ eligat uiā ubi cōtaminātes magiſ dēoneſ euitēť: & ab incōtamiabili deo ad ineūdam ſocietatē incōtamiatoꝝ angeloꝝ hōieſ a cōtaminatōe mundentur.

SEd ne de uerbiſ etiã noſ certare uideamur: qm̃ nõnulli iſtoꝝ ut ita dixerim demonicolaꝝ in quibuſ & Labeo eſt: eoſdem perhibent ab aliiſ angeloſ dici quoſ ipſi demoneſ nũcupant: iam mihi de boniſ angeliſ aliquid uideo differendum quoſ iſti eſſe non negant: ſed eoſ bonoſ demoneſ uocare q̃ angeloſ malunt. Noſ autẽ ſicut ſcriptura loquit̃ ſcd̃m quã xp̃iani ſumuſ: angeloſ quidem partim bonoſ: partim maloſ: nunq̃ uero bonoſ demoneſ legimuſ. Sed ubicũq; illarũ literaꝝ hoc nomen poſitum reperitur: ſiue demoneſ ſiue demonia dicantur: non niſi maligni ſignificant̃ ſpiritus. Et hanc loquendi conſuetudinẽ in tantum populi uſq;quaq; ſecuti ſunt ut eorum etiam q̃ pagani appellant̃: & deoſ multoſ ac demõeſ colẽdoſ eſſe contendũt: nulluſ fere ſit tam literatuſ & doctuſ: qui audeat in laude uel ſeruo ſuo dicere demonem habeſ: ſed quilibet hoc dicere uoluerit: non ſe aliter accipi q̃ maledicere uoluiſſe dubitare non poſſit. Que igitur noſ cauſa compellit: ut poſt offenſionem aurium tam multarum: ut iam pene ſint oĩum que hoc uerbum niſi in malam partẽ audire conſueuerũt: q̃d diximuſ cogamur exponere: cum poſſimuſ angeloꝝ noĩe adhibito: eandẽ offenſionẽ que noĩe demonũ fieri poterat euitare.

QVanq̃ etiã ipſa origo huiuſ nominiſ: ſi diuinoſ intueamur libroſ aliq̃d affert cognitiõe digniſſimũ. Demõeſ enim dicunt̃: qm̃ uocabulũ grecũ ẽ ob ſciẽtiã noĩati. Apoſtoluſ aũt ſpiritu ſãcto locutuſ ait. Sciẽtia inflat: caritaſ uero edificat. quod recte aliter non intelligitur: niſi ſcientiam tunc prodeſſe cũ caritaſ ineſt: ſine hac autem inflare id eſt in ſuperbiam inaniſſime quaſi uentoſitatiſ extollere. Eſt ergo in demonibuſ ſcientia ſine caritate: & ideo tam inflati id eſt tam ſuperbi ſũt: ut honoreſ diuinoſ & religioniſ ſeruitutem quam uero deo deberi ſciunt: ſibi ſatiſ egerint exhiberi: & quantum poſſunt & apud quoſ poſſunt adhuc agunt.

COntra ſuperbiã porro demonũ qua pro meritiſ poſſidebatur genuſ hũanũ: dei humilitaſ que in chriſto apparuit quantam uirtutem habeat: aĩe hoſtium neſciũt: imũditia elatõiſ inflate: demõibuſ ſimileſ ſupbia nõ ſciẽtia. Ipſi aũt demoneſ etiã hoc ita ſciũt: ut eidẽ dño infirmitatẽ carniſ induto dixerit. Quid nobiſ & tibi Ieſu nazarene? Veniſti ante tẽpuſ pdere noſ. Clarũ ẽ in hiſ uerbiſ: q̃ in eiſ & tãta ſcientia erat: & caritaſ nõ erat. Penã ſuã quippe formidabãt ab illo: nõ ĩ illo iuſtitiã diligebãt. Tantũ uero eiſ ĩnotuit q̃ntũ uoluit: tm̃ aũt uoluit q̃ntũ oportuit. Sed ſic ĩnotuit nõ ſicut ãgeliſ ſanctiſq; eiuſ ſcd̃m id q̃ dei uerbũ ẽ pticipata ẽternitate pfruunt̃: ſed ſicut eiſ terrendiſ innoteſcendũ fuit: ex quorũ tirannica quodãmodo ptãte fuerat liberaturuſ pdeſtĩatoſ in ſuũ regnũ: & gloriã ſemp ueracẽ & ueraciter ſẽpiternã. Innotuit ergo demõibuſ: nõ p id q̃d ẽ uita eterna & lumẽ ĩcõmutabile q̃d illũiat pioſ: cui uidendo p fidẽ que ĩ illo ẽ corda mũdant̃: ſed p quedã tpalia ſue uirtutiſ effecta & occultiſſime ſigna pſentie: que ãgelicis ſẽſibuſ etiã malignoꝝ ſpirituũ potiuſ q̃ infirmitati hoĩm poſſent eſſe conſpicua. Deniq; qñ ea paululum ſuppꝛ̃mẽda iudicauit: & aliq̃to altiuſ latuit: dubitauit de illo demonũ pꝛ̃inceps: eũq; temptauit an xp̃c eſſet explorans: q̃tenũ ſe temptari ipſe pmiſit: ut hominẽ quẽ gerebat ad noſtre imitatõis tparet exemplũ. Poſt illã uero temptationẽ cũ ãgeli ſicut ſcriptũ ẽ miniſtrabant ei boni utiq; & ſancti: ac p hoc hiſ ſpiritibuſ immundiſ metuendi & tremendi: magiſ magiſq; innoteſcebat demonibuſ quantuſ eſſet: ut ei iubẽti q̃uiſ in illo cõtemptibiliſ uideret̃ carniſ infirmitaſ: reſiſtere nulluſ auderet.

HIſ igitur angeliſ boniſ omniſ corporaliũ temporaliũq; rerũ ſcientia q̃ inflant
demoneſ uiliſ eſt: nõ ꝙ earũ ignari ſint: ſed ꝙ illiſ dei qua ſanctificant caritaſ
cara eſt: ꝑ cuiuſ nõ tm̃ icorporali uerũ etiã incõmutabili & ineffabili pulcritudine
cuiuſ ſancto amore inardeſcunt: omnia que infra ſunt & qđ illud eſt nõ ſũt: ſeq;
ipſoſ inter illa contempnũt: ſut ex toto ꝙ boni ſunt eo bono ex quo boni ſunt ꝑ/
fruãtur. Et ideo certiuſ etiã tꝑalia & mutabilia iſta nouerũt: quia eoꝝ ꝓncipaleſ
cauſaſ in uerbo dei conſpiciunt per quod factuſ eſt munduſ: quibuſ cauſiſ quedam
probant quedam reprobant: cuncta ordinant. Demoneſ aũt non eternaſ tẽporũ
cauſaſ: & quodãmodo cardinaleſ i dei ſapientia cõtemplant: ſed quorundã ſignoꝝ
nobiſ occultorum maiore experientia multo plura q̃ homineſ futura proſpiciũt:
diſpoſitioneſ quoq; ſuaſ aliquando prenũtiant. Deniq; ſepe iſti: nunq̃ illi omnino
fallũtur. Aliud eſt enĩ temporalibuſ tẽporalia & mutabilibuſ mutabilia cõiectare:
eiſq; temporalem & mutabilem modum ſue uoluntatiſ & facultatiſ inſerere: quod
demonibuſ certa ratiõe ꝑmiſſum eſt. aliud aũt in eterniſ atq; incõmutabilibuſ dei
legibuſ que i eiuſ ſapientia uiuũt mutatõneſ temporũ preuidere: deiq; uolũtatem
que tam certiſſima q̃ potentiſſima eſt: diuini ſpirituſ eiuſ participatõe cognoſcere:
quod ſanctiſ angeliſ recta diſcretione donatum eſt. Itaq; non ſolum eterni uerũ
etiam beati ſunt. bonũ autem quo beati ſunt: deuſ illiſ eſt a quo creati ſunt. Illiuſ
quippe indeclinabiliter participatione & contemplatione perfruuntur.

NOſ ſi platonici malunt deoſ q̃ demoneſ dicere: eiſq; ãnumerare quoſ a ſũmo
deo conditoſ deoſ ſcribit eorum auctor & magiſter Plato: dicãt qđ uolunt.
non enim cum eiſ de uerborum cõtrouerſia laborandũ eſt. Si n. eoſ ſic imortaleſ
aſſerunt ut tamen a ſummo deo factoſ: & ſi nõ per ſeipſoſ ſed ei a quo facti ſunt
adherendo beatoſ eſſe dicunt: hoc dicũt quod dicimuſ: quolibet eoſ noĩe appellẽt.
Hanc autem platonicorũ eſſe ſententiã: ſiue omniũ ſiue meliorũ: in eorum literiſ
inueniri poteſt. Nam & de ipõ noĩe quo huiuſmodi imortalem beatãq; creaturã
deoſ appellãt: ideo inter noſ & ipſoſ pene nulla diſſenſio eſt: qa & in noſtriſ ſacriſ
literiſ legit: deuſ deoꝝ dñſ locutuſ eſt. & alibi: Cõfitemini deo deorũ. & alibi. Rex
magnuſ ſup oẽſ deoſ. Illud aũt ubi ſcptũ ẽ. terribiliſ ẽ ſup oẽſ deoſ: cur dictũ ſit
deincepſ oſtendit. ſequit enĩ. Quoniã oẽſ dii gentiũ demõia: dominuſ aũt celoſ
fecit. Super omneſ ergo deoſ dixit: ſed gentiũ id eſt quoſ genteſ ꝓ diiſ habent: que
ſunt demõia. Ideo terribiliſ: ſub quo terrore dño dicebãt. uenisti ãte tempuſ ꝑdere
noſ? Illud uero ubi dicitur deuſ deorum: nõ poteſt intelligi deuſ demoniorum: &
rex magnuſ ſuper omneſ deoſ abſit ut dicatur & rex magnuſ ſuper oĩa demõia.
Sed hoĩeſ quoq; i populo dei eadem ſcriptura deoſ appellat. Ego inquit dixi dii
eſtiſ: & filii excelſi omneſ. Poteſt itaq; intelligi horũ deorũ deuſ: qui dictuſ ẽ deuſ
deorum: & ſuper hoſ deoſ rex magnuſ: ꝗ dictuſ eſt rex magnuſ ſuper omneſ deoſ.
Veruntamen cũ a nobiſ querĩt: ſi homineſ dicti ſunt dii: ꝙ in populo dei ſũt quẽ
per angeloſ uel per homineſ alloquitur deuſ: quãto magiſ immortaleſ eo nomine
digni ſunt: qui ea fruunt beatitudine ad quã deũ colendo cupiũt hoĩeſ ꝑuenire?
Quid reſpõ debimuſ: niſi nõ fruſtra i ſcripturiſ ſanctiſ expreſſiuſ hoĩeſ nũcupatoſ
deoſ: q̃ illoſ immortaleſ & beatoſ ꝗbuſ noſ eq̃leſ futuroſ in reſurrectiõe promittit.
ne ſcilicet ꝓpter illorum excellentiã aliquem eoꝝ nobiſ conſtituere deũ infideliſ

auderet infirmitaſ? Quod in hoīe facile eſt euitare. Et eui dentiuſ dici debuerunt homineſ dii in populo dei: ut certi ac fidenteſ fierent: eſſe eum deum ſuū q dictuſ eſt deuſ deorum. quia & ſi appellentur dii immortaleſ illi ac beati qui in celiſ ſūt: non tamen dicti ſūt dii deorū id eſt dii hominū in populo dei conſtituto⁊: q̄buſ dictum eſt. ego dixi dii eſtiſ: & filii excelſi omneſ. Hinc eſt quod ait apoſtoluſ. Et ſi ſunt q dicanē dii ſiue in celo ſiue in terra: ſicuti ſunt dii multi & domī multi: nobiſ tamen unuſ deuſ pater ex quo omnia & noſ in ipſo: & unuſ dominuſ Iheſuſ xp̄c: per quem omnia & noſ per ipſum. Non multū ergo de nomine diſputandum eſt: cum reſ ipſa ita clara ſit: ut a ſcrupulo dubitationiſ aliena ſit. Illud uero quod noſ ex eorum immortalium beatorum numero miſſoſ angeloſ eſſe dicamuſ: qui dei uoluntatem hōibuſ annū tiarent: illiſ autem non placet quia hoc miniſteriū non per illoſ quoſ deoſ appellant id eſt īmortaleſ & beatoſ: ſed p demoneſ fieri credūt: quoſ immortaleſ tm̄ nō etiā beatoſ audent dicere: aut certe ita immortaleſ ac bēoſ: ut tamen demoneſ bonoſ non deoſ ſublimiter collocatoſ. & ab hūana cōtrectatiōe ſemotoſ. Quāuiſ nominiſ controuerſia uideatur: tamen ita deteſtabile eſt nomen demonū: ut hoc modiſ oībuſ a ſanctiſ angeliſ noſ remouere debeamuſ. Nūc ergo ita liber iſte claudatur: ut ſciamuſ immortaleſ ac beatoſ quomodolibet uocenē: qui tamen facti & creati ſūt: medioſ nō eſſe ad immortalitatem beatitudinē p ducēdiſ mortalibuſ miſeriſ: a quibuſ utraq; differentia ſeparant. Qui aūt medii ſunt: cōem habendo immortalitatem cum ſuperioribuſ: miſeriam cum inferioribuſ: quoniam merito malitie miſeri ſunt: beatitudinem quā non habent inuidere nobiſ poſſunt potiuſ q̄ prebere. Vnde nihil habent amici demonū quod nobiſ dignū afferāt: cur eoſ tanq̄m adiutoreſ colere debeamuſ: quoſ potiuſ ut deceptoreſ uitare debemuſ. Quoſ autem bonoſ & ideo non ſolum immortaleſ: uerum etiam beatoſ deoꝝ noīe ſacriſ & ſacrificiiſ propter uitā beatā poſt mortem adipiſcendam colendoſ putant: qualeſcunq; illi ſint & quolibet uocabulo digni ſint: noſ eoſ uelle per tale religiōiſ obſequiū niſi unū deum coli: a quo creati & cuiuſ participatiōe beati ſūt: adiuuāte ipſo in ſequenti libro diligentiuſ diſſeremuſ.

OMniū certa ſententia ē q ratione quoquo modo uti poſſūt: beatoſ eſſe omneſ homineſ uelle. Qui aūt ſint uel unde fiāt dū mortaliū querit infirmitaſ: multe magneq; cōtrouerſie cōcitate ſūt: i q̄buſ philoſophi ſua ſtudia & ocia cōtriuerūt: quaſ in medium adducere atq; diſcutere & lōgum eſt & non neceſſariū. Si eni recolit q hec legit: quid in libro egerimuſ octauo: in elegēdiſ philoſophiſ cū quibuſ hec de beata uita que poſt mortem futura eſt queſtio tractaret: utrum ad eam uni deo uero q etiā eſt deorum effector: an plurimiſ diiſ religiōe ſacriſq; ſeruiendo puenire poſſimuſ: nō etiam hic eadem repeti expectet: preſertim cum poſſit relegendo ſi forte oblituſ eſt adminiculari memoriam. Elegimuſ eni platonicoſ oīum philoſophoꝝ merito nobiliſſimoſ: pptereā quia ſapere potuerunt: licet immortalem ac rationalem uel intellectualem hominiſ animam: niſi participato lumine illiuſ dei a quo & ipſa & munduſ factuſ eſt: beatam eſſe non poſſe. Ita & illud quod oēſ hoīeſ appetunt

id eſt uitam beatã: quenq̃ iſti aſſecuturũ negant: qui non illi uni optimo quod eſt
incõmutabilis deus puritate caſti amoris adheſerit. Sed q̃a & ipſi quoq; ſiue cedẽ-
tes uanitati errorīq; populorũ: ſiue ut ait apoſtolus euaneſcentes in cogitatiõibus
ſuis multos deos colendos eſſe putauerunt: uel putari uoluerunt: ut etiã quidã eorũ
demonibus diuinos honores ſacrorum & ſacrificiorũ deferendos eſſe cenſerent: q̃bus
iam ex parte non parua reſpondimus. Nũc uidendũ ac diſſerendum eſt q̃ntũ deus
donat: imortales ac beati in celeſtibus ſedibus dñationibus principatibus p̃tãtibus
conſtituti: quos iſti deos & ex quibus quoſdam uel bonos demones uel nobiſcum
angelos nominant: quo credendi ſũt uelle a nobis religionẽ pietatẽq; ſeruari: hoc ẽ
ut apertius dicã: utrũ etiã ſibi an tantũ deo ſuo q etiã noſter eſt placeat eis ut ſacra
faciamus & ſacrificemus: uel aliqua noſtra ſeu nos ipſos religiõis ritibus cõſecremus.
Hic eſt .n. diuinitati: uel ſi expreſſius dicendum eſt deitati debitus cultus: propter
quẽ uno uerbo ſignificandũ q̃m ſatis mihi idoneum nõ occurrit latinũ: greco ubi
neceſſe ẽ inſinuo quid uelim dicere. Latriã q̃ppe noſtri ubicũq; ſanctarũ ſcripturarũ
poſitum eſt: interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus que debet̃ hõibus: ſcd'm
quã precepit apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere: alio nomine grece
nuncupari ſolet. Latria uero ſcd'm conſuetudinem qua locuti ſunt q nobis diuina
eloquia cõdiderũt: aut ſemper aut tam frequenter ut pene ſemꝑ ea dicat̃ ſeruitus:
que pertinet ad colendũ deũ. Proinde ſi tãtummodo cultus ipſe dicat̃: nõ ſoli deberi
uidet̃. Dicimur .n. colere hoĩes: quos honorificatiõe: uel recordatiõe: uel preſentia
frequentamus. Nec ſolum ea q̃bus nos religioſa humilitate ſubiicimus: ſed quedã etiã
que ſubiecta ſũt nobis coli ꝓhibent̃. Nã ex hoc uerbo agricole & coloni & incole
uocant̃. Et ipſos deos non ob aliud appellant celicolas: niſi ꝙ celũ colant: nõ utiq;
uenerando: ſed inhabitando tanq̃ quoſdã celi colonos. nõ ſicut appellant̃ coloni q
cõditionẽ debent genitali ſolo ꝓpter agriculturã ſub dominio poſſeſſorũ: ſed ſicut
ait quidã latini eloquii magnus auctor. Vrbs ãtiqua fuit: tirii tenuere coloni. Ab
incolendo .n. colonos uocauit: non ab agricultura. Hinc & ciuitates a maioribus
ciuitatibus uelut populorũ examinibus condite: colonie nuncupãtur. Ac per hoc
cultũ quidem non deberi niſi deo: ꝓpria quadã notiõne uerbi huius uerisſimũ eſt.
Sed q̃a & aliarũ rerũ dicit̃ cultus: ideo latine uno uerbo ſignari cultus deo debitus
nõ poteſt. Nã & ipſa religio q̃uis diſtinctius nõ quẽlibet ſed dei cultũ ſignificare
uideat̃: unde iſto nomine interpretati ſunt noſtri eã que grece threſcia dicit̃: tamẽ
quia latina loquendi conſuetudine nõ ſolum imperitorũ: uerũ etiã doctiſſimorũ:
& cognatiõibus humanis atq; affinitatibus & q̃buſq; neceſſitudinibus dicit̃ exhibẽda
religio: nõ eo uocabulo uitat̃ ambiguũ cum de cultu deitatis uertitur queſtio: ut c̃
fidenter dicere ualeamus religionem nõ eẽ niſi dei cultum: q̃m uidet̃ hoc uerbũ a
ſignificanda obſeruãtia ꝓpinquitatis humane inſolenter auferri. Pietas quoq; ꝓprie
dei cultus intelligi ſolet: quã greci euſebian uocãt. Hec tñ & erga parentes officioſe
haberi dicit̃. more aũt uulgi hoc nomen etiã in opibus miſericordie frequẽtatur.
Quod ideo arbitror eueniſſe: q̃a hec fieri p̃cipue deus mãdat: eaq; ſibi uel p ſacri-
ficiis uel pre ſacrificiis placere teſtat̃. Ex qua loquendi cõſuetudine factũ eſt: ut &
deus ipẽ dicat̃ pius: quẽ tñ greci nullo ſuo ſermõis uſu euſeben uocãt: q̃uis euſebian
pro miſericordia illorũ etiã uulgus uſurpet. Vnde in quibuſdam ſcripturarũ locis ut
diſtinctio certior appareat: nõ euſebian q̃d ex bono cultu: ſed theoſebian q̃d ex
dei cultu compoſitũ reſonat: dicere maluerũt. Vtrũlibet aũt horũ nos uno uerbo
enũtiare nõ poſſumus. Que itaq; latria grece nuncupatur: & latine interpretatur

ſeruitus: ſed ea qua colimus deum: uel que treſcia grece latine aūt religio dicit. ſed ea que nobis ē erga deū: uel quā illi theoſebian nos uero nō uno uerbo exp̄mere: ſed dei cultum poſſumus appellare: hāc ei tm̄ deo deberi dicimus qui uerus eſt deus: facitq; ſuos cultores deos. Quicūq; igit̄ ſūt in celeſtibus habitatōnibus īmortales & beati: ſi nos nō amāt nec beatos eſſe nos uolūt: colendi utiq; nō ſunt. Si aūt amāt & btōs uolūt: p̄fecto inde uolūt unde & ipſi ſūt. An aliūde ipſi beati: aliūde nos?

SEd non eſt nobis ullus cum his excellentioribus philoſophis in hac queſtione conflictus. Viderūt.n. ſuiſq; literis multis modis copioſiſſime mādauerūt: hinc illos unde & nos fieri beatos: obiecto quodā lumine intelligibili qđ deus ē illis: et aliud eſt q̄ illi: a quo illuſtrant̄ ut clareāt: atq; eius participatōne perfecti beatiq; ſubſiſtant. Sepe multūq; Plotinus aſſerit ſenſum Platōis explanans: ne illā quidē quam credūt eſſe uniuerſitatis aīam aliunde beatā eſſe q̄ noſtrā: idq; eſſe lumē qđ ipſa non eſt ſed a quo creata eſt: & quo intelligibiliter illuminante intelligibiliter lucet. Dat etiam ſimilitudinē ad illa incorporea: de his celeſtibus cōſpicuis ampliſq; corporibus tanq̄ ipſe ſit ſol & ipſa ſit luna. Lunā quippe ſolis obiectu illuminari putat. Dicit ergo ille magnus platōicus: aīam rōnabilē ſiue potius intellectualis dicenda ſit: ex quo genere etiā īmortaliū beatorumq; aīas eſſe intelligit: quos in celeſtibus ſedibus habitare non dubitat: non habere ſupra ſe naturam niſi dei q̄ fabricatus ē mundū: a quo & ipſa facta eſt: nec aliunde illis ſup̄nis preberi uitā btām & lumen intelligentie ueritatis: q̄ unde prebet̄ & nobis: cōſonās euāgelio ubi legitur. Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat Iohānes: hic uēit in teſtimoniū: ut teſtimoniū perhiberet de lumine: ut oēs crederēt per eū. Nō erat ille lux: ſed ut teſtimōium perhiberet de lumine. Erat lumen uerū qđ illūiat omnē hoīem uenientē in hunc mundū. In q̄ differentia ſatis oſtendit̄: aīam rōnalem uel ītellectualē: qlis erat in Iohāne ſibi lumē eſſe nō poſſe: ſed alterius ueri luminis participatōne lucere. Hoc & ipſe Iohannes fatet̄: ubi ei perhibens teſtimoniū dicit. Nos oēs de plenitudine eius accepimus.

QVe cum ita ſint: ſi platōici uel quicūq; alii ita ſenſerūt cognoſcentes deū ſicut deum glorificarēt & gratias agerent: nec euaneſcerent in cogitationibus ſuis: nec populorū erroribus p̄tim auctores fierēt: partim reſiſtere nō auderēt: p̄fecto cōfiterent̄ & illis īmortalibus ac beatis & nobis mortalibus ac miſeris ut īmortales & beati eſſe poſſimus: unum deum deorum colendum qui & noſter eſt & illorum.

HVic nos ſeruitutem que latria grece dicit̄ ſiue in quibuſq; ſacramentis ſiue in nobiſipſis debemus. Huius.n. templū ſimul oēs: & ſinguli templa ſumus: qa & oīum cōcordiā & ſingulos inhabitare dignat̄. nō in oībus q̄ in ſingulis maior: quoniā nec mole diſtendit̄: nec partitōe minuit̄. Cū ad illū ſurſū ē: eius eſt altare cor noſtrū: eius unigenito cū ſacerdote placamur. ei cruētas uictimas cedimus: qn̄ uſq; ad ſanguinem p̄ eius ueritate certamus: ei ſuauiſſimū adolemus incenſum: cū in eius conſpectu pio ſanctoq; amore flagramus. Ei dona eius in nobis noſq; ipſos uouemus & reddimus: ei beneficiorum eius ſolennitatibus feſtis & diebus ſtatutis dicamus ſacramuſq; memoriā: ne uolumine temporū ingrata ſubrepat obliuio. Ei ſacrificamus hoſtiam humilitatis & laudis: ī ara cordis igne feruide caritatis. Ad hūc uidendum ſicut uideri poterit: eiq; coherendū: ab omni peccatorū & cupiditatum

malaꝝ labe mundamur: & eius noīe cōſecramur. Ipſe enim fons noſtre btītudinis: ipſe omnis appetitōnis eſt finis. Hunc eligentes uel potius religentes: amiſeramus enim negligentes. hunc ergo religentes unde & religio dicta perhibetur: ad eum dilectōe tendimus: ut perueniendo quieſcamus: ideo beati: quia illo fine perfecti. Bonū .n. noſtrū de cuius fine inter philoſophos magna contentio ē: nullū ē aliud q̄ illi cohererere: cuius unius aīa intellectualis incorporeo ſi dici pōt amplexu: ueris implet̄ fecundatq; uirtutibus. hoc .n. bonū diligere in toto corde: in tota aīma: et in tota uirtute p̄cipimur. Ad hoc bonū debemus & a qbus diligimur duci: & quos diligimus ducere: ſi complent̄ illa duo precepta in qbus tota lex pendet & ꝓphete. Diliges dominū deū tuū in toto corde tuo: & in tota anima tua: et in tota mente tua. & diliges ꝓximū tuū tanq̄ teipm. Vt .n. homo ſeſe diligere noſſet: cōſtitutus eſt ei finis quo referret oīa que ageret ut beatus eſſet. Non .n. qui ſe diligit aliud uult eſſe q̄ beatus. hic aūt finis eſt adherere deo. Iam igitur ſcienti diligere ſeipm: cōmendatur de ꝓximo diligendo ſicut ſeipſum. In quo quid aliud mādat̄: niſi ut ei quātum poteſt cōmendet diligendum deum? Hic eſt dei cultus: hec uera religio: hec recta pietas: hec tm̄ deo debita ſeruitus. Quecūq; igit̄ immortalis poteſtas q̄ntalibet uirtute predita ſi nos diligit ſicut ſeipſam: ei uult eſſe ſubditos ut beati ſimus: cui & ſubdita beata eſt. Si ergo non colit deū miſera eſt: q̄a deo priuat̄. ſi aūt colit deū: nō uult ſe coli ꝓ deo. Illi .n. potius diuine ſententie ſuffragat̄ & dilectiōis uiribus fauet: qua ſcriptum eſt: ſacrificans diis eradicabitur niſi dn̄o ſoli. Nam ut alia nunc taceam que pertinent ad religionis obſequiū quo colit̄ deus: ſacrificiū certe nullus hominum eſt qui audeat dicere deberi niſi dn̄o ſoli. Multa denīq; de cultu diuino uſurpata ſunt que honoribus deferunt̄ hūanis: ſiue hūilitate nimia: ſiue adulatōe peſtifera: ita tn̄ ut qbus ea deferunt̄ hoīes haberent̄: q̄ dicunt̄ colendi & uenerādi. ſi autē eis multū addit̄ & adorandi. Quis uero ſacrificandū cenſuit: niſi ei quē deū aut ſciuit aut putauit: aut finxit? Quā porro antiquus ſit in ſacrificādo dei cultus: duo illi fratres Cayn & Abel ſatis indicāt: quorum maioris deus reprobauit ſacrificiū: minoris aſpexit.

Vis autem ita deſipiat ut exiſtimet aliquibus uſibus dei eſſe neceſſaria que in ſacrificiis offerunt̄? Quod cū multis locis diuina ſcriptura teſtet̄: ne longum faciamus: breue illud de pſalmo cōmemorare ſufficiat. Dixi dn̄o deus meus es tu: q̄m bonorū meoꝝ nō eges. Nō ſolum igit̄ pecore uel qualibet alia re corruptibili atq; terrena: ſed ne ipſa quidem iuſticia hominis deū egere credendū eſt: totūq; q̄ recte colitur deus homini prodeſſe nō deo. Neq; enim fonti ſe quiſq̄ diceret profuiſſe ſi biberit: aut luci ſi uiderit. Nec q̄ ab antiquis patribus talia ſacrificia facta ſunt in uictimis pecorū que nunc dei populus legitime non facit: aliud intelligendum eſt: niſi rebus illis eas res fuiſſe ſignificatas que agunt̄ in nobis ad hoc ut inhereamus deo: & ad eundem finem proximo conſulamus. Sacrificiū ergo uiſibile: inuiſibilis ſacrificii ſacramentū id eſt ſacrum ſignū eſt. Vnde ille penitens apud ꝓphetam: uel ipſe propheta querens deū peccatis ſuis habere propiciū: ſi uoluiſſes inquit ſacrificiū dediſſem: utiq; holocauſtis non delectaberis. Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus: cor contritū & humiliatū deus nō ſpernit. Intueamur queadmodū ubi deū dixit nolle ſacrificiū: ibi deū oſtendit uelle ſacrificiū. Nō uult ergo ſacrificiū trucidati pecoris: ſed uult ſacrificiū contriti cordis. Illo igit̄ qd̄ eū nolle dixit: hoc ſignificat̄ quod eū uelle ſubiecit. Sic itaq; illa deum nolle dixit: quō a ſtultis ea uelle credit̄: uelut ſue gratia uoluptatis. Nam ſi ea ſacrificia que uult: quorum hoc unū eſt cor

cõtritũ & humiliatũ dolore penitendi: nollet eiſ ſacrificiiſ ſignificari que uelut ſibi delectabilia deſiderare putatuſ eſt: nõ utiq; de hiſ offerẽdiſ in lege ueteri p̃cepiſſet. & ideo mutãda erant oportuno certoq; iam tempore: ne ipſi deo deſiderabilia uel certe in nobiſ acceptabilia: ac nõ potiuſ que hiſ ſignificata ſũt crederent. Hinc & & alio loco pſalmi alteriuſ: ſi eſuriero inquit: non dicam tibi: meuſ eſt enim orbiſ terre & plenitudo eiuſ. Nunqd manducabo carneſ taurorũ: aut ſanguinẽ hircorũ potabo? Tanq̃ diceret. Utiq; ſi mihi neceſſaria eſſent: nõ a te peterem que habeo in poteſtate. Deinde ſubiũgenſ quid illa ſignificent. Immola inquit deo ſacrificiũ laudiſ: & redde altiſſimo uota tua. Et inuoca me in die tribulatõniſ: & eripiam te & magnificabiſ me. Item apud aliũ prophetã. In quo inquit apprehẽdã dominũ: & aſſumã deum meum excelſum? Si apprehendam illum in holocauſtiſ: in uitulis anniculiſ? Si acceptauerit dominuſ in milibuſ arietum: aut in deniſ milibuſ hircorũ pinguiũ? Si dedero primogenita mea pro impietate mea: fructũ uentriſ mei pro peccato anime mee? Si annũtiatũ eſt tibi homo bonũ: aut quid deuſ exquirat a te: niſi facere iudiciũ & diligere miſericordiã & paratũ eſſe ire cũ dño deo tuo. Et in huiuſ ,pphete uerbiſ utrunq; diſtinctũ eſt ſatiſq; declaratum: illa ſacrificia non requirere deum: quibuſ ſignificant̃ hec ſacrificia que requirit deuſ in epiſtola que ſcribit̃ ad hebreoſ. Benefacere inquit & cõmunicatoreſ eſſe nolite obliuiſci. talibuſ enim ſacrificiiſ placatur deuſ. Ac per hoc ubi ſcriptũ eſt: miſericordiã magiſ uolo q̃ ſacrificiũ: nihil aliud q̃ ſacrificio ſacrificiũ prelatũ oportet intelligi: q̃m illud quod ab hominibuſ appellatur ſacrificiũ: ſignũ eſt ueri ſacrificii. Porro aũt miſericordia uerũ ſacrificiũ eſt: unde dictũ eſt qđ paulo ante cõmemoraui: talibuſ .n. ſacrificiiſ placat̃ deuſ. Quecũq; igitur in miniſterio tabernaculi ſiue templi multiſ modiſ de ſacrificiiſ legunt̃ diuinituſ eſſe precepta: ad dilectionem dei & proximi ſignificãdo referunt̃. In hiſ enim duobuſ preceptiſ ut ſcriptũ eſt: tota lex pendet & prophete.

PRoinde uerum ſacrificiũ eſt omne opuſ quod agit̃: ut ſancta ſocietate inhereamuſ deo: relatum ſcilicet ad illum finem boni quo ueraciter poſſimuſ eſſe beati. Unde & ipſa miſericordia qua homini ſubuenit̃: ſi ,ppter deũ nõ fit: nõ eſt ſacrificiũ. Et ſi enim ab hoĩe fit uel offertur: tamen ſacrificiũ reſ diuina eſt: ita ut hoc quoq; uocabulo id latini uetereſ appellauerint. Unde ipſe homo dei nomini conſecratuſ eſt & deo deuotuſ: in q̃ntũ mũdo morit̃ ut deo uiuat: ſacrificium eſt. Nam & hoc ad miſericordiã pertinet: quã quiſq; in ſeipſum facit. Propterea ſcp̃tũ eſt. miſerere aĩe tue placenſ deo. Corpuſ etiã noſtrũ cũ per temperãtiã caſtigamuſ: ſi hoc quẽadmodum debemuſ propter deum facimuſ: ut nõ exhibeamuſ membra noſtra arma iniquitatiſ peccato: ſed arma iuſtitie deo: ſacrificiũ eſt. Ad qđ exhortãſ apoſtoluſ ait. Obſecro itaq; fratreſ uoſ p miſericordiam dei: ut exhibeatiſ corpora ueſtra hoſtiam uiuentem ſanctã deo placentẽ: rõnabile obſequiũ ueſtrũ. Si ergo corpuſ quo inferiore tanq̃ famulo uel tanq̃ inſtrumento utitur aĩa: ſcũ eiuſ bonuſ & rectuſ uſuſ ad deũ refertur ſacrificiũ eſt: q̃uãto magiſ aĩa ipſa cũ ſe refert ad deũ: ut igne amoriſ eiuſ accenſa formã concupiſcentie ſeculariſ amittat: eiq; tanq̃ incõmutabili forme ſubdita reformet̃: hinc ei placenſ q͏ ex eiuſ pulcritudĩe acceperit: fit ſacrificiũ. Quod idẽ apoſtoluſ cõſequẽter adiũgenſ: & nolite inquit cõformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate mentiſ ueſtre: ad ,pbãdũ que ſit uolũtaſ dei: quod bonũ & beneplacitum & perfectum. Cum igitur uera ſacrificia opera ſint miſericordie: ſiue in noſipſoſ ſiue in proximoſ que referuntur ad deũ: opera uero

miſericordie non ob aliud fiat: niſi ut a miſeria liberemur: ac p hoc ut beati ſimus:
quod non fit niſi a bono illo de quo dictum eſt: mihi aūt adherere deo bonū eſt:
profecto efficit̄ ut tota ipſa redempta ciuitas hoc eſt cōgregatō ſocietaſq; ſctoꝝ:
uniuerſale ſacrificiū offerat̄ deo per ſacerdotē magnū: qui etiā ſeipſum obtulit in
paſſiōe pro nobis: ut tāti capitis corpus eſſemus ſcd̄m formā ſerui. Hanc.n. obtulit:
in hac oblatus eſt: quia ſcd̄m hanc mediator eſt: in hac ſacerdos in hac ſacrificium
eſt. Cum itaq; nos hortatus eēt apoſtolus ut exhibeamus corpora noſtra hoſtiam
uiuam ſanctam deo placentem: rōnabile obſequiū noſtrū: & nō cōformemur huic
ſeculo: ſed reformemur ĩ nouitate ſenſus noſtri ad probandū que ſit uoluntas dei:
quod bonū & beneplacitū & pfectum: qd̄ totū ſacrificiū nos ipſi ſumus: dico enim
inquit per gratiam dei que data eſt mihi omībus qui ſunt inter uos: non plus ſape
q̄ oportet ſapere: ſed ſapere ad temperantiā: ſicut unicuiq; deus partitus ē fidei mē/
ſuram. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: oīa autē membra non
eoſdem actus habēt: ita multi unū corpus ſumus in xp̄o: ſinguli aūt alter alterius
membra habentes dona diuerſa ſcd̄m gratiā que data eſt nobis. Hoc ē ſacrificium
chriſtianoꝝ. multi unū corpus ſumus ĩ chriſto: qd̄ etiā ſacramēto altaris fidelibus
noto frequētat eccleſia: ubi ei demōſtrat̄ q̄ ĩ ipſa oblatōe quā offert ipa offerat̄.

Erito illi in celeſtibus ſedibus conſtituti ĩmortales
& beati: qui creatoris ſui participatōe cōgaudēt: cuius eternitate firmi: cuius
ueritate certi: cuius munere ſancti ſunt: qm̄ nos mortales & miſeros ut immortales
beatiq; ſimus miſericorditer diligūt: nolūt nos ſibi ſacrificare: ſed ei cuius & ipi nobiſcū
ſe eſſe nouerunt. Cum ipſis enī ſumus una ciuitas dei: cui dicit̄ in pſalmo. Glorioſa
dicta ſunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinat̄: pars in illis opitulat̄. De
illa quippe ſuperna ciuitate ubi dei uoluntas intelligibilis atq; incōmutabilis lex
eſt: de illa ſuper nos quodāmodo cura geritur. Nanq; ibi cura de nobis habita: ad
nos adminiſtrata per angelos ſancta illa ſcriptura deſcendit: ubi legit̄: ſacrificans
diis eradicabitur niſi deo ſoli. Huic ſcripture: huic legi: talibus preceptis tanta ſunt
atteſtata miracula: ut ſatis appareat cui nos ſacrificare uelint immortales ac beati:
qui hoc nobis uolunt eſſe quod ſibi.

NAm nimis uetera ſi commemorem: longius q̄ ſatis eſt reuoluere ui debor: que
miracula ſint facta atteſtātia pmiſſis dei: quibus ante annorū milia pdixit
Abrae: q̄ in ſemie eius oēs gētes bn̄dictōem fuerāt habiture. Quis.n. nō miret̄ eādē
Abrae filiū peperiſſe cōiugem ſterilē: eo tempore ſenectutis quo nec parere nec eē
fecunda iam poſſet: atq; in eiuſdem Abrae ſacrificio flammam celitus factam inter
diuiſas uictimas cucurriſſe: eidemq; Abrae predictum ab angelis celeſte incendium
ſodomorū: quos hōibus ſimiles hoſpitio ſuſceperat: & per eos de prole uentura dei
promiſſa tenuerat: ipſoq; imminente iam incendio miram de ſodomis per eoſdem
angelos liberationem Loth filii fratris eius. Cuius uxor ĩ uia retro reſpiciens: atq;
in ſalem repente cōuerſa: magno admonuit ſacramento: neminē in uia liberatiōis
ſue preterita deſiderare debere. Illa uero que & quanta ſunt: que iam per Moyſen
populo dei de iugo ſeruitutis eruendo in egypto mirabiliter geſta ſunt: ubi magi
Pharaonis hoc eſt regis egypti: q populū illū dn̄atione deꝓmebat: ad hoc facere
quedam mira permiſſi ſunt: ut mirabilius uincerentur. Illi.n. faciebant ueneficiis &
incantatōibus magicis: qbus ſunt mali angeli hoc eſt mali demōes dediti: Moyſes

autem tãto potentiuſ q̃nto iuſtiuſ in noĩe dei qui fecit celum & terrã: facientibuſ angeliſ eoſ facile ſupauit. Deniq; in tertia plaga deficientibuſ magiſ: decem plage per Moiſen magna miſteriorum diſpoſitõne complete ſunt: quibuſ ad dei populũ dimittendum Pharaoniſ & egyptioꝝ dura corda ceſſerunt. Moxq; penituit. Et eum abſcedenteſ hebreoſ conſequi conarent: illiſ diuiſo mari per ſiccũ tranſeũtibuſ: unda hinc atq; hinc in ſeſe redeũte cooperti & oppreſſi ſunt. Quid de illiſ miraculiſ dicam: que cum in deſerto idem populuſ duceret: ſtupenda diuinitate crebuerũt: aquaſ que bibi non poterant: miſſo in eaſ ſicut deuſ preceperat ligno amaritudine caruiſſe. ſitienteſq; ſatiaſſe: mãna eſurientibuſ ueniſſe de celo: & cũ eẽt colligẽtibuſ cõſtituta menſura: quicquid ampliuſ quiſq; collegerat exortiſ uermibuſ putruiſſe: ante uero diem ſabbatũ duplum collectũ quia ſabbato colligere nõ licebat: nulla putredine uiolatũ: deſiderãtibuſ carne ueſci que tãto populo nulla ſufficere poſſe uidebat: uolatilibuſ caſtra cõpleta & cupiditatiſ ardorẽ faſtidio ſacietatiſ extinctũ: obuioſ hoſteſ tranſitũq; prohibenteſ atq; preliãteſ: orãte Moyſe manibuſ eiuſ in figura cruciſ extenſiſ: nullo hebreorũ cadente pſtratoſ: ſeditioſoſ in populo dei: ac ſe ab ordinata diuinituſ ſocietate diuidenteſ. ad exemplum uiſibile inuiſibiliſ pene uiuoſ terra dehiſcente ſubmerſoſ: uirga percuſſã petrã tante multitudini abũdãtia fluenta fudiſſe: ſerpentiũ morſuſ mortiferoſ immiſſoſ ad penã iuſtiſſimã peccatoꝝ: in ligno exaltato atq; proſpecto eneo ſerpẽte ſanatoſ: ut & populo ſubueniretur afflicto & morſ morte deſtructa uelut crucifixe mortiſ ſimilitudine ſignificaret? Quem ſane ſerpentem propter facti memoriam reſeruatum: cum poſtea populuſ errãſ tanq̃ idolum colere cepiſſet: Ezechiaſ rex religioſa poteſtate deo ſeruienſ: cũ magna pietatiſ laude contriuit.

Hec & alia multa huiuſcemodi: que oĩa cõmemorare nimiſ longũ eſt: fiebant ad cõmendandũ uniuſ ueri dei cultũ: & multoꝝ falſorũq; ꝓhibendũ. Fiebãt autem ſimplici fide atq; fiducia pietatiſ: nõ incantationibuſ & carminibuſ nefarie curioſitatiſ arte compoſitiſ: quam uel magian: uel deteſtabiliore nomine goetian: uel honorabiliore theurgian uocant: qui quaſi conantur iſta decernere: & illicitiſ artibuſ deditoſ alioſ dãnabileſ quoſ & maleficoſ uulguſ appellat: hoſ.n. ad goetiã pertinere dicũt: alioſ aũt laudabileſ uideri uelint quibuſ theurgian deputant: cũ ſint utriq; ritibuſ fallacibuſ demonum obſtricti ſub nominibuſ angelorum. Nã & Porphiriuſ quandã quaſi purgationẽ anime per theurgian: cunctanter tamen et pudibunda quodãmodo diſputatione promittit: reuerſionem uero ad deum hanc artẽ pſtare cuiq̃ negat: ut uideaſ eũ inter uiciũ ſacrilege curioſitatiſ & philoſophie profeſſionẽ: ſententiiſ alternantibuſ fluctuare. Nunc.n. hãc artem tanq̃ fallacem & i ipſa actione periculoſam: & legibuſ prohibitã cauendã monet: nunc aũt uelut eiuſ laudatoribuſ cedenſ utilem dicit eſſe mũdãde parti aĩe: nõ quidẽ intellectuali qua rerum intelligibiliũ percipit ueritaſ nullaſ habentiũ ſimilitudineſ corporum: ſed ſpirituali qua corporaliũ rerum capiunt imagineſ. Hanc enim dicit ꝑ quaſdã conſecratõeſ theurgicaſ quaſ theletaſ uocant: idoneam fieri atq; aptam ſuſceptõem ſpirituũ & angelorum ad uidendoſ deoſ. ex qbuſ tñ theurgiciſ theletiſ fatet intellectuali aĩme nihil purgatõniſ accedere: quod eam faciat idoneam ad uidendum deum ſuũ: & perſpicienda ea que uera ſũt. Ex quo intelligi põt: qualiũ deorũ uel qualem uiſionem dicat fieri theurgiciſ conſecrationibuſ in qua non ea uident que uere ſunt. Deniq; animã rõnalem ſiue quod magiſ amat dicere intellectualem: in

ſuperna poſſe dicat euadere ſectā ſi quod eius ſpirituale eſt nulla theurgica fuerit arte purgatum: porro autē a theurgo ſpūalem purgari hactenus: ut nō ex hoc ad immortalitatem eternitatēq; perueniat. Quanq̄ itaq; diſcernat a demōibus angelos: aerea loca eſſe demonū: etherea uel empirrea diſſerens angelorum: et admoneat utendum alicuius demonis amicitia: quo ſubuectante uel paululū poſſit eleuari a terra quiſq; poſt mortem: aliā uero uiā eſſe phibeat ad angeloꝝ ſuperna cōſortia: cauendā tñ demonū ſocietatem expreſſa quodāmodo confeſſione teſtat: ubi dicit aīam poſt mortem luēdo penas cultum demonū a qbus circūueniebat horreſcere. Ipſamq; theurgiam quā uelut conciliatricem angeloꝝ deorūq; commendat: apud tales agere poteſtates negare nō potuit: que uel ipſe inuideant purgationi anime: uel artibus ſeruiant inuidorū: querelam de hac re chaldei neſcio cuius expromens. Conquerit inquit uir in chaldea bonus: purgande aīe magno molimie fruſtratos ſibi eſſe ſucceſſus: cū uir ad eadem potens: tactus inuidia adiuratas ſacris precibus potentias alligaſſet: ne poſtulata cōcederent. Ergo & ligauit ille inquit: & iſte nō ſoluit. Quo iudicio dixit apparere theurgiam eſſe tam boni conficiendi q̄ mali et apud deos & apud hoīes diſciplinā: pati etiā deos & ad illas ꝑturbatōes paſſioneſq; deduci: quas cōmuniter demonibus & hominibus Apuleius attribuit. Deos tamē ab eis etheree ſedis altitudine ſeparans: & Platōis aſſerens ī illa diſcretiōe ſententiam.

Ecce nunc alius platonicus quem doctiorem ferūt Porphirius: neſcio per quā theurgicam diſciplinā etiā ipſos deos obſtrictos paſſionibus & ꝑturbatōibus dicit: quoniam ſacris precibus adiurari terreriq; potuerūt: ne preſtarent aīme purgationē: & ita terreri ab eo qui imperabat malum: ut ab alio qui poſcebat bonum per eandem artem theurgicam ſolui timore illo nō poſſent: & ad dandū beneficiū liberari. Quis nō uideat hec oīa fallaciū demonū eē cōmenta: niſi eoꝝ miſerrimus ſeruus & a gratia ueri liberatoris alienus? Nā ſi hec apud deos agerent bonos: plus ibi utiq; ualeret beneficus purgator aīme: q̄ maliuolus impeditor. Aut ſi diis iuſtis homo pro quo agebatur purgatōne uidebat indignus: nō utiq; ab inuido territi: nec ſicut ipſe dicit ꝑ metū ualētioris numinis impediti: ſed iudicio libero id negare debuerunt. Mirum eſt autē q͝ benignus ille chaldeus qui theurgicis ſacris animam purgare cupiebat: non inuenit aliquem ſuperiorem deū: q uel plus terreret atq; ad bñfaciendū cogeret territos deos: uel ab eis terrentē cōpeſceret ut libere bñfacerēt. Sic tamen theurgo bono ſacra defuerūt: quibus ipſos deos quos inuocabat anime purgatores: prius ab illa timoris peſte purgaret. Quid. n. cauſe eſt: cur deus potētior adhiberi poſſit a quo terreāt: nec poſſit a quo purgēt? An inuenit deuſq exaudiat inuidum & timorem diis incutiat ne benefaciant: nec inuenitur deus qui exaudiat beniuolum & timorem diis auferat ut benefaciant? O theurgia preclara: o anime predicāda purgatio: ubi plus imperat īmūda inuidentia: q̄ impetrat pura bñficiētia: imo uero malignorū ſpirituū cauenda & deteſtanda fallacia: & ſalutaris audiēda doctrina. Quid enim? Quia has ſordidas purgationes ſacrilegis ritibus operantur: quaſdam mirabiliter pulcras ſicut iſte cōmemorat uel angeloꝝ imagīes: uel deoꝝ tanq̄ purgato ſpiritu uidēt: ſi tñ uel tale aliqd uident: illud eſt qđ apoſtolus dicit: qm̄ ſathanas transfigurat ſe uelut āgelū lucis. Eius. n. ſūt illa fātaſmata: q miſeras aīas multorū falſorumq; deorū fallacibus ſacris cupiens irretire: & a uero ueri dei cultu quo ſolo mundant & ſanantur auertere: ſicut de Protheo dictum ē: formas ſe uertit in omnes. hoſtiliter inſequens: fallaciter ſubueniens: & utrobiq; nocens.

MElius ſapuit iſte Porphirius:cũ ad Anebontem ſcripſit egyptiũ:ubi cõſulenti
ſimilis & querenti:& pdit artes ſacrilegas & euertit. Et ibi quidẽ omes demões
reprobat: quos dicit ob imprudentiam trahere humidum uaporem:& ideo non in
ethere ſed in aere eẽ ſub luna:atq; in ipſo lune globo. Verũtamen nõ audet omes
fallacias & malicias & ineptias quibus merito mouetur: omnibus demonibus dare.
Quoſdam nanq; benignos demones more appellat aliorum:cum omnes generaliter
imprudentes eſſe fateatur. Miratẽ autẽ q non ſolum dii alliciant̃ uictimis:ſed etiã
cõpellant̃ atq; cogant̃ facere quod homines uolũt:& ſi corpore & incorporalitate
dii a demonibus diſtinguunt̃: quomodo deos eſſe exiſtimandũ ſit ſolem & lunã:
& uiſibilia cetera in celo que corpora eſſe nõ dubitat. Et ſi dii ſũt:quõ alii benefici
alii malefici eſſe dicant̃:& quõ incorporalibus cũ ſint corporei coniũgant̃. Querit
etiam uelut dubitans utrum in diuinantibus & quedã mira facientibus anime ſint
potentiores:an aliqui ſpiritus extrinſecus ueniant per quos hec ualeant:& potius
uenire extrinſecus coniicit:eo q lapidibus & herbis adhibitis & alligant quoſdam:
& aperiant clauſa oſtia:uel aliqd eiuſmodi mirabiliter operant̃. Vnde dicit alios
opinari eſſe quoddam genus cui exaudire ſit propriũ:natura fallax:omni forme
multimodũ:ſimulans deos & demones & animas defunctorũ:& hoc eſſe qd̃ efficiat
hec omnia que uidentur bona eſſe uel praua. Ceterum circa ea que uere bona ſunt
nihil opitulari:imo uero iſta nec noſſe:ſed & male cõciliare & inſimulare atq; im/
pedire nõnũq̃ uirtutis ſedulos ſectatores:& plenũ eẽ temeritatis & faſtus:gaudere
nidoribus.adulationibus capi:& cetera que de hoc genere fallaciũ malignorumq;
ſpirituũ qui extrinſecus in animam ueniunt:humanoſq; ſenſus ſopitos uigilanteſq;
deludunt:non tanq̃ ſibi perſuaſa confirmat:ſed tam tenuiter ſuſpicat̃ aut dubitat:
ut hec alios aſſerat opinari. Difficile quippe fuit tanto philoſopho:cũctã diabolicã
ſocietatem uel noſſe uel fidenter arguere:quã quelibet anicula chriſtiana nec noſſe
cunctatur & liberrime deteſtat̃. Niſi forte iſte:& ipſum ad quem ſcribit Anebõtẽ
tanq̃ talium ſacrorum preclariſſimum antiſtitem:& alios taliũ operũ tãq̃ diuinoꝝ
& ad deos colendos pertinentiũ admiratores:uerecundat̃ offendere. Sequit̃ tamẽ
& ea uelut inquirendo cõmemorat:que ſobrie conſiderata tribui non poſſunt niſi
malignis & fallacibus poteſtatibus. Querit enim cur tanq̃ melioribus inuocatis:q̃ſi
peioribus imperet̃ ut iniuſta homis precepta exequant̃:cur attrectatũ re uenerea
non exaudiant imprecãtem:cũ tamen ipſi ad inceſtus quoſq; cõcubitus quoslibet
ducere non moreñt:cur ab aſantibus ſuos antiſtites oportere abſtinere denũtient:
ne uaporibus profecto corporeis polluant̃:ipſi uero & aliis uaporibus illiciantur
& nidoribus hoſtiarum:cũq; a cadaueris contactu prohibeat̃ inſpector:& plerũq;
illa cadaueribus celebrentur:quid ſit qd̃ nõ demoni uel alicui aĩme defuncti:ſed
ipſi ſoli & lune aut cuicũq; celeſtiũ:homo cuilibet uicio obnoxius intendit minas:
eoſq; terreat falſo ut eis extorqueat ueritatẽ. Nã & celum ſe collidere cõminatur:
et cetera ſimilia homini impoſſibilia:ut illi dii tanq̃ inſipientiſſimi pueri falſis et
ridiculis cõminationibus territi:qd̃ imperat̃ efficiãt. Dicit etiã ſcripſiſſe Ceremonẽ
quendam talium ſacrorũ uel potius ſacrilegorum peritum: ea que apud egyptios
celebrantur:uel de Iſide uel de Oſyride marito eius:maximã uim habere cogẽdi
deos ut faciant imperata:quando ille q carminibus cogit ea ſe prodere uel euertere
cõminatur.ubi ſe etiã Oſyridis membra diſſipaturũ terribiliter dicit: ſi facere iuſſa
neglexerint. Hec atq; huiuſmodi uana et inſana diis hominem minari:nec quibuſlibet

ſed ipſiſ celeſtibuſ & ſiderea luce fulgentibuſ nec ſine effectu ſed uiolenta poteſtate cogentē atq; hiſ erroribuſ ad facienda que uoluerit pducentē merito Porphiriuſ admirat, imo uero ſub ſpecie mirantiſ & cauſaſ rerū taliū requirentiſ: dat intelligi illoſ hec agere ſpūſ quorum genuſ ſuperiuſ ſub aliorum opinatōe deſcripſit: non ut ipſe poſuit natura ſed uicio fallaceſ qui ſimulāt deoſ & animaſ defunctorum: demoneſ autem non ut ait ipſe ſe ſimulant ſed plane ſunt. Et ꝙ ei uidet herbiſ & lapidibuſ & animantibuſ: & ſoniſ certiſ quibuſdam ac uocibuſ & figurationibuſ atq; figmentiſ: quibuſdam etiā obſeruatiſ in celi conuerſione motibuſ liderū: fabricari in terra ab hominibuſ poteſtateſ idoneaſ uariſ effectibuſ exequendiſ: totū hoc ad eoſdem ipſoſ demoneſ pertinet ludificatoreſ aīaꝝ ſibimet ſubditaꝝ & uoluptaria ſibi ludibria de hominū erroribuſ exhibenteſ. Aut ergo reuera dubitanſ & ingreſ iſta Porphiriuſ: ea tamen cōmemorat quibuſ cōuincant & redarguant: nec ad eaſ poteſtateſ que nobiſ ad beatam uitam capeſſendā fauēt ſed ad deceptoreſ dēoneſ pertinere monſtrentur aut ut meliora de philoſopho ſuſpicemur eo modo uoluit hominem egyptum talibuſ erroribuſ deditū & aliqua magna ſe ſcire opinantem: nō ſuperba quaſi auctoritate doctoriſ offendere nec aperte aduerſantiſ altercatōe turbare: ſed q̄ſi querentiſ & diſcere cupientiſ humilitate ad ea cogitanda conuertere: & q̄ ſint contempnenda uel etiam deuitanda monſtrare. Denicq; prope ad epiſtole finem petit ſe ab eo doceri: que ſit ad btitudinem uia ex egyptia ſapientia. Ceterū illoſ quibuſ cōuerſatio cum diſ ad hoc eſſet: ut ob inueniendū fugitiuū uel pdiū comparandū: uel propter nuptiaſ uel mercaturā: uel qd huiuſmodi mentē diuinā inquietarent: fruſtra eoſ uideri dicit coluiſſe ſapientiā. Illa etiā ipſa numina cum quibuſ conuerſarentur: & ſi de ceteriſ rebuſ uera predicerent: tamē qm̄ de btitudine nihil cautum nec ſatiſ idoneum monerent: nec deoſ illoſ eſſe nec benignoſ demoneſ: ſed aut illum qui dicitur fallax: aut humanum omne cōmentū. Verū quia tanta & talia gerunt hiſ artibuſ: ut uniuerſum modum humane facultatiſ excedāt: quid reſtat niſi ut ea que mirifice tanq̄ diuinituſ predici uel fieri uidēt: nec tū ad uniuſ dei cultū referunt: cui ſimpliciter inherere fatentibuſ quoq; platoniciſ & p multa teſtantibuſ ſolum beatificum bonū eſt: malignoꝝ demonū ludibria & ſeductoria impedimenta que uera pietate cauenda ſunt: prudenter intelligantur.

PORro autē quecunq; miracula ſiue per angeloſ ſiue quocunq; mō ita diuiniſ fiunt: ut dei uniuſ in quo ſolo beata uita eſt cultū religionemq; cōmendent: ea uere ab eiſ uel per eoſ qui noſ ſcd̄m ueritatem pietatemq; diligūt fieri: ipſo deo in illiſ operante credendum eſt. Neq; n. audiendi ſūt: qui deum inuiſibilē uiſibilia miracula operari negant: cū ipſe etiā ſcd̄m ipſoſ fecerit mundū: quē certe uiſibilē negare non poſſunt. Quidquid igitur mirabile fit ī hoc mundo: profecto minuſ eſt q̄ totuſ hic munduſ id eſt celum & terra & oīa que in eiſ ſūt: que certe deuſ fecit. Sicut aūt ipſe qui fecit: ita moduſ quo fecit occultuſ eſt & incōprehenſibiliſ homī. Quāuiſ itaq; miracula uiſibiliū naturarum uidendi aſſiduitate uiluerint: tamē cū ea ſapienter intuemur: inuſitatiſſimiſ rariſſimiſq; maiora ſūt. Nā & omī miraculo qd̄ fit per hominē: maiuſ miraculum ē homo. Quapropter deuſ qui fecit uiſibilia celum & terram: non dedignatur facere uiſibilia miracula in celo uel in terra: qbuſ ad ſe inuiſibilem colendum excitet animā: adhuc uiſibilibuſ deditā. Vbi uero & qn̄ faciat: incōmutabile cōſiliū peneſ ipſum eſt: in cuiuſ diſpoſitōe iam tempora facta ſunt quecūq; futura ſunt. Nam temporalia mouenſ tempaliter non mouetur: nec

aliter nouit facienda q̄ facta: nec aliter inuocantes exaudit: q̄ inuocaturos uidet. Nā & cū exaudiūt āgeli eius: ipſe i eis exaudit tāq̄ i uero nec manufacto tēplo ſuo: ſicut in oīnibus ſā̄ctis ſuis. eiuſq; tpaliter fiunt iuſſa: eterna eius lege conſpecta.

NEc mouere debet: φ cum ſit inuiſibilis: ſepe uiſibiliter patribus apparuiſſe memoratur. Sicut enim ſonus quo auditur ſententia in ſilentio intelligentie conſtituta: non eſt hoc quod ipſa: ita & ſpecies qua uiſus eſt deus in natura inuiſibili conſtitutus: nō erat qđ ipſe. Veruntn̄ ipſe in eadē ſpecie corporali uidebatur: ſicut illa ſententia in ip̄o ſono uocis audit̄. nec illi ignorabāt inuiſibilem deum in ſpecie corporali nequaq̄ ſe poſſe uidere. Nā & loquebatur cū loquente Moyſe: & ei tn̄ dicebat. Si inueni gratiā ante te: oſtende mihi temetipſū ſcienter ut uideam te. Cum igitur oporteret dei legē in edictis angeloꝝ terribiliter dari: nō uni homini paucis ue ſapientibus ſed uniuerſe genti & populo ingēti: corā eodem populo magna facta ſunt in monte ubi lex per unū dabatur: conſpiciēte multitudine metuenda & tremenda que fiebant. Non.n. populus iſrael ſic Moyſi credidit: quemadmodum ſuo ligurgo lacedemonii: φ a Ioue ſeu Apolline leges q̄s condidit accepiſſet. Cum enim lex dabatur populo qua coli unus iubebatur deus: in cōſpectu ipſius populi quātū ſufficere diuina ꝓuidentia iudicabat: mirabilibus rerū ſignis & motibus apparebat: ad eandē legem dandā creatori ſeruire creaturā.

SIcut autem unius hominis: ita humani generis quod ad dei populū pertinet recta eruditio per quoſdā articulos temporum tanq̄ etatū ꝓfectis acceſſibus: ut a tēporalibus ad eterna capienda: & a uiſibilibus ad inuiſibilia ſurgeret: ita ſane ut etiam illo tempore quo uiſibilia promittebant̄ diuinitus premia: unus tantum colendus cōmendaretur deus: ne mens humana uel pro ipſis terrenis uite tranſitorie beneficiis cuiq̄ niſi uero anime creatori & dn̄o ſubderet. Omnia quippe que p̄ſtare hoībus uel angeli uel hoīes poſſūt: in unius eſſe omīpotentis poteſtate: quiſquis diffitet̄ inſanit. De prouidentia certe Plotinus platonicus diſputat: eāq; a ſummo deo cuius eſt intelligibilis atq; ineffabilis pulcritudo: uſq; ad hec terrena & ima pertingere floſculorum atq; foliorum pulcritudinem comprobat: que omnia quaſi abiecta & uelociſſime pereuntia: decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere nō poſſe cōfirmat: niſi inde formentꝰ ubi forma intelligibilis & incōmutabilis ſimul habēs omnia perſeuerat. Hoc dominus Ieſus ibi oſtendit ubi ait. Conſiderate lilia agri quō creſcunt: non laborant neq; nent. Dico aūt uobis: quia nec Salomon in omni gloria ſua ſic amictus eſt: ſicut unū ex his. Quod ſi fenū agri qđ hodie eſt: & cras in clibanū mittitur ſic deus ueſtit: quanto magis uos modice fidei. Optime igit̄ aīa humana adhuc terrenis deſideriis infirma: ea ipſa que temporaliter exoptat bona infima atq; terrena ſuite huic tranſitorie neceſſaria: & p̄ illius uite ſēpiterne bn̄ficiis contempnenda: non tn̄ niſi ab uno deo expectare cōſueuit: ut ab illius cultu etiam in iſtoꝝ deſiderio non recedat: ad quē contemptu eorū & ab eis auerſiōe ꝑueniat.

SIt itaq; diuīe prouidentie placuit ordinare temporꝝ curſum: ut queadmodū dixi & i actibus apoſtolorū legitur: lex in edictis angeloꝝ daretur de unius ueri dei cultu: in quibus & perſona ipius dei non quidem per ſuam ſubſtantiā qua ſemper corruptibilibus oculis inuiſibilis permanet: ſed certis indiciis per ſubiectam

creatori creaturā uiſibiliter appareret: & ſillabatim p tranſitoria tempoꝝ morulas
humane lingue uocibus loqueretur: qui in ſua natura nō corporaliter ſed ſpūaliter:
non ſenſibiliter ſed intelligibiliter: non temporaliter ſed ut ita dicam eternaliter:
nec incipit loqui nec deſinit: quod apud illum ſinceriꝰ audiūt: non corporis aure
ſed mentis miniſtri eius & nuntii: q eius ueritate incōmutabili pfruunē imortaliter
beati: & quod faciendum modis ineffabilibus audiunt: & uſq; in iſta uiſibilia atq;
ſenſibilia perducendum: incunctanter atq; indifficulter efficiunt. Hec autem lex
diſtributione temporum data eſt: que prius haberet ut dictū eſt promiſſa terrena:
quibus tamen ſignificarentur eterna: que uiſibilibus ſacramentis celebrarent multi:
intelligerent pauci. Vnius tamen dei cultus apertiſſima illic & uocū & rerū oīum
conteſtatione precipitur: non unius de turba: ſed qui fecit celum & terram: & omnē
animā & omnem ſpiritum: q non eſt quod ipſe. Ille enim fecit: hec facta ſunt: atq;
ut ſint & bene ſe habeant: eius indigent a quo facta ſunt.

Quibus igitur angelis de beata & ſempiterna uita credendum eſſe cenſemus?
Vtrum eis qui ſe religionis ritibus coli uolunt: ſibi ſacra & ſacrificia flagitātes
a mortalibus exhiberi: an eis qui hūc omnē cultū uni deo creatori omniū deberi
dicunt: eiq; reddendum uera pietate precipiunt: cuius & ipſi contemplatione beati
ſunt: & nos futuros eſſe promittūt. Illa nanq; uiſio dei tante pulcritudinis uiſio ē:
& tāto amore digniſſima: ut ſine hac quibuſlibet aliis bonis preditū atq; abūdantē:
non dubitet Plotinus infeliciſſimū dicere. Cum ergo ad hūc unū quidam angeli:
quidam uero ad ſeipſos latria colendos ſignis mirabilibus excitent: & hoc ita ut illi
iſtos coli prohibeant: iſti aūt prohibere non audeant: quibus potius ſit credendū:
reſpondeant platonici: reſpondeant quicunq; philoſophi: reſpondeant theurgi uel
potius periurgi. Hoc enī ſunt ille omnes artes uocabulo digne. Poſtremo rńdeāt
homines: ſi ullus nature ſue ſenſus q rōnales creati ſūt: ex aliqua parte uiuit in eis.
Reſpondeant inquā: eis ne ſacrificandū ſit diis uel angelis: qui ſibi ſacrificari iubent:
an illi uni cui iubēt hi qui & ſibi & iſtis phibent. Si nec iſti nec illi ulla miracula
facerent: ſed tantū preciperent: alii quidem ut ſibi ſacrificaretur: alii uero id uetarēt:
ſed uni tantum iuberēt deo: ſatis deberet pietas ipſa diſcernere: quid horū de faſtu
ſuperbie: quid de uera religiōe deſcenderet. Plus etiā dicā. Si tantū hi mirabilibus
factis humanas animas permouerent qui ſacrificia ſibi expetunt: illi autem qui hoc
prohibent & uni tantū deo ſacrificari iubent: nequaq̄ iſta uiſibilia miracula facere
dignarentur: profecto non ſenſu corporis ſed rōne mentis preponenda eorum eſſet
auctoritas. Cum uero deus id egerit ad cōmendanda eloqa ueritatis ſue: ut p iſtos
immortales nuntios non ſui faſtum ſed maieſtatē illius predicātes: faceret maiora:
certiora: clariora miracula: ne infirmis piis illi q ſacrificia ſibi expetūt falſā religionē
facilius perſuaderent: eo q ſenſibus eorum quedā ſtupenda mōſtrarent: quē tandē
ita deſipere libeat ut non uera eligat que ſectetur: ubi et ampliora inuenit que
miretur? Illa quippe miracula deorū gentiliū que cōmendat hiſtoria: nō ea dico
que interuallis tempoꝝ occultis ipſius cauſis mundi: ſuerunt tamē ſub diuina puidētia
conſtitutis & ordinatis: monſtruoſa contingunt: quales ſūt inuſitati partus aīaliū:
& celi terreq; rerum inſolita facies: ſiue tantū terrens: ſiue etiam nocens: que procurari
atq; mitigari demoniacis ritibus fallaciſſima eorū aſtutia phibent. Sed ea dico que
ui ac ptāte eorum fieri ſatis euidenter apparet. ut eſt: q effigies deorum penatium
quos de troia Aeneas fugiens aduexit: de loco in locū migraſſe referūtur: q cotem

Tarquiniuſ nouacula ſecuit: q epidauriuſ ſerpenſ Eſculapio nauigāti romā comeſ
adheſit: q nauim qua ſimulachrum matriſ Frigie uehebatur: tātiſ hominū boūq;
conatibuſ immobilem redditam: una muliercula zona alligatam ad ſue pudicitie
teſtimoniū mouit & traxit: q uirgo ueſtaliſ de cuiuſ corruptiōe queſtio uertebať:
aqua impleto cribro de tyberi neq; profluente: abſtulit cōtrouerſiam. Hec ergo
atq; alia huiuſcemōi neq̄q̄ illiſ que in populo dei facta legimuſ: uirtute ac magni/
tudine conferenda ſunt. Quāto minuſ ea que illorum quoq; populorum qui taleſ
deoſ coluerūt: legibuſ iudicata ſūt prohibenda atq; plectenda: magica ſcilicet uel
theurgica. Quorum pleraq; ſpecietenuſ mortaliū ſenſuſ imaginaria ludificatione
decipiūt: q̄le eſt lunā deponere donec ſuppoſitaſ ut ait Lucanuſ ꝓpior deſpumet
in herbaſ. Quedam uero & ſi nōnulliſ piorū factiſ uideanť opere coequari: finiſ
ipſe quo diſcernunť: incomparabiliter hec noſtra oſtendit excellere. Illi.n. multi
tāto minuſ ſacrificiiſ colendi ſunt: q̄nto magiſ hec expetūt. hiſ uero unuſ cōmēdať
deuſ: qui ſe nulliſ talibuſ indigere: & ſcripturaꝝ ſuarū teſtificatōe: & eorūdē poſtea
ſacrificiorum remotione demonſtrat. Si qui ergo angeli ſibi expetunt ſacrificium:
preponendi eiſ ſunt qui non ſibi ſed deo creatori omniū cui ſeruiunt. Hinc enim
oſtendunt q̄ ſincero amore noſ diligunt: q̄ndo per ſacrificiū non ſibi ſed ei ſubdere
noſ uolunt: cuiuſ & ipſi cōtemplatōe beati ſunt: & ad eum noſ peruenire querunt: a
quo ipſi non receſſerunt. Si aūt angeli q nō uni ſed plurimiſ ſacrificia fieri uolūt:
non ſibi ſed eiſ diiſ uolunt quorum deorum āgeli ſunt: etiam ſic eiſ ꝑponendi ſunt
illi qui uniuſ dei deorū angeli ſunt: cui ſacrificari ſic iubent ut alicui alteri uetēt:
cum eoꝝ nulluſ huic uetet: cui uni iſti ſacrificari iubent. Porro ſi qd᷑ magiſ indicat
eorum ſuperba fallacia: nec boni nec bonorum deorū angeli ſūt ſed demoneſ mali:
qui non unū ſolum ac ſummū deum ſed ſeipſoſ ſacrificiiſ coli uolunt. quod maiuſ
q̄ dei uniuſ contra eoſ eligendum eſt preſidium cui ſeruiunt angeli boni: qui non
ſibi ſed illi iubent ut ſacrificio ſeruiamuſ: cuiuſ noſ ipſi ſacrificiū eſſe debemuſ.

PRoinde lex dei que in edictiſ data eſt angelorum. i qua unuſ deuſ deorum
religione ſacroꝝ iuſſuſ eſt coli: ali uero q̄libet prohibiti: in arca erat poſita:
que arca teſtimonii nuncupata eſt. Quo noīe ſatiſ ſignificať: non deū qui per illa
omnia colebatur circumcludi ſolere uel contineri loco: ſed cum reſpōſa eiuſ & quedā
humāiſ ſenſibuſ darentur ſigna ex illiuſ arce loco: ſed uolūtatiſ eiuſ hinc teſtimōia
perhiberi: q etiā ipſa lex erat in tabuliſ conſcripta lapideiſ. & i arca ut dixi poſita:
quam tempore peregrinatōniſ in heremo cum tabernaculo qd᷑ ſimiliter appellatū
eſt tabernaculum teſtimonii: cū debita ſacerdoteſ ueneratōne portabāt. Signūq;
erat q per diem nubeſ apparebat: que ſicut igniſ nocte fulgebať. Que nubeſ cum
moueretur caſtra mouebanť: & ubi ſtaret caſtra ponebanť. Reddita ſunt aūt illi
legi magni miraculi teſtimonia: preter iſta que dixi: & ꝑter uoceſ que ex illiuſ arce
loco edebanť. Nā cum terrā promiſſioniſ intrantibuſ eadem arca tranſiret: iordāiſ
fluuiuſ ex parte ſuperiore ſubſiſtenſ: & ex inferiore decurrēſ: & ipſi & populo ſiccū
prebuit tranſeundi locum. Deīde ciuitatiſ que prima hoſtiliſ occurrit more gentiū
deoſ plurimoſ colenſ: ſeptieſ eadem arca circūacta: muri repente ceciderunt nulla
manu oppugnati: nullo ariete percuſſi. Poſt hoc etiam cum in terra promiſſioniſ
eſſent: & eadem arca propter eorum peccata fuiſſet ab hoſtibuſ capta: hi qui eam
ceperāt in templo dei ſui quem pre ceteriſ colebāt honorifice collocarūt: abeūteſq;

clauſerunt: ſaptoq; poſtera die ſimulachꝝ cui ſupplicabant inuenerūt collapſum: deformiterq; confractū. Deinde ipſi prodigiiſ acti deformiuſq; puniti: arcā diuini teſtimonii populo unde ceperant reddiderunt. Ipſa autem redditio qualiſ fuit? Impoſuerunt eam plauſtro: eiq; iuuencaſ a quibuſ uitulos ſugenteſ abſtraxerant ſubiunxerūt: & eaſ quo uellent ire ſiuerūt: etiā hic uim diuinā explorare cupiētes. At ille ſine homine duce atq; rectore ad hebreoſ uiam pertinaciter gradientes: nec reuocate mugitibuſ eſurientiū filioꝝ: magnū ſacramētū ſuiſ cultoribuſ reportarūt. Hec atq; huiuſmodi deo parua ſunt: ſed magna terrendiſ ſalubriter erudiendiſq; mortalibuſ. Si enim philoſophi pręcipueq; platonici rectiuſ ceteriſ ſapuiſſe laudant: ſicut paulo ante cōmemorauimus: q̄ diuinā prouidentiā hec quoq; rerum infima atq; terrena adminiſtrare docuerunt: numeroſarum teſtimonio pulcritudinū: que non ſolum in corporibuſ aīaliū: uerū etiam in herbiſ fenoq; gignunt: quāto euidētiuſ hec atteſtant diuinitati que ad horam predicationiſ eiuſ fiūt: ubi ea religio commendatur: que omnibuſ celeſtibuſ terreſtribuſ inferniſq; ſacrificari uetat: uni deo tantum iubenſ: qui ſoluſ diligenſ & dilectuſ beatoſ facit: eorūq; ſacrificiorū tempora imperata prefiniens: eaq; per meliorem ſacerdotem in meliuſ mutanda predicens: nō iſta ſe appetere ſed p hec alia potiora ſignificare teſtat: nō ut ipſe hiſ honoribuſ ſublimetur: ſed ut noſ ad eū colendū eiq; coherendum igne amoriſ euiſ accenſi: qd̄ nobiſ non illi bonum eſt excitemur.

AN dicet aliquiſ iſta falſa ēē miracula: nec fuiſſe facta ſed mēdaciter ſcripta? Quiſquiſ hoc dicit: ſi de hiſ rebuſ negat omnino ulliſ literiſ eſſe credendum: poteſt etiam dicere: nec deoſ ulloſ curare mortalia. Non eni ſe aliter colendoſ eſſe perſuaſerunt: niſi mirabilibuſ operum effectibuſ: quorum & hiſtoria gentiū teſtiſ eſt: quarum dii ſe oſtentare mirabileſ: potiuſ q̄ utileſ oſtendere potuerunt. Unde hoc opere noſtro cuiuſ hunc iam decimum librum habemuſ in manibuſ: non eoſ ſuſceptimuſ refellendoſ qui uel ullam eſſe uim diuinā negant: uel hūana nō curare contendunt: ſed eoſ qui noſtro deo conditori ſancte et glorioſiſſime ciuitatiſ deoſ ſuoſ preferunt: neſcienteſ eum eſſe ipſum etiam mundi huiuſ uiſibiliſ & mutabiliſ inuiſibilem & incōmutabilem conditorem: & uite beate non de hiſ que cōdidit ſed de ſeipſo uerīſſimū largitorē. Eiuſ. n. pph̄eta ueraciſſimuſ ait. Mihi aūt adherere deo bonū eſt. De fine nanq; boni inter philoſophoſ queritur: ad quod adipiſcendū omnia officia referenda ſunt. Nec dixit iſte: mihi aūt nimiſ diuitiiſ abūdare bonū eſt: aut inſigniri purpura & ſceptro: uel diademate excellere: aut qd̄ nōnulli etiam phōꝝ dicere non erubuerūt: mihi uoluptaſ corporiſ bonū ē: aut qd̄ meliuſ uidut meliores dicere: mihi ſūt mihi uirtuſ animi bonū eſt. Sed mihi inquit adherere deo bonū ē. Hoc eū docuerat: cui uni tm̄mō ſacrificandū: ſancti quoq; angeli legaliū ſacrificioꝝ etiā cōteſtatōe monuerūt. Unde etiā ipſe ſacrificiū eiuſ factuſ fuerat: cuiuſ igne intelligibili correptuſ ardebat: & i eiuſ ineffabilē incorporeūq; cōplexū ſācto deſiderio ferebat. Porro aūt ſi multoꝝ deoꝝ cultoreſ: q̄leſcūq; deoſ ſuoſ eſſe arbitrēt: ab eiſ facta ēē miracula uel ciuiliū rerū hiſtorie: uel libriſ magiciſ ſiue qd̄ hōeſtiuſ putāt theurgiciſ credūt: qd̄ cāe ē cur illiſ literiſ nolit credere iſta facta ēē: qbuſ tāto maior debet fideſ: q̄to ſup oēſ ē magnuſ cui uni ſoli ſacrificādū p̄cipiūt.

QUi aūt putāt hec uiſibilia ſacrificia diiſ aliiſ cōgruere: illi uero tanq̄ inuiſibili inuiſibilia & maiora maiori: melioriq; meliora: qualia ſunt pure mentiſ & bone

uoluntatiſ officia: profecto neſciũt hec ita eſſe ſigna illorum: ſicut uerba ſignantia
uel ſonantia ſigna ſunt rerũ. Quocirca ſicut orantes atq; laudanteſ ad eũ dirigimuſ
ſignificanteſ uoceſ: cui reſ ipſaſ in corde quaſ ſignificamuſ offerimuſ: ita ſacrificãteſ
non alteri uiſibile ſacrificiũ offerendũ eẽ nouerimuſ: q̃ illi cuiuſ i cordibuſ noſtriſ
inuiſibile ſacrificiũ noſipſi eſſe debemuſ. Tũc nobiſ fauent nobiſq; congaudẽt: atq;
ad hoc ipſum noſ pro ſuiſ uiribuſ adiuuant angeli qq; uirtuteſq; ſuperioreſ: & ipſa
bonitate ac pietate potẽtioreſ. Si aũt illiſ hec exhibere uoluerimuſ: non libenter
accipiunt: & cum ad hoĩeſ ita mittũtur ut eoꝝ preſentia ſentiat: apertiſſime uetãt.
Sunt de hiſ exempla in literiſ ſanctiſ. Putauerũt q̃dã deferendũ angeliſ honorẽ:
uel adorando uel ſacrificando qui debetur deo: & eorum ſũt admonitiõe phibiti:
iuſſiq; ſunt hec ei deferre: cui uni faſ eſſe nouerunt. Imitati ſunt angeloſ ſanctoſ
etiam ſancti homineſ dei. Nam Paulus & Barnabaſ in Lichaonia facto quodam
miraculo ſanitatiſ: putati ſunt dii: eiſq; Lichaonii immolare uictimaſ uoluerũt: qđ
a ſe humili pietate remouenteſ: eiſq; in quem crederent ãnunciauerũt deum. Sed
nec ob aliud fallaceſ illi ſuperbe ſibi hoc exigunt: niſi quia uero deo deberi ſciunt.
Non enim reuera ut ait Porphirius & nonnulli putant: cadauerinis nidoribuſ ſed
diuiniſ honoribuſ gaudent. Copiam uero nidorũ magnã habẽt undiq; & ſi ãpliuſ
uellẽt: ipſi ſibi poterãt exhibere. Qui ergo diuinitatẽ ſibi arrogãt ſpũſ nõ cuiuſ/
libet corpiſ fumo: ſed ſupplicantiſ aĩo delectantᷓ: cui decepto ſubiectoq; dominẽtᷓ:
intercludenteſ iter ad deũ uerũ: ne ſit homo illiuſ ſacrificiũ dũ ſacrificatur cuipiã
preter illum.

Nde uerus ille mediator in quantũ formã ſerui accipienſ: mediator effectuſ
eſt dei & hominũ homo Ieſus xp̃uſ: cũ in forma dei ſacrificiũ cũ patre ſumat
cum quo & unuſ eſt deuſ: tamen in forma ſerui ſacrificiũ maluit eſſe q̃ ſumere: ne
uel hac occaſione quiſq̃ exiſtimaret cuilibet ſacrificandũ eſſe creature. Per hoc et
ſacerdoſ eſt: ipſe offerenſ: ipſe & oblatio. Cuiuſ rei ſacramentũ quotidianũ eẽ uoluit
eccleſie ſacrificiũ: cũ ipſius corporiſ ipſe ſit caput. & ipſiuſ capitiſ ipſa ſit corpuſ: tam
ipſa per ipm̃ q̃ ipſe per ipſã ſueuit offerri. Huiuſ ueri ſacrificii multiplicia uariaq;
ſigna erant ſacrificia priſca ſanctorum: cum hoc unũ per multa figuraret: tanq̃m
uerbiſ multiſ reſ una diceretur: ut ſine faſtidio multum cõmendaretur. Huic ſummo
uero q; ſacrificio: cuncta ſacrificia falſa ceſſerunt.

Moderatiſ autem prefinitiſq; temporibuſ: etiam poteſtaſ permiſſa demonibuſ:
ut hominibuſ quoſ poſſident excitatiſ inimicitiaſ aduerſuſ dei ciuitatẽ tirãnice
exerceant: ſibiq; ſacrificia nõ ſolũ ab offerentibuſ ſumãt: & a uolentibuſ expetãt:
uerũ etiam ab inuitiſ perſequendo uiolenter extorqueãt: nõ ſolum pernicioſa nõ
eſt: ſed etiã utiliſ inuenit eccleſie ut martirũ numeruſ impleat: quoſ ciuitaſ dei tãto
clarioreſ & honoratioreſ ciueſ habet: quanto fortiuſ aduerſuſ impietatem pctõrum
etiam uſq; ad ſanguinẽ certant. Hoſ multo elegantiuſ ſi eccleſiaſtica loquendi cõ/
ſuetudo pateretur: noſtroſ heroaſ uocaremuſ. Hoc enim nomen a Iunone dicitur
tractũ. quod grece Iuno hera appellat: & ideo neſcio quiſ filiuſ eiuſ ſcđm grecorum
fabulaſ Heroſ fuerit nũcupatuſ: hoc uidelicet ueluti miſticũ ſignificãte fabula: q
aer Iunoni deputet: ubi uolunt cũ demõibuſ heroaſ habitare. quo nõie appellant
alicuiuſ meriti aĩaſ defunctoꝝ. Sed a cõtrario martireſ noſtri heroeſ nũcuparent:
ſi ut dixi uſuſ eccleſiaſtici ſermõiſ admitteret. nõ q eiſ eſſet cum demonibuſ in aere

ſocietaſ:ſed ꝙ eoſdem demoneſ id eſt aereaſ uincerent ꝑtateſ:& in eiſ ipſam quidq̄d putatur ſignificare Iunonem:que nō uſq̄quaq; incōuenienter a poeniſ inducitur inimica uirtutibuſ:& celum petentibuſ uiriſ fortibuſ inuida. Sed rurſuſ eiſ ſuccūbit infeliciter ceditq; Virgiliuſ.ut cum apud eum illa dicat. Vincor ab Aenea:ipſum Aeneā admoneat Helenuſ:q̄ſi conſilio religioſo & dicat. Iunoni cane uota libenſ: dominamq; potentem ſupplicibuſ ſupera doniſ. Ex qua opiniōe Porphiriuſ q̄uiſ non ex ſua ſententia:ſed ex aliorū bonū dicit deū uel geniū non uenire in hoīem niſi maluſ fuerit ante placatuſ:tanq̄ fortiora ſint apud eoſ numina mala q̄ bona. quando quidē mala impediūt adiutoria bonoꝝ:niſi eiſ placata dent locū. maliſq; nolentibuſ bona prodeſſe nō poſſunt:nocere aūt mala poſſunt non ſibi ualētibuſ reſiſtere boniſ. Nō eſt iſta uere ueraciterq; ſancte religioniſ uia:non ſic Iunonem hoc eſt aereaſ ꝑtateſ piorum uirtutibuſ inuidenteſ noſtri martireſ uincūt. Nō oīo ſi dici uſitate poſſet:heroeſ noſtri ſupplicibuſ dōiſ:ſed uirtutibuſ diuiniſ heram ſuperant. Commodiuſ quippe Scipio africanuſ eſt cognominatuſ ꝙ uirtute africam uicerit:q̄ ſi hoſteſ doniſ placaſſet ut parcerent.

VEra pietate hoīeſ dei aereā poteſtatē inimicā cōtrariāq; pietati:exorcizādo eiciūt non placando:omneſ temptationeſ aduerſitateſq; eiuſ uincunt:orando non ipſam ſed ſuū deum aduerſuſ ipſam. Nō.n.aliquem uincit aut ſubiugat:niſi ſocietate peccati. In eiuſ ergo nomine uincitur qui hominē aſſumpſit:egitq; ſine peccato ut i ipō ſacerdote ac ſacrificio fieret remiſſio peccatoꝝ:id eſt ꝑ mediatorē dei & hominū hoīem xp̄m Ieſū:per quē facta peccatorū purgatōe recōciliamur deo. Non enim niſi peccatiſ homineſ ſeparant̄ a deo:quorum in hac uita non fit noſtra uirtute ſed diuina miſeratione purgatio:per indulgentiam illiuſ non per noſtram potentiā:quia & ipſa quantulacunq; uirtuſ que dicit̄ noſtra illiuſ ē nobiſ bonitate cōceſſa. Multum autem nobiſ in hac carne tribueremuſ:niſi uſq; ad eiuſ depoſitionem ſub uenia uiueremuſ. Propterea ergo nobiſ per mediatorem preſtita eſt gratia:ut polluti carne peccati carniſ peccati ſimilitudīe mūdaremur. Hac dei dei gratia q̄ in noſ oſtendit magnā miſericordiā ſuā:& in hac uita ꝑ fidē regimur: & poſt hāc uitā per ipſam ſpeciē incōmutabiliſ ueritatiſ ad ꝑfectionē pleniſſimam perducemur.

DIcit etiā Porphiriuſ diuiſ oraculiſ fuiſſe reſpōſū:nō noſ purgari lune teletiſ atq; ſoliſ:ut hinc oſtēderet̄ nulloꝝ deorū teletiſ hoīem poſſe purgari. Cuiuſ enī telete purgāt:ſi lune ſoliſq; nō purgāt quoſ inter celeſteſ deoſ precipuoſ habēt? Denīq; eodem dicit oraculo expreſſum principia poſſe purgare:ne forte cū dictū eēt nō purgare teletaſ ſoliſ & lune:alicuiuſ alteriuſ dei de turba ualere ad purgādū telete crederent̄. Que aūt dicat eſſe principia tanq̄ platonicuſ nouimuſ. Dicit enī deum patrē & deū filiū:quē grece appellat paternū intellectū uel paternā mentē. De ſpiritu autem ſancto aut nihil aut nō aperte aliquid dicit. Quāuiſ quē alium dicat hoꝝ mediū nō intelligo. Si.n.tertiā ſicut Plotinuſ ubi de tribuſ ꝑncipalibuſ ſubſtātiiſ diſputat:aīe naturā etiā iſte uellet intelligi:nō utiq; diceret hoꝝ mediū id ē patriſ & filii mediū. Poſtpōit q̄ppe Plotinuſ aīe naturā paterno intellectui: iſte aūt cū dicit mediū:nō poſtpōit ſed interponit. Et nimiꝝ hoc dixit ut potuit ſiue ut uoluit:q̄m noſ ſp̄m ſāctū nec patriſ tm̄ nec filii tm̄:ſed utriuſq; ſp̄m dicimuſ. Liberiſ.n.uerbiſ loquunt̄ ph̄i:nec i rebuſ ad intelligēdū difficillimiſ offenſionem religioſarum auriū ꝑtimeſcūt. Nobiſ aūt ad certā regulā loqui faſ ē:ne uerborum

licentia etiā de rebuſ que hiſ ſignificant̄ impiam gignat opinionem. Noſ itaq; ita nō dicamuſ duo uel tria principia cū de deo loquimur: ſicut nec duoſ deoſ uel treſ nobiſ licitum eſt dicere, q̄uiſ de unoquoq; loquēteſ uel de patre uel de filio uel de ſpiritu ſancto: etiā ſingulum queq; deū eſſe fateamur. Nec dicimuſ tm̄ qd̄ heretici ſabelliani eundem eſſe patrem qui eſt & filiuſ: & eundem eſſe ſpiritū ſanctū qui eſt & pater & filiuſ: ſed patrem eſſe filii patrem: & filium patriſ filium: & patriſ & filii ſpiritum ſanctum nec patrem eſſe nec filium. Verum itaq; dictum eſt non purgari hominem niſi principio: q̄uiſ pluraliter apud eoſ ſint dicta principia.

Sed ſubditus Porphiriuſ inuidiſ p̄tātibuſ de quibuſ & erubeſcebat: & eaſ libere redarguere formidabat: noluit intelligere dominū Ieſū chriſtū eē p̄ncipiū: cuiuſ incarnatōe purgamur. Eum quippe i ipſa carne cōtempſit: quā p̄pter ſacri/ficiū noſtre purgationiſ aſſumpſit: magnū ſcilicet ſacramentum ea ſuperbia non intelligenſ: quā ſua ille hūilitate deiecit: uerū benignuſq; mediator i ea ſe oſtēdēſ mortalitate mortalibuſ: quā maligni fallaceſq; mediatoreſ nō habēdo ſe ſupbiuſ extulerunt: miſeriſq; hoibuſ adiutoriū deceptoriū uelut immortaleſ mortalibuſ p̄miſerūt. Bonuſ itaq; ueruſq; mediator oſtendit peccatum eſſe malum non carniſ ſubſtantiā uel naturam: que cū aīa hominiſ & ſuſcipi ſine peccato potuit & haberi: & morte deponi: & in meliuſ reſurrectiōe mutari: nec ipſam mortem q̄uiſ eēt pena peccati quam tamen pro nobiſ ſine peccato ipſe perſoluit: peccando eē uitādam: ſed potiuſ ſi facultaſ datur pro iuſtitia p̄ferendā. Ideo enī ſoluere potuit moriēdo peccata: quia mortuuſ eſt & nō pro ſuo peccato. Hūc ille platonicuſ nō cognouit eſſe principiū: nā cognoſceret purgatoriū. Neq; .n. caro principiū eſt: aut anima humana: ſed uerbum per quod facta ſunt oīa. Nō ergo caro per ſeipſam mundat: ſed per uerbum a quo ſuſcepta eſt: cum uerbū caro factū eſt. & habitauit in nobiſ. Nam de carne ſua manducanda miſtice loquenſ: cū hi qui nō intellexerūt offēſi recederent dicēteſ durus eſt hic ſermo: quiſ eum poteſt audire: reſpōdit manētibuſ ceteriſ Spirituſ eſt qui uiuificat: caro autem non prodeſt quicq̄. Principiū ergo ſuſcepta aīa & carne: & animam credentium mundat & carnem. Ideo querentibuſ iudeiſ qſ eſſet reſpōdit ſe eē p̄ncipiū. Quod utiq; carnaleſ infirmi peccatiſ obnoxii & ignorantie tenebriſ obuoluti nequaq̄ percipere poſſemuſ niſi ab eo mūdaremur & ſanaremur: p hoc quod eramuſ & nō eramuſ. Eramuſ enim homineſ ſed iuſti nō eramuſ. In illiuſ aūt icarnatione natura hūana erat: ſed iuſta non peccatrix erat. Hec ē mediatio qua manuſ lapſiſ iacentibuſq; porrecta eſt: hoc eſt ſemē diſpoſitū per angeloſ: in quorū edictiſ & lex dabatur qua & unuſ deuſ coli iubebatur: & hic mediator uenturuſ promittebatur.

Cuiuſ ſacramenti fide: etiam iuſti antiqui mundari pie uiuēdo potuerūt. nō ſolū anteq̄ lex populo hebreo daretur: neq; enī eiſ predicator deuſ uel angeli defuerunt: ſed ipſiſ quoq; legiſ temporibuſ q̄uiſ in figuriſ rerum ſpūalium habere uideretur p̄miſſa carnalia: p̄pter qd̄ uetuſ dicit̄ teſtamentū. Nā & prophete tūc erant: per quoſ ſicut & per angeloſ eadem p̄miſſio p̄dicata eſt: & ex illorū numero erat cuiuſ tā magnā diuināq; ſententiā de boni hūani fine pauloan̄ cōmemoraui. Mihi aūt adherere deo bonū eſt. In quo plane pſalmo: duū teſtamentorum que dicunt̄ uetuſ & nouū ſatiſ eſt declarata diſtinctio. Propter carnaleſ enī terreaſq; promiſſiōeſ: cū eaſ impiiſ abundare p̄ſpiceret: dicit pedeſ ſuoſ pene fuiſſe cōmotoſ:

& eſſuſoſ in lapſum prope modum greſſuſ ſuoſ: tanq̃ fruſtra deo ipe ſeruiſſet. Cũq̃
ea felicitate quam de illo expectabat cõtemptoreſ eiuſ florere conſpiceret: ſeq; in
rei huiuſ inquiſitione laboraſſe: uolentẽ cur ita eſſet apprehendere: donec intraret
in ſanctuariũ dei: & intelligeret nouiſſima eorũ qui feliceſ uidebant̃ errare: tũc eoſ
intellexit ĩ eo ꝙ ſe extulerũt: ſicut dicit fuiſſe deiectoſ & defeciſſe ac periſſe ꝓpter
iniquitateſ ſuaſ: totũq; illud culmen tempalis felicitatiſ ita eiſ factũ tanq̃ ſomniũ
euigilantiſ: qui ſe repente inuenit ſuiſ que ſomniabat fallacibuſ gaudiiſ deſtitutũ.
Et qm̃ in hac terra uel ciuitate terrena magni ſibi uidebant̃: dñe inquit in ciuitate
tua imaginem illorum ad nihilũ rediges. Quid huic tñ utile fuerit: etiã ipa terrẽa
nõ niſi ab uno uero deo querere: in cuiuſ ptãte ſunt oĩa: ſatiſ oñdit ubi ait. Velut
pecuſ factuſ ſũ apud te: & ego ſemper tecũ. Velut pecuſ dixit: utiq; nõ intelligenſ.
Ea quippe a te deſiderare debui: que mihi cũ impiiſ nõ poſſunt eſſe cõmunia. qbuſ
eoſ cum abũdare cernerem putaui me incaſſum tibi ſeruiſſe: q̃ndo & illi hec hẽrent
qui tibi ſeruire noluiſſent. Tamen ego ſemper tecũ: qui etiã in taliũ rerũ deſiderio
deoſ alioſ nõ queſiui. Ac per hoc ſeq̃t. Tenuiſti manũ dextere mee: & in uolũtate
tua deduxiſti me: & cũ gloria aſſumpſiſti me: tanq̃ ad ſiniſtrã cũcta illa ptineant:
que abundare apud impioſ cũ uidiſſet pene collapſuſ eſt. Quid enim mihi eſt inq̃t
in celo: Et a te quid uolui ſuper terrã: Rephendit ſeipſum: iuſteq; ſibi diſplicuit.
quia cum tam magnũ bonũ haberet in celo qđ poſt intellexit: rem tranſitoriam
fragilẽ & quodãmodo luteã felicitatẽ a ſuo deo queſiuit in terra. Defecit inq̃t cor
meum & caro mea: deuſ cordiſ mei: defectu utiq; bono ab inferioribuſ ad ſuperna.
Vnde in alio pſalmo dicit̃ deſiderat & deficit aĩa mea in atria domini. Itẽ in alio
deficit in ſalutare tuũ aĩa mea. Tamẽ cũ de utroq; dixiſſet id eſt de corde & carne
deficiẽte: nõ ſubiecit deuſ cordiſ mei & carniſ mee: ſed deuſ cordiſ mei. Per cor qppe
caro mundat̃. Vnde dicit dominuſ. Mũdate que intuſ ſũt: & que foriſ ſũt mũda
erũt. Partem deinde ſuã dicit ipm̃ deũ: nõ aliqd ab eo: ſed ipſum. Deuſ inq̃t cordiſ
mei: & parſ mea deuſ in eternũ: ꝙ inter multa que ab hõibuſ eligunt̃: ipſe illi pla/
cuerit eligenduſ. Quia ecce inq̃t: q ſe longe faciũt a te peribunt. pdidiſti omnem qui
fornicat̃ abs te. hoc eſt q multoꝝ deorũ uult eſſe proſtibulum. Vnde ſequit̃ illud
ꝓpter qđ & cetera de eodẽ pſalmo dicenda uiſa ſũt. Mihi aũt adherere deo bonũ
eſt: nõ lõge ire: nõ p plurima fornicari. Adherere autẽ deo tũc perfectũ erit: cum
totũ qđ liberandũ eſt fuerit liberatũ. Nũc uero fit illud qđ ſequit̃. ponere ĩ deo
ſpẽ meã. Speſ. n. que uidet̃ nõ ẽ ſpeſ. Quod. n. uidet quiſ: qd ſperat ait apoſtoluſ?
Si aũt qđ nõ uidemuſ ſperamuſ. p patientiã expectamuſ. In hac autem ſpe nunc
conſtituti agamuſ qđ ſequitur: & ſimuſ noſ quoq; p modulo noſtro angeli dei id eſt
nuntii eiuſ annuntianteſ eiuſ uoluntatem & gloriã gratiãq; laudanteſ. Vnde cum
dixiſſet ponere in deo ſpem meam: ut ãnuntiem inquit oĩeſ laudeſ tuaſ in portiſ
filie ſyon. Hec eſt glorioſiſſima ciuitaſ dei: hec unũ deũ nouit & colit: hanc ãgeli
ſancti nuntiauerũt: qui noſ ad eiuſ ſocietatem inuitauerũt: ciueſq; ſuoſ in illa eſſe
uoluerũt. qbuſ nõ placet ut eoſ colamuſ tãq̃ noſtroſ electoſ deoſ: ſed cũ eiſ & illoꝝ
& noſtrũ deũ. nec eiſ ſacrificemuſ: ſed cũ ipſiſ ſacrificiũ deo ſimuſ. Nullo itaq; du/
bitante: q hec depoſita maligna obſtinatiõe cõſiderat: oĩeſ ĩmortaleſ beati q nobiſ
non inuident: neq; enim ſi inuiderent eſſent beati: ſed potiuſ noſ diligũt: ut & noſ
cũ ipſiſ beati ſimuſ: pluſ nobiſ fauent: pluſ adiuuãt q̃ndo unũ deũ cũ illiſ colimuſ:
patrem & filiũ & ſpiritũ ſanctum: q̃ ſi eoſ ipſoſ per ſacrificia coleremuſ.

NEſcio quő quantű mihi uidet: p amicis ſuis theurgiſ erubeſcebat Porphirius.
Nam iſta utcűq; ſapiebat: ſed contra multorum deorum cultű deum uerum
non libere defendebat. Et angeloſ quippe alioſ eſſe dixit: qui deorſű deſcendẽtes
hőibus theurgicis diuina pnűtiẽt: alioſ aűt q í terris ea que patris ſűt & altitudinẽ
eius pfunditatẽq; declarent. Non igit hos angeloſ quorum miniſteriű ẽ declarare
uolűtatẽ patris: credendű eſt uelle nos ſubdi: niſi ei cuius nobis ãnunciãt uolűtatẽ.
Vnde optime admonet etiã ipſe platonicus imitandos eos potius ğ inuocandos.
Nő itaq; debemus metuere ne ímortales & beatos uni deo ſubditos: nő eis ſacrifi/
cando offendamus. Quod.n. nő niſi uni uero deo deberi ſciűt: cui & ipſi adherẽdo
beati ſunt: proculdubio neq; per ullam ſignificantẽ figurã: neq; p ipſam rem que
ſacramentis ſignificat ſibi exhiberi uolunt. Demonű eſt hec arrogantia ſuperboꝝ
atq; miſeroꝝ a qbus lőge diuerſa ẽ pietas ſubditoꝝ deo: nec aliűde ğ illi adherẽdo
beatorű. Ad qđ bonű pcipiendű etiã nobis ſincera benignitate oportet ut faueãt:
neq; ſibi arrogent quo eis ſubiciamur: ſed eű ãnunciẽt ſub quo eis in pace ſociemur.
Quid adhuc trepidas o philoſophe: aduerſus poteſtates & ueris uirtutibus & ueri dei
muneribus inuides: habere liberam uocem. Iam dixiſti angeloſ q patris ãnunciãt
uoluntatẽ: ab eis angelis eſſe diuerſos qui ad theurgicos hőies neſcio qua deducti
arte deſcendunt. Quid adhuc eos honoras: ut dicas prenűciare diuina? Que tandẽ
diuina prenűciant: qui nő uoluntatem patris nunciãt. Nempe illi ſűt quos ſacris
precibus inuidus alligauit: ne preſtarent anime purgationem: nec a bono ut dicis
purgare cupientes ab illis uinculis solui: & ſue ptãti reddi potuerűt. Adhuc dubitas
hec maligna eſſe demőia. uel te fingis fortaſſe neſcire dű nő uis theurgos offẽdere:
a qbus curioſitate deceptus iſta perniciosa & inſana pro magno beneficio didiciſti?
Audes iſtam inuidiam nő potentiam ſed peſtilentiam: & non dicam dñam ſed qđ
tu fateris ancillam potius inuidorum: iſto aere tranſcenſo leuare in celum: & inter
deos ueſtros etiã ſidereos collocare: uel ipſa quoq; ſidera his opprobriis infamare.

Vanto hűanius & tolerabilius cőſectaneus tuus platőicus Apuleius errauit.
qui tűmő demőes a luna & infra ordinatos: agitari morbis paſſionű mẽtiſq;
turbelis honorans eos quidẽ ſe d uolens nolenſq; confeſſus eſt. deos tñ celi ſuperiores
ad etherea ſpacia pertinentes: ſiue uiſibiles quos conſpicuos lucere cernebat ſolẽ &
lunam & cetera ibidem lumina: ſiue inuiſibiles quos putabat ab omni labe iſtarum
perturbationű alienos: quanta potuit diſputatione diſcreuit. Tu aűt didiciſti hoc
non a Platone ſed a chaldeis magiſtris tuis: ut in ethereas uel empireas műdi ſub/
limitates & firmamẽta celeſtia extolleres uicia hűana: ut poſſẽt dii ueſtri theurgis
prenunciare diuina. Quibus diuinis te tamen per itellectualem uitam facis altiorẽ:
ut tibi uidelicet tanğ philoſopho theurgice artis purgationes nequağm neceſſarie
uideant. ſed aliis eas tamen importas: ut hãc ueluti mercedem reddas magiſtris tuis:
q eos qui philoſophari nő poſſűt: ad iſta ſeducis que tibi tanğ ſuperiorű capaci eẽ
inutilia cőfiteris: ut uidelicet quicűq; a philoſophie uirtute remoti ſűt: que ardua
nimis atq; paucorum eſt: te auctore theurgos homines a quibus nő quidẽ in aĩma
intellectuali: uerű ſaltem in anima ſpűali purgent: inquirant. Et qm iſtorű quos
philoſophari piget incőpabiliter maior ẽ multitudo: plures ad ſecretos & illicitos
magiſtros tuos ğ ad ſcolas platonicas uenire cogant. Hoc enim tibi immű diſſimi
dẽones deos ethereos ſe eſſe fingẽtes: quoꝝ pdicator & ãgelus factus es: pmiſerűt:
q in anima ſpűali theurgica arte purgati ad patrẽ quidem nő redeunt: ſed ſuper

aereaſ plagaſ inter deoſ ethereoſ habitabunt. Nō audit iſta hominū multitudo: propter quoſ a demonum domīatu liberandoſ xp̄uſ aduenit. In illo enim habent miſericordiſſimā purgationē. & mentiſ: & ſpiritus: & corporiſ ſui. Propterea quippe totū hominē ſine peccato ille ſuſcepit: ut totū quo cōſtat homo a peccatorū peſte ſanaret. Quem tu quoq; utinam cognouiſſeſ: eiq; te potiuſ q̄m uel tue uirtuti que hūana fragiliſ & infirma eſt: uel pnitioſiſſime curioſitati ſanādū tutiuſ cōmiſiſſeſ.

Non enim te decepiſſet: quē ueſtra ut tuipſe ſcribiſ oracula ſanctum īmortalemq; confeſſa ſūt. De quo etiā poeta nobiliſſimuſ poetice qdē: qa in alteriuſ adūbrata pſona: ueraciter tn̄ ſi ad ipſum referaſ dixit. Te duce ſi qua manēt ſceleriſ ueſtigia noſtri. Irrita perpetua ſoluent formidine terraſ. Ea quippe dixit: que etiā multū proficiētiū ī uirtute iuſticie poſſūt propter huiuſ uite infirmitatē & ſi nō ſcelera: ſcelerum tamen manere ueſtigia. que non niſi ab illo ſaluatore ſanant: de quo iſte uerſuſ expreſſuſ eſt. Nā hoc utiq; nō a ſeipſo dixiſſe Virgiliuſ in egloge ipſiuſ q̄rto ferme uerſu īdicat: ubi ait. Vltima cumei uēit iā carminiſ etaſ. Vnde hoc a cumea Sibilla incunctanter apparet. Theurgi uero illi: uel potiuſ demōeſ deorū ſpecieſ figuraſq; fingenteſ: īquināt potiuſ q̄ purgant hūanū ſpiritū: falſitate fantaſmatū & deceptoria uanarū ludificatiōe formarū. Quomodo. n. purgent hominiſ ſpiritū qui immundū habent pprīū? Alioquin nullo mō carminibuſ inuidi hōiſ ligarent. Ipſūq; inane beneficiū quod preſtaturi uidebant: aut metu premerent: aut ſimili inuidentia denegarent. Sufficit ꝙ purgatiōe theurgica neq; intellectualem aīam hoc eſt mentem noſtram diciſ poſſe purgari: & ipſam ſpūalem id eſt aīe noſtre ptē mente inferiorē: quā tali arte purgari poſſe aſſeriſ: immortalem tn̄ eternamq; non poſſe hac arte fieri cōfiteriſ. Xp̄uſ autē uitam pmittit eternā. unde ad eū munduſ uobiſ qdē ſtomachātibuſ: mirantibuſ tn̄ ſtupentibuſq; cōcurrit. Quod quia negare non potuiſti: in tantum a teipſo diſſentire uideriſ: ut primū doceaſ errare homieſ theurgica diſciplina: & q̄ plurimoſ fallere per cecā inſipientemq; ſententiā: atq; eē certiſſimū errorem agendo & ſupplicādo ad principeſ angeloſq; decurrere: & rurſū quaſi ne operam perdidiſſe uidearis iſta dicendo: mittiſ homineſ ad theurgoſ: ut p eoſ aīa ſpūaliſ purgetur illorū qui non ſcd̄m intellectualem animam uiuūt.

Mittiſ ergo homineſ in errorem certiſſimū. Neq; hoc tantū malū te pudet: cū uirtutiſ & ſapiētie te pfitearis amatorē. Quā ſi uere ac fideliter amaſſeſ: xp̄m dei uirtutem & dei ſapiētiā cognouiſſeſ: nec ab eiuſ ſaluberrima humilitate tūore inflatuſ uane ſcientie reſiliſſeſ. Confiteriſ tamen etiā ſpūalē animā ſine theurgicis artibuſ & ſine teletis: quibuſ fruſtra diſcendiſ elaboraſti poſſe cōtinētie uirtute purgari. Aliqn̄ etiam diciſ: ꝙ telete non poſt mortem eleuāt animā: ut iam nec eidem ipſi quā ſpūalem uocaſ: aliquid poſt huiuſ uite finē pdeſſe uideantur. Et tn̄ uerſaſ hoc multiſ modiſ & repetiſ: ad nihil aliud quātū exiſtimo: niſi ut taliū quoq; rerū q̄ſi perituſ appareaſ: & placeaſ illicitarū artiū curioſiſ: uel ad eaſ faciaſ ipſe curioſoſ.

Sed bene ꝙ metuendā diciſ hāc artem: uel legum periculiſ: uel ipſiuſ actioniſ. Atq; utinam hoc ſaltem abſte miſeri audiant: & inde ne illic abſorbeantur abſcedant: aut eo penitus nō accedāt. Ignorantiā certe & propter eam multa uicia per nullaſ teletaſ purgari diciſ: ſed per ſolum patrem & eiuſ filiū id eſt paternā mentem ſiue intellectū: qui paterne eſt uoluntatiſ conſciuſ. hunc autem xp̄m eſſe non crediſ.

Cōtempniſ enim eū propter corpuſ ex femina acceptū & ppter crucis opprobriū: excelſā uidelicet ſapientiā: ſpreniſ atq; abiectiſ infimiſ: idoneuſ de ſuperioribuſ carpe.

At ille implet quod de illo pphete ſancti ueraciter predixerũt. Perdã ſapientiam ſapientiũ: & prudentiã prudentiũ reprobabo. Nõ enĩ ſuã in eiſ perdit & reprobat quã ipſe donauit: ſed quã ſibi arrogant qui non habent ipſiuſ. Vnde cõmemorato iſto prophetico teſtimonio: ſequitur & dicit apoſtoluſ. Vbi ſapienſ: ubi ſcriba: ubi conquiſitor huiuſ ſeculi? Nõne ſtultam fecit deuſ ſapientiã huiuſ mundi? Nã qm̃ in dei ſapientia non cognouit mũduſ per ſapientiã deum: placuit deo p ſtultitiam predicationiſ ſaluoſ facere credenteſ. Quoniam quidem iudei ſigna petunt: & greci ſapientiam querunt. Noſ aũt predicamuſ inquit xp̃m crucifixum. iudeiſ quidem ſcandalum: gentibuſ autem ſtultitiã. Ipſiſ uero uocatiſ iudeiſ & greciſ: chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiam. quoniã quod ſtultũ eſt dei ſapientiuſ eſt hõibuſ: & qd̃ infirmũ eſt dei fortiuſ eſt hominibuſ. Hoc q̃ſi ſtultũ & infirmũ: tanq̃ ſua uirtute ſapienteſ forteſq; contempnunt. Sed hec eſt gratia que ſanat infirmoſ: nõ ſuperbe iactanteſ falſam beatitudinem ſuã: ſed humiliter potiuſ uerã miſeriã cõfitenteſ.

PRedicaſ patrem & eiuſ filiũ quẽ uocaſ paternũ intellectũ ſiue mentẽ: & horũ mediũ quẽ putamuſ te dicere ſpiritũ ſãctũ: & more ueſtro appellaſ treſ deoſ. Vbi & ſi uerbiſ indiſciplinatiſ utimini: uidetiſ tamen q̃literciiq; & quaſi p quedam tenuiſ imaginationiſ umbracula: quo nitendum ſit: ſed incarnationẽ incõmutabiliſ filii dei qua ſaluamur: ut ad illa que credimuſ uel ex q̃ntulacunq; pte intelligimuſ peruenire ualeamuſ: non uultiſ agnoſcere. Itaq; uidetiſ utcũq; & ſi de longinquo: & ſi acie caligante patriã in qua manendũ eſt: ſed uiam qua eundũ eſt nõ teneteſ. Confiteriſ tamen gratiã. quandoquidem ad deũ per uirtutem intelligentie puẽire: paucis dicis eſſe conceſſum. Non enim dicis paucis placuit: uel pauci uoluerunt: ſed cum dicis eſſe conceſſum: proculdubio dei gratiã nõ hominiſ ſufficientiã confiteriſ. Vteriſ etiam hoc uerbo apertiuſ ubi Platõiſ ſententiã ſequenſ: nec ipſe dubitaſ in hac uita hominem nullo mõ ad perfectionẽ ſapientie peruenire: ſcd'm intellectũ tamen uiuentibuſ omne quod deeſt prouidentia dei & gratia poſt hanc uitã poſſe compleri. O ſi cognouiſſeſ dei gratiã per Ieſum xp̃m dominũ noſtrũ: ipſamq; eiuſ incarnationẽ qua hõiſ animã corpuſq; ſuſcepit: ſummũ eſſe exemplũ gratie uidere potuiſſeſ. Sed quid faciam? Scio me fruſtra loq mortuo: ſed quantũ ad te attinet. Quantũ autem ad eoſ qui te magnipendunt: & te uel qualicunq; amore ſapientie uel curioſitate artiũ: quaſ nõ debuiſti diſcere diligũt. quoſ potiuſ ĩ tua cõpellatõe alloquor: forcaſſe non fruſtra. Gratia dei non potuit gratiuſ cõmendari: q̃ ut ipſe unicuſ dei filiuſ in ſe incõmutabiliter manenſ indueretur hoiem: & ſpẽ dilectõiſ ſue daret hominibuſ homine medio: qua ad illum ab hominibuſ ueniretur: qui tã longe erat ĩmortaliſ a mortalibuſ: incõmutabiliſ a cõmutabilibuſ: iuſtuſ ab impiiſ: beatuſ a miſeriſ. Et qa naturaliter ĩdidit nobiſ ut beati ĩmortaleſq; eſſe cupiamuſ: manenſ beatuſ ſuſcipienſq; mortalem: ut nobiſ tribueret quod amamuſ: p petiendo docuit contẽpnere quod timemuſ. Sed huic ueritati ut poſſetiſ acqeſcere: hũilitate opuſ erat: que ceruici ueſtre difficillime perſuaderi põt. Quid enim incredibile dicit preſertim uobiſ qui talia ſapitiſ: qbuſ ad hoc credendũ uoſ ipoſ admõere debeatiſ? Quid inquam uobiſ incredibile dicitur: cum deuſ dicitur aſſumpſiſſe humanã aĩam & corpuſ: qui tantũ tribuitiſ anime intellectuali que aĩma utiq; humana eſt: ut eã conſubſtantialem paterne illi menti quem dei filiũ confitemini fieri poſſe dicatiſ? Quid ergo incredibile eſt: ſi aliqua una intellectualiſ aĩa modo quodã ineffabili & ſingulari: pro multorum ſalute ſuſcepta eſt. Corpuſ uero aĩe cohérere ut homo

totuſ & plenuſ ſit natura noſtra ipſa teſte cognoſcimuſ. quod niſi uſitatiſſimū eet: hoc profecto eſſet incredibiliuſ. Faciliuſ qppe in fidem recipiendū eſt: & ſi hūanū diuino: & ſi mutabilem incōmutabili ſpūi ſpirituſ: aut ut uerbiſ utar que in uſu habetiſ incorporeū incorporeo: q̃ corpuſ ĩcorporeo cohærere. An forte uoſ offēdit inuſitatuſ corpiſ partuſ ex uirgīe: Neq3 hoc debet offēdere. imo potiuſ ad pietatē ſuſcipiendā debet adducere: ꝙ mirabiliſ mirabiliter natuſ ē. An uero ꝙ ipm corpuſ morte depoſitū: & in meliuſ reſurrectōe mutatū: iam ĩcorruptibile atq3 ĩmortale in ſuperna ſubuexit: Hoc fortaſſe credere recuſatiſ intuenteſ Porphiriū in hiſ ipiſ libriſ ex quibuſ multa poſui: quoſ de regreſſu aīe ſcṗſit: tā crebro precipere omne corpuſ eſſe fugiendum: ut anima poſſit beata permanere cum deo. Sed ipe potiuſ iſta ſentienſ corrigenduſ fuit: preſertim cū de aīa mūdi huiuſ uiſibiliſ & tā ingentiſ corporee moliſ: cum illo tam incredibilia ſapiatiſ. Platone quippe auctore aīmal eſſe dicitiſ mundū: & animal beatiſſimū quod uultiſ eſſe etiam ſempiternū. Quō ergo nec unq̃ ſoluetur a corpore: nec unq̃ carebit beatitudine: ſi ut anima beata ſit corpuſ eſt omne fugiendum? Solem quoq3 iſtum & cetera ſidera: non ſolum in libriſ ueſtriſ corpora eſſe fatemini: quod uobiſcū omneſ homineſ & conſpicere non cunctantur & dicere. Verum etiā altiora ut putatiſ peritia hec eſſe animalia beatiſſima perhibetiſ: & cum hiſ corporibuſ ſempiterna. Quid ergo eſt quod cum uobiſ fideſ chriſtiana ſuadet: tunc obliuiſcimini aut ignorare uoſ fingitiſ quid diſputare aut docere ſoleatiſ? Quid cauſe eſt: cur propter opinioneſ ueſtraſ quaſ uoſipſi oppugnatiſ chriſtiani eſſe noliciſ: niſi quia xp̄uſ humiliter uenit & uoſ ſuperbi eſtiſ? Qualia ſanctorum corpora in reſurrectōe futura ſint: poteſt aliq̃nto ſcrupuloſiuſ inter chriſtianarum ſcripturarum doctiſſimoſ diſputari: futura tamen ſempiterna minime dubitamuſ. & talia futura quale ſua reſurrectione chriſtuſ demonſtrauit exemplū. Sed qualiacunq3 ſint: cū incorruptibilia prorſuſ & immortalia ĩ nulloq3 anime cōtemplationem qua in deū figit̄ impedientia predicent̄: uoſq3 etiā dicatiſ eſſe in celeſtibuſ immortalia corpora immortaliter beatorum: quid eſt ꝙ ut beati ſimuſ omne corpuſ fugiendū eſſe opinamini: ut fidem chriſtianā q̄ſi rationabiliter fugere uideamini: niſi quia illud eſt quod iterum dico: xp̄uſ eſt humiliſ uoſ ſupbi? An forte corrigi pudet? Et hoc uiciū nō niſi ſupbor3 eſt. Pudet uidelicet doctoſ homineſ ex diſcipuliſ Platoniſ fieri diſcipuloſ xp̄i: qui piſcatorē ſuo ſpiritu docuit ſapere & dicere. In principio erat uerbum. & uerbum erat apud deum: & deuſ erat uerbum: hoc erat in principio apud deum: oīa per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo uita erat: & uita erat lux hominum: & lux in tenebriſ lucet: & tenebre eam non comprehenderunt. Quod inicium ſancti euangelii cui nomen eſt ſcd̄m Iohannem: quidam platonicuſ ſicut a ſancto ſene Simpliciano qui poſtea mediolānenſi eccleſie preſedit epiſcopuſ ſolebamuſ audire aureiſ litteriſ conſcribendum: & per omneſ eccleſiaſ ĩ lociſ eminentiſſimiſ ꝓponēdū eſſe dicebat. Sed ideo uiluit ſupbiſ deuſ ille magiſter: quia uerbū caro factū eſt & habitauit ĩ nobiſ: ut parū ſit miſeriſ ꝙ egrotāt: niſi ſe ĩ ipa egritudīe etiā extollāt: & de medicina q̃ ſanari poterāt erubeſcāt. Nō. n. hoc faciūt ut erigāt: ſed ut cadēdo grauiuſ affligant̄.

SI poſt Platonem aliquid emēdare exiſtimat̄ indignum: cur ipe Porphiriuſ nonnulla & non parua emendauit? Nā Platonem aīaſ hominū poſt mortē reuolui uſq3 ad corpa beſtiarū ſcripſiſſe certiſſimū ē. Hanc ſententiā Plato doctor tenuit: & Platoniſ diſcipulo Porphirio tamē iure diſplicuit. In hominū ſane non

ſua que dimiſerant ſed alia noua corpora redire hũanaſ aĩaſ arbitratuſ ẽ. Puduit ſcilicet illud credere: ne mater fortaſſe filiũ ĩ mulã reuoluta uectaret; & nõ puduit hoc credere: ne reuoluta mater in puellam filio forſitan nuberet. Quanto creditur honeſtiuſ quod ſancti & ueraceſ angeli docuerunt: quod prophete dei ſpiritu acti locuti ſũt: quod ipſe quem uenturum ſaluatorem premiſſi nuntii predixerunt: qđ miſſi apoſtoli qui orbem terrarum euangelio repleuerunt. Quanto inq̃ honeſtiuſ creditur reuerti ſemel aĩaſ ad corpora propria: q̃ reuerti totienſ ad diuerſa. Verũtñ ut dixi ex magna parte correctuſ eſt in hac opinĩõe Porphiriuſ: ut ſaltẽ in ſoloſ homineſ humanaſ animaſ precipitari poſſe ſentiret: beluinoſ aũt cartereſ euertere minime dubitaret. Dicit etiam deum ad hoc animam mundo dediſſe: ut materie corporaliſ cognoſceſ mala: ad patrem recurreret. nec aliquando iam talium polluta contagione teneretur. Vbi & ſi aliquid inconueniẽter ſapit: magiſ enim data eſt corpori ut bona faceret: non enim mala diſceret ſi non faceret: in eo tamen aliorũ platonicorum opinionem & non in re parua emendauit: q mundatã ab omnibuſ maliſ animam & cum patre conſtitutã: nunq̃ iam mala mundi huiuſ paſſuram eẽ confeſſuſ eſt. Qua ſententia profecto abſtulit quod eſſe platonicũ maxĩe phibet. ut mortuoſ ex uiuiſ: ita uiuoſ ex mortuiſ ſemper fieri. falſumq; eſſe oſtendit quod platonice uidetur dixiſſe Virgiliuſ. In campoſ eliſioſ purgataſ aĩmaſ miſſaſ. Quo nomine tanq̃ per fabulam uidentur ſignari gaudia beatorum ad fluuiũ letheum euocari. hoc eſt ad obliuionem preteritorum. ſcilicet immemoreſ ſuperant cõnexa reuiſant: rurſuſ & incipiãt ĩ corpora uelle reuerti. Merito diſplicuit hoc Porphirio. quoniam reuera credere ſtultum eſt: ex illa uita que beatiſſima eſſe non poterit niſi de ſua eternitate fuerit certiſſima: deſiderare aĩmaſ corporũ corruptibiliũ labẽ: & inde ad iſta remeare. tanq̃ hoc agat ſumma purgatõ ut inquinatio requiratur. Si enim q perfecte mundantur hoc efficit ut omniũ obliuiſcantᷣ malorũ: malorũ autem obliuio facit corporũ deſideriũ: ubi rurſuſ implicentur maliſ: profecto erit infelicitatiſ cauſa ſumma felicitaſ: & ſtultitie cauſa pfectio ſapiẽtie: & immũditie cauſa ſumma mũditia. Nec ueritate ibi beata erit aĩa: q̃diucũq; erit: ubi oportet fallatᷣ ut beata ſit. Nõ. n. beata erit niſi ſecura. Vt aũt ſecura ſit: falſo putabit ſẽp ſe beatam fore: quoniã aliquando erit & miſera. Cui ergo gaudendi cauſa falſitaſ erit: quando de ueritate gaudebit? Vidit hoc Porphiriuſ. purgatamq; aĩmam ob hoc reuerti dixit ad patrem: ne aliquando iam malorũ polluta cõtagione teneatᷣ.

FAlſo igitur a quibuſdam platoniciſ eſt credituſ quaſi neceſſariuſ orbiſ ille: ab eiſdem abeũdi: & ad eadem reuertendi. quod etiã ſi uerum eſſet: quid hoc ſcire prodeſſet: niſi forte inde ſe nobiſ auderent preferre platonici: q id noſ in hac uita iam neſciremuſ: quod ipſi in alia meliore uita purgatiſſimi & ſapientiſſimi fuerant neſcituri: & falſum credendo beati futuri. Quod ſi abſurdiſſimum & ſtultiſſimum eſt dicere: Porphirii profecto eſt preferenda ſententia: hiſ qui animarum circuloſ alternante ſemper beatitate & miſeria ſuſpicati ſunt. Quod ſi ita eſt: ecce platõicuſ in meliuſ a Platone diſſentit. Ecce uidit hic quod ille non uidit. nec poſt talem ac tantũ magiſtrũ refugit correctionem: ſed homini prepoſuit ueritatem. Cur ergo non potiuſ diuinitati credimuſ de hiſ rebuſ quaſ humano ingenio peruestigare nõ poſſumuſ: que animam quoq; ipſam non deo coeternã ſed creatam dicit eẽ que non erat? Vt enim hoc platonici nollent credere: hanc utiq; cauſam idoneam ſibi uidebantur afferre: quia niſi quod ſemper antea fuiſſet: ſempiternum deinceps eſſe

non poſſet. Quanq̄ & de mundo & de hiſ quoſ in mundo deoſ a deo factoſ ſcribit Plato apertiſſime dicat eoſ eſſe cepiſſe & habere iniciū: finē tamen non habituroſ. ſed per conditoriſ potentiſſimā uoluntatem ī eternū permanſuroſ eſſe perhibeat. Verū idquō intelligāt: inuenerūt non eſſe hoc uidelicet temporiſ: ſed ſubſtitutiōiſ iniciū. Sicut enim inquiūt ſi peſ ex eternitate ſemper fuiſſet in puluere: ſemper ei ſubeēt ueſtigiū: qđ tñ ueſtigiū a calcante factum nemo dubitaret: nec alterum ab altero priuſ eſſet: q̄uiſ alterū ab altero factū eēt. Sic inquint & mūduſ atq; in illo dii creati: & ſemp fuerūt ſemp exiſtente qui fecit: & tñ facti ſūt. Nū qđ ergo ſi aīa ſemp fuit: etiam miſeria eiuſ ſemper fuiſſe dicenda eſt? Porro ſi aliqđ ī illa qđ ex eterno non fuit eſſe cepit ex tempore: cur nō fieri potuerit ut ipſa eſſet ex tempe: que antea non fuiſſet. Deinde beatitudo quoq; eiuſ poſt experimentū malorum firmior: & ſine fine manſura: ſicut iſte confitetur: procul dubio cepit ex tempore: & tamen ſemper erit cū antea non fuerit. Illa igitur omniſ argumentatio diſſoluta eſt: qua putatur nihil eſſe poſſe ſine fine temporiſ: niſi quod iniciū nō habet tpiſ. Inuenta eſt enim anime beatitudo. que cum iniciū temporiſ habuerit: finē tempiſ nō habebit. Quapropter diuine auctoritati humana cedat infirmitaſ. eiſq; beatiſ & immortalibuſ de uera religione credamuſ: qui ſibi honorem non expetunt: quē deo ſuo qui etiam noſter eſt deberi ſciunt. nec iubent ut ſacrificium faciamuſ: niſi ei tantummodo cuiuſ & noſ cum illiſ ut dixi & ſepe dicendum eſt ſacrificium eſſe debemuſ: per eum ſacerdotem offerendi: qui in homine quem ſuſcepit ſcđm quem & ſacerdoſ eſſe uoluit: etiam uſq; ad mortem ſacrificiū pro nobiſ dignatuſ eſt fieri.

HEc eſt religio que uniuerſalem continet uiā anime liberande. quoniā nulla niſi hac liberari poteſt. Hec eſt enim quodāmodo regaliſ uia: que una ducit ad regnū non temporali ueſtigio nutabundum. ſed eternitatiſ firmitate ſecurū. Cū autem dicit Porphiriuſ in primo iuxta finem de regreſſu anime libroſ nondum receptum in unam quādam ſectam que uniuerſalem uiam aīe cōtineat liberāde: uel a philoſophia uerīſſima aliq̄: uel ab indorū moribuſ ac diſciplīa: aut īductiōe chaldeorum: aut alia qualibet uia nōdumq; ī ſuam noticiā eandem uiā hiſtoriali cognitione perlatam: procul dubio confitetur eſſe aliquā: ſed nondū in ſuā ueniſſe noticiam. Ita ei non ſufficiebat quidqđ de aīma liberanda ſtudioſiſſime didicerat. ſibiq; uel potiuſ aliiſ noſſe ac tenere uidebat. Sentiebat.n. adhuc ſibi deeſſe aliquā preſtantiſſimam auctoritatem: quam de re tanta ſequi oporteret. Cum autē dicit uel a philoſophia uerīſſima aliqua: nondū in ſuam noticiam perueniſſe ſectā: que uniuerſalem contineat uiam anime liberande: ſatiſ quantū arbitror oſtendit: uel eam philoſophiam in qua ipſe philoſophatuſ eſt non eſſe uerīſſimam: uel ea non contineri talem uiam. Et quomodo iam poteſt eſſe uerīſſima: qua nō continetur hec uia. Nam que alia uia eſt uniuerſaliſ anime liberāde: niſi qua uniuerſe aīme liberantur: ac per hoc ſine illa nulla liberatur. Cū aūt addit & dicit: uel ab indoꝝ moribuſ & diſciplina: uel ab inductiōe chaldeoꝝ: uel alia q̄libet uia: māifeſtiſſima uoce teſtatur: neq; illiſ que ab indiſ: neq; illiſ que a chaldeiſ didicerat hanc uniuerſalē uiam liberande aīe contineri: & utiq; ſe a chaldeiſ oracula diuina ſumpſiſſe: quorū aſſiduam cōmemorationem facit: tacere nō potuit. Quam uult ergo intelligi aīe liberande uniuerſalem uiam nōdum receptā: uel ex aliqua uerīſſima philoſophia. uel ex earum gentiū doctriniſ que magne uelut in diuiniſ rebuſ habebātur: quia

pluſ apud eaſ curioſitaſ ualuit: quorunq; angelorum cognoſtendorũ & colendorũ: nondumq; in ſuã noticiã hiſtoriali cognitiõne perlatã. Que nã iſta eſt uniuerſaliſ uia: niſi que non ſue cuiq; genti propria: ſed uniuerſiſ gentibuſ que communiſ eſſet diuinituſ impertita eſt: quam certe iſte homo non mediocri ingenio preditus eẽ nõ dubitat. Prouidentiam quippe diuinam ſine iſta uniuerſali uia liberande aĩme: genuſ humanũ relinquere non credit. Neq; enim ait non eſſe: ſed hoc tantũ bonũ tantumq; adiutorium nondum receptum: nondum in ſuam noticiam eſſe platum. Nec mirum. Tunc enim Porphiriuſ erat in rebuſ humaniſ: quando iſta liberande anime uniuerſaliſ uia: que non eſt alia q̃ religio chriſtiana oppugnari pmittebat ab idolorum demonumq; cultoribuſ: regibuſq; terreniſ: propter aſſerendum & cõſecrandum martirum numerum hoc eſt teſtium ueritatiſ: per quoſ oſtenderet omĩa corporalia mala pro fide pietatiſ & cõmendatiõe ueritatiſ eſſe toleranda. Videbat ergo iſta Porphiriuſ: & per huiuſmodi perſecutioneſ cito iſtam uiam perituram. & propterea non eſſe ipſam liberande anime uniuerſalem putabat: non intelligenſ hoc qđ eũ mouebat: & qđ in eiuſ electione perpeti metuebat: ad eiuſ cõfirmationẽ robuſtioreq; cõmendationẽ potiuſ pertinere. Hec ẽ igit aĩe liberande uniuerſaliſ uia. id eſt uniuerſiſ gentibuſ diuina miſeratione conceſſa: cuiuſ profecto noticia ad quoſcunq; iam uenit: & ad quoſcunq; uentura eſt: nec debuit nec debebit ei dici. q̃re modo & quare ſero. quoniã mittentiſ conſiliũ non eſt hũano ingenio penetrabile. Quod ſenſit etiam cum dixit: Nondum receptum hoc donum dei: & nondũ in ſuã noticiã fuiſſe perlatum. Neq; enim propterea uerũ non eſſe iudicauit: quia nõdũ in ſuam fidem receptum fuerat: uel in noticiam nondum peruenerat. Hec eſt inq̃ liberandorum credentium uniuerſaliſ uia: de qua fideliſ Abraam diuinum accepit oraculũ. In ſemine tuo benedicentur omneſ genteſ. Qui fuit quidẽ gente chaldeuſ. ſed ut talia promiſſa perciperet: & ex illo propagaretur ſemẽ diſpoſitũ p angelum in manu mediatoriſ: in quo eſſet iſta liberande aĩe uniuerſaliſ uia: hoc eſt omibuſ gẽtibuſ data: iuſſuſ eſt diſcedere de terra ſua: & de cognatiõe ſua: & de domo patriſ ſui. Tunc ipſe primituſ a chaldeo₄ ſuperſtitiõibuſ liberatuſ: unũ uerũ deũ ſequẽdo coluit: cui hoc etiam promittenti fideliter credidit. Hec eſt uniuerſaliſ uia de qua in ſancta prophecia dictum eſt. Deuſ miſereat noſtri & benedicat nobiſ: illuminet uultum ſuum ſuper noſ & miſereatur noſtri: ut cognoſcamuſ i terra uiam tuam: in omnibuſ gentibuſ ſalutare tuũ: unde tãto poſt ex Abrae ſemine carne ſuſcepta de ſeipſo ait ipſe ſaluator. ego ſum uia & ueritaſ & uita. Hec ẽ uniuerſaliſ uia de qua tãto ante prophetatũ eſt. Erit in nouiſſimiſ diebuſ mãifeſtuſ monſ domuſ domini paratuſ in cacumine montium: & extolletur ſuper colleſ. & uenient ad eum omneſ genteſ: & ingredientur natioeſ multe & dicent. Venite aſcendamuſ in montẽ dñi & in domum dei Iacob. & ãnuntiabit nobiſ uiam ſuam: & ingrediemur in ea. Ex ſyon enim prodiet lex: & uerbum domini ab hieruſalem. Via ergo iſta nõ ẽ uniuſ gentiſ: ſed uniuerſarum gentiũ. Et lex uerbũq; domini non in ſyon & hieruſalem remanſit: ſed inde pceſſit ut ſe per uniuerſa diffunderet. Vnde ipſe mediator poſt reſurrectionem ſuã diſcipuliſ trepidãtibuſ ait. Oportebat impleri que ſcripta ſunt in lege Moyſi & pphetiſ & pſalmiſ de me. Tunc aperuit illiſ ſenſũ ut intelligerent ſcripturaſ. & dixit eiſ: quia oportebat chriſtũ pati & reſurgere a mortuiſ tertia die: & predicari in nomine eiuſ penitentiam & remiſſionem peccatorũ per omẽſ genteſ: incipientibuſ ab hieruſalem. Hec eſt igitur uniuerſaliſ anime liberande uia: quam ſancti angeli ſanctiq; pphete priuſ in paucĩſ hominibuſ ubi potuerũt dei gratiam

repertẽtibuſ: & maxime ĩ hebrea gente ſanctiuſ erat ipſa quodãmõ ſacrata reſpublica:
in ꝓphetationem & prenunciationem ciuitatiſ dei ex oĩbuſ gentibuſ cõgregãde:
& tabernaculo & templo & ſacerdotio & ſacrificiiſ ſignificauerunt: & eloquiiſ q/
buſdam manifeſtiſ pleriſq; miſticiſ predixerũt. Preſenſ autẽ in carne ipſe mediator:
& beati eiuſ apoſtoli iam teſtamenti noui gratiam reuelanteſ apertiuſ indicarunt:
que aliquãto occultiuſ ſuperioribuſ ſunt ſignificata temporibuſ pro etatũ generiſ
humani diſtributione: ſicut eam deo ſapienti placuit ordinare: mirabiliũ operum
diuinorum quorum ſuperiuſ pauca iam poſui conteſtantibuſ ſigniſ. Non. n. tãtũmõ
apparuerunt uiſioneſ angelice & celeſtium miniſtrorũ ſola uerba ſonuerunt: uerũ
etiam hominibuſ dei uerbo ſimpliciſ pietatiſ agentibuſ ſpirituſ immundi de hoĩm
corporibuſ ac ſenſibuſ pulſi ſunt: uicia corpiſ languoreſq; ſanati: fera aĩalia terraꝶ
& aquaꝶ: uolatilia celi: ligna: elementa: ſidera: diuina iuſſa fecerũt: inferna ceſſerũt:
mortui reuixerũt: exceptiſ ipſiuſ ſaluatoriſ ꝓpriiſ ſingularibuſq; miraculiſ: maxĩe
natiuitatiſ & reſurrectioniſ: quorum in uno materne uirginitatiſ tãtũmodo ſa/
cramentum: in altero autem etiam eorũ qui in fine reſurrecturi ſunt demõſtrauit
exemplum. Hec uia totũ hominem mũdat: & ĩmortalitati mortalem ex oĩbuſ
quibuſ conſtat partibuſ preparat. Ut enim non alia purgatio ei parti quereretur
quam uocat intellectualem Porphiriuſ: alia ei quam uocat ſpiritualem: aliaq; ipſi
corpi: propterea totũ ſuſcepit ueraciſſimuſ potentiſſimuſq; mũdator atq; ſaluator.
Preter hanc uiam que partim cũ hec futura prenũtiant: partim cũ facta nũciant:
nunq̃ generi defuit humão: nemo liberatuſ eſt: nemo liberatur: nemo liberabitur.
Quod autem Porphiriuſ uniuerſalem uiã anime liberande nondum in ſuã notitiã
hiſtoriali cognitiõe dicit eſſe perlatã: q̃d hac hiſtoria uel illuſtriuſ inueniri poteſt:
que uniuerſũ orbem tãto apice auctoritatiſ obtinuit: uel fideliuſ: in q̃ ita narrantẽ
preterita: ut futura etiam predicãtur: quorum multa uidemuſ impleta: ex quibuſ
ea que reſtant ſine dubio ſperamuſ implenda. Nõ enĩ põt Porphiriuſ uel quicunq;
platonici: etiam in hac uia quaſi terrenarum rerum & ad iſtam uitam mortalem
pertinentium: diuinationẽ predictionemq; contempnere: quod merito in aliiſ ua/
ticinationibuſ & quorumlibet modorum uel artiũ diuinationibuſ faciũt. Negãt
enim hec uel magnorum fuiſſe hominũ: uel magni eſſe pendẽda. Et recte. Nam
inferiorum fiunt preſentione cauſarum: ſicut arte medicine q̃buſdam antecedẽtibuſ
ſigniſ plurima uenture ualitudini preuidentur: uel immundi demõeſ ſua diſpoſita
uel facta prenunciãt: & in quorũuiſ mentibuſ atq; cupiditatibuſ iniquorũ cõgrua
factiſ dicta uel dictiſ facta cõpenſant: ut ſibi iuſ quodãmodo uẽdicẽt in materia
infirma fragilitatiſ humane. Non talia ſancti homineſ in iſta uniuerſali animaꝶ
liberandarum uia gradienteſ: tanq̃ magna prophetare curarũt: quĩuiſ & iſta eoſ nõ
fugerint: & ab eiſ ſepe predicta ſint: ad eorũ fidem faciendã que mortaliũ ſenſibuſ
non poterant intimari: nec ad experimentũ celeri facilitate perduci. Sed alia erãt
uere magna atq; diuina: que q̃tũ dabatur cognita dei uolũtate futura nũciabãt.
Xpuſ quippe in carne uenturuſ: & que in illo tam clara perfecta ſunt: atq; in eiuſ
nomine impleta: penitentia hominũ & ad deum conuerſio uoluntatum: remiſſio
peccatorum: gratia iuſtitie: fideſ pioꝶ: & per uniuerſum orbem in uerã diuinitatẽ
multitudo credentium: culture ſimulachroꝶ demonũq; ſubuerſio: & a tẽptatõibuſ
exercitatio. proficientiũ purgatio: & liberatio ab oĩ malo: iudicii dieſ: reſurrectiõ
mortuorum: angelorum ſocietaſ: impiorum eterna damnatio: regnumq; eternum
glorioſiſſime ciuitatiſ dei cõſpectu eiuſ ĩmortaliter ꝑfruentiſ: in huiuſ uite ſcptur

predicta atq; promiſſa ſunt, quoꝝ tã multa impleta conſpicimus: ut recta pietate futura eſſe cetera confidamus. Huius uie rectitudinem uſq; ad deum uidendum eiq; in eternum coherendum: in ſanctuario ſcripturarum eſſe locatam: qua predicatur atq; aſſeritur ueritate; quicũq; non credunt & ob hoc nec intelligunt: oppugnare poſſunt ſed expugnare non poſſunt. Quapropter in decem libris iſtis & ſi minus q̃ nõnullorum de nobis expectabat intentio; tamen quorũdam ſtudio q̃ntũ uerus deus & dominus adiuuare dignatus eſt ſatiſfecimus: refutãdo contradictões impiorũ: qui cõditori ſancte ciuitatis de qua diſputare inſtituimus deos ſuos preferunt. Quorum decem librorũ quinq; ſuperiores aduerſus eos conſcripti ſũt: qui propter bona uite huius deos colendos putant; quinq; autem poſteriores: aduerſus eos qui cultum deorum propter uitam que poſt mortem futura eſt ſeruandum exiſtimãt. Deinceps itaq; ut in primo libro polliciti ſumus: de duarum ciuitatum quas in hoc ſeculo perplexas diximus inuicemq; pmixtas; exortu & procurſu & debitis finibus: quod dicendum arbitror quantum diuinitus adiuuabor expediam.

C Iuitatem dei dicimus cuius ea ſcriptura teſtis eſt: que nõ fortuitis motibus animorum: ſed plane ſũme diſpoſitõe puidẽtie ſuper omnes omniũ gentiũ literas: omnia ſibi genera ingẽioꝝ humanorum diuina excellens auctoritate ſubiecit. Ibi q̃ppe ſcriptum eſt. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et in alio pſalmo legimus. Magnus dñs & laudabilis nimis: i ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius: dilatans exultationes uniuerſe terre. Et paulo poſt in eodẽ pſalmo. Sicut audiuimus ita & uidimus i ciuitate dñi uirtutum: in ciuitate dei noſtri: deus fundauit eã in eternum. Item in alio. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus: deus in medio eius nõ cõmouebitur. His atq; huiuſmõi teſtimoniis que oĩa cõmemorare nimis longũ eſt: didicimus eſſe quandam ciuitatẽ dei: cuius ciues eſſe cõcupiſcimus: illo amore quẽ nobis illius conditor inſpirauit. Huic cõditori ſancte ciuitatis ciues terrene ciuitatis deos ſuos preferunt: ignorantes eum deum eſſe deorum; nõ deorum falſorum hoc eſt impiorum & ſuperborũ: qui eius incõmutabili omnibuſq; cõmuni luce priuati; & ob hoc ad quandam egenam poteſtatem redacti: ſuas quodãmodo priuatas potentias conſectantur: honoreſq; diuinos a deceptis ſubditis querunt; ſed deorum piorum atq; ſanctoꝝ: qui potius ſeipſos uni ſubdere q̃ multos ſibi potiuſq; deum colere q̃ pro deo delectantur coli. Sed huius ſancte ciuitatis inimicis decem ſuperioribus libris quãtum potuimus domino & rege noſtro adiuuãte reſpõdimus. Nũc uero quid a me iam expectetur agnoſcens: meiq; nõ imemor debiti: de duaꝝ ciuitatũ terrene ſcilicet & celeſtis: quas in hoc interim ſeculo perplexas quodãmodo diximus inuicemq; permixtas: exortu & excurſu & debitis finibus quantũ ualuero diſputare: eius ipſiuſq; dñi & regis noſtri ubiq; opitulatõe fretus aggrediar. Primũq; dicam quemadmodum exordia duarum iſtarum ciuitatũ in angelorũ diuerſitate precesſerũt.

M Agnum eſt & admodum rarum: uniuerſam creaturã corporeã & incorporeã conſideratam compertamq; mutabilem: intentione mentis excedere; atq; ad

incõmutabilem dei ſubſtantiam peruenire: & illic diſcere ex ipſo: q cunctã naturã
que non eſt quod ipſe non fecit niſi ipſe. Sic enim deuſ cum hoĩe non per aliquam
creaturam loquitur corporalem corporalibuſ inſtrepenſ auribuſ: ut inter ſonãtem
& audientem aerea ſpacia uerberentur neq; per eiuſmodi ſpiritualẽ que corporum
ſimilitudinibuſ figuratur: ſicut in ſomniſ uel quo alio tali modoſ. Nam & ſic uelut
corporiſ auribuſ loquitᷣ: qa uelut per corpuſ loquitᷣ: & uelut interpoſito corpaliũ
locorum interuallo. Multum enim ſimilia ſunt talia uiſa corporalibuſ. Sed loqᷣ
ipſa ueritate: ſi quiſ ſit idoneuſ ad audiendũ mente nõ corpore. Ad illud.n.homiſ
ita loquitur: quod in hoĩe ceteriſ quibuſ homo conſtat eſt meliuſ: & quo ipe deuſ
ſoluſ eſt melior. Cum enim homo rectiſſime intelligatur: uel ſi hoc nõ põt ſaltem
credatᷣ factuſ ad imaginẽ dei: pfecto ea ſui parte eſt ppinquior ſupiori deo: qua
ſuperat inferioreſ parteſ ſuaſ: quaſ etiam cum pecoribuſ cõmuneſ habet. Sed quia
ipſa menſ cui ratio & intelligentia naturaliter ineſt: uiciiſ quibuſdam tenebroſiſ et
ueteribuſ inualida eſt non ſolum ad inherendum fruendoq; uerũ etiã ad pfruendũ
merendo incõmutabile lumẽ: donec de die in diem renouata atq; ſanata fiat tãte
felicitatiſ capax: fide primũ fuerat imbuenda atq; purganda. In qua ut fidentiuſ
ambularet ad ueritatem: ipſa ueritaſ deuſ dei filiuſ: hoĩe aſſumpto nõ deo cõſũpto
eandem conſtituit atq; fundauit fidem: ut ad deum homini iter eſſet homini per
hominem deum. Hic eſt enim mediator dei & hominũ homo chriſtuſ Ieſuſ. Xpuſ
per id q eſt mediator: eſt homo & uia perueniendi ad deum. Per hoc enĩ mediator
per quod & homo per hoc & uia. Quia ſi inter eum qui tendit & illud quo tendit
uia media eſt: ſpeſ eſt perueniendi. ſi autem deſit aut ignoretur qua eũdum ſit: qd
prodeſt noſſe quo eundum ſit? Sola eſt autem aduerſuſ omneſ erroreſ uia muni/
tiſſima: ut idẽ ipſe ſit deuſ & homo. quo itur deuſ: q̃ itur homo. Hic pꝰuſ p ppbetaſ:
deinde per ſeipſum: poſtea per apoſtoloſ: quantum ſatiſ eſſe iudicauit locutuſ etiã
ſcripturam condidit que canonica nominatur eminentiſſime auctoritatiſ cui fidẽ
habemuſ de hiſ rebuſ quaſ ignorare nõ expedit: nec p noſipſoſ noſſe idonei ſumuſ.
Nam ſi ipſa ſciri poſſunt teſtibuſ nobiſ que remota non ſunt a ſenſibuſ noſtriſ: ſiue
interioribuſ ſiue exterioribuſ: unde & preſentia nũcupantur: q ita ea dicimuſ eſſe
pre ſenſibuſ: ſicut pre oculiſ que preſto ſunt oculiſ: profecto ea que remota ſunt a
ſenſibuſ noſtriſ quoniam noſtro teſtimonio ſcire non poſſumuſ: de hiſ alioſ teſteſ
requirimuſ: eiſq; credimuſ a quorũ ſenſibuſ remota eẽ uel fuiſſe nõ credimuſ. Sicut
ergo de uiſibilibuſ que non uidimuſ eiſ credimuſ qui uiderũt: atq; ita de ceteriſ que
ad ſuum quenq; ſenſum corporiſ pertinent: ita de hiſ que animo ac mẽte ſentiunt:
quia & ipſe rectiſſime dicitur ſenſuſ unde & ſententia uocabulum accepit: hoc eſt
de inuiſibilibuſ que a noſtro ſenſu interiore remota ſunt: hiſ noſ oportet credere q
hec in illo incorporeo lumine diſpoſita didicerunt. uel manentia contuentur.

Viſibiliũ omniũ maximuſ eſt munduſ: inuiſibilium. omniũ maximuſ deuſ eſt.
Sed mundum eſſe conſpicimuſ: deum eſſe credimuſ. Quod autem deuſ fecerit
mundũ: nulli potiuſ credimuſ q̃ ipſi deo. Vbi eũ audiuimuſ. Nuſq̃ interim meliuſ
q̃ in ſcripturiſ ſanctiſ ubi dixit propheta eiuſ. In pncipio fecit deuſ celum & terrã.
Nunquid nam ibi fuit iſte propheta: quando fecit deuſ celum & terram? Non ſed
ibi fuit dei ſapientia per quam facta ſunt omnia: que in animaſ etiam ſanctaſ ſe
transfert: & amicoſ dei & pphetaſ cõſtituit: eiſq; opera ſua ſine ſtrepitu intuſ enarrat.
Loquuntur eiſ quoq; ãgeli dei: qui ſemper uident faciem patriſ uoluntatẽq; eiuſ

qbuſ oportet annũtiãc. Ex hiſ unuſ erat iſte ꝓpheta q dixit & ſcripſit. In ꝑncipio fecit deuſ celũ & terram. Qui tã idoneuſ teſtiſ eſt: ꝑ quem deo credendũ ſit: ut eodem ſpiritu dei quo hec ſibi reuelata cognouit: etiam ipſam fidem noſtram futurã tãto ante predixerit.

SEd quid placuit eterno deo tunc facere celũ & terram que antea nõ feciſſet? Qui hoc dicunt ſi mundum fuiſſe eternum ſine ullo initio: & ideo nec a deo factũ uideri uolũt: nimiſ aduerſi ſũt a ueritate: & letali morbo impietatiſ inſaniũt. Exceptiſ enim propheticiſ uocibuſ: munduſ ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate & mobilitate & uiſibilium omnium pulcerrima ſpecie: quodãmodo tacituſ & factũ ſe eſſe. & non niſi a deo ineffabiliter atq; inuiſibiliter magno & ineffabiliter ac inuiſibiliter pulcro: fieri ſe potuiſſe proclamat. Qui autem a deo quidẽ factũ fatẽt: non tamen eum temporiſ uolunt habere ſed ſue creatiõiſ initiũ: ut modo quodam uelut uix intelligibili ſẽp ſit factuſ: dicunt qdẽ aliquid unde ſibi deum uidentur uelut a fortuita temeritate defendere: ne ſubito illi uenisſe credatᷓ in mentẽ quod nunq̃ ante uenisſet facere mundum: & accidiſſe illi uolũtatem nouam cũ in nullo ſit omnino mutabiliſ. Sed non uideo quomodo eiſ poſſit in ceteriſ rebuſ ratio iſta ſubſiſtere: maximeq; in anima quam ſi deo coeternam eſſe cõtenderint: unde illi acciderit noua miſeria que nunq̃ ãtea per eternũ: nullo modo poterũt explicare. Si enim alternaſſe ſemper eiuſ miſeriam & beatitudinem dixerint: neceſſe eſt dicãt etiam ſemper alternaturam: & ĩ de illa cõſequeẽ abſurditaſ: ut etiã cum beata dicit: in hoc utiq; nõ ſit beata: ſi futuram ſuã miſeriã & turpitudinẽ preuidet: ſi aũt nõ ꝓuidet: nec ſe turpẽ ac miſerã fore: ſed beatã ſẽp exiſtimat: falſa opinĩõe ſit beata: quo dici ſtultiuſ nihil poteſt. Si aũt ſemper quidem per ſecula retro infinica cũ beatitudine alternaſſe aĩe miſeriã putant: ſed nunc iam de cetero cum fuerit liberata ad miſeriam non eſſe redituram: nihilominuſ conuincuntur nunq̃ eam fuiſſe uere beatam: ſed deincepſ incipere eſſe noua quadam nec fallaci beatitudine. Ac ꝑ hoc fatebuntur illi accidere aliquid noui & hoc magnũ atq; preclarum: quod nunq̃m retro ꝑ eternitatem accidiſſet. Cuiuſ nouitatiſ cauſam ſi deum negabunt in eterno habuiſſe conſilio: ſimul eum negabunt etiã beatitudiniſ eiuſ auctorẽ: quod nefãde impietatiſ eſt. Si autem dicẽt etiam ipſum nouo conſilio excogitaſſe: ut de cetero ſit anima in eternum beata: quomodo eum alienũ ab ea que illiſ quoq; diſplicet mutabilitate monſtrabũt? Porro ſi ex tempore creatam ſed nullo ulteriuſ tempe perituram: tanq̃ uerum habere initiũ ſed non habere finem fatentur: & ideo ſemel expertam miſeriam: ſi ab ea fuerit liberata nunq̃ miſerã poſtea futuram: nõ utiq; dubitabunt hoc fieri manente incommutabilitate conſilii dei. Sic ergo credant & mũdũ ex tpe fieri potuiſſe: nec tñ ideo deũ in eo faciẽdo eternũ cõſiliũ uolũtateq; mutaſſe.

DEinde uidendum eſt iſtiſ qui deum conditorem mundi eſſe conſentiunt: et tñ querũt de mũdi tempore quid reſpõdeamuſ: quid ipſi reſpondeant de mũdi loco. Ita enim queritur: cur potiuſ tunc & non antea factuſ ſit: quẽadmodũ queri poteſt cur hic potiuſ ubi eſt & nõ alibi. Nam ſi infinita ſpacia temporiſ ãte mũdũ cogitant: in quibuſ eiſ non uidetur deuſ ab opere ceſſare potuiſſe: ſimiliter cogitẽt extra mundum infinita ſpacia locoꝝ: in quibuſ ſi quiſq̃ dicat non potuiſſe uacare omnipotentẽ: nõne cõſequenſ erit ut innumerabileſ mũdoſ cum Epicuro ſõniare cogatur? Ea tãtum differentia ꝙ eoſ ille fortuitiſ motibuſ athomorũ gigni aſſerit

& reſolutū iri aūt opere dei factoſ dictuꝝ ſunt. ſi eū per interminabilē imēſitatem locorum extra mundum circūquaq; patētium uacare noluerint: nec eoſdē mūdoſ quod etiam de iſto ſentiunt ulla cauſa poſſe diſſolui. Cum hiſ n. agimuſ: qui etiam deum incorporeum & omniū naturarum que non ſunt quod ipſe creatorē nobiſcū ſentiūt. Alioſ autem nimiſ indignum eſt ad iſtā diſputationē religioniſ admittere: maxime q̄ eoſ qui multiſ diiſ ſacrorū obſequiū deferendū putant. Iſti philoſophi ceteroſ nobilitate atq; auctoritate uicerunt non ob aliud niſi quia longo quidem interuallo uerumtamen reliquiſ propinquioreſ ſunt ueritati. An forte ſubſtantiam dei quam nec includunt nec determinant nec diſtendūt loco: ſed de ea ſicut de deo ſentire dignum eſt fatentur incorporea preſentia ubiq; totā: a tantiſ locoꝝ extra mundum ſpaciiſ abſentem eſſe dicturi ſunt & uno tātum atq; in comparatiōe illiuſ infinitatiſ tam exiguo loco in quo munduſ eſt occupatā? Non opinor eoſ in hec uaniloquia progreſſuroſ. Cum igitur unū mundum ingenti quidem mole corpea finitum tamen & loco ſuo determinatum & operante deo factum eſſe dicāt: quid reſpondeant de infinitiſ extra mundum locis: cur in eiſ ab opere deuſ ceſſet. hoc ſibi reſpondeāt de infinitiſ ante mūdū temporibuſ: cur in eiſ deuſ ab opere ceſſauerit. Et ſicut non eſt conſequenſ: ut fortuitu potiuſ q̄ ratione diuina deuſ non alio ſed iſto in quo eſt loco mundū conſtitueri: cū ſpaciiſ locoꝝ infinitiſ ubiq; patētibuſ: nullo excellentiore merito poſſet hic eligi potiuſ q̄ alibi quiſ eādē diuinā rationē qua id factum eſt nulla poſſit humana comprehendere: ita nō eſt conſequenſ ut deo aliquid exiſtimemuſ accidiſſe fortuitum: q̄ illo potiuſ q̄ anteriore tpe cōdidit mūdum: cū equaliter anteriora tempora per infinitum retro ſpacium preteriſſent: nec fuiſſet aliqua differentia unde tempuſ tempori eligendo preponeretur. Quod ſi dicunt inaneſ eſſe hominum cogitatiōeſ quibuſ infinita imaginantur loca: cum locuſ nulluſ ſit preter mundum: reſpondetur eiſ iſto modo inaniter hoieſ cogitare preterita tempora uacationiſ dei: cum tempuſ nullum ſit ante mundum.

Si enim recte diſcernunē eternitaſ & tempuſ: quod tempuſ ſine aliqua mobili mutabilitate non eſt: in eternitate autem nulla mutatio eſt: quiſ non uideat q̄ tempora non fuiſſent niſi creatura fieret: que aliquid aliqua motione mutaret: cuiuſ motioniſ & mutationiſ cum aliud atq; aliud que ſimul eſſe non poſſunt cedit atq; ſuccedit in breuioribuſ uel productioribuſ morarū interuallis tēpuſ ſequeretē? Cum igitur deuſ in cuiuſ eternitate nulla eſt omnino mutatio creator ſit tempoꝝ & ordinator: quomodo dicatur poſt temporum ſpacia mundū creaſſe non uideo: niſi dicatur ante mundum iam aliquam fuiſſe creaturam: cuiuſ motibuſ tempora currerent. Porro ſi litere ſacre maximeq; ueraceſ ita dicūt: in principio feciſſe deum celum & terram: ut nihil antea feciſſe intelligatꝰ: q̄a hoc potiuſ in principio feciſſe non diceretur: ſi quid feciſſet ante cetera cūcta que fecit: procul dubio non ē mūduſ factuſ in tempore: ſed cum tempore. Quod enim fit ī tempore: & poſt aliquod fit: & ante aliquod tempuſ: poſt id quod preteritū eſt: ante id quod futurū eſt. Nullū autem ante mundum poſſet eſſe preteritum: quia nulla erat creatura cuiuſ mutabilibuſ motibuſ ageretur. Cum tempore autem factuſ eſt munduſ: ſi ī eiuſ conditiōe factuſ eſt mutabiliſ motuſ: ſicut uidetur ſe habere etiam ordo ille primoꝝ ſex uel ſeptem dierum: in quibuſ mane & ueſpera nominātur: donec omnia que hiſ diebuſ deuſ fecit ſexto perficiantē die: ſeptimoq; in magno miſterio dei uacatio cōmendetē. Qui dieſ cuiuſmodi ſunt: aut perdifficile nobiſ aut impoſſibile eſt cogitare: quāto

magiſ dicere? Videmuſ quippe iſtoſ notoſ dieſ non habere ueſperam niſi de ſoliſ occaſu: nec mane niſi de ſoliſ exortu.

Illorum autem prioreſ treſ dieſ ſine ſole peracti ſunt: qui q̃rto die factuſ referẽ. Et primituſ quidem lux uerbo dei facta: atq; inter ipſã & tenebraſ deuſ ſepaſſe narratur: & eãdem lucẽ uocaſſe diem: tenebraſ aũt noctem. Sed qualiſ illa ſit lux: & quo alternante motu: qualemq; ueſperam & mane fecerit: remotum eſt a ſẽſibuſ noſtriſ: nec ita ut eſt intelligi a nobiſ poteſt: quod tñ ſine ulla heſitatiõe credendũ eſt. Aut enĩ aliq̃ lux corpea ẽ ſiue in ſuperioribuſ mũdi partibuſ lõge a cõſpectibuſ noſtriſ: ſiue ũde ſol poſtmodũ accẽſuſ ẽ: aut lucíſ noĩe ſignificata ẽ ſãcta ciuitaſ in ſanctiſ angeliſ & ſpiritibuſ beatiſ: de qua dicit apoſtoluſ: Que ſurſum ẽ hieruſalẽ mater noſtra eterna in celiſ. Ait quippe & alio loco: Omneſ enim uoſ filii lucíſ eſtiſ & filii dei. nõ ſumuſ noctiſ neq; tenebrarũ. Fit tamẽ & ueſpera dieí huiuſ & mane aliquatenuſ: quoniam ſcientia creature in cõparatiõe ſcientie creatoríſ quodãmõ ueſperaſcit: itemq; luceſcit & mane fit: cum & ipſa refertur ad laudem dilectionẽq; creatoríſ. Nec in noctem uergitur: ubi non creator a creature dilectiõe relinquiẽ. Deniq; ſcriptura cum illoſ dieſ dinumeraret ex ordine: nuſquam ĩterpoſuit uocabulũ noctiſ. Non enim ait alicubi: facta eſt nox: ſed facta eſt ueſpera & factum eſt mane dieſ unuſ. Ita dieſ ſecunduſ et ceteri. Cognitio quippe creature in ſeipſa decoloratior eſt ut ita dicam: quam cum in dei ſapientia cognoſcitur: uelut ĩ arte qua facta eſt. Ita ueſpera congruentiuſ q̃ nox dici poteſt: que tamẽ ut dixi cum ad laudandum & amandum refertur creatorem: recurrit in mane. Et hoc cum fit in cognitionem ſuiipſiuſ: dieſ unuſ eſt. Cum in cognitionem firmamenti qđ inter aquaſ inferioreſ & ſuperioreſ celum appellatum eſt: dieſ ſecũduſ. Cum ĩ cognitionẽ terre ac mariſ omniũq; gignẽtiũ que radicibuſ continuata ſunt terre: dieſ tertiuſ. Cum in cognitionem luminarium maioríſ & minoríſ omniũq; ſiderum: dieſ q̃rtuſ. Cum in cognitionem omniũ que ex aquiſ aĩalium natatiliũ atq; uolatiliũ: dieſ quintuſ. Cum in cognitionem omniũ aĩaliũ terrenoꝝ atq; ipſiuſ hoĩſ: dieſ ſextuſ.

Cum uero in die ſeptimo requieſcit deuſ ab omĩbuſ operibuſ ſuiſ & ſãctificat eũ: neq̃q̃ eſt accipiendũ pueriliter: tanq̃ deuſ laborauerit operando qui dixit, & facta ſunt uerbo intelligibili & ſẽpiterno: non ſonabili & tꝑali. Sed requieſ dei requiem ſignificat eoꝝ q requieſcũt in deo: ſicut leticia domuſ leticiã ſignificat eoꝝ q letãẽ in domo: etiã ſi nõ eoſ domuſ ipa ſed alia reſ aliq̃ letoſ facit. Quãto magiſ ſi eadẽ domuſ pulcritudine ſua faciat letoſ habitatoreſ: ut nõ ſolũ eo loquendi mõ leta dicat quo ſignificat̃ p id q̃ cõtinet id qđ cõtinet̃: ſicut theatra plaudũt: prata mugiunt: cũ in illiſ hoĩeſ plaudãt: in hiſ boueſ mugiãt: ſed etiã illo quo ſignificat̃ p efficientẽ id qđ efficit̃: ſicut leta epiſtola dicit̃ ſignificãſ eoꝝ leticiã quoſ legẽteſ efficit letoſ. Cõuenientiſſime itaq; cũ deũ requieuiſſe ꝓphetica narrat auctoritaſ: ſignificat̃ requieſ eoꝝ q ĩ illo requieſcũt: & quoſ facit ipe requieſcere. Hoc etiã hominibuſ qbuſ loquẽ & ꝓpter quoſ utiq; cõſcripta ẽ ꝓmittẽte ꝓphecia: q etiã ipſi poſt bõa opa que ĩ eiſ & p eoſ opat̃ deuſ: ſi ad illũ ꝓfuſ in iſta uita p fidẽ quodãmõ acceſſerint: ĩ illo habebũt requiem ſempiternã. Hoc.n. & ſabbati uacatiõe ex precepto legiſ in ueteri dei populo figuratum eſt: unde ſuo loco diligentiuſ arbitror differendum.

NVnc quoniam de ſancte ciuitatiſ exortu dicere institui: & priuſ quod ad ſcõſ angeloſ attinet dicendum putaui: que huiuſ ciuitatiſ & magna parſ eſt: & eo beatior ꝙ nunq̃ peregrinata: que hinc diuina teſtimonia ſuppetãt quantum ſatiſ uidebitur deo largiente explicare conabor. Vbi de mundi conſtitutiõe ſacre litere loquuntur: non euidenter dicitur utrum uel quo ordine creati ſunt angeli: ſed ſi pretermiſſi non ſunt: uel celi nomine ubi dictum eſt in principio fecit deuſ celũ et & terram: uel potiuſ lucis huiuſ de qua loquoꝛ ſignificati ſunt. Nõ aũt ꝑtermiſſoſ eſſe hinc eſtimo ꝙ ſcriptum eſt requieuiſſe deum in die ſeptimo ab omĩbuſ opibuſ ſuiſ que fecit: cum liber ipſe ita ſit exorſuſ. In principio fecit deuſ celum & terram: ut ãte celum & terram nihil aliud feciſſe uideatur. Cum ergo a celo & terra cepit: atq; ipſa terra quam primituſ fecit ſicut ſcriptura cõſequenter eloquitur: inuiſibiliſ & incompoſita nondumq; luce facta: utiq; tenebre fuerint ſuper abiſſum: id ẽ ſup quandam terre & aque indiſtinctam confuſionem. ubi enim lux non eſt: tenebre ſint neceſſe eſt. deinde oĩa creando diſpoſita ſint que per ſex dieſ cõſũata narrãt: quomodo angeli pretermitterentur tanq̃m non eſſent in operibuſ dei a quibuſ die ſeptimo requieuit? Opuſ autem dei eſſe angeloſ. hic quidem & ſi non ꝑtermiſſum non tamen euidenter expreſſum eſt. ſed alibi hoc ſancta ſcriptura clariſſima uoce teſtatur. Nam & in himno trium in camino uirorũ: cum predictum eſſet bñdicite omnia opera domini dominũ: in executione eorundem operum etiã ſancti angeli nominati ſunt. Et in pſalmo canitur. Laudate dominum de celiſ. laudate eum in excelſiſ. laudate eum omneſ angeli eiuſ: laudate eum omneſ uirtuteſ eiuſ. laudate eum ſol & luna: laudate eum omneſ ſtelle & lumẽ. laudate eum celi celoꝝ & aque que ſuper celoſ ſunt laudent nomen domini. Quoniã ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Etiam hic apertiſſime a deo factoſ eſſe ãgeloſ diuinituſ dictum eſt. cum eiſ inter cetera celeſtia cõmemoratiſ infertur ad omnia: ipſe dixit & facta ſunt. Quiſ porro audebit opinari poſt oĩa iſta que ſex diebuſ enumerata ſunt angeloſ factoſ? Sed & ſi quiſ q̃ ita deſipit: redarguit iſtã uanitatẽ illa ſcriptura pariſ auctoritatiſ ubi deuſ dicit. Quando facta ſunt ſidera: laudauerunt me uoce magna omneſ angeli mei. Iam uero erant angeli quando facta ſunt ſidera. facta ſunt autem quarto die. Nũquid nam ergo die tertio factoſ eſſe dicemuſ? Abſit. In promptu eſt enĩ quid illo die factũ ſit. Ab aquiſ utiq; terra diſcreta eſt. & diſtictaſ ſui generiſ ſpecieſ duo iſta elementa ſumpſerũt. & ꝓduxit terra quicqd ei radicituſ inheret. Nunquid nam ſecundo? Nec hoc quidem. Tunc enim firmamentũ factũ eſt inter aq̃ſ ſuperioreſ & inferioreſ celũ q; appellatum eſt. in quo firmamento q̃rto die facta ſũt ſidera. Nimiꝝ ergo ſi ad iſtorum dierum opera dei pertinẽt ãgeli: ipſi ſunt illa lux que diei nomen accepit: cuiuſ unitaſ ut cõmendaretur nõ ẽ dictuſ dieſ primuſ: ſed dieſ unuſ. Nec aliuſ eſt ſecunduſ aut tertiuſ aut ceteri: ſed idem ipſe unuſ ad implẽdum ſenariũ uel ſeptenariũ numerum repetituſ eſt. ꝓpter ſenariam uel ſeptenariam cognitionem: ſenariam ſcilicet operũ que fecit deuſ: & ſeptenariã quietiſ dei. Cum enĩ dixit deuſ fiat lux & facta eſt lux: ſi recte in hac luce creatõ intelligitur angelorum: profecto facti ſunt participeſ luciſ eterne: que eſt ipſa in/commutabiliſ ſapiẽtia dei per quam facta ſunt omnia: quẽ dicimuſ unigenitum dei filiũ: ut ea luce illuminati qua creati fierent lux: & uocarentur dieſ participatiõe incõmutabiliſ luciſ & diei: quod eſt uerbum dei per quod & ipſi & oĩa facta ſũt. Lumen quippe uerum quod illuminat omnem hoĩem uenientem in hũc mũdũ: hoc illuminat & omnem angelum mundum: ut ſit lux non in ſeipſo ſed in deo. a

quo ſi auertitur angeluſ fit immunduſ: ſicut ſunt omneſ qui uocantur immundi ſpirituſ: nec iam lux in dño: ſed in ſeipſiſ tenebre priuati participatõne lucis eterne. Mali enim nulla natura eſt: ſed amiſſio boni mali nomen accepit.

Eſt itaq; bonum ſolum ſimplex: & ob hoc ſolum incommutabile qđ eſt deuſ. Ab hoc bono creata ſunt omnia bona: ſed nõ ſimplicia & ob hoc mutabilia. Creata ſane inq̃ id eſt facta non genita. Quod enim de ſimplici bono genitum eſt pariter ſimplex eſt. et hoc eſt quod illud de quo genitum eſt. que duo patrem et filium dicimuſ. & utrunq; hoc cum ſancto ſpiritu unuſ eſt deuſ. Qui ſpirituſ patriſ & filii: ſpirituſ ſanctuſ propria quadam notione huiuſ nõiſ in ſacriſ literiſ nũcupat. Aliuſ aũt eſt q̃ pater & filiuſ. quia nec pater eſt nec filiuſ. Sed aliuſ dixi nõ aliud: quia & hoc pariter ſimplex pariterq; incommutabile bonum eſt & coeternum. Et hec trinitaſ unuſ eſt deuſ. nec ideo nõ ſimplex quia trinitaſ. Neq; enĩ propter hoc naturam iſtam boni ſimplicem dicimuſ. quia pater in ea ſoluſ: aut ſoluſ filiuſ: aut ſoluſ ſpirituſ ſanctuſ. aut uero quia ſola eſt iſta nominiſ trinitaſ ſine ſubſiſtentia pſonarũ: ſicut ſabelliãi heretici putauerũt. Pater q genuit ſimplex eſt: & filiuſ qui genituſ ẽ pater ſimplex ẽ: & hoc ẽ qđ illud de quo genituſ ẽ. Sed ideo ſimplex dicit, q̃m qđ habet hoc ẽ: excepto q relatiue queq; pſona ad alterã dicit. Nã utiq; pater habet filiũ: nec tñ ipſe eſt filiuſ. & filiuſ habet patrem: nec tamen ipſe eſt pater. In quo ergo ad ſemetipſum dicitur nõ ad alterum: hoc eſt quod habet: ſicut ad ſeipm dicitur uiuenſ habẽdo utiq; uitam: & eadem uita ipſe eſt. Propter hoc itaq; natura dicitur ſimplex: cui nõ ſit aliud habere qđ uel poſſit amittere: uel aliud ſit habenſ aliud quod habet: ſicut uaſ aliquem liquorem: aut corpuſ colorem: aut aer lucem ſiue feruorem: aut anima ſapientiam. Nihil enim horum eſt id quod habet. Nam neq; uaſ liquor eſt: nec corpuſ color: nec aer lux ſiue feruor: neq; aĩma ſapientia ẽ. Hinc eſt q etiã priuari poſſunt rebuſ quaſ habent: & in alioſ habituſ uel q̃litateſ uerti atq; mutari. ut & uaſ euacuetur humori quo plenum eſt: & corpuſ decoloretur: & aer tenebreſcat ſiue frigeſcat: & aĩma deſipiat. Sed & ſi ſit corpuſ incorruptibile quale ſanctiſ in reſurrectione promittitur: habet quidem ipſiuſ incorruptioniſ inamiſſibilem q̃litatẽ: ſed manente ſubſtãtia corpali: nõ hoc eſt qđ ipã incorruptio. Nam illa etiam per ſingulaſ parteſ corporiſ tota eſt: nec alibi maior alibi minor. Neq; enim ulla parſ eſt incorruptior q̃ altera: corpuſ uero ipſum maiuſ eſt in toto q̃ in parte: & cum alia parſ eſt in eo amplior alia minor: non ea que amplior eſt incorruptior q̃ ea que minor. Aliud eſt itaq; corpuſ quod non ubiq; ſui totum eſt: alia incorruptio que ubiq; eiuſ tota eſt: qa omniſ parſ incorruptibiliſ corporiſ etiã ceteriſ inequaliſ equaliter incorrupta eſt. Neq; enĩ uerbi gratia qa digituſ minor eſt q̃ tota manuſ: ideo incorruptibilior manuſ q̃ digituſ. Ita cũ ſint inequaleſ manuſ & digituſ: equaliſ eſt tñ incorruptibilitaſ manuſ & digiti. Ac per hoc q̃uiſ a corpore incorruptibili inſeparabiliſ incorruptibilitaſ ſit: aliud ẽ tñ ſubſtantia qua corpuſ dicitur: aliud qualitaſ eiuſ qua incorruptibile nuncupatur. Et ideo ſic etiam non hoc eſt quod habet anima quoq; ipſa: etiam ſi ſemper ſit ſapienſ: ſicut erit cũ a pñti miſeria liberabitur. qa licet tunc ſapienſ ſit in eternũ: participatione tamẽ incommutabiliſ ſapientie ſapienſ erit: que non eſt quod ipſa. Neq; enĩ ſi aer infuſa luce nunq̃ deſerat: ideo non aliud eſt ipſe aliud lux q̃ illuminat. Neq; hoc ita dixerim quaſi aer ſit anima: quod putauerunt quidã q nõ potuerunt incorporeã cogitare

naturam. Sed habent hec ad illa etiã in magna diſparilitate q̃ndã ſimilitudinem: ut nõ inconueniẽter dicatur ſic illuminari animam incorpoream luce incorporea ſimplicis ſapiẽtie dei: ſicut illuminat᷑ aeris corpus luce corporea: & ſicut aer tenebreſcit iſta luce deſertus. Nam nihil ſunt aliud que dicuntur locorum quorũcꝫ corporaliũ tenebre: q̃ aer carens luce: ita tenebreſcere animam ſapientie luce priuatã. Scd̃m hoc ergo dicuntur illa ſimplicia que principaliter uereqꝫ diuina ſunt: ꝙ non aliud eſt in eis qualitas: aliud ſubſtantia: nec aliorꝫ participatiõe uel diuina uel ſapiẽtia uel beata ſunt. Ceterum dictus eſt in ſcripturis ſanctis ſpiritus ſanctus ſapientia multiplex: eo ꝙ multa in ſe habeat: ſed que habet hec & ē: & ea oĩa unus eſt. Neqꝫ enim multe ſed una ſapientia eſt: in qua ſunt immenſi quidã atqꝫ infiniti theſauri rerum intelligibiliũ: in quibus ſunt omnes inuiſibiles atqꝫ incommutabiles ratiões rerum: etiam uiſibilium & mutabilium que per ipſam facte ſunt: quoniã deus nõ aliquid neſciens fecit: quod nec de quolibet homĩe artifice recte dici poteſt. Porro ſi ſciens fecit oĩa: ea utiqꝫ fecit que nouerat: ex quo occurrit animo qddã mirũ ſed tñ uerũ: ꝙ iſte mundus nobis notus eẽ nõ poſſet niſi eſſet: deo aũt niſi notus ēēt eẽ non poſſet.

QVe cum ita ſint: nullo quidem modo ſcd̃m aliquod temporis ſpacium prius erant ſpiritus illi tenebre quos ãgelos dicimus: ſed ſimul ut facti ſũt lux facti ſunt: non tamen ita tantũ creati ut quoquomodo eẽnt & quoquomodo uiuerẽt: ſed etiam illuminati ut ſapiẽter beateqꝫ uiuerent. Ab hac illuminatiõe auerſi qdã angeli: non ſolũ non obtinuerũt excellentiã ſapientis beateqꝫ uite: que proculdubio non niſi eterna eſt certa atqꝫ ſecura: ſed & rationalem uitã licet inſipientẽ ſic habẽt: ut eam non poſſint amittere nec ſi uelint. Quatenus aũt anteq̃m peccaſſent illius ſapientie fuerint participes: definire quis põt? In eius tamen participatione eq̃les fuiſſe iſtos illis: qui propterea uere pleneqꝫ beati ſunt: quoniam nequaq̃m de ſue beatitudinis eternitate fallunt᷑ quomodo dicturi ſumus: q̃ndo quidem ſi equales in ea fuiſſent: etiam iſti ĩ eius eternitate manſiſſent: pariter beati qa pariter certi? Neqꝫ enim ſicut uita q̃diucunqꝫ fuerit: ita eterna uita ueraciter dici poterit ſi finẽ habitura ſit: ſiquidem uita tantummodo uiuendo: eterna uero finem non habẽdo nominata eſt. Quapropter q̃uis non quidquid eternũ continuo beatum ſit: dicitur enim etiam penalis ignis eternus: tamen ſi uere perfecteqꝫ beata uita nõ niſi eterna eſt: non erat talis iſtorꝫ uita beata: quia quãdoqꝫ deſitura: & propterea nõ eterna ſiue id ſcirẽt ſiue neſcientes aliud putarẽt: qa ſcientes timor: neſcientes error beatos eſſe utiqꝫ non ſinebat. Si autem hoc ita neſciebant ut falſis incertis ue nõ fiderent: ſed utrum ſempiternũ an quandoqꝫ finem habiturum eſſet bonum ſuũ: in neutrã partem firma aſſenſione ferrentur: ipſa de tanta felicitate cũctatio eã beate uite plenitudinem quam in ſanctis angelis eſſe credimus nõ habebat. Neqꝫ enim beate uite uocabulũ ita cõtrahimus ad quaſdã ſignificatiões ãguſtias: ut ſolũ deũ dicamus beatũ: q tñ ita uere btũs ē ut maior btitudo eẽ nõ poſſit. In cuius cõpatiõe ꝙ ãgeli beati ſũt: ſua q̃dã ſũma beatitudine quãta eſſe in angelis poteſt: qd aut̃ q̃ntũ eſt.

NEc ipſos eni huic tante beatitudini

comparatos quod attinet ad ratiõalem uel intellectualem creaturã: beatos nuncupãdos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiſo negare audeat beatos fuiſſe ante peccatum: q̃uis de ſua beatitudine q̃ diuturna uel utrum eterna

eſſet incertos:eſſet autē eterna niſi peccaſſent:cum hodie non imprudenter beatos uocemus:quos uidemus iuſte ac pie cū ſpe future immortalitatis hanc uitā ducere: ſine crimine uaſtante cōſcientiā:facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinā miſericordiā:qui licet de ſue perſeuerātie premio certi ſint:de ipſa tamē pſeuerātia ſua reperiunt incerti.¶Quis enim hominū ſe in actiōe pfectuq; iuſticie pſeueraturū uſq; in finem ſciat:niſi aliqua reuelatiōe ab illo fiat certus q de hac re iuſto latētiq; iudicio nō omnes inſtruit:ſed neminem fallit.¶Quantū itaq; pertinet delectationē preſentis boni:beatior erat pmus homo ī paradiſo:q̄ qlibet iuſtus ī hac infirmitate mortali.¶Quantū aūt ad ſpē futuri boni:beatior quilibet ī quibuslibet cruciatibus corporis:cui nō opinione ſed certa ueritate manifeſtū ē:ſine fine ſe habiturū omni moleſtia carentem ſocietatē angelorū in participatiōe ſummi dei:q̄ erat ille homo ſui caſus incertus in magna illa felicitate paradiſi.¶Quocirca cuiuis iam nō difficiliter occurrit utroq; coniuncto effici beatitudinem:quā recto propoſito intellectualis natura deſiderat:hoc ē ut & bono icōmutabili qd̄ deus ē ſine ulla moleſtia pfruat & in eo ſe in eternū eē manſurū nec ulla dubitatiōe cūctetur:nec ullo errore fallat. Hāc habere angelos lucis pia fide credimus:hāc nec ātēq̄ caderēt habuiſſe āgelos peccatores:qui ſua prauitate illa luce puati ſūt cōſequēti rōe colligimus.¶Habuiſſe tñ aliquā & ſi nō pſciā beatitudinē:ſi uitā egerūt āte peccatū pfecto credendi ſunt.

A

AVt ſi durū uidet̄ qn̄ facti ſūt angeli:alios credere ita factos ut nō acciperēt preſcientiam:uel perſeuerantie uel caſus ſui:alios autē ita factos ut ueritate certiſſima eternitatem ſue beatitudinis noſſēt:ſed equalis felicitatis omes ab initio creati ſunt:& ita fuerunt donec iſti qui nūc mali ſunt ab illo bonitatis lumine ſua uoluntate cecidiſſent:profecto multo eſt durius nūc putare āgelos ſanctos eterne ſue beatitudinis incertos:& ipſos de ſemetipſis ignorare:quod nos de illis p ſcripturas ſanctas noſſe potuimus.¶Quis enī catholicus xp̄ianus ignorat:nullū nouū diabolū ex bonis angelis ulterius futurum:ſicut nec iſtum in ſocietatem bonorū angelorū ulterius rediturum?¶Veritas qppe ī euangelio ſanctis fidelibusq; pmittit φ erunt equales angelis dei:quibus etiam promittitur φ ibunt in uitam eternam.¶Porro autem ſi nos certi ſumus nunq̄ nos ex illa īmortali felicitate caſuros:illi uero certi non ſunt:iam potiores non equales eis erimus.¶Sed quia nequaq̄m ueritas fallit:& equales eis erimus:profecto etiam ipſi certi ſunt ſue felicitatis eterne.¶Cuius illi alii quia certi non fuerunt:non enim erat eorum eterna felicitas cuius certi eſſent:que finem fuerat habitura:reſtat ut aut impares fuerint:poſt iſtorum ruinā illis certa ſcientia ſue ſempiterne felicitatis acceſſerit.¶Niſi forte quis dicat id quod dominus ait de diabolo in euangelio.¶Ille homicida erat ab initio & in ueritate nō ſtetit:ſic eſſe accipiendum ut nō ſolum hōicida fuerit ab initio:id eſt initio hūani generis ex quo uiq; homo factus eſt:quem decipiendo poſſet occidere:uerū etiā ab initio ſue cōditionis in ueritate non ſteterit:& ideo nunq̄ beatus cū ſanctis angelis fuerit: ſuo recuſans eſſe ſubditus creatori:& ſuperbia ſua uelut priuata poteſtate elatus:ac per hoc falſus & fallax:quia neq; unq̄ poteſtatem omnipotentis euadit.¶Et q per piam ſubiectionem noluit tenere quod uere eſt:affectat per ſuperbam elationem ſimulare quod non eſt:ut ſic intelligatur etiam quod beatus apoſtolus Iohannes ait:ab initio diabolus peccat.hoc eſt:ex quo factus eſt iuſtitiam recuſauit:quam niſi pia deoq; ſubdita uoluntas habere nō poſſet.¶Huic ſententie quiſquis acquieſcit:

non cum illiſ hereticiſ ſapit id eſt manicheiſ: & ſi que alie peſteſ ita ſentiūt: ꝙ ſuam quandā propriā tanꝗ̃ ex aduerſo quodā principio diaboluſ habeat naturam mali: q tanta uanitate deſipiunt: ut cum uerba iſta euangelica in auctoritate nobiſcum habeant: non attendant non dixiſſe dominū a ueritate alienuſ fuit: ſed in ueritate non ſtetit: ubi a ueritate lapſum intelligi uoluit: in qua utiq; ſi ſteriſſet: eiuſ particepſ factuſ beatuſ cum ſanctiſ angeliſ permaneret.

Vbiecit autem iudiciū: quaſi queſiſſemuſ unde oſtendatur ꝙ in ueritate non ſteterit: atq; ait quia non eſt ueritaſ in eo. Eſſet autem ī eo ſi in illa ſtetiſſet. Locutione autem dictum eſt minuſ uſitata. Sic enim uidetur ſonare. In ueritate non ſtetit: quia non eſt ueritaſ in eo: tanꝗ̃ ea ſit cauſa ut in ueritate non ſteterit: ꝙ in eo ueritaſ non ſit. cū potiuſ ea ſit cauſa ut in eo ueritaſ nō ſit: ꝙ in ueritate non ſtetit. Iſta locutio ē & in pſalmo ubi ait. Ego clamaui quoniā exaudiſti me deuſ. cum dicēdum fuiſſe uideatur: exaudiſti me deuſ quoniā clamaui. Sed cū dixiſſet ego clamaui: tāꝗ̃ ab eo quereret̄ ūde ſe clamaſſe mōſtraret: ab effectu exauditiōiſ dei clamoriſ ſui oñdit affcm̄. tāꝗ̃ diceret. Hinc oñdo clamaſſe me qm̄ exaudiſti me.

Illud etiā qđ ait de diabolo Iohanneſ: ab initio diaboluſ peccat: nō intelligūt qui inde uolunt aſſerere peccati naturam ſeū naturale nullum ſit oīo peccatū. Sed quid reſpōdet̄ pro pheticiſ teſtimoniiſ: ſiue qđ ait Yſaiaſ ſub figurata pſona principiſ babilonie diabolum notanſ: quō cecidit Lucifer qui mane oriebat̄: ſiue quod Ezechiel: in deliciiſ padiſi dei fuiſti: omi lapide p̄cioſo ornatuſ: ubi īcelligit̄ fuiſſe aliquando ſine peccato. Nam expreſſiuſ et paulopoſt dicitur. Ambulaſti in diebuſ tuiſ ſine uicio. Que ſi aliter conuenientiuſ intelligi nequeunt: oportet etiā illud quod dictū eſt in ueritate nō ſtetit ſic accipiamuſ. ꝙ in ueritate fuerit: ſed nō permanſerit. Et illud quod ab initio diaboluſ peccat: nō ab initio ex quo creatuſ eſt peccare putāduſ eſt: ſed ab initio peccati quod ab ipſiuſ ſupbia cepit eē peccatū. Nec illud qđ ſcriptū ē in libro Iob cū de diabolo ſermo eſſet. Hoc ē initiū figmēti dñi qđ fecit ad illudendū ab angeliſ ſuiſ. Cui conſonare uidet̄ & pſalmuſ ubi legit̄. Draco hic quē finxiſti ad illudendū ei. ſic īcelligendum eſt: ut exiſtimemuſ talē ab initio creatū cui ab angeliſ illuderetur: ſed in hac pena poſt peccatum ordinatum. Initiū ergo eiuſ figmentū eſt domini. Non enim eſt ulla natura etiā in extremiſ infimiſq; beſtioliſ: quam non ille conſtituit a quo eſt omniſ moduſ: omniſ ſpecieſ: omiſ ordo: ſine quibuſ nihil rerū inueniri uel cogitari poteſt. Quāto magiſ āgelica creatura: que omnia cetera que deuſ condidit nature dignitate precedit.

In hiſ enim que quoquomodo ſunt: & nō ſunt quod deuſ eſt a quo facta ſunt: preponunt̄ uiuentia nō uiuentibuſ: ſicut ea que habent uim gignendi uel etiā appetendi: hiſ que iſto motu carent. Et in hiſ que uiuūt preponunt̄ ſentientia non ſentientibuſ ſicut arboribuſ aīalia. Et in hiſ que ſentiūt preponunt̄ intelligētia non intelligentibuſ: ſicut homineſ pecoribuſ. Et in hiſ que intelligunt preponunt̄ immortalia mortalibuſ: ſicut angeli hominibuſ altioriſ preponunt̄ nature ordine. Eſt autem aliuſ atq; aliuſ pro ſuo cuiuſq; uſu eſtimatiōiſ moduſ: quo fit ut quedā ſenſu carentia quibuſdā ſentientibuſ preponamuſ: in tantum ut ſi poteſtaſ eſſet ea prorſuſ de natura rerum auferre uellemuſ: ſiue quē in ea locum habent ignorāteſ: ſiue etiā ſciamuſ noſtriſ ea cōmodiſ poſtponenteſ. Quiſ enim non domi ſue panem

habere q̃ mureſ minimoſq̃ puliceſ malit? Sed quid mirum: cum in ipſoꝝ etiã hoim eſtimatione quorum certe natura tante eſt dignitatiſ: plerunq carius comparetur equuſ q̃ ſeruuſ: gemma q̃ famulla? Ita in tali libertate iudicãdi plurimũ diſtat rõ conſiderantiſ a neceſſitate indigentiſ: ſeu uoluptate cupientiſ: cũ iſta quid p ſe ipm in rerum gradibuſ pẽdat: neceſſitaſ aũt quid propter quid expetat cogitet: & iſta quid uerum luce mentiſ appareat: uoluptaſ uero quid iocundum corporiſ ſenſibuſ blandiatur exquirat. Sed tantũ ualet in naturiſ rationalibuſ quodda ueluti põduſ uoluntatiſ & amoriſ: ut cum ordine nature angeli hominibuſ: tñ lege iuſticie boni homineſ maliſ angeliſ preferantur.

PRopter naturam igitur nõ propter maliciã diaboli dictũ recte itelligimuſ. Hoc eſt miciũ figmẽti domini. qa ſine dubio niſi eſſet uiciũ malicie: natura non uiciata preceſſit. Viciũ aũt ita contra naturam eſt: ut non poſſit niſi nocere nature. Non itaq eſſet uitiũ recedere a deo: niſi nature cuiuſ id uicium eſt: potius competeret eſſe cum deo. Quapropter etiam uoluntaſ mala grande teſtimonium eſt nature bone. Sed deuſ ſicut naturarũ bonaꝝ optimuſ creator eſt: ita malarum uoluntatũ iuſtiſſimuſ ordinator. ut cum male ille utuntur naturiſ boniſ: ipſe bene utatur etiam uoluntatibuſ maliſ. Itaq fecit ut diabolus inſtitutione illiuſ bonuſ: uoluntate ſua maluſ: in inferioribuſ ordinatuſ illuderetur ab angeliſ eiuſ: id eſt ut proſint temptatõneſ eiuſ ſanctiſ: quibuſ eaſ obeſſe deſiderat. Et qm deuſ cum eum conderet futuro malignitatiſ eiuſ nõ erat utiq ignaruſ: & preuidebat que bona de maliſ eiuſ eet ipſe facturuſ: ppterea pſalmuſ ait. Draco hic quẽ finxiſti ad illudẽdũ ei. ut in eo ipſo q̄ eũ finxit: licet per ſuã bõitatem bonũ: iam p ſuam preſcientiam preparaſſe intelligat̃ quõ illo uteret̃ in malo.

NEq enim deuſ ullum non dico angelorũ ſed uel hominũ crearet: quẽ malum futurũ eſſe preſciſſet: niſi pariter noſſet quibuſ eoſ bonoꝝ uſibuſ cõmodaret: atq ita ordinem ſeculorũ tanq̃ pulcerrimũ carmẽ etiam ex qbuſdã q̃ſi antitetiſ honeſtaret. Antiteta enĩ que appellant̃: in ornamentiſ elocutõiſ ſũt decẽtiſſima: que latine appellant̃ oppoſita: uel quod expreſſiuſ dicitur contrapoſita. Non eſt apud noſ huiuſ uocabuli conſuetudo: cũ tñ eiſdem ornamentiſ locutõiſ etiã ſermo latinuſ utatur: imo lingue oĩm gentiũ. hiſ antitetiſ & Paulus apoſtoluſ i ſecũda ad corinthioſ epiſtola illum locum ſuauiter explicat ubi dicit. per arma iuſticie a dextriſ & a ſiniſtriſ: per gloriã & ignobilitatem: per infamiam & bonam famã: ut ſeductoreſ & ueraceſ: ut qui ignoramur & cognoſcimur: quaſi morienteſ & ecce uiuimuſ: ut coerciti & non mortificati: ut triſteſ ſemper autem gaudenteſ: ſicut egeni multoſ aũt ditanteſ: tanq̃ nihil habẽteſ & oĩa poſſidẽteſ. Sicut ergo iſta cõtraria contrariiſ oppoſita ſermoniſ pulcritudinem reddũt: ita quadam nõ uerborum ſed rerum eloquentia contrariorum oppoſitiõe ſeculi pulcritudo componit̃. Apertiſſime hoc poſitũ ẽ in libro eccleſiaſtico hoc mõ. Cõtra malũ bonũ ẽ: & cõtra mortẽ uita. ſic cõtra piũ peccator. Et ſic intuere i oĩa opa altiſſimi. bina cõtra bina: unũ cõtra unum.

QVãuiſ itaq diuini ſermoniſ obſcuritaſ etiã ad hoc ſit utiliſ: q pluteſ ſentẽtiaſ ueritatiſ pariat: & in lucem noticie producat: dũ aliuſ eũ ſic aliuſ ſic intelligit: ita tñ ut quod in obſcuro loco intelligit̃: uel atteſtatione rerum manifeſtarũ uel aliiſ lociſ minime dubiiſ aſſeratur: ſiue cum multa tractant̃ ad id quoq perueniatur

qd ſenſit ille qui ſcripſit ſiue id lateat ſed ex occaſiōe tractāde ꝑfūde obſcuritatiſ alia quedam uera dicantur non mihi uidetur ab operibuſ dei abſurda ſentētia. ſi cum lux illa prima eſt facta angeli creati intelliguntur & inter ſanctoſ angeloſ & immundoſ fuiſſe diſcretum ubi dictum eſt & diuiſit deuſ inter lucem & tenebraſ & uocauit deuſ lucem diē & tenebraſ uocauit noctē. Soluſ quippe ille iſta diſcernere potuit: qui potuit etiā priuſ ꝙ caderent preſcire caſuroſ & lumīe priuatoſ ueritatiſ in tenebroſa ſuperbia remanſuroſ. Nam inter iſtum nobiſ notiſſimū diē & noctē: id eſt inter hanc lucem & haſ tenebraſ uulgatiſſimaſ ſenſibuſ noſtriſ luminaria celi ut diuiderent imperauit. Fiant inquit luminaria in firmamēto celi ut luceāt ſup terrā: & diuidāt inter diem & noctē. Et paulo poſt. Et fecit inqt deuſ duo lūiaria magna: luminare maiuſ in principio diei: & lumīare minuſ in principio noctiſ. Et ſtellaſ. & poſuit illaſ deuſ ī firmamēto celi lucere ſuper terrā: & preeſſe diei & nocti: & diuidere inter lucē & tenebraſ. Inter illā uero lucē que ſancta ſocietaſ angeloꝝ eſt illuſtratione ueritatiſ intelligibiliter fulgenſ & ei cōtrariaſ tenebraſ id ē malorū angelorum auerſorum a luce iuſticie teterrimaſ mētes ipſe diuidere potuit cui etiā futurum non nature ſed uoluntatiſ malum occultū aut incertū eſſe non potuit:

DEniq; nec illud eſt preterēū dū ſilentio ꝙ ubi dixit deuſ fiat lux & facta eſt lux: continuo ſubiunctū eſt & uidit deuſ lucem quia bona eſt. Nā poſteaꝗ ſeparauit inter lucē & tenebraſ & uocauit lucem diē & tenebraſ noctē: ne ſimul cū luce etiam talibuſ tenebriſ teſtimōium placiti ſui ꝓhibuiſſe uideret. nā ubi tenebre inculpabileſ ſunt inter quaſ & lucē iſtā biſ oculiſ cōſpicuā luminaria celi diuidūt: non ante ſed poſt infert. Et uidit deuſ qa bonū eſt. & poſuit inqt illa ī firmamēto celi lucere ſuper terram & preeſſe diei & nocti: & ſepare inter lucem & tenebraſ. Et uidit deuſ qa bonū eſt. Vtrunq; placuit: qa utrūq; ſine peccato ē. Vbi autē dixit deuſ fiat lux & facta ē lux: & uidit deuſ lucē quia bona ē: & poſtmodū infert: & ſeparauit deuſ inter lucem & tenebraſ uocauitq; deuſ lucē diē & tenebraſ uocauit noctem non hoc loco additū eſt: & uidit deuſ quia bonū eſt: ne utrūq; appellaret bonū cū eſſet horū alterū malū uicio ꝓprio nō natura. Et ideo ſola ibi lux placuit conditori tenebre aūt angelice & ſi fuerant ordināde: non tn̄ fuerant approbāde.

QVid eſt enim aliud intelligendū in eo ꝙ per omnia dicitur: uidit deuſ quia bonum eſt: niſi operiſ approbatio ſcd̄m artem facti que ſapientia dei eſt? Deuſ aūt nō uſq; adeo cum dicit factū eſt: tūc didicit bonū: ut nihil eorum fieret ſi ei fuiſſet incognitū. Dum ergo uidit quia bonū eſt quod niſi uidiſſet anteꝗ fieret nō unq; fieret: docet bonū eſſe non diſcit. Et Plato qdē pluſ auſuſ eſt dicere. elatū eē ſcilicet deū gaudio mūdi uniuerſitate ꝑfecta. Vbi & ipſe nō uſq; adeo deſipiebat: ut putaret deū ſui opiſ nouitate factū beatiorē: ſed ſic oſtendere uoluit artifici ſuo placuiſſe iam factū: qd placuerat in arte faciendū: nō ꝙ ullo mō dei ſcientia uarietē: ut aliud ī eo faciāt que nōdū ſūt: aliud que iā ſūt: aliud que fuerūt. Nō enim more noſtro ille uel qd futurum eſt proſpicit uel qd preſenſ eſt aſpicit uel qd preteritū eſt reſpicit: ſed alio mō quodā a noſtrarū conſuetudine cogitationū lōge alteq; diuerſo. Ille qppe nō ex hoc in illud cogitatōe mutata: ſed oīo īcōmutabiliter uidet: ſic ut illa qdē que tꝑaliter fiūt: & futura nondū ſint & pſentia iā ſint & ꝑterita iā non ſint: ipſe uero hec oīa ſtabili ac ſempiterna preſentia cōprehendat: nec aliter oculiſ: aliter mēte: nō enim

ex animo cōſtat & corpore. Nec aliter nūc: aliter antea: & aliter poſtea: qm̄ non ſicut noſtra ita quoq; eiuſ ſcientia triū temporū: preſentiſ uidelicet & preteriti uel futuri uarietate mutatur. apud quē non eſt immutatiō nec momēti obumbratio. Neq; n. eiuſ intentio de cogitatiōe in cogitationē tranſit: i cuiuſ incorporeo cōtuitu ſimul adſūt cūcta que nouit. Quoniā tp̄a ita nouit nullis ſuiſ tp̄ibuſ queadmodū temporalia mouet nulliſ ſuiſ temporalibuſ motibuſ. Ibi ergo uidit bonū eē quod fecit: ubi bonū eſſe uidit ut faceret. Nec quia factum uidit ſciētiā duplicauit: uel ex aliqua parte auxit: tanq̄ minoriſ ſcientie fuerit priuſq̄ faceret quod uideret: q tam pfecte nō operaret̄: niſi tā pfecta ſcientia cui nihil ex eiuſ operibuſ adderet̄. Quapropter ſi tm̄modo nobiſ inſinuādum eſſet quiſ fecerit lucē: ſufficeret dicere fecit deuſ lucem. Si aūt non ſolū quiſ fecerit: uerū etiam per quid fecerit: ſatiſ eēt ita enunciari. & dixit deuſ fiat lux & facta eſt lux: ut nō tm̄ deū ſed etiā p uerbū lucē feciſſe noſſemuſ. Quia uero tria quedā maxime ſcienda de creatura nobiſ intimari oportuit: quiſ eam fecerit: per qd fecerit: q̄re fecerit: deuſ dixit inqt fiat lux: & facta eſt lux. & uidit deuſ lucem qa bona ē. Si ergo querimuſ quiſ fecerit: deuſ eſt. Si p quid fecerit: dixit fiat & facta ē. Si q̄re fecerit: qa bona eſt. Nec auctor eſt excellentior deo: nec arſ efficatior dei uerbo: nec cā melior q̄ ut bonū crearet̄ a bono deo. Hanc etiam Plato cauſam condendi mūdi iuſtiſſimā dicit: ut a bono deo bona opa fierēt: ſiue iſta legerit: ſiue ab hiſ qui legerāt forte cognouerit: ſiue acerrimo ingenio inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpexerit: ſiue ab hiſ q iſta conſpexerant & ipſe didicerit.

Hanc tamen cauſam id eſt ad bona creanda dico bonitatē dei. hāc inq̄ cauſam tam iuſtam atq; idoneam: que diligenter conſiderata & pie cogitata: omneſ cōtrouerſiaſ querentiū mundi originē terminat. Quidā heretici nō uiderunt: quia egenā carniſ huiuſ fragilemq; mortalitatē iam de iuſto ſupplitio uenientem dum ei non cōueniunt plurima offendūt: ſicut ignis aut frigus aut fera beſtia: uel quid eiuſmodi. Nec attendūt q̄ uel in ſuiſ locis naturiſq; uigeāt: pulcroq; ordine diſponanē: quantūq; uniuerſitati rerū pro ſuiſ portionibuſ decori tanq̄ in communem rempublicā cōferāt. uel nobiſ ipſiſ ſi eiſ cōgruēter atq; ſcienter utamur cōmoditatiſ attribuant. ita ut uenena ipſa que per inconuenientiā pernitioſa ſunt: cōuenienter adhibita in ſalubria medicamenta uertant. q̄q̄ a cōtrario etiā hec qbuſ delectant̄: ſicut cibuſ & potuſ & iſta lux immoderato & importuno uſu noxia ſentiāt. Vnde noſ admonet diuina prouidentia non reſ inſipienter uituperare: ſed utilitatē rerū diligēter īqrere. & ubi noſtrū īgeniū uel infirmitaſ deficit: ita credere occultā ſicut erāt quedā que uix potuimuſ inuenire. q̄a et ipſa utilitati occultatio: aut humilitatiſ exercitatio eſt aut elationiſ attritio. cum oīo natura nulla ſit malum: nomēq; hoc nō ſit niſi p̄uatōiſ boni. ſed a terreiſ uſq; ad celeſtia: & a uiſibilibuſ uſq; ad inuiſibilia: ſunt aliiſ alia bona aliiſ alia meliora: ad hoc inequalia ut eēnt oīa. Deuſ aūt ita eſt artifex magnuſ in magniſ: ut minor nō ſit in paruiſ. Que parua nō ſua granditate: nam nulla eſt: ſed artificiſ ſapiētia metienda ſunt: ſicut in ſpecie uiſibili hoīſ ſi unū radat̄ ſupciliū: q̄ prope modū nihil corpi & q̄m multū detrahit̄ pulcritudini. qm̄ non mole conſtat ſed diſtat a paritate ac dimenſione membrorum. Nec ſane multū mirandum eſt: q hi qui nonnullā malā putāt eſſe naturā: ſuo quodā p̄p̄o exortā ppagatāq; principio: nolunt accipere iſtā cauſam creatōniſ rerū: ut bonuſ deuſ cōderet bona: credentes eū potius ad hec mūdana molimīa rebellātiſ aduerſū

ſe mali repellēdi: extrema neceſſitate perductū ſuāq; naturā bonā malo coercēdo
ſuperādoq; miſcuiſſe: quā turpiſſime pollutā & crudeliſſime captiuatā: & opp̄ſſam
labore magno uix mundet ac liberet: nō totā tn̄: ſed quod eius nō potuerit ab illa
inquinatione purgari: tegmen ac uinculum futurū hoſtis uicti et incluſi. Sic autē
manichei nō deſipent uel potius inſanirent: ſi dei naturā ſicuti ē īcōmutabilē atq;
oīo incorruptibilē crederēt: cui nocere nulla res poſſit: aīmam uero que uolūtate
mutari ī deterius & peccato corrūpi potuit: atq; ita incommutabilis ueritatis luce
p̄uari: nō dei p̄tē nec eius nature que dei ē: ſed ab illo cōditā lōge imparē cōditori:
xp̄iana ſāitate ſentirēt.

S Ed multo eſt mirandū amplius q; etiam q̄dā q̄ unū nobiſcū credūt omniū
rerū eē principiū: nullāq; naturā que nō eſt q̄d deus eſt: niſi ab illo cōditore
eſſe nō poſſe: noluerūt tn̄ iſtā cauſā fabricandi mundi tā bonā ac ſimplicē bene ac
ſimpliciter credere: ut deus bonus cōderet bona: & eſſent poſt deū que nō eēnt q̄d
eſt deus: bona tn̄ que nō faceret niſi bonus deus. Sed aīas dicūt nō q̄dē p̄tes dei ſed
factas a deo: peccaſſe a deo cōditore recedendo: & diuerſis p̄greſſibus p̄ diuerſitate
peccatorū: a celis uſq; ad terras diuerſa corpora quaſi uincula meruiſſe: & hunc eſſe
mūdū eāq; cauſā mūdi fuiſſe faciēdi: nō ut cōderent̄ bona: ſed ut mala cohiberēt̄.
Hic Origenes iure culpat̄. In libris enim quos appellat periarchon id eſt de prin-
cipiis hoc ſenſit: hoc ſcripſit. Vbi plus q̄ dici pōt miror hoīem in eccleſiaſticis litteris
tā doctū & exercitatū: nō attendiſſe primū q̄ hoc eſſet cōtrariū ſcripture huius
tante auctoritatis intentiōi: que p̄ oīa opa dei ſubiūgens: & uidit deus q̄a bonū ē:
completiſq; omnibus inferens & uidit deus oīa que fecit: & ecce bōa ualde: nullam
aliā cauſam faciendi mundi intelligi uoluit: niſi ut bona fierent a bono deo. Vbi
ſi nemo peccaſſet: tantummodo naturis bonis eſſet mundus ornatus & plenus. Et
quia peccatū eſt: non ideo cuncta ſunt impleta peccatis: cū bonorum lōge maior
numerus ī celeſtibus ſue nature ordinē ſeruet. Nec mala uolūtas q̄a nature ordinē
ſeruare noluit: ideo iuſti dei leges oīa bene ordinātis effugit. q̄m ſicut pictura cū
colore nigro loco ſuo poſita: ita uniuerſitas rerum ſi quis poſſit intueri etiam cum
peccatoribus pulcra eſt: q̄uis per ſeipſos conſideratos ſua deformitas turpet. Deinde
uidere debuit Origenes & quicunq; iſta ſapiūt: ſi hec opinio uera eſſet: mūdū ideo
factum ut aīe pro meritis peccatoꝝ ſuoꝝ tanq̄ ergaſtula q̄bus p̄ealiter īcluderet̄
corpa acciperēt: ſupiora & leuiora que minus: īferiora uero & grauiora que āplius
peccauerūt: demōes q̄bus deterius nihil eſt: terrēa corpora q̄bus inferius & grauius
nihil ē: potius q̄ hoīes etiā bonos: potius etiā q̄ malos habere debuiſſe. Nunc uero
ut intelligeremus aīaꝝ merita nō q̄litatibus corporū eſſe penſanda: aerēū poſſidet
peſſimus demon: homo aūt & nunc licet malus longe minoris mitioriſq; malicie: et
certe ante peccatū tn̄ luteū corpus accepit. Quid aūt ſtultius poteſt dici: q̄ iſtū ſolē
ut in uno mundo unus eſſet: non decori pulcritudinū uel etiā ſaluti rerū corpaliū
cōſuluiſſe artificē deum: ſed hoc potius eueniſſe q̄a una aīma ſic peccauerat: ut tali
corpore meret̄ includi. Ac per hoc ſi contigiſſet ut non una ſed due: imo non due
ſed decem uel centū ſimiliter equaliterq; peccaſſent: cētū ſoles haberet hic mūdus.
Quod ut non fieret non opificis p̄uiſiōe mirabili ad rerū corpaliū ſalutē decoremq;
conſultum eſt: ſed contigit potius tanta unius anime p̄greſſione peccantis: ut ſola
corpus tale meret̄. Non plane animaꝝ de q̄bus neſciunt quid loquant̄: ſed eorum
ipſorū qui talia ſapiūt multū longe a ueritate & merito eſt coercenda progreſſio.
Hec ergo tria que ſupius cōmendaui cum in unaquaq; creatura requirūt̄: quis eam

fecerit: per quid fecerit: quare fecerit: ut reſpõdeat̃ deuſ p̃ uerbũ ſuũ: q̃a bona eſt: utrum altitudine miſtica nobiſ ipſa trinitaſ intimet: hoc ẽ pater & filiuſ & ſpirituſ ſanctuſ: an aliquid occurrat quod hoc loco ſcripturaꝝ id accipiendũ eſſe p̃hibeat: multi ſermoniſ eſt queſtio: nec omnia uno uolumine ut explicemuſ urgendũ eſt.

CRedimuſ & tenemuſ & fideliter predicamuſ: q̃ pater genuerit uerbũ: hoc eſt ſapiam p̃ quã facta ſũt oĩa: unigẽitũ filiũ: unuſ unũ: eternuſ coeternũ: ſũme bonuſ equaliter bonum: & q̃ ſpirituſ ſanctuſ ſimul & patriſ & filii ſit ſpirituſ: & ipſe conſubſtantialiſ & coeternuſ ambobuſ: atq̃ hoc totũ & trinitaſ ſit p̃pter p̃prietatẽ perſonaꝝ: & unuſ deuſ p̃pter inſepabilẽ diuinitatẽ: ſicut unuſ omnipotenſ propter inſepabilem omnipotenciã: ita tñ ut etiã cum de ſinguliſ queritur: unuſquiſq̃ eoꝝ & deuſ & omnipotenſ eſſe reſpondeat. cum uero de omnibuſ ſimul: non treſ dii uel treſ oĩpotenteſ: ſed unuſ deuſ oĩpotenſ: tãta ibi eſt in tribuſ inſeparabiliſ unitaſ: que ſic ſe uoluit predicari. Verum aũt boni patriſ & boni filii: ſpirituſ ſanctuſ quia cõmuniſ ambobuſ eſt: recte bõitaſ dici poſſit amboꝝ: nõ audeo temerariã p̃cipitare ſententiã: uerũtamẽ amborũ eum dicere ſanctitatẽ faciliuſ auſuſ fuero: nõ amboꝝ q̃ſi q̃litatem: ſed ipſam quoq̃ ſubſtantiã & tertiã in trinitate perſonã. Ad hoc enim me p̃babiliuſ ducit: q̃ cũ ſit & pater ſpirituſ & filiuſ ſpirituſ: & pater ſãctuſ & filiuſ ſanctuſ: p̃prie tñ ipſe uocat̃ ſpirituſ ſãctuſ: tanq̃ ſãctitaſ ſubſtãtialiſ & cõſubſtãtialiſ amborum. Sed ſi nihil eſt aliud bõitaſ diuina q̃ ſanctitaſ: profecto & illa diligẽtia rõniſ eſt nõ p̃ſumptiõiſ audacia: ut in opibuſ dei ſecreto quodã loquendi mõ quo noſtra exerceat̃ intẽtio: eadẽ nobiſ inſinuata itelligat̃ trinitaſ: unãquãq̃ creaturã quiſ fecerit: p̃ q̃d fecerit: p̃pter q̃d fecerit. Pater quippe itelligit̃ uerbi qui dixit ut fiat: q̃d aũt illo dicẽte factũ eſt: procul dubio per uerbũ factũ eſt. In eo uero q̃d dicitur uidit deuſ q̃a bonũ ẽ: ſatiſ ſignificat̃ deũ nulla neceſſitate: nulla ſue cuiuſq̃ utilitatiſ indigẽtia: ſed ſola bonitate feciſſe q̃d factũ eſt: id eſt q̃a equaliter bonũ: & q̃ ſpirituſ ſanctuſ ſimul & patriſ & filii bonũ eſt. Quod ideo poſteaq̃ factum eſt dicit̃: ut reſ que facta eſt congruere bonitati propter quã facta eſt indicetur. Que bõitaſ ſi ſpirituſ ſanctuſ recte intelligit̃: uniuerſa nobiſ trinitaſ in ſuiſ opibuſ intimat̃. Inde eſt ciuitatiſ ſancte que in ſanctiſ ãgeliſ ſurſũ eſt: & origo: & informatio: & beatitudo. Nã ſi querat̃ unde ſit: deuſ eã condidit. Si unde ſit ſapienſ: a deo illuminatur. Si unde ſit felix: deo fruit̃: ſubſiſtenſ modificatur: cõtemplanſ illuſtratur: inherenſ iocũdat̃: eſt: uidet: amat: i eternitate dei uiget: in ueritate dei lucet: in bõitate dei gaudet.

QVantũ intelligi dat̃ hinc philoſophi ſapiẽtie diſciplinã tripertitã eẽ uoluerũt: imo uero tripertitã eſſe aĩaduertere potuerũt. Neq̃ .n. ipſi inſtituerunt ut ita eſſet: ſed ita eſſe potiuſ inuenerunt: cuiuſ una parſ appellaret̃ phiſica: altera logica: tercia ethica. Quarum nomĩa latina iã multoꝝ litteriſ frequẽtata ſũt ut naturaliſ: rationaliſ: moraliſq̃ uocarent̃: quaſ etiã in octauo libro breuiter ſtrinximuſ. Nõ quo ſit conſequenſ ut iſti in hiſ tribuſ aliquid ſcd̃m deũ de trinitate cogitauerint. Quãuiſ Plato primuſ iſtam diſtributionem reperiſſe & cõmentaſſe dicat̃: cui neq̃ naturaꝝ omniũ auctor niſi deuſ uiſuſ eſt: neq̃ intelligentie dator: neq̃ amoriſ quo bene beateq̃ uiuat̃ inſpirator. Sed certe cũ de natura rerum: & de ratiõe indagãde ueritatiſ: & de fine boni ad quẽ cũcta que agimuſ referre debemuſ: diuerſi diuerſa ſentiant: in hiſ tamen tribuſ magniſ & generalibuſ queſtionibuſ omniſ eorũ uerſat̃ intentio. Ita ut cum in unaquaq̃ eaꝝ quid quiſq̃ ſectet̃ multiplex ſit diſcrepãtia

opinionū: eſſe tamen aliquā nature cauſam: ſcientie formam: uite ſummam nemo cunctetur. Tria enim ſunt que in unoquoq; hoīe artifice ſpectāt ut aliqd efficiat. natura: doctrina: uſus. Natura ingenio: doctrina ſcientia: uſus fructu diiudicādus eſt. Nec ignoro ꝙ proprie fructus fruentis: uſus uero utentis ſit. atq; hoc intereſſe uideatꝰ: ꝙ ea re frui dicimur: que nos non ad aliud referenda per ſeipſam delectat. Vti uero ea re quam propter aliud querimus. unde temporalibus magis utendū eſt: ꝗ̄ fruendum ut frui mereamur eternis. Nō ſicut peruerſi qui frui uolūt nummo: uti autem deo: quōniam non nummū ꝓpter deum impendūt: ſed deum propter nummū colūt. Veruntamen eo loquendi mō quē plus obtinuit conſuetudo. & fructibus utimur: & uſibus fruimur. Nam & fructus iam proprie dicuntur agroꝝ: quibus utiq; omnes tēpaliter utimur. Hoc itaq; more uſum dixerim: in his tribus que in hoīe ſpectāda cōmonui. que ſūt natura: doctrina: uſus. Ex his ꝓpter obtinēdam beatam uitam: tripertita ut dixi a philoſophis inuenta ē diſciplina: naturalis ꝓpter naturā: rōalis propter doctrinā: moralis propter uſū. Si ergo natura noſtra eēt a nobis: pfecto & noſtram nos genuiſſemus ſapientiā: nec eam ex doctrina id eſt aliunde diſcendo percipere curaremus. & noſter amor a nobis ꝓfectus & ad nos relatus ad beate ui-uēdū ſufficeret: nec bono alio quo frueremur ullo īdigeret. Nūc uero qa natura noſtra ut eēt deū habet auctorē: procul dubio ut uera ſapiā⁹ ipſū debemus habere doctorē: ipm etiā ut beati ſimus ſuauitatis intime largitorem.

ET nos quidem in nobis tam & ſi nō equalem: immo ualde longeq; diſtantem: neq; coeternam: et quo breuius totum dicat non eiuſdem ſubſtantie cuius eſt deus: tamen qua deo nihil ſit in rebus ab eo factis natura propinquius: imaginē dei hoc eſt ſumme illius trinitatis agnoſcimus: ad hoc reformatiōe perficiendam: ut ſit etiam ſimilitudine proxima. Nam & ſumus: & nos eſſe nouimus. & noſtrum eſſe ac noſſe diligimus. In his autem tribus que dixi: nulla nos falſitas ueriſimilis turbat. Non enim ea ſicut illa que foris ſunt ullo ſenſu corporis tangimus. uelut colores uidendo: ſonos audiendo: odores olfaciendo: ſapores guſtando: dura & mollia cō-trectando ſentimus: quoꝝ ſenſibilium etiā imagines eis ſimillimas nec iā corpeas cogitatione uerſamus: memoria tenemus: & per ipſas in iſtorū deſideria cōcitamur: ſed ſine ulla fantaſiarum uel fantaſmatum imaginatione ludificatoria: me eſſe me idq; noſſe & amare certiſſimum eſt. Nulla in his uerēs achademicorum argumenta formido: dicentium. Quid ſi falleris? Si enī fallor: ſum. Nam qui non eſt: utiq; nec falli poteſt: ac per hoc ſum ſi fallor. Quia ergo ſum qui fallor: quomodo eſſe me fallor: quando certum eſt me eſſe ſi fallor. Quia igitur eſſem qui fallerer: etiam ſi fallar procul dubio in eo ꝙ me noui eſſe non fallor. Conſequens eſt autē ut etiam in eo ꝙ me noui noſſe: non fallar. Sicut enī noui me eſſe: ita noui etiam hoc ipm noſſe me. Eaq; duo cum amo: eundem quoq; amorem quiddam tertiū nec imparis eſtimationis eis quaſi noui rebus adiungo. Neq; enim fallor amare me: cum in his que amo nō fallar. Quanꝗ̄ & ſi illa falſa eſſent: falſa me amare uerū eēt. Nā quo pacto recte reprehēderer: & recte ꝓhiberer ab amore falſoꝝ: ſi me illa amare falſū eēt. Cū uero & illa uera atq; certa ſint: quis dubitet ꝙ eoꝝ que amantᷣ & ipſe amor uerus & certus eſt. Tā porro nemo ē q eſſe ſe nolit: ꝗ̄ nemo ē q nō eē beatus uelit. Quō enī poteſt beatus eſſe ſi nihil ſit?

ITa uero ui quadam naturali ipſum eſſe iocundum eſt: ut non ob aliud & hi qui miſeri ſunt nolint interire. Et cū ſe miſeros eſſe ſentiant: non ſeipſos de rebus: ſed

miſeriam ſuam potius auferri uelint. Illi etiã q & ſibi miſerrimi apparent: & plane ſunt: & non ſolum a ſapientibus quoniam ſtulti: uerum etiam ab his qui beatos ſe putant miſeri iudicantur: quia pauperes atq; mendici ſunt: ſi quis immortalitatem daret qua nec ipſa miſeria moreretur: propoſito ſibi q ſi i eadem miſeria ſemp eſſe nollent: nulli & nuſq̃ eſſent futuri: ſed omnimodo perituri: profecto exultarent letitia: & ſic ſemper eligerent eſſe q̃ omnino nõ eſſe. Huius rei teſtis eſt notiſſimus ſenſus eorum. Vnde enĩ mori metuunt: & malũt in illa erumna uiuere q̃ eã morte finire: niſi quia ſatis apparet q̃ refugiat natura nõ eſſe. Atq; ideo cum ſe nouerint eſſe morituros: pro magno beneficio ſibi hanc impendi miſericordiam deſiderant: ut aliquanto productius in eadẽ miſeria uiuant: tardiusq; moriantur. Proculdubio ergo indicant: immortalitatem ſaltem talem que non habeat finem mendicitatis quanta gratulatione ſuſciperent. Quid animalia omnia etiam irrationabilia: qbus datum non eſt iſta cogitare: ab immenſis draconibus uſq; ad exiguos uermiculos? Nonne ſe eſſe uelle atq; ob hoc interitum fugere: omnibus quibus poſſunt motibus indicant? Quid arbuſta omnesq; frutices: quibus nullus eſt ſenſus ad uitandã manifeſta motione perniciem? Nõne ut in auras tutum culminis germẽ emittãt: aliud terre radices affigunt: quo alimentum trahãt: atq; ita ſuũ quodammõ eẽ cõſeruẽt? Ipſa poſtremo corpora quibus nõ ſolũ ſenſus: ſed nec ulla ſaltẽ ſeminalis ẽ uita: ita tamen uel exiliunt in ſuperna: uel in ima deſcendunt: uel librantur in medias: ut eſſentiam ſuam ubi ſcd̃m naturam poſſunt eſſe cuſtodiant. Iam uero noſſe quantũ ametur: q̃q; falli nolit natura humana: uel hinc intelligi põteſt: q lamentari quiſq; ſana mẽte mauult: q̃ letari i amentia. Que uis magna & mirabilis mortalibus p̃ter hominẽ animantibus nulla eſt: licet eorum quibuſdam ad iſtã lucem contuendam: multo q̃ nobis ſit acrior ſenſus oculorum: ſed lucem illam incorpoream contingere nequeunt: qua mens noſtra quodãmodo radiatur: ut de his omnibus recte iudicare poſſimus. Nam in quantũ eam capimus: in tantũ id poſſumus. Veruntamẽ ineſt ſenſibus irrationalium animalium: & ſi ſcientia nullo modo: at certe quedã ſcientie ſimilitudo. Cetera autẽ rerum corporalium nõ quia ſentiunt: ſed quia ſentiuntur ſenſibilia nuncupata ſunt. Quorum in arbuſtis hoc ſimile eſt ſenſibus: q aluntur & gignunt. Veruntamen & hec oĩa corporalia latentes in natura cauſas habent: ſed formas ſuas quibus mundi huius uiſibilis ſtructura formoſa eſt: ſentiendas ſenſibus prebent: ut pro eo q noſſe non poſſunt: quaſi innoteſcere uelle uideant. Sed nos ea ſenſu corporis ita capimus: ut de his non ſenſu corporis iudicemus. Habemus n. alium interioris hominis ſenſum iſto longe preſtantiorem: quo iuſta & iniuſta ſẽtimus: iuſta per intelligibilem ſpeciem: iniuſta ſentimus per eius priuationem. Ad huius ſenſus officium non acies pupille: non foramẽ auricule: nõ ſpiramẽta narũ: non guſtus faucium: nõ ullus corporeus tactus accedit. Ibi me & eſſe: & hoc noſſe certus ſum: & hoc amo: atq; amare me ſimiliter certus ſum.

Sed de duobus illis eſſentia ſcilicet et notitia: quantum ametur in nobis: et quemadmodum etiam in ceteris rebus que infra ſunt: eorum reperiatur et ſi differens quedam tamen ſimilitudo: quantum ſuſcepti huius operis ratio uiſa eſt poſtulare ſatis diximus. De amore autem quo amatur: utrum & ipſe amor amet: non dictum eſt. Amatur autẽ. Et hinc probamus: q in hõibus qui rectius amant: ipſe magis ametur. Neq; enim uir bonus merito dicitur qui ſcit qđ bonum eſt: ſed

qui diligit. Cur ergo & in nobiſipſiſ nõ & ipſum amorem noſ amare ſentimuſ: quo
amamuſ quicquid boni amamuſ? Eſt enim & amor quo amatur: & quod amãdũ
non eſt. Et iſtum amorem odit in ſe: qui illum diligit quo id amatur qđ amandũ
eſt. Poſſunt enim ambo eſſe in uno hoĩe: & hoc bonũ eſt homini ut illo pficiente
quo bene uiuimuſ iſte deficiat quo male uiuimuſ: donec ad perfectum ſanetur: et
in bonum cõmutetur om̃e ꝙ uiuimuſ. Si enim pecora eſſemuſ: carnalem uitam &
quod ſcđm ſenſum eiuſdem eſt amaremuſ: idq; eſſet ſufficienſ bonũ noſtrũ: & ſcđm
hoc cum eſſet nobiſ bene: nihil aliud quereremuſ. Item ſi arboreſ eſſemuſ: nihil quidẽ
ſentiente motu amare poſſemuſ: uerũtñ id quaſi appetere uideremur quo feracıuſ
eſſemuſ: uberiuſq; fructuoſe. Si eſſemuſ lapideſ: aut fluctuſ: aut uentuſ: aut flãma:
uel quid eiuſmodi ſine ullo quidem ſenſu atq; uita: nõ tamen nobiſ deeſſet q̃ſi quidã
noſtrorum locorum atq; ordiniſ appetituſ. Nam uelut amoreſ corporũ momenta
ſunt ponderũ: ſiue deorſum grauitate: ſiue ſurſum leuitate nitantur: ita. n. corpuſ
pondere: ſicut animuſ amore fertur quocunq; fertur. Quoniam igitur hoĩeſ ſumuſ
ad noſtri creatoriſ imaginem creati: cuiuſ eſt uera eternitaſ: eterna ueritaſ: eterna &
uera caritaſ: eſtq; ipſe eterna & uera & cara trinitaſ: neq; confuſa neq; ſeparata: ĩ hiſ
quidem rebuſque infra noſ ſunt: quoniã & ipſa nec aliquo modo eſſent nec aliq̃
ſpecie continerentur: nec aliquem ordinem uel appeterent uel tenerent: niſi ab illo
facta eſſent qui ſumme eſt: qui ſumme ſapienſ eſt: qui ſumme bonuſ eſt: tanq̃ per
omnia que fecit mirabili ſtabilitate currenteſ quaſi quedam eiuſ alibi magiſ alibi
minuſ impreſſa ueſtigia colligamuſ. In nobiſ autem ipſiſ eiuſ imaginem cõtuenteſ:
tanq̃ minor ille euangelicuſ filiuſ ad noſmetipſoſ reuerſi ſurgamuſ: & ad illum re/
deamuſ a quo peccando receſſeramuſ. Ibi eſſe noſtrũ non habebit mortẽ: ibi noſſe
noſtrum non habebit errorem: ibi amare noſtrum non habebit offenſionẽ. Nũc
autẽ iſta tria noſtra q̃uiſ certa teneamuſ: nec aliiſ ea credamuſ teſtibuſ: ſed noſ ipſi
preſentia ſentiamuſ: atq; interiore ueraciſſimo cernamuſ aſpectu: tamẽ q̃diu futura:
uel utrum nunq̃ defutura: & quo ſi male: quo autem ſi bene agantur peruentura
ſint: quoniam per noſipſoſ noſſe non poſſumuſ: alioſ hinc teſteſ uel quærimuſ uel
habemuſ: de quorum fide cur nulla debeat eſſe dubitatio: nõ eſt iſte ſed poſterior
erit diligentiuſ differẽdi locuſ. In hoc autem libro de ciuitate dei que nõ pegrinatͣ
in huiuſ uite mortalitate: ſed immortaliſ ſemper in celiſ eſt: id eſt de ãgeliſ ſanctiſ
deo coherentibuſ: qui nec fuerũt unq̃ nec futuri ſunt deſertoreſ: inter quoſ & illoſ
qui eternam lucem deſerẽteſ tenebre facti ſunt: deum primituſ diuiſiſſe iã diximuſ:
illo adiuuante quo & cepimuſ ut poſſumuſ explicemuſ.

Illi quippe angeli ſancti non per uerba ſonantia deum diſcunt: ſed per ipſam
preſentiam immutabiliſ ueritatiſ: hoc eſt uerbũ eiuſ unigenitũ. Et ipm uerbũ
& patrem & eorum ſpiritum ſanctũ: eamq; eẽ inſeparabilem trinitatem: ſingulaſq;
in ea perſonaſ unam eſſe ſubſtantiam: & tamen omneſ non treſ deoſ eſſe ſed unum
deũ ita nouerũt: ut eiſ magiſ iſta ſit nota q̃ noſipſi nobiſ cogniti ſumuſ. Ipſã quoq;
creaturam meliuſ ibi hoc eſt in ſapiẽtia dei tanq̃ in arte qua facta eſt: q̃ in ea ipſa
ſciunt: ac per hoc & ſeipſoſ ibi meliuſ q̃ in ſeipſiſ: ueruntamen & in ſeipſiſ: facti ſunt
enim & aliud ſunt q̃ ille qui fecit. Ibi ergo tanq̃ in cognitiõe diurna: in ſeipſiſ aũt
tanq̃ in ueſpertina: ſicut ſupra iam diximuſ. Multum autem differt uerũ in ea rõe
cognoſcatur aliquid ſcđm quã factum eſt: an in ſeipſo: ſicut aliter ſcitur rectitudo

linearum ſeu uentaſ figurarum cum intellecta conſpicitur: aliter cum in puluere ſcribitur: & aliter iuſticia deſcribitur in ueritate incommutabili: aliter in aīa iuſti ſic deinde cetera: ſicut firmamentum inter aquaſ ſuperioreſ & inferioreſ quod celū uocatum eſt: ſicut deorſum aquarū congerieſ terreq; nudatio & herbaꝝ inſtitutio atq; lignorum: ſicut ſoliſ ac lune ſtellarumq; conditio: ſicut ex aquiſ animalum uolucrum ſcilicet atq; piſcium beluarumq; natancium: ſicut quorumcunq; in terra gradientium atq; repentium: & ipſiuſ hominiſ qui cunctiſ in terra rebuſ excelleret. Omnia hec aliter in uerbo dei cognoſcuntur ab angeliſ: ubi habent cauſaſ ratōeſq; ſuaſ: id eſt ſcđm quaſ facta ſunt incōmutabiliter permanēteſ: aliter in ſeipſiſ: illic clariore hic obſcuriore cognitione: uelut artiſ atq; operum. Que tamen opera cum ad ipſiuſ creatoriſ laudem uenerationēq; referunt: tanq̃ mane luceſcit in mentibuſ contemplantium.

Nec autem propter ſenarii numeri perfectiōem: eodem die ſexteſ repetito ſex diebuſ perfecta narrantur: non quia deo neceſſaria fuerit mora temporum: quaſi qui non potuerit creare omnia ſimul: que deincepſ cōgruiſ motibuſ pagerēt tempora: ſed quia per ſenarium numerum eſt operum ſignata perfectio. Numeruſ quippe ſenariuſ primuſ completur ſuiſ partibuſ: id eſt ſexta ſui parte & tercia & dimidia: que ſunt unum & duo & tria: que in ſummam ducta ſex fiunt. Parteſ aūt in hac conſideratiōe numerorum ille intelligende ſunt que quote ſint dici poteſt. ſicut dimidia: tercia: quarta: & deincepſ ab aliquo numero denominate. Neq; enim exempli gratia: quia in nouenario numero quatuor parſ aliqua eiuſ eſt: ideo dici poteſt quota eiuſ ſit: unum autē poteſt: nam nona eiuſ eſt: & tria poteſt: nā tercia eſt eiuſ. Coniuncte uero iſte due parteſ eiuſ: nona ſcilicet atq; tercia: id eſt unum & tria: longe ſunt a tota ſumma eiuſ: quod eſt nouem. Itemq; in denario quaternariuſ eſt aliqua parſ eiuſ ſed quota ſit dici non poteſt. unum autem poteſt: nam decima parſ eiuſ eſt. Habet & quintam que ſunt duo. habet & dimidiam que ſunt quinq;. Sed he treſ parteſ eiuſ: decima & quinta et dimidia: id eſt unum et duo et quinq; ſimul ducte nō complent decem: ſunt enim octo. Duodenarii uero parteſ numeri in ſummam ducte: tranſeunt eum. Habet enim duodecimam quod ē unū: habet ſextam que duo ſunt: habet quartam que ſunt tria: habet terciam que ſunt quatuor: habet et dimidiam que ſunt ſex: unum autem et duo et tria et quatuor & ſex non duodecim ſed ampliuſ: id eſt ſexdecim fiunt. Hoc breuiter commemorandum putaui: ad cōmendandam ſenarii numeri perfectionem: qui primuſ ut dixi partibuſ ſuiſ in ſummā redactiſ ipſe perficitur: in quo perfecit deuſ opera ſua. Unde ratio numeri contemnenda non eſt: que in multiſ ſanctarum ſcripturarum lociſ q̃m magni eſtimanda ſit: elucet diligenter intuentibuſ. Nec fruſtra in laudibuſ dei dictum eſt: omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti.

In ſeptimo autem die: id eſt eodem die ſeptieſ repetito: qui numeruſ etiam ipſe alia ratione perfectuſ eſt: dei requieſ commendatur. in qua primum ſanctificatio ſonat. Ita deuſ uoluit iſtum diem i illiſ ſuiſ operibuſ ſanctificare: ſed in requie ſua que non habet ueſperam. Neq; enim ulla creatura eſt: ut etiam ipſa aliter in dei uerbo: aliter in ſe cognita faciat aliam uelut diurnā: aliam uelut ueſpertinam noticiam. De ſeptenarii porro numeri perfectione dici quidem plura poſſunt: ſed liber iſte iam prolixuſ eſt: et uereor ne occaſione comperta ſcientiolam noſtram leuiter magiſ q̃ utiliter iactare uelle uideamur. Habēda eſt itaq; ratio moderatōiſ

atq; grauitatiſ ne forte cum de numero multum loquimur: menſuram & ponduſ negligere iudicemur. Hoc itaq; ſatiſ ſit admonere: q totiuſ impar primuſ numeruſ ternariuſ eſt: totuſ par quaternariuſ: ex quibuſ duobuſ ſeptenariuſ conſtat. Ideo p uniuerſo ſepe ponitur. ſicuti eſt ſeptieſ cadet iuſtuſ & reſurget. id eſt quotienſcūq; ceciderit non peribit. Quod non de iniquitatibuſ ſed de tribulationibuſ ad humilitatem perducentibuſ intelligi uoluit. Et ſeptieſ in die laudabo te. quod alibi alio modo dictum eſt. ſemp lauſ eiuſ in ore meo. Et multa huiuſmodi ī diuiniſ auctoritatibuſ reperiunt: in qbuſ ſeptenariuſ numeruſ ut dixi p cuiuſq; rei uniuerſitate poni ſolet. Propter hoc eodē ſepenumero ſignatꝰ ſpirituſ ſanctuſ de quo dominuſ ait. Docebit uoſ omnem ueritatem. Ibi requieſ dei qua requieſcitur ī deo. In toto quippe id eſt plena perfectione requieſ: in parte autē labor. Ideo laboramuſ q̄diu ex parte ſumuſ: ſed cum uenerit qđ perfectum eſt: quod ex parte eſt euacuabitur. Hinc eſt q etiam ſcripturaſ iſtaſ cum labore rimamur. ſancti uero āgeli quorum ſocietati et congregationi in hac peregrinatione laborioſiſſima ſuſpiramuſ ſicut habent permanendi eternitatē: ita cognoſcendi facilitatē & requieſcendi felicitatē. Sine difficultate qppe noſ adiuuant: quoniā ſpiritualibuſ motibuſ puriſ & liberiſ non laborant.

NE quiſ autem contendat et dicat: non ſanctoſ angeloſ eſſe ſignatoſ in eo q ſcriptum eſt: fiat lux et facta eſt lux. ſed quamlibet lucem tunc primū factā eſſe corpoream aut opinetur aut doceat. āgeloſ autem priuſ eſſe factoſ nō tantū ante firmamentum quod inter aquaſ & aquaſ factum appellatum eſt celum. ſed ante illud quod dictum eſt ī principio fecit deuſ celum et terram. atq; illud quod dictum eſt in principio: non ita dictum tanquam primum hoc factum ſit cū ante fecerit angeloſ. ſed quia omnia in ſapientia fecit: quod eſt uerbum eiuſ. et ipſum ſcriptura principium nominauit: ſicut ipſe in euangelio iudeiſ querentibuſ quiſ eſſet. reſpondit ſe eſſe principium: nō e contrario referam contentionem. maxime quia hoc me delectat plurimum: q etiam in ſummo exordio ſancti libri geneſeoſ trinitaſ commendatur. Cum enim ita dicitur in principio fecit deuſ celum & terrā: atq; pater intelligatur feciſſe in filio. ſicut atteſtatur pſalmuſ ubi legitur. q̄ magnificata ſunt opera tua domine: oīa in ſapientia feciſti: conuenientiſſime paulo poſt commemoratur etiam ſpirituſ ſanctuſ. Cum enim dictum eſſet qualem terrā deuſ primituſ fecerit. uel quam molem materiam ue future conſtructiōiſ mundi celi & terre nomine nuncupauerit ſubiciendo & addendo terra autem erat inuiſibiliſ et compoſita. et tenebre erant ſuper abiſſum: mox ut trinitatiſ commemoratio compleretur. & ſpirituſ inquit dei ſuperferebatꝰ ſuper aquaſ. Proinde ut uolet unuſqſq; accipiat: quod ita profundum eſt: ut ad exercitationem legentium a fidei regula non aberranteſ pluteſ poſſit generare ſententiaſ. dum tamen angeloſ ſanctoſ in ſublimibuſ celi ſedibuſ non quidem deo coeternoſ: ſed tamen de ſua ſempiterna et uera felicitate ſecuroſ et certoſ eē nemo ambigat. Ad quorum ſocietatem pertinere paruuloſ ſuoſ dominuſ docenſ. non ſolum illud ait erūt equaleſ angeliſ dei. ſed etiam quoq; angeli qua contemplatione fruentur oſtendit ubi ait. uidete ne contempnatiſ unum ex hiſ puſilliſ. Dico enim uobiſ: quia angeli eorum in celiſ ſemper uident faciem patriſ mei qui in celiſ eſt.

PEccaſſe autem quoſdam angeloſ: & in huiuſ mūdi ima detruſoſ. qui eiſ uelut carcer eſt uſq; ad futuram in die iudicii ultimam damnationem: apoſtoluſ

Petruſ apertiſſime oſtendit dicenſ ꝙ deuſ angeliſ peccãtibuſ nõ pepercit: ſed carce/
ribuſ caliginiſ inferi detrudenſ in iudicio puniendoſ tradidit reſeruari. Inter hoſ
ergo & illoſ deum uel preſcientia uel opere diuiſiſſe quiſ dubitet? Illoſq; lucẽ merito
appellari quiſ contradicat? Quando quidem noſ adhuc in fide uiuenteſ & eorum
equalitatẽ adhuc ſperanteſ utiq; nõdũ tenenteſ: iam lux dicti ab apoſtolo ſumuſ?
Fuiſtiſ enim inquit aliquando tenebre: nũc autem lux in domino. Iſtoſ uero de/
ſertoreſ tenebraſ apertiſſime nuncupari: profecto aduertunt qui peioreſ eſſe eoſ
hominibuſ infidelibuſ ſiue intelligunt ſiue credunt. Quapropter et ſi alia lux in
iſto huiuſ libri loco intelligenda ẽ ubi legimuſ dixit deuſ fiat lux: & alie tenebre
ſignate ſunt in eo ꝙ ſcriptum eſt: diuiſit deuſ inter lucem & tenebraſ: noſ tamen
iſtaſ duaſ ãgelicaſ ſocietateſ: unã fruentem deo: alteram tumentem ſuperbie tipo:
unam cui dicitur adorate eum omneſ angeli eiuſ: aliam cuiuſ princepſ dicit: hec oĩa
tibi dabo ſi pſtratuſ adoraueriſ me: unam dei ſancto amore flagrãtem: alteram ꝓpe
celſitudiniſ immundo amore fumantem: & quoniam ſicut ſcriptum eſt: deuſ ſupbiſ
reſiſtit: humilibuſ autem dat gratiam. Illam in celiſ celorum habitantem: iſtam
inde deiectam in hoc infimo aereo celo tumultuantem. Illam illuminoſa pietate
tranquillam: iſtam tenebroſiſ cupiditatibuſ turbulentam. Illam dei nutu clementer
ſubuenientem: iuſte ulciſcentem: iſtã ſuo faſtu dominandi et nocendi libidine ex/
eſtuantem. Illam ut quantũ uult conſulat dei bonitatiſ miniſtram: iſtam ne quãtũ
uult noceat dei poteſtate frenatam. Illam huic illudentem ut nolenſ proſit per/
ſecutionibuſ ſuiſ: hanc illi inuidentem cum peregrinoſ colligit ſuoſ. Noſ ergo haſ
duaſ ſocietateſ angelicaſ inter ſe diſpareſ atq; contrariaſ: unam & natura bonam &
uoluntate rectam: aliam uero natura bonam ſed uoluntate peruerſam aliiſ mani/
feſtioribuſ diuinarum ſcripturarum teſtimoniiſ declarataſ: quod etiam in hoc libro
cui nomen eſt geneſiſ lucis tenebrarumq; uocabuliſ ſignataſ exiſtimauimuſ: etiam
ſi aliud ſenſit hoc loco forte qui ſcripſit: nõ eſt inutiliter obſcuritaſ huiuſ ptractata
ſententie: quia & ſi uoluntatem auctoriſ libri huiuſ indagare nequiuimuſ: a regula
tamen fidei que per aliaſ eiuſdem auctoritatiſ ſacraſ literaſ ſatiſ fidelibuſ nota eſt:
non aberrauimuſ. Et ſi enim corporalia hec commemorata ſunt opera dei: habẽt
procul dubio nonnullam ſimilitudinem ſpiritualium: ſcd̃m quod dicit apoſtoluſ.
Omneſ enim uoſ filii lucis eſtiſ et filii diei. non ſumuſ noctiſ neq; tenebrarum. Si
autem hoc ſenſit etiam ille qui ſcripſit ad perfectiorem diſputationiſ finem noſtra
peruenit intentio: ut homo dei tam eximie diuineq; ſapientie: immo per eũ ſpirituſ
dei in commemorandiſ operibuſ dei que omnia ſexto die dicit eſſe perfecta: nullo
modo angeloſ pretermiſiſſe credatur: ſiue in principio quia primo fecit: ſiue quod
conuenientiuſ intelligitur: in principio: quia in uerbo unigenito fecit. ſcriptum ſit
in principio fecit deuſ celum et terram: quibuſ nominibuſ uniuerſaliſ eſt ſignata
creatura: uel ſpiritualiſ et corporaliſ quod eſt credibiliuſ: uel magne due mũdi ptes:
quibuſ omnia que creata ſunt continentur. ut primituſ eam totam proponeret: ac
deinde parteſ eiuſ ſcd̃m miſticum dierum numerum exequeretur. De eo qd quidam
putat in conditione firmamenti [illegible] nomine angelos [illegible]
[illegible] exiſtimat [illegible]

Quanquam nonnulli putauerunt aquarum nomine ſignatoſ quodammodo
populoſ angelorum: et hoc eſſe quod dictum eſt. Fiat firmamentum inter
aquam & aquam: ut ſupra firmamentum angeli intelligantur: infra uero uel aque
iſte uiſibileſ: uel malorum angelorum multitudo: uel omnium hominum genteſ.

Quod ſi ita eſt: non illic apparet ubi facti ſunt angeli: ſed ubi diſcreti. Quamuiſ et
aquaſ quod peruerſiſſime atq; impie uanitatiſ eſt negent quidem factaſ a deo:
quoniam nuſquã ſcriptum eſt: dixit deuſ fiat aque. Quod poſſunt ſimili uanitate
etiam de terra dicere. Nuſquam enim legitur. Dixit deuſ fiat terra. Sed inquiunt.
ſcriptum eſt in principio fecit deuſ celum & terram. illic ergo & aqua intelligenda
eſt. Vno enim nomine utrunq; comprehenſum eſt. Nam ipſiuſ eſt mare ſicut in
pſalmo legitur: et ipſe fecit illud. et aridam manuſ eiuſ finxerunt. Sed hi qui in
nomine aquarum que ſuper celoſ ſunt angeloſ intelligi uolũt ſpondeributſ elemẽ/
torum mouentur: et ideo non putant aquarum fluidam grauemq; naturam: in
ſuperioribuſ mundi locſ potuiſſe conſtitui. Qui ſcd̃m rationeſ ſuaſ ſi ipſi hominem
facere potuiſſent: non ei pituitam quod grece fleuma dicitur: et tanq̃ in elementiſ
corporiſ noſtri aquarum uicem obtinet: in capite ponerẽt. Ibi enim ſedeſ eſt fleu/
matiſ: ſcd̃m dei opuſ utiq; aptiſſime: ſcd̃m iſtorũ autem coniecturam tam abſurde:
ut ſi hoc neſciremuſ: & in hoc libro ſimiliter ſcriptum eẽt: q̧ deuſ humorẽ fluidum
& frigidum ac per hoc grauem in ſuperiore omnibuſ ceteriſ humãi corporiſ parte
poſuerit: iſti trutinatoreſ elementorum nequaquam crederent. Et ſi auctoritati
eiuſdem ſcripture ſubditi eſſent: aliquid aliud ex hoc intelligendum eſſe cenſerent.
Sed quoniã ſi diligenter ſingula ſcrutemur atq; tractemuſ que ĩ illo diuino libro
de conſtitutione mũdi ſcripta ſunt: & multa dicenda: & a propoſito inſtituti operiſ
longe digrediendum eſt. Iamq; de duabuſ iſtiſ diuerſiſ inter ſe atq; contrariſ ſoci/
etatibuſ angelorum in quibuſ ſunt quedã exordia duarum etiam in rebuſ hũaniſ
ciuitatum de quibuſ deinceps dicere inſtitui: quantum ſatiſ eſſe uiſum eſt diſputa/
uimuſ. hunc quoq; librum aliquando claudamuſ.

DE CI. DEI.

ANteq̃m de inſtitutõne hominiſ dicam: ubi duarum ciuitatũ
quantum ad rationaliũ mortaliumq; genuſ attinet appebit
exortuſ: ſicut ſuperiore libro apparuiſſe in ãgeliſ iam uidet:
priuſ mihi quedam de ipſiſ angeliſ ui deo eſſe dicenda: quibuſ
demonſtretur quantum a nobiſ poteſt: q̃m non incõuenienſ
neq; incongrua dicatur eſſe hominibuſ angeliſq; ſocietaſ: ut
non quatuor: due ſcilicet angelorum totidemq; hominũ: ſed
due potiuſ ciuitateſ hoc eſt ſocietateſ merito eſſe dicantur: una in boniſ altera in
maliſ non ſolum angeliſ uerum etiam hominibuſ cõſtitute. Angelorum bonorum
& malorum inter ſe contrarioſ appetituſ non naturiſ principiiſq; diuerſiſ cũ deuſ
omnium ſubſtantiarum bonuſ auctor & conditor utroſq; creauerit: ſed uoluntati/
buſ & cupiditatibuſ extitiſſe dubitare faſ non eſt. dum alii conſtanter in communi
õmibuſ bono qđ ipſe illiſ deuſ eſt: atq; in eiuſ eternitate: ueritate: caritate pſiſtũt.
Alii ſua poteſtate potiuſ delectati: uelut ſuum bonum ſibi ipſi eſſent: a ſuperiore
communi omnium beatifico bono ad propria defluxerunt: et habenteſ elationiſ
faſtum pro excellentiſſima eternitate: uanitatiſ aſtutiam pro certiſſima ueritate:
ſtudia partiũ pro indiuidua caritate: ſuperbi fallaceſ iuidi effecti ſũt. Beatitudiniſ
igitur illorum cauſa eſt adherere deo. quocirca iſtorum miſerie cauſa ex cõtrario
eſt intelligenda: quod eſt non adherere deo. Quamobrem ſi cum queritur quare
illi beati ſint: recte reſpondetur quia adherent deo. Et cum queritur cur iſti ſunt

miſeri: recte reſpondetur: quia non adherent deo. Non eſt creature rationaliſ uel intellectualiſ bonum quo beata ſit: niſi deuſ. Ita quamuiſ non omniſ beata poſſit eſſe creatura: neq; enim hoc munuſ adipiſcuntur aut capiunt fere: ligna: ſaxa: et ſiquid huiuſmodi eſt: ea tamen que poteſt non ex ſe ipſa poteſt: quia ex nihilo creata eſt: ſed ex illo a quo creata eſt. Hoc enim adepto beata eſt: quo amiſſo miſera eſt. Ille uero qui non alio ſed ſe ipſo beatuſ eſt: ideo miſer non poteſt eſſe: quia non ſe poteſt amittere. Dicimuſ itaq; immutabile bonum non eſſe niſi unum uerum deum beatum: ea uero que fecit bona quidem eſſe quod ab illo: ueruntamē mutabilia: quod non de illo ſed de nihilo facta ſunt. Quanq̄m ergo ſumma non ſint quibuſ eſt deuſ maiuſ bonum: magna ſunt tamen ea mutabilia bona: que adherere poſſunt ut beata ſint immutabili bono: quod uſq; adeo bonum eſt eorū: ut ſine illo miſera neceſſe eſſe ſit. Nec ideo cetera in hac creature uniuerſitate meliora ſunt: quia miſera eſſe nō poſſunt: neq; enim membra cetera corporiſ noſtri ideo dicendum eſt oculiſ eſſe meliora: quia ceca eſſe non poſſunt. Sicut autem melior eſt natura ſentienſ et cum dolet: q̄ lapiſ qui dolere nullo modo poteſt: ita rationaliſ natura preſtantior eſt etiam miſera: q̄ illa que rationiſ uel ſenſuſ eſt experſ: & ideo in eam non cadit miſeria. Quod cum ita ſit: huic nature que in tanta excellentia creata eſt: ut licet ſit ipſa mutabiliſ: inherendo tamen incommutabili bono id eſt ſummo deo beatitudinem conſequatur: nec expleat indigētiā ſuam niſi utiq; beata ſit: eiq; explēde nō ſufficiat niſi deuſ: pfecto nō illi adherere uiciū ē. Omē aūt uicium nature nocet: ac per hoc cōtra naturā eſt. Ab illa igit̄ que adheret deo: nō natura differt iſta ſed uicio: quo tamen uicio etiā ualde magna multūq; laudabiliſ oſtendit̄ ipſa natura. Cuiuſ enim recte uituperatur uicium: proculdubio natura laudatur. Nā recta uicii uituperatio eſt: quod illo dehoneſtatur natura laudabiliſ. Sicut ergo cum uiciū oculorum dicitur cecitaſ: id oſtenditur quod ad naturam oculorum pertinet uiſuſ: & cum uicium aurium dicitur ſurditaſ: ad earū naturam pertinere demonſtratur audituſ. Ita cum uicium creature angelice dicitur quod non adheret deo: hinc apertiſſime declaratur eiuſ nature ut deo adhereat cōuenire. Quā porro magna ſit lauſ adherere deo: ut ei uiuat: inde ſapiat: illo gaudeat: tātoq; bono ſine morte: ſine errore: ſine moleſtia perfruatur: quiſ cogitare digne poſſit aut eloqui? Quapropter etiā uicio malorum angelorum quo nō adherent deo: quoniam omne uicium nature nocet: ſatiſ manifeſtat̄ deū tam bonam eorū creaſſe naturā: cui noxiū ſit nō eſſe cū deo.

Hec dicta ſint ne quiſquam cum de angeliſ apoſtaticiſ loquimur: exiſtimet eoſ aliam uel ex alio principio habere potuiſſe naturam: nec eorum nature auctorem deum. Cuiuſ erroriſ impietate tanto quiſq; carebit expeditiuſ et faciliuſ: quanto perſpicatiuſ intelligere poterit quod per angelū dixit deuſ quādo Moyſen mittebat ad filioſ iſrael: ego ſum qui ſum. Cum enim deuſ ſumma eſſentia ſit: hoc eſt ſumme ſit: et ideo immutabiliſ ſit: rebuſ quaſ ex nihilo creauit eſſe dedit: ſed nō ſumme eſſe ſicut ipſe eſt: & aliiſ dedit eſſe āpliuſ aliiſ minuſ: atq; ita naturaſ eſſentiarum gradibuſ ordinauit. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere uocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſt eſſe uocatur eſſentia: nouo quidem nomine quo uſi ueteres nō ſunt latini ſermōiſ auctoreſ: ſed iam noſtriſ temporibuſ uſitato: ne deeſſet etiam lingue noſtre quod greci appellant uſyam. Hoc enim uerbum e uerbo expreſſum eſt: ut diceretur eſſentia. Ac per hoc ei nature que ſumme eſt: qua faciente ſunt quecūq;

ſunt: contraria natura non eſt niſi que non eſt. Ei quippe quod eſt: non eſſe cõtrariũ eſt. Et propterea deo id eſt ſumme eſſentie et auctori omniũ qualiũcunq; eſſentiarum: eſſentia nulla contraria eſt.

DIcuntur autem in ſcripturis inimici dei: qui non natura ſed uiciis aduerſantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere ſed ſibi. Inimici enim ſunt reſiſtendi uoluntate: non poteſtate ledendi. Deus nãq; immutabilis eſt et omni modo incorruptibilis. Idcirco uicium quo reſiſtunt deo qui eius appellantur inimici: non eſt deo ſed ipſis malum. neq; hoc ob aliud niſi quia corrumpit in eis nature bonum. Natura igitur contraria non eſt deo: ſed uicium. quia quod malum eſt contrariũ eſt bono. Quis autem neget deum ſumme bonum? Vicium ergo contrarium eſt deo: tanquam malum bono. Porro autem bonum eſt: & natura quam uiciat: unde & huic bono utiq; contrarium eſt. Sed deo tantummodo tanquam bono malum: nature uero quam uiciat non tantum malum: ſed etiam noxium. Nulla quippe mala deo noxia: ſed mutabilibus corruptibilibuſq; naturis: bonis tamen ipſorum quoq; teſtimonio uiciorum. Si enim bone non eſſent: eis uicia nocere non poſſent. Nam quid eis nocendo faciunt: niſi adimunt integritatem: pulcritudinem: ſalutẽ: uirtutem: & quidquid boni nature per uicium detrahi ſiue minui cõſueuit? Quod ſi omnino deſit: nihil boni adimendo non nocet: ac per hoc nec uicium eſt. Nam eſſe uicium: & non nocere non poteſt: unde colligitur q̃uis nõ poſſit uicium nocere incommutabili bono: non tamen poſſe nocere niſi bono: quia non ineſt niſi ubi nocet. Hoc etiam iſto modo dici poteſt: uicium eſſe nec in ſummo poſſe bono: nec niſi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi eſſe poſſunt: ſola mala nuſquam: q̃m etiam ille que ex male uoluntatis uicio uiciate ſunt: in quantum uiciate ſunt male ſunt: in quantũ autem nature ſunt bone ſunt. Et cum in penis eſt natura uicioſa: excepto eo ꝙ natura eſt: etiam hoc ibi bonum eſt ꝙ impunita non eſt. Hoc enim eſt iuſtum. et omne iuſtum proculdubio bonum. Non enim quiſquam de uiciis naturalibus: ſed de uolũtariis penas luit. Nam etiam ꝙ uiciũ cõſuetudine nimioue progreſſu roboratum uelut naturaliter inoleuit: a uolũtate ſumpſit exordium. De uiciis quippe nunc loquimur eius nature cui mens ineſt capax intelligibilis lucis: qua diſcernitur iuſtum ab iniuſto.

CEterum uicia pecorum & arborum: aliarumq; rerum mutabilium atq; mortalium: uel intellectu uel ſenſu uel uita omnino carentium: quibus eorum diſſolubilis natura corrumpitur: damnabilia putare ridiculũ eſt: cum iſte creature eum modum nutu creatoris acceperint: ut cedendo ac ſuccedendo peragant infimã pulcritudinem temporum in genere ſuo: iſtius mundi partibus congruentem. Neq; enĩ celeſtibus fuerant terrena coeq̃nda. aut ideo uniuerſitati deeſſe iſta debuerũt: quoniam ſunt illa meliora. Cum ergo in his locis ubi eſſe talia cõpetebat: aliis alia deficientibus oriuntur: & ſuccumbunt minora maioribus: & in qualitates ſuperãtiũ ſuperata uertũtur: rerum eſt ordo tranſeuntium. Cuius ordinis decus nos ꝓpterea non delectat: quoniam parti eius pro conditione noſtre mortalitatis intexti: uniuerſum cui particule que nos offendunt ſatis apte decenterq; cõueniũt: ſentire non poſſumus. Vnde nobis in quibus eam contemplari minus idonei ſumus: rectiſſime credenda precipitur prudentia cõditoris: ne tanti artificis opus in aliquo reꝓhendere

uanitate humane temeritatiſ audeamuſ. Quanq̄m & uicia rerum terrenarum non uolũtaria neq; penalia naturaſ ipſaſ quarũ nulla omnino eſt cuiuſ non ſit auctor & conditor deuſ: ſi prudenter attendamuſ eadem ratione commendant. quia et in eiſ hoc nobiſ per uicium tolli diſplicet: quod in natura placet. niſi quia hominibuſ etiam ipſe nature plerunq; diſplicent: cum eiſ fiunt noxie: non eaſ conſiderãtibuſ ſed utilitatem ſuam: ſicut illa animalia quorum abundantia egyptiorum ſuperbia uapulauit. Sed iſto modo poſſunt ipſi & ſolem uituperare. quoniam quidam pec/cantеſ uel debita nõ reddenteſ: poni a iudicibuſ iubentur ad ſolem. Non itaq; ex commodo uel incommodo noſtro: ſed per ſeipſa cõſiderata natura: dat artifici ſuo gloriã. Sic eſt & natura ignis eterni ſine ulla dubitatione laudabilis: quiſ damnatiſ impiiſ futura penaliſ. Quid enim eſt igne flammãte uigente atq; lucente pulcriuſ? Quid calefaciente: curante: coquente utiliuſ? q̄uiſ eo nihil ſit urente moleſtiuſ. Idẽ igitur ipſe penaliter appoſituſ pernicioſuſ eſt: qui conuenienter adhibituſ cõmo/diſſimuſ inuenit. Nam eiuſ in uniuerſo mũdo utilitateſ uerbiſ explicare quiſ poſſit? Nec audiendi ſunt qui laudant in igne lucem: ardorem autem uituperant uidelicet non ex ſui natura: ſed ex ſuo commodo uel incõmodo. Videre enĩ uolunt: ardere nolunt. Sed parũ attendũt: eam ipſam lucẽ que certe et illiſ placet: oculiſ infirmiſ per inconuenientiam nocere: et in illo ardore qui eiſ diſplicet: nonnulla aĩalia p cõuenientiã ſalubriter uiuere.

Nature igitur omneſ quoniam ſunt: & ideo habẽt modũ ſuum: ſpeciem ſuam: & quãdam ſecum pacem ſuam: profecto bone ſunt. Et cum ibi ſunt ubi eſſe per nature ordinem debent: quantum acceperunt ſuũ eſſe cuſtodiunt. & que ſemp eſſe non acceperũt: pro caſu motuq; rerum quibuſ creatoriſ legi ſubdunt̃ in meliuſ deteriuſue mutantur: in eum diuina prouidentia tendenteſ exitum: quem ratio gubernãde uniuerſitatiſ includit: ita ut hec tanta corruptio q̄nta uſq; ad interitũ naturaſ mutabileſ mortaleſq; perducit: ſic faciat non eſſe quod erat: ut non inde fiat conſequenter quod eſſe debebat. Que cum ita ſint: deuſ qui ſumme eſt: atq; ob hoc ab illo facta eſt omniſ eſſentia: que non ſumme eſt: quia neq; illi equaliſ eſſe deberet que de nihilo facta eſſet: neq; ullo modo eſſe poſſet ſi ab illo facta non eſſet: nec ullorum uiciorum offenſione uituperanduſ: ſed omnium naturarum cõ/ſideratione laudanduſ eſt.

PRoinde cauſa beatitudiniſ angelorum bonorum ea uerиſſima reperitur: ꝙ ei adherent qui ſumme eſt. Cum uero cauſa miſerie malorũ angelorum querit̃: ea merito occurrit: ꝙ ab illo qui ſumme eſt auerſi: ad ſeipſoſ conuerſi ſunt: qui nõ ſumme ſunt. & hoc uicium quid aliud q̄ ſuperbia nuncupatur? Iniciũ quippe omĩſ peccati ſuperbia. Noluerunt ergo ad illum cuſtodire fortitudinem ſuam. et qui magiſ eſſent ſi ei qui ſumme eſt adhererẽt: ſe illi preferendo id quod minuſ eſt pre/tulerũt. Hic primuſ defectuſ & prima inopia: primũq; uicium eiuſ nature que ita creata eſt: ut nec ſumme eſſet: & tamen ad beatitudinem habendam eo qui ſumme eſt frui poſſet. a quo auerſa: non quidem nulla ſed tamen minuſ eſſet: atq; ob hoc miſera fieret. Huiuſ porro male uolũtatiſ cauſa efficienſ ſi queratur nihil inueniẽ. Quid eſt enim quod facit uoluntatem malam: cum ipſa faciat opuſ malum? Ac p hoc mala uoluntaſ efficienſ eſt operiſ mali: male autem uoluntatiſ efficienſ nihil eſt. Quoniam ſi reſ aliqua eſt: aut habet aut non habet aliquam uoluntatem. Si habet: aut bonam profecto habet aut malam. Si bonã: quiſ ita deſipiat ut dicat:

ꝙ bona uoluntaſ faciat uoluntatem malam. Erit enim ſi ita eſt bona uoluntaſ cauſa peccati: quo abſurdiuſ putari nihil poteſt. Si autē reſ iſta que putatᷣ facere uoluntatem malam: ipſa quoq; habet uoluntatem malam: etiam eam que fecerit reſ conſequenter interrogo. Atq; ut ſit aliquiſ inquirēdi moduſ: cauſam prime uoluntatiſ male inquiro. Non eſt enī prima uoluntaſ mala: quā nulla facit uolūtaſ etiam mala: ſed illa prima eſt quam nulla facit. Nam ſi preceſſit a qua fieret: illa prior eſt que alteram fecit. Si reſpondeatur ꝙ eam nulla reſ fecerit: & ideo ſemper fuerit: quero utrum in aliqua natura fuerit. Si enim in nulla fuit: omnino non fuit. Si autem ī aliqua: uitiabat eam & corrumpebat: eratq; illi noxia: ac per hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura uolūtaſ mala eē non poterat: ſed in bona mutabili tamen cui uitium hoc poſſet nocere. Si enim non nocuit: non utiq; uitiū fuit: ac per hoc nec uoluntaſ mala fuiſſe dicenda eſt. Porro ſi nocuit: bonū auferendo uel minuendo: utiq; nocuit. Non igitᷣ eſſe potuit ſempiterna uoluntaſ mala in ea re: in qua bonum naturale preceſſerat: quod mala uoluntaſ nocendo poſſet adimere. Si ergo nō erat ſempiterna: quiſ eam fecerit quero. Reſtat ut dicatur: ꝙ ea reſ fecerit malam uoluntatem: in qua nulla uoluntaſ fuit. Hec utrum ſuperior ſit requiro: an inferior: an ēqlis. Sed ſi ſupior utiq; melior. Quomodo ergo nulliuſ: ac non potiuſ bone uoluntatiſ. Hoc idem profecto & equaliſ ſi fuerit: dici poteſt. Duo quippe q̄diu ſunt pariter uoluntatiſ bone: non facit alter in altero uolūtatem malam. Relinquitur ut inferior reſ cui nulla uoluntaſ eſt: fecerit angelice nature que ꝑma peccauit uoluntatem malā. Sed etiā reſ ipſa quecūq; eſt inferior uſq; ad infimam terram: quoniam natura & eēntia eſt: procul dubio bōa ē: habenſ modum & ſpeciem ſuam ī genere atq; ordine ſuo. Quomodo ergo reſ bōa efficienſ eſt uoluntatiſ male. Quomodo inq̄m bonum eſt cauſa mali. Cū enim ſe uolūtaſ relicto ſuperiore ad inferiora conuertit: efficitur mala. Non quia malum eſt quo ſe conuertit: ſed quia peruerſa eſt ipſa conuerſio. Idcirco non reſ inferior uolūtatē malam fecit: ſed quia rem inferiorem praue atq; inordinate ipſa que facta eſt appetiuit. Si enim aliqui duo equaliter affecti in animo & corpore: uideant uniuſ corporiſ pulcritudinem: qua uiſa uniuſ eorum ad illicite fruendum moueatur: alter in uoluntate pudica ſtabiliſ perſeueret: quid putamuſ eē cauſe ut in illo fiat: ī illo non fiat uoluntaſ mala: quam illa reſ fecit in qua facta eſt. Neq; enī pulcritudo illa corporiſ eam non fecit in ambobuſ quando quidem amborum nō diſpariliter occurrit aſpectibuſ. An caro intuentiſ in cauſa eſt. Cur non & illiuſ. An uero animuſ? Cur non utriuſq;. Amboſ enim & animo & corpore equaliter affectoſ fuiſſe prediximuſ. An dicendum eſt alterum eorum occulta maligni ſpirituſ ſuggeſtione temptatum: quaſi non eidem ſuggeſtioni et qualicumq; ſuaſiōi propria uoluntate conſenſerit. Hanc igitur conſenſionem: hanc malam quā male ſuadenti adhibuit uoluntatem: que in eo reſ fecerit querimuſ. Nam ut hoc quoq; impedimentum ab iſta queſtione tollatur: ſi eadē temptatōne ambo temptentur: & unuſ ei cedat atq; cōſentiat: alter uero idem qui fuerit perſeueret: qd aliud apparet niſi unū uoluiſſe alterum noluiſſe a caſtitate deficere. Unde niſi ꝓpria uolūtate: ubi eadem fuerat in utroq; corporiſ & animi affectio. Amborum oculiſ pariter uiſa eſt eadem pulcritudo: ambobuſ pariter inſtitit occulta temptatio. Propriam igitur in uno eorū uoluntatem: que reſ fecerit ſcire uolentibuſ ſi bene intueantur: nihil occurrit. Si enim dixerimuſ ꝙ ipſe eam fecerit: quid erat ipſe ante uoluntatē malā niſi natura bōa: cuiuſ auctor bonuſ deuſ qui eſt incommutabile bonum. Qui ergo dicit eum

qui conſenſit temptanti atq; ſuadenti: ſ cui non conſenſit alius: ad illicite utendum pulcro corpore quod ui dendum ambobus pariter affuit: cum ante illam uiſionem ac temptationem ſimiles ambo animo & corpore fuerint: ſ ipſum ſibi feciſſe uolūtatem malam: qui utiq; bonus ante uolūtatem malam fuerit: ſ querat cur eā fecerit: utrum quia natura eſt: an quia ex nihilo facta eſt: & inueniet uoluntatem malā non ex eo eſſe incipere quia natura eſt: ſed ex eo ꝙ de nihilo facta natura eſt. ſ Nā ſi natura cauſa eſt uolūtatis male: ſ qd aliud cogimur dicere: niſi a bono fieri malū: & bonū eē cauſā mali: ſi quidē a natura bōa fit uolūtas mala ſ Quod unde fieri pōt: ut natura bona quāuis mutabilis anteq̄ habeat uolūtatē malā faciat aliquid mali: hoc ē ipſam uolūtatē malā?

NEmo igitur querat efficientem cauſam male uoluntatis. ſ Non ei eſt efficiens ſed deficiens: quia nec illa effectio ſed defectio. ſ Deficere nanq; ab eo qd ſūme eſt: ad id quod minus eſt: hoc eſt incipere habere uoluntatem malam. ſ Cauſas porro defectionum iſtarum cum efficientes non ſint ut dixi ſed deficientes: uelle ſ inuenire tale eſt ac ſi quiſquam uellet uidere tenebras uel audire ſilentium. ſ Quod tñ utrūq; nobis notum eſt: neq; illud niſi per oculos: neq; hoc niſi per aures: non ſane in ſpecie ſed in ſpeciei priuatione. ſ Nemo ergo ex me ſcire querat: quod me neſcire ſcio: niſi forte ut neſcire diſcat: quod ſciri non poſſe ſciendum eſt. ſ Ea quippe que non i ſpecie ſed in eius priuatione ſciuntur: ſi dici aut intelligi poteſt: quodammodo neſciendo ſciuntur: ut ſciendo neſciantur. ſ Cum enim acies etiam oculi corporalis currit p ſpecies corporales: nuſquam tenebras uidet: niſi ubi ceperit nō uidere. ſ Ita etiam nō ad aliū aliquem ſenſum: ſed ad ſolas aures pertinet ſentire ſilentium: quod tamen nullo mō niſi nō audiendo ſentitur. ſ Sic ſpecies intelligibiles mens quidem noſtra intelligēdo conſpicit: ſed ubi deficiunt neſciendo condiſcit. ſ Delicta enim quis intelligit? ſ Hoc ſcio: naturam dei nunq̄ nuſquam nulla ex parte poſſe deficere: ſ & ea poſſe deficere que ex nihilo facta ſunt. ſ Que tamen quanto magis ſunt: & bona faciunt: tunc. n. aliquid faciunt: cum cauſas habent efficientes: ſ in quantum autem deficiunt: & ex hoc mala faciunt: ſ quid enim tunc faciunt niſi uana? Cauſas habent deficientes. De [illegible] bonū mutabile deficiat

ITem ſcio in quo fit mala uolūtas: id in eo fieri quod ſi nollet nō fieret: ſ & ideo non neceſſarios ſed uoluntarios defectus iuſta pena conſequitur. ſ Deficitur eni non ad mala ſed male: id eſt non ad malas naturas: ſ ſed ideo male quia cōtra ordinē naturarum ab eo quod ſumme eſt ad id quod minus eſt. ſ Neq; enim auri uicium eſt auaricia uel cupiditas: ſ ſed hominis peruerſe amantis aurum iuſticia derelicta: que incomparabiliter auro debuit āeponi. ſ Nec luxuria eſt uicium pulcrorum ſuauiūq; corporum: ſ ſed anime peruerſe amantis corporeas uoluptates: ſ neglecta temperātia qua rebus ſpiritualiter pulcrioribus & īcorruptabiliter ſuauioribus coaptamur. ſ Nec iactantia uicium eſt laudis humane: ſ ſed aīme peruerſe amantis laudari ab hōibus: ſpreto teſtimōio conſcientie. ſ Nec ſuperbia uicium eſt dantis poteſtatem: uel ipſius etiam poteſtatis: ſ ſed anime peruerſe amātis poteſtatem ſuam: potentioris iuſticia cōtempta. ſ Ac per hoc qui peruerſe amat cuiuſlibet nature bonū: etiā ſi adipiſcat: ipſe fit in bono malus: & miſer meliori priuatus. An sancti angeli qui habent creatorem [illegible] eundem habeant bone uoluntatis auctorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper fuisse existimandi.

CVm ergo male uoluntatis efficiens naturalis uel ſi dici poteſt eſſentialis nulla ſit cauſa: ſ ab ipſa quippe incipit ſpirituum mutabilium malum quo minuitur

atq; deprauatur nature bonum: nec talem uoluntatem facit niſi defectio q̃ deſerit deus: cuius defectionis etiam cauſa utiq; deficit: ſi dixerimus nullam eſſe efficiẽtem cauſam etiam uoluntatis bone: cauendum eſt ne uoluntas bonorum angelorum non facta ſed deo coeterna eſſe credatur. Cum enĩ ipſi facti ſunt quomodo illa nõ eſſe facta dicetur? Porro quia facta eſt: utrũ cũ ipſis facta eſt: an ſine illa fuerũt prius? Sed ſi cum ipſis: non dubium q̃ ab illo facta ſit a quo & ipſi: ſimulq; ut facti ſunt: ei a quo facti ſunt amore cũ quo facti ſunt adheſerũt. Eoq; ſunt iſti ab illorũ ſocietate diſcreti: q̃ illi in eadem bona uoluntate manſerunt: illi ab ea deficiendo mutati ſunt: mala ſcilicet uoluntate hoc ipſo q̃ a bono defecerunt: a quo non defeciſſent ſi utiq; noluiſſent. Si autẽ boni angeli fuerunt prius ſine bona uolũtate: eamq; in ſeipſis deo non operante fecerũt: ergo meliores a ſeipſis q̃ ab illo facti ſũt. Abſit. Quid enim erant ſine bona uoluntate niſi mali? Aut ſi propterea non mali quia nec mala uoluntas eis inerat: neq; enim ab ea quam nondum ceperant habere defecerant: certe nondũ tales: nondũ tam boni q̃ eſſe cum bona uolũtate ceperũt. Aut ſi non potuerunt ſeipſos facere meliores q̃m eos ille fecerat: quo nemo melius quicquam facit: profecto & bonam uoluntatem qua meliores eſſent niſi operante adiutorio creatoris habere non poſſent. Et cum id egit eorum uoluntas bona: ut non ad ſeipſos qui minus erant: ſed ad illum qui ſumme eſt conuerterentur eiq; adherentes magis eſſent: eiuſq; participatione ſapienter beateq; uiuerent: quid aliud oſtenditur niſi uoluntatem quamlibet bonam: inopẽ fuiſſe ĩ ſolo deſiderio remãſurã: niſi ille qui bonam naturam ex nihilo ſui capacẽ fecerat: ex ſeipſo faceret implẽdo meliorem: prius faciens excitãdo auidiorem? Nam & hoc diſcutiendum eſt: ſi boni angeli ipſi in ſe fecerunt uoluntatem bonam: utrum aliqua eã an nulla uolũtate fecerunt: ſi nulla: utiq; nec fecerunt: ſi aliqua: utrũ mala an bona. Si mala: quomõ potuit eſſe mala uoluntas bone uoluntatis effectrix? Si bona: iam ergo habebãt. Et iſtam quis fecerat: niſi ille qui eos cum bona uolũtate id eſt cum amore caſto quo illi adhererent creauit: ſimul in eis & cõdens naturam & largiens gratiã? Vnde ſine bona uolũtate hoc eſt dei amore: nunq̃ ſanctos angelos fuiſſe credendum eſt. Iſti autem qui cũ boni creati eſſent: tamen mali ſunt: mala propria uoluntate quã bona natura non fecit: niſi cum a bono ſponte defecit: ut mali cauſa nõ ſit bonum ſed defectus a bono: aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam: q̃ illi qui in eadem perſtiterũt: aut ſi utriq; boni equaliter creati ſunt: iſtis mala uoluntate cadentibus: illi amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudinem unde ſe nunquam caſuros certiſſimi fierent peruenerunt. ſicut iam etiam in libro quem ſequitur iſte tractauimus. Confitendum eſt igitur cũ debita laude creatoris: non ad ſolos ſanctos homines pertinere: uerum etiam de ſanctis ãgelis poſſe dici: q̃ caritas dei diffuſa ſit in eis per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt eis: nec tantũ hominũ ſed primitus p̃cipueq; angelorum bonum eſſe quod ſcriptum eſt: mihi aũt adherere deo bonum eſt. Hoc bonum quibus commune eſt: habent & cum illo cui adherent & inter ſe ſocietatem ſanctam: & ſunt una ciuitas dei: eademq; uiuum ſacrificium eius: uiuumq; templum eius. Cuius pars que coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur: et nunc mortaliter peregrinatur in terris: uel in eis q morte obierũt ſecretis animarum receptaculis ſedibuſq; requieſcit: eodem deo creãte quemadmodum exorta ſit: ſicut de angelis dictum eſt iam uideo eſſe dicendum. Ex uno q̃ppe homine quem deus primum condidit: genus humanum ſumpſit exordium. ſcd'm ſancte ſcripture fidem: que mirabilem auctoritatem non immerito habet in orbe

cerraꝝ atq; in oṁibuſ gentibuſ: quaſ ſibi eſſe crediturraſ inter cetera uera que dixit uera diuinitate predixit. Omittamuſ igitur cōiecturaſ hominum neſcientium qd loquantur de natura uel inſtitutione generiſ humāi. Alii nanq; ſicut de ipſo mūdo crediderunt: ſemper fuiſſe homineſ opinant. Vnde ait & Apuleiuſ cum hoc aīantiū genuſ deſcriberet ſingillatim inqt mortaleſ cūcti: tamen uniuerſo genere ppetui. Et cum illiſ dictum fuerit: ſi ſemper fuit humanum genuſ: quo nam modo uerum eorum loquatur hiſtoria: narranſ qui fuerint quarumcunq; rerum inuentoreſ: qui primi liberalium diſciplinarum aliarumq; artium inſtitutoreſ: uel a quibuſ pmum illa uel illa regio parſq; terrarum: illa atq; illa inſula incoli ceperit. Reſpondent: diluuiiſ & conflagrationibuſ per certa interualla temporum non quidem omnia: ſed plurima terrarum ita uaſtari: ut redigantur homineſ ad exiguam paucitatem. ex quorum progenie rurſuſ multitudo priſtina reparetur: ac ſic identidem reparari & inſtitui quaſi prima reſtituantur: potiuſ que fuerant illiſ nimiiſ uaſtatiōibuſ interrupta & extincta. Ceterum hominem niſi ex homīe exiſtere omnino nō poſſe. Dicunt autem quod putant non quod ſciunt.

FAllunt etiam eoſ quedam mendaciſſime litere: quaſ perhibent in hiſtoria tēporum multa annorum milia continere: cum ex literiſ ſacriſ ab inſtitutione hominiſ nondum cōpleta ānorum ſex milia cōputemuſ. Vnde ne multa diſputē: quemadmodum illarum literarum in quibuſ longe plura annorū milia referūtur uanitaſ refellatur: & nulla ī illiſ rei huiuſ idonea reperiatur auctoritaſ: illa epiſtola Alexandri magni ad Olympiadem matrem ſuam quam ſcripſit narrationē cuiuſdā egyptii ſacerdotiſ inſinuanſ: quam protulit ex literiſ que ſacre apud illoſ habent: continet etiam regna que greca quoq; nouit hiſtoria. In quibuſ regnum aſſyriorū in eadem epiſtola Alexandri quinq; milia excedit annorū: in greca uero hiſtoria mille ferme & trecētoſ habet ab ipſiuſ Beli principatu: quem regem & ille egyptiuſ in eiuſdem regni ponit exordio. perſarum autem & macedonum imperium uſq; ad ipſum Alexandrum cui loquebatur ꝑluſ q̄ octo annorum milia ille conſtituit: cū apud grecoſ macedonū uſq; ad mortē Alexandri quadringenti octogintaqnq; reperiant. perſaꝝ uero donec ipſiuſ Alexādri uictoria finiretur: ducēti & triginta treſ computentur. Longe itaq; hi numeri annorum illiſ egyptiiſ ſunt minoreſ: nec eiſ etiam ſi ter tantum computarentur equarentur. Perhibentur eñi egyptii quondā tam breueſ annoſ habuiſſe: ut quaterniſ menſibuſ finirentur. Vnde annuſ plenior & uerior qualiſ nūc & nobiſ & illiſ eſt: treſ eorum annoſ complectebatur antiquoſ. Sed nec ſic quidem ut dixi: greca egyptie numero temporum cōcordat hiſtoria. Et ideo grece potiuſ fideſ habenda eſt: quia ueritatem non excedit annorum: qui literiſ noſtriſ que uere ſacre ſunt continetur. Porro ſi hec epiſtola Alexandri que maxime innotuit: multum abhorret in ſpaciiſ temporꝫ a probabili fide rerū: q̄nto minuſ credendū ē illiſ literiſ q̄ſ plenaſ fabuloſiſ uelut āticatibuſ ꝓferre uoluerūt: contra auctoritatem notiſſimorum diuinorumq; librorum: que totum orbem ſibi crediturum eſſe predixit: & cui totuſ orbiſ ſicut ab ea predictū ē credidit: que uera ſe narraſſe p̄terita ex hiſ que futura ꝓnuntiauit: cū tāta ueritate implenē oſ̄dit?

ALii uero qui mundum iſtum non exiſtimant ſempiternū: ſiue nō eum ſolum ſed innumerabileſ opinētur: ſiue ſolum q̄dem eſſe: ſed certiſ ſeculoꝝ interuallis

innumerabiliter oriri & occidere: neceſſe eſt fateantur hominum genuſ priuſ ſine hominibuſ gignentibuſ extitiſſe. Neq; enim ut alluuionibuſ incendiiſq; terrarum quaſ illi non putant toto prorſuſ orbe cõtingere: & ideo paucoſ homineſ ex qbuſ reparetẽ multitudo priſtina ſemper remanere contendunt: ita & hi poſſunt putare ꝙ aliquid hominũ pereunte mũdo relinquatur in mundo: ſed ſicut ipſum mũdum ex materia ſua renaſci exiſtimant: ita in illo ex elementiſ eiuſ genuſ humanum: ac deinde a parentibuſ progeniem pullulare mortalium: ſicut aliorum animalium.

Quod autem reſpondimuſ cum de mundi origine queſtio uerteretur: eiſ qui nolunt credere nõ eum ſemper fuiſſe ſed eſſe cepiſſe: ſicut etiã Plato apertiſſime confitetur: quãuiſ a nõnulliſ contra quam loquitur ſenſiſſe credatur: hoc etiã de pˀma hominiſ conditione reſponderim: propter eoſ qui ſimiliter mouentur cur homo per innumerabilia atq; infinita retro tempora creatuſ non ſit: tamq; ſero ſit condituſ: ut minuſ q̃ ſex milia ſint annorum ex quo eſſe cepiſſe in ſacriſ literiſ inuenitur. Si enim breuitaſ eoſ offẽdit temporiſ: ꝙ tã pauci eiſ uidentur anni ex quo inſtitutuſ homo in noſtriſ auctoritatibuſ legitur: conſiderent nihil eſſe diuturnũ in quo eſt aliquid extremum: & oĩa ſeculorum ſpacia definita: ſi eternitati interminate cõparentur: non exigua exiſtimãda eſſe ſed nulla. Ac per hoc ſi non quinq; uel ſex: uerũ etiam ſexaginta milia ſiue ſexcẽta aut ſexagieſ aut ſexcentieſ milia dicerenẽ annorum: aut itidem per totidem totienſ multiplicaretur hec ſũma: ubi iam nullũ numeri nomen haberemuſ ex quo deuſ hominẽ fecit: ſimiliter queri poſſet cur ante non fecerit. Dei quippe ab hominiſ creatiõe ceſſatio retrorſuſ eterna ſine initio tãta eſt: ut ſi ei conferatur quamlibet magna & ineffabiliſ numeroſitaſ temporum: que tamen fine concluſa certiſ ſpaciiſ terminatur: nec ſaltem tanta uideri debeat: quãta ſi humoriſ breuiſſimam guttam uniuerſo mari etiam quantum oceanuſ circũfluit comparemuſ: quoniam iſtorum duorum unum quidem perexiguum eſt: alterum incomparabiliter magnum: ſed utrunq; finitum. Illud uero temporiſ ſpacium qđ ab initio aliquo progreditur: & aliquo termino coercetur: magnitudine quãtacũq; tendatur: comparatum illi quod initium non habet: neſcio utrum pro minimo an potiuſ pro nullo deputandum eſt. Huic enim ſi a fine uel breuiſſima ſingillatim momenta detrahantur: decreſcente numero licet tam ingenti ut uocabulum non inueniat retrorſum redeundo: tanq̃ ſi hominiſ dieſ ab illo in quo nunc uiuit uſq; ad illum in quo natuſ eſt detrahaſ: quandoq; ad initium illa detractio perducetur. Si autem detrahantur retrorſuſ in ſpacio quod a nullo cepit exordio: non dico ſingillatim minuta momenta uel horarum: aut dierum aut menſium aut annoꝝ etiã quantitateſ: ſed tam magna ſpacia quanta illa ſumma comprehendit annorum: que iam dici a quibuſlibet computatoribuſ non poteſt: que tamen momentorum minutatim detractiõe conſumitᷣ: et detrahantᷣ hec tãta ſpacia nõ ſemel atq; iterum ſepiuſq; ſed ſemper: quid fit: qđ agitᷣ: qñ nunq̃ ad initiũ qđ o̅mnino nullũ eſt peruenitᷣ? Quapropter qđ noſ mõ querimuſ poſt quinq; milia & qđ ampliuſ excurrit ãnorũ: poſſent & poſteri etiã poſt ãnoꝝ ſexcentieſ milieſ eadẽ curioſitate requirere: ſi in tãtũ hec mortalitaſ hoĩm exoriẽdo & occũbẽdo & imperita pſeuerarẽt infirmitaſ. Potuerũt & q fuerũt ãñ noſ ipſiſ recẽtibuſ hoĩſ creati tpibuſ iſtã mouere queſtionẽ. Ipſe denique pˀmuſ homo uel poſtridie uel eodẽ die poſteaq̃ factuſ eſt: potuit inquirere cur non ante ſit factuſ. Et quandocunq; antea factuſ eſſet: nõ uireſ tũc aliaſ & aliaſ nunc uel etiam poſtea iſtam de initio rerum temporaliũ controuerſiam reperiret.

Hanc autem ſe philoſophi mundi huiuſ non aliter putauerūt poſſe uel debere diſſoluere: niſi ut circuituſ temporum inducerent quibuſ eadē ſemper fuiſſent renouata atq; repetita in rerum natura: atq; ita deinceps fore ſine ceſſatione aſſe/uerarent uolumina uenientium pretereuntiumq; ſeculorum: ſiue in mundo permanēte iſti circuituſ fierent ſiue certiſ interuallis oriens & occidens munduſ eadē ſemper q̄ſi noua que tranſacta & uentura ſunt exhiberet. A quo ludibrio prorſuſ īmortalem animam etiam cū ſapientiā perceperit liberare non poſſunt euntem ſine ceſſatiōe ad falſam beatitudinem: & ad ueram miſeriam ſine ceſſatione redeuntem. Quomō enim uera beatitudo eſt: de cuiuſ nunq̄ eternitate confiditur: dum anima uenturam miſeriā aut imperitiſſima ueritate neſcit: aut infeliciſſima in beatitudīe pertimeſcit? Ac ſi ad miſeriaſ nunq̄m ulteriuſ reditura ex hiſ ad beatitudinem pergit: ſit ergo aliquid noui in tempore quod finem nō habet temporiſ. Cur non ergo & munduſ: cur non & homo factuſ in mundo: ut illi neſcio qui falſi circuituſ a falſiſ ſapiētibuſ fallacibuſq; comperti in ſana doctrina tramite recti itineriſ euitentur. Nā quidā & illud quod legitur ī libro Salomōiſ qui uocatur eccleſiaſteſ: quid eſt quod fuit ipſum quod erit: & quid eſt quod factum eſt: ipſum quod fiet: & nō eſt omē recenſ ſub ſole: nec quiſquam loquitur & dicit hoc nouum eſt: iam fuit ī ſeculiſ que fuerūt ante noſ: propter hoſ circuituſ in eadem redeuntes: & in eadem cuncta reuocanteſ: dictum intelligi uolunt: q̄ ille aut de hiſ rebuſ dixit de quibuſ ſuperiuſ loquebat̄: hoc eſt de generationibuſ aliiſ euntibuſ aliiſ uenientibuſ: de ſoliſ anfractibuſ: de tor/rentum lapſibuſ: aut certe de omnium rerum generibuſ que oriuntur atq; occidūt. Fuerūt enim homineſ ante noſ: ſunt & nobiſcū: erūt & poſt noſ: ſic et quoq; aīantia uel arbuſta. Monſtra quoq; ipſa que inuſitata naſcuntur: quamuiſ inter ſe diuerſa ſint: & quedam eorum ſemel facta narrentur: tamē ſcdm id q̄ generaliter miracula & monſtra ſunt: utiq; & fuerunt et erunt: nec recenſ & nouum eſt ut monſtrū ſub ſole naſcatur. Quāuiſ hec uerba quidam ſic intellexerint: tanquam ī p̄deſtinatiōne dei iam facta fuiſſe omnia: ſapienſ ille uoluiſſet intelligi: & ideo nihil recenſ eē ſub ſole. Abſit autem a recta fide: ut hiſ Salomōiſ uerbiſ illoſ circuituſ ſignificatoſ eē credamuſ: quibuſ illi putant ſic eadem temporum temporaliumq; rerum uolumina repeti: ut uerbi gratia ſicut in iſto ſeculo Plato philoſophuſ in urbe athenienſi: et in ea ſcola que achademica dicta eſt diſcipuloſ docuit: ita per innumerabilia retro ſecula multum prolixiſ quidem interuallis ſed tamen certiſ & idem Plato & eadē ciuitaſ: eademq; ſcola iidemq; diſcipuli repetiti: & per innumerabilia deinde ſecula repetendi ſint. Abſit inquam ut noſ iſta credamuſ. Semel enim chriſtuſ mortuuſ eſt pro peccatiſ noſtriſ. ſurgenſ autem a mortuiſ iam nō moritur: & morſ ei ultra non dominabitur: & noſ poſt reſurrectiōem ſemper cum domino erimuſ: cui modo di/cimuſ quod ſacer admonet pſalmuſ. Tu domine ſeruabiſ noſ: & cuſtodieſ noſ a ge/neratione hac in eternum. Satiſ autem iſtiſ exiſtimo conuenire quod ſequitur. In circuitu impii ambulāt. Non quia per circuloſ quoſ opinantur eorum uita eſt re/curſura: ſed quia modo taliſ eſt erroriſ eorum uia id eſt falſa doctrina. De temporali conditione generis humani. quam deus non nouo consilio constituerit sed immutabili uoluntate.

xiiij. Quid autem mirum eſt: ſi in hiſ circuitibuſ erranteſ nec aditum nec exitum in/ueniūt: qui genuſ humanum atq; iſta noſtra mortalitaſ nec quo initio cepta

ſit ſciunt: nec quo fine claudat. Quando quidem altitudinem dei penetrare nó poſſũt.
quia cum ipſe ſit eternus & ſine inicio: ab aliquo tamen inicio exorſus eſt tempora:
& hominem quem nunquam ante fecerat fecit in tempore: non tamen nouo & re/
pentino ſed immutabili eternoq; conſilio. Quis hãc ualeat altitudinẽ inueſtigabilẽ
inueſtigare: & inſcrutabilem perſcrutari: ſcd'm quam deus hominẽ temporalẽ ante
quem nemo unq̃m hominum fuit: non mutabili uoluntate in tempore condidit:
& genus humanum ex uno multiplicauit: quando quidem pſalmus ipſe cum pre/
miſiſſet atq; dixiſſet: tu domine ſeruabis nos & cuſtodies nos a generatione hac in
eternum: ac deinde repercuſſiſſet eos in quorum ſtulta impiaq; doctrina nulla li/
berationis & beatitudinis anime ſeruatur eternitas: continuo ſubiciens in circuitu
impii ambulant: Tanq̃m ei diceretur. Quid ergo tu credis: ſentis: intelligis: Nũqd
nam exiſtimandum eſt ſubito deo placuiſſe hominem facere: quem nunq̃m antea
infinita retro eternitate feciſſet: cui nihil noui accidere poteſt: in quo mutabile
aliquid nó eſt: Et ne nos hec audiẽtes aliqua forte turbaret ambiguitas: cõtinuo
reſpondit ad ipſum deum loquens: ſcd'm altitudinẽ tuam multiplicaſti filios hoim:
Sentiant inquit homines quod putant: et quod eis placet opinentur & diſputent:
ſcd'm altitudinem tuam quam nullus poteſt noſſe hoim: multiplicaſti filios hoim.
Valde quippe altum eſt: & ſemper deum fuiſſe: & hominem quem nunquã fecerat
ex aliquo tempore primum facere uoluiſſe: nec cõſiliũ uoluntatẽq; mutaſſe.

Ego quidem ſicut dominum deum aliquando
dominum non fuiſſe dicere non audeo: ita hominem nunq̃m antea fuiſſe: &
ex quodam tempore primum hominem creatum eſſe dubitare non debeo. Sed cũ
cogito cuius rei dominus ſemper fuerit: ſi ſemper creatura non fuit: affirmare aliqd
pertimeſco: quia & meipſum intueor: & ſcriptum eſſe recolo. Quis hominum poteſt
ſcire conſilium dei? Aut quis poterit cogitare quid uelit dominus? Cogitationes
enim mortalium timide: et incerte adinuentiones noſtre. Corruptibile enim corpus
aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ex
his igitur que in hac terrena inhabitatione multa cogito: deprimunt me ideo utiq;
multa: quia unum quod ex illis uel preter illa quod forte non cogito uerum eſt in/
uenire nó poſſum. Si dixero ſemper fuiſſe creaturam: cuius dominus eſſet qui dñs
ſemper eſt: nec dominus unq̃ non fuit: ſed nunc illam nunc aliam per alia atq; alia
temporum ſpacia: ne aliquam creatori coeternam eſſe dicamus: quod fides ratioq;
ſana cõdemnat: cauendum eſt ne ſit abſurdum & a luce ueritatis alienum: mortalẽ
quidem aliam per uices temporum cedentem: aliam ſuccedentem: immortalem uero
non eſſe cepiſſe niſi cum ad noſtrum ſeculum uentũ eſt: quãdo & angeli creati ſũt:
ſi eos recte lux illa primum facta ſignificat: aut illud potius celum de quo dictum
eſt: in principio creauit deus celum & terram: cum tamen non fuerint anteq̃ fierẽt:
ne immortales ſi ſemper fuiſſe dicantur: deo coeterni eſſe credantur. Si aũt dixero
non in tempore creatos eſſe angelos: ſed ante omnia tempora & ipſos fuiſſe: quorũ
deus dominus eſſet qui nunq̃ niſi dominus fuit: queritur a me etiam ſi ante omnia
tempora facti ſunt: utrum ſemper potuerunt eſſe qui facti ſunt. Hic reſpondendũ
forte uideatur: quodammodo non inconuenienter ſemper eſſe dicat. Uſq; adeo
autem iſti omni tempore fuerunt: ut etiam ante omnia tempora facti ſint: ſi tamen
a celo cepta ſunt tempora: & illi iam erant ante celũ. At ſi tempus non a celo uerum

angeli in omni tempore fuerunt

& ante celum fuit: non quidem in horiſ et diebuſ et menſibuſ et anniſ nam iſte dimenſioneſ temporalium ſpaciorum que uſitate ac proprie dicūtur tempora: manifeſtum eſt ꝙ a motu ſiderum ceperint. unde & deuſ cum hec inſtitueret dixit et ſint in ſigna & in tempora & in dieſ & in annoſ: ſed in aliquo mutabili motu cuiuſ aliud anteriuſ preterierit: aliud poſteriuſ ſucceſſerit eo ꝙ ſimul eſſe non poſſunt. Si ergo ante celum in angelicis motibuſ tale aliquid fuit: & ideo tempuſ iam fuit: atq; angeli ex quo facti ſunt temporaliter mouebātur etiam ſic omni tempore fuerūt. quandoquidem cum illiſ facta ſunt tempora. Quiſ autem dicat nō ſemper fuit qđ omni tempore fuit? Sed ſi hoc reſpondero dicetur mihi. Quomodo ergo non ſunt coeterni creatori: ſi ſēp ille ſēp illi fuerūt? Quomodo etiam creati dicendi ſūt: ſi ſēp fuiſſe intelliguntur? Ad hoc quid reſpondebitur? An dicendum & ſemper eoſ fuiſſe quoniam omni tempore fuerunt qui cum tempore facti ſunt. Facti ſunt autem cū quibuſ facta ſunt tempora: & tamē creatoſ? Neq; enim et ipſa tempora creata eē negabimuſ: q̄uiſ omni tempore tempuſ fuiſſe nemo ambigat. Nam & ſi non omni tempore fuit tempuſ: erat ergo tempuſ quando nullum erat tempuſ. Quiſ hoc ſtultiſſimuſ dixerit? Poſſumuſ enim recte dicere: erat tempuſ quando non erat roma: erat tempuſ quando non erat hieruſalem: erat tempuſ quando non erat Abraam: erat tempuſ quando non erat homo: & ſiquid huiuſmodi. Poſtremo ſi nō cū inicio temporiſ ſed poſt aliquod tempuſ factuſ eſt munduſ: poſſumuſ dicere erat tempuſ quando non erat munduſ. At uero erat tempuſ quando nullum erat tempuſ: tam inconuenienter dicimuſ: ac ſi quiſquam dicat erat homo quādo nulluſ erat homo: aut erat iſte munduſ quando iſte non erat munduſ. Si enim de alio atq; alio intelligatur: poteſt dici aliquo modo: hoc eſt erat aliuſ homo quando non erat iſte homo. Sic ergo erat aliud tempuſ quando non erat hoc tempuſ: recte poſſumuſ dicere. At uero erat tempuſ quando nullum erat tempuſ: quiſ uel inſipientiſſimuſ dixerit? Sicut ergo dicimuſ creatum tempuſ: cum ideo ſemper fuiſſe dicatur qa omī tempore tempuſ fuit: ſita non eſt conſequenſ ut ſi ſemper fuerūt angeli: ideo nō ſint creati: ut propterea ſemper fuiſſe dicant̄ quia omni tempore fuerunt: & propterea omni tempore fuerunt: quia nullo modo ſine hiſ tempora eſſe potuerūt. Vbi enim nulla creatura eſt cuiuſ mutabilibuſ motibuſ tempora peragant̄: tempora omnino eſſe non poſſunt. Ac per hoc & ſi ſemper fuerunt: creati ſunt. Nec ſi ſemper fuerūt: ideo creatori coeterni ſūt. Ille enim ſemper fuit eternitate immutabili: iſti autem facti ſunt. Sed ideo ſemper fuiſſe dicuntur: quia omni tempore fuerunt: ſine q̄buſ tempora nullo modo eſſe potuerunt. Tempuſ aūt quoniā mutabilitate trāſcurrit: eternitati immutabili non poteſt eſſe coeternum. Ac per hoc etiam ſi immortalitaſ angelorum non tranſit in tempore: nec preterita eſt quaſi iam non ſit: nec futura quaſi nondum ſit: tamen eorum motuſ quibuſ tempora peraguntur: ex futuro in preteritum tranſeunt: & ideo creatori in cuiuſ motu dicendum non eſt uel fuiſſe qđ iam non ſit: uel futurū eſſe quod nondū ſit: coeterni eſſe non poſſunt. Quapropter ſi deuſ ſemper dominuſ fuit: ſemper habuit creaturam ſuo dominatui ſeruientem: ueruntamen non de ipſo genitam: ſed ab ipſo de nihilo factam. nec ei coeternam. Erat quippe ante illam q̄uiſ nullo tempore ſine illa: non eam ſpacio tranſcurrēte: ſed manente perpetuitate precedenſ. Sed hoc ſi reſpondero eiſ qui requirūt quomō ſemper creator ſemper fuit dominuſ: ſi creatura ſeruienſ non ſemper fuit: aut quō creatura creata eſt: & nō potiuſ creatori coeterna ē ſi ſemp fuit. Vereor ne faciliuſ iudicer affirmare quod neſcio: ꝗ docere quod ſcio. Redeo igiē ad id quod creator

angeli semper fuisse

noſter ſcire noſ uoluit: illa uero que uel ſapientioribuſ in hac uita ſcire permiſit: uel
omnino perfectiſ in alia uita ſcienda ſeruauit: ultra uireſ meaſ eſſe profiteor. Sed
ideo putaui ſine affirmatione tractanda: ut q hec legũt uideant: a quibuſ queſti/
onum periculiſ debeant tẽperare. nec ad oĩa ſe idoneoſ arbitrent. potiuſq intelligãt
ꝙ ſit apoſtolo obtemperandum precipienti ſalubriter ubi ait: Dico autem p gratiã
dei que data eſt mihi omnibuſ qui ſunt in uobiſ: non pluſ ſapere ꝙ oportet ſapere:
ſed ſapere ad temperantiã unicuiq ſicut deuſ partituſ eſt menſuram fidei. Si enim
pro uiribuſ ſuiſ alatur infanſ: fiet ut creſcendo pluſ capiat. Si autem uireſ ſue capa/
citatiſ excedat: deficiet antequam creſcat.

QVe ſecula preterierint anteꝙ genuſ inſtitueretur hũanũ me fateor ignorare.
Non tamẽ dubito nihil omnino creature creatori eſſe coeternum. Dicit etiã
apoſtoluſ: tempora eterna: nec ea futura: ſed quod magiſ eſt mirandũ preterita. Sic
enĩ ait. In ſpem uite eterne quam promiſit nõ mendax deuſ ante tempora eterna.
Manifeſtauit autem temporibuſ ſuiſ uerbum ſuũ. Ecce dixit retro q fuerint tpa
eterna: que tamen non fuerunt deo coeterna. Siquidem ille ante tempora eterna
non ſolum erat: uerum etiam promiſit uitam eternam: quam manifeſtauit tpibuſ
ſuiſ id eſt cõgruiſ. Quid aliud ꝙ uerbum ſuum: Hoc eſt enim uita eterna. Quomõ
autem promiſit cum hominibuſ utiq promiſerit: qui nondum erant ante tempora
eterna: niſi quia in ipſiuſ eternitate: atq in ipſo eiuſ uerbo eidem coeterno iam pre/
deſtinatione fixum erat: quod ſuo tempore futurum erat?

ILlud quoq nõ dubito: anteꝙm primuſ homo creatuſ eſſet nunꝙ quenꝙ hoĩem
fuiſſe: nec eundem ipſum neſcio quibuſ circuitibuſ neſcio quotienſ reuolutũ: nec
alium aliquẽ natura ſimilẽ: neq ab hac fide me philoſophoꝝ argumẽta deterrẽt:
quorum acutiſſimum illud putatur quod dicunt: nulla infinita ulla ſcientia poſſe
comprehendi. Ac per hoc deuſ inquiunt rerum quaſ facit omnium finitarum omeſ
finitaſ apud ſe rationeſ habet. bonitaſ autem eiuſ nunꝙm uacua fuiſſe credenda ẽ:
ne ſit temporaliſ eiuſ operatio: cuiuſ retro fuerit eterna ceſſatio: quaſi penituerit eũ
prioriſ ſine initio uacationiſ: ac ꝓpterea ſit operiſ aggreſſuſ initiũ. Et ideo neceſſe
eſt inquiunt eadẽ ſemper repeti: eademq ſemp repetenda tranſcurrere: uel manẽte
mundo mutabiliter: qui licet nunꝙ non fuerit & ſine initio temporiſ tamẽ factuſ
eſt: uel eiuſ quoq ortu & occaſu ſemper illiſ circuitibuſ repetito ſemperq repetẽdo:
ne uidelicet ſi aliquando primum dei opera cepta dicuntur: priorem ſuã ſine initio
uacationẽ tanꝙ inertem ac deſidioſam: & ideo ſibi diſplicentẽ damnaſſe quodãmõ
atq ob hoc mutaſſe credatur. Si autẽ ſemper quidem temporalia ſed alia atq alia
perhibetur operatuſ: ac ſic aliquando etiam ad hominem faciendum quem nunꝙm
antea fecerat peruenisse: non ſcientia qua putant non poſſe quecũq infinita com/
prehendi: ſed quaſi ad horam ſicut ueniebat in mentem fortuita quadã incõſtantia
uideatur feciſſe que fecit. Porro ſi illi circuituſ admittantur inquiunt: quibuſ uel
manente mundo uel ipſo quoq reuolubileſ ortuſ ſuoſ & occaſuſ eiſdem circuitibuſ
inſerente: eadem temporalia repetuntur: nec ignauum otium preſertim tam longe
ſine initio diuturnitatiſ deo tribuitur: nec improuida temeritaſ operum ſuorum.
Quoniam ſi non eadem repetantur: non poſſunt infinita diuerſitate uariata ulla
eiuſ ſcientia uel preſcientia cõprehendi. Haſ argumentatõeſ quibuſ impii noſtram

ſimplicem pietatem: ut cū illiſ ī circuitu ambulemuſ de uia recta conant̄ auertere:
ſi ratio refutare non poſſet: fidēſ irridere deberet. Huc accedit q̄ in adiutorio dn̄i
dei noſtri hoſ circuloſ uolubileſ quoſ opinio confingit: ratio manifeſta cōfringit.
Hinc enim maxime iſti errant: ut in circuitu falſo ambulare q̄ uero & recto itinere
malint: q̄ mentem diuinam omnino immutabilem cuiuſlibet infinitatiſ capacem:
& innumera oīa ſine cogitationiſ alternatione numerantē: de ſua hūana mutabili
anguſtaq; metiuntur. Et fit illiſ quod ait apoſtoluſ. Comparanteſ enim ſemetipſoſ
ſibimetipſiſ non intelligunt. Nam quia illiſ quicquid noui faciendū uenit ī mentē
nouo conſilio faciunt. mutabileſ quippe menteſ gerunt: profecto non deum quem
cogitare non poſſunt: ſed ſemetipſoſ pro illo cogitanteſ. non illū ſed ſeipſoſ nec illi
ſed ſibi comparant. Nobiſ aūt faſ non eſt credere aliter affici deū cum uacat: aliter
cum operatur: quia nec affici dicenduſ eſt: tanquam in eiuſ natura fiat aliquid qd̄
ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur: & mutabile eſt omne quod aliquid
patitur. Non itaq; in eiuſ uacatione cogitetur ignauia: deſidia: inertia: ſicut nec in
eiuſ opere labor: conatuſ: induſtria. Nouit quieſcenſ agere: & agenſ quieſcere. Pōt
ad opuſ nouum non nouum ſed ſempiternum adhibere conſiliū. nec penitendo q̄a
priuſ ceſſauerat: cepit facere qd̄ non fecerat. Sed & ſi priuſ ceſſauit & poſteriuſ ope/
ratuſ eſt: quod neſcio quemadmodum ab homine poſſit intelligi: hoc procul dubio
quod dicitur priuſ & poſteriuſ: in rebuſ priuſ non exiſtentibuſ & poſteriuſ exiſten/
tibuſ fuit. In illo autem non alteram precedentem altera ſubſequenſ mutauit aut
abſtulit uoluntatē: ſed una eademq; ſempiterna & immutabili uoluntate: reſ quaſ
condidit & ut priuſ non eſſent egit q̄diu non fuerunt: & ut poſteriuſ eſſent quādo
eſſe ceperunt. hinc eiſ qui talia uidere poſſunt mirabiliter fortaſſiſ oſtendenſ: q̄ non
eiſ indiguerit: ſed eaſ gratuita bōitate condiderit: cum ſine illiſ ex eternitate initio
carente in non minore beatitudine permanſit.

ſcientia comprehendi

Illud autē aliud quod dicūt: nec dei ſcientia que infinita ſunt poſſe cōprehēdi:
reſtat eiſ ut dicere audeant: atq; huic ſe uoragini profūde impietatiſ immergāt:
q̄ non omneſ numeroſ deuſ nouerit. Eoſ quippe infinitoſ eſſe certiſſimum eſt: q̄m
in quocunq; numero finē faciendū putaueriſ: idem ipſe non dico uno addito au/
geri: ſed quamlibet ſit magnuſ & quamlibet ingentem multitudinem continenſ: in
ipſa ratione atq; ſcientia numerorum: non ſolum duplicari uerū etiā multiplicari
poteſt. Ita uero ſuiſ quiſq; numeruſ proprietatibuſ terminatur: ut nulluſ eorū par
eſſe cuiquam alteri poſſit. Ergo & diſpareſ inter ſe atq; diuerſi ſunt. & ſinguli quiq;
finiti ſunt: & omneſ infiniti ſunt. Ita nec numeroſ propter infinitatem neſcit omi/
potenſ deuſ: & ſi uſq; ad quandam ſummā numeroꝝ ſcientia dei peruenit: & ceteroſ
ignorat: quiſ hoc uel dementiſſimuſ dixerit? Nec audebūt iſti cōtendere: & numeroſ
eoſ dicere ad dei ſcientiā non pertinere: apud quoſ Plato deum magna auctoritate
commendat mundum numeriſ fabricantem: & apud noſ deo dictum legitur: Omīa
in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. De quo et propheta dicit. qui profert
numero ſeculum. Et ſaluator in euangelio. Capilli inquit ueſtri omneſ numerati
ſunt. Abſit itaq; ut dubitemuſ: q̄ ei notuſ non ſit omniſ numeruſ: cuiuſ intelligētie
ſicut in pſalmo canitur non eſt numeruſ. Infinitaſ itaq; numeri: q̄uiſ infinitorum
numerorū nulluſ ſit numeruſ: non eſt tamen incōprehenſibiliſ ei cuiuſ intelligētie
non eſt numeruſ. Quapropter ſi quicquid ſcientia comprehenditur ſcientiſ comp/
henſione finitur: profecto et omniſ infinitaſ quodam ineffabili modo deo finita

eſt quia ſcientia eiuſ ipſi incomprehenſibiliſ non eſt. Quare ſi infinitaſ numerorũ ſcientie dei qua comprehenditur eſſe non poteſt infinita: qui tandẽ noſ ſumuſ homunculi: qui eiuſ ſcientie limitẽ figere preſumamuſ: dicenteſ ꝙ niſi eiſdẽ circuitibuſ temporum eadẽ temporalia repetantur: non poteſt deuſ cuncta que facit uel pſcire ut faciat: uel ſcire cum fecerit: cuiuſ ſapientia ſimpliciter multiplex: & uniformiter multiformiſ: tã incomprehenſibili cõprehenſiõe oĩa incõprehenſibilia cõprehẽdit: ut quecunq; noua & diſſimilia conſequentia precedentibuſ ſi ſemper facere uellet: inordinata & improuiſa habere nõ poſſet: nec ea preuideret ex primo tempore: ſed eterna preſcientia contineret?

Quod utrum ita faciat: & cõtinuata ſibi connexiõe copulentur que appellantur ſecula ſeculorum: alia tamẽ atq; alia ordinata diſſimilitudine procurrentia: eiſ dumtaxat qui ex miſeria liberantur in ſua beata immortalitate ſine fine manentibuſ: an ita dicantur ſecula ſeculorum: ut intelligantur ſecula in ſapientia dei inconcuſſa ſtabilitate manentia: iſtorum que cũ tempore tranſeunt tanq̃ efficientia ſeculorum: diffinire non audeo. Fortaſſiſ enim poſſit dici ſeculum que ſunt ſecula: ut nihil aliud dicatur ſeculum ſeculi q̃ ſecula ſeculorum: ſicut nihil aliud dicit celũ celi q̃ celi celorum. Nam celum deuſ uocauit firmamentum ſuper quod ſunt aque: et tamen in pſalmo et aque inquit que ſuper celoſ ſunt laudent nomen domini. Quid ergo iſtorum duum ſit: an preter hec duo aliquid aliud de ſeculiſ ſeculorum poſſit intelligi: profundiſſima queſtio eſt. Neq; hoc quod nunc agimuſ impedit: ſi indiſcuſſa interim differatur: ſiue aliquid in ea diffinire ualeamuſ: ſiue noſ faciat cautioreſ diligentior ipſa tractatio: ne in tanta obſcuritate rerum affirmare temere aliquid audeamuſ. Nunc enĩ contra opinionẽ diſputamuſ: q̃ illi circuituſ aſſerunt: quibuſ ſemper eadẽ per interualla tempoꝝ neceſſe eſſe repeti exiſtimãt. Quelibet autem illarum ſententiarum de ſeculiſ ſeculoꝝ uera ſit: ad hoſ circuituſ nihil ptinet. quoniã ſiue ſecula ſeculoꝝ ſint non eadem repetita ſed alterũ ex altero cõnexione ordinatiſſima procurrentia: liberatorum beatitudine ſine ullo recurſu miſeriarum certiſſima permanente: ſiue ſecula ſeculorum eterna ſint temporaliũ tanq̃ dñantia ſubditorũ: circuituſ illi eadẽ reuolunenteſ locũ nõ habẽt: quoſ maxĩe refellit eterna uita ſanctoꝝ.

Quorum enim aureſ piorum ferant poſt emerſam tot tantiſq; calamitatibuſ uitã: ſi tamen uita iſta dicenda eſt que potiuſ morſ eſt: ita grauiſ ut morſ que ab hac liberat: mortiſ huiuſ amore timeatur: poſt tam magna mala tãq; multa et horrenda: tandem aliquando per ueram religionem atq; ſapientiam expiata atq; finita: ſic ita ꝑuenire ad cõſpectũ dei: atq; ita fieri beatũ contemplatione incorporee lucis: per participatiõnem immutabiliſ immortalitatiſ eiuſ: cuiuſ adipiſcende amore flagramuſ: ut eam quandoq; neceſſe ſit deſeri: & eoſ q deſerũt ab illa eternitate: ueritate: felicitate deiectoſ: tartaree mortalitati: turpi ſtultitie: miſeriiſ execrabilibuſ implicari. ubi deuſ amittatur: ubi odio ueritaſ habeatur: ubi per immundaſ nequitiaſ beatitudo queratur: & hoc idem atq; idem ſine ullo fine priorum & poſteriorum: certiſ interualliſ & dimenſionibuſ ſeculorum factum eſſe & futurũ: et hoc ꝓpterea ut poſſint deo circuitibuſ definitiſ euntibuſ ſemp atq; redeuntibuſ per noſtraſ falſaſ beatitudineſ et ueraſ miſeriaſ alternatim quidem ſed in reuolutiõe inceſſabili ſempiternaſ: nota eſſe opera ſua: q̃m neq; a faciendo quieſcere nec querendo poſſit que infinita ſunt indagare? Quiſ hec audiat: quiſ credat: quiſ ferat? Que ſi uera eſſent

nõ ſolum tacerentur prudentiuſ uerum etiam ut quomodo ualeo dicam qđ uolo: doctiuſ neſcirentẽ. Nã ſi hec illic in memoria nõ habuerimuſ: & ideo beati erimuſ: cur hic per eorum ſcientiã grauatᷣ ampliuſ noſtra miſeria? Si aũt ibi ea neceſſario ſcituri ſumuſ: hic ſaltem neſciamuſ: ut hic felicior ſit expectatio q̃ illic adeptio ſũmi boni. quando hic eterna uita conſequenda expectatur: ibi aũt beata ſed nõ eterna quandoq; amittenda cognoſcitur. Si autem dicunt neminem poſſe ad illam beatitudinem peruenire: niſi hoſ circuituſ ubi beatitudo & miſeria uiciſſim alternãt ĩ huiuſ uite eruditione cognouerit: quomodo ergo fatentur quanto pluſ quiſq; amauerit deum: tanto eum faciliuſ ad beatitudinem peruenturũ: qui ea docent quibuſ amor ipſe torpeſcat? Nã quiſ non remiſſiuſ & tepiduſ amet eũ quẽ ſe cogitat neceſſario deſerturum: & contra eiuſ ueritatem ſapientiamq; ſenſurum: & hoc cũ ad eiuſ plenã pro ſua capacitate noticiã beatitudiniſ perfectione peruenerit: quando nec hoĩem amicum poſſit quiſq; amare fideliter: cui ſe futurum nouit inimicum? Sed abſit ut uera ſint que nobiſ minãtur ueram miſeriã nunq; finiendã: ſed interpoſitioniſ falſe beatitudiniſ ſepe ac ſine fine rũpendã. Quid.n. illa beatitudĩe falſiuſ atq; fallaciuſ: ubi noſ futuroſ miſeroſ aut in tãta ueritatiſ luce neſciamuſ: aut in ſũma felicitatiſ arce timeamuſ? Si enĩ futurã ibi calamitatẽ ignoraturi ſumuſ: peritior eſt hic noſtra miſeria ubi futurã beatitudinẽ nouimuſ. Si aũt noſ illic cladeſ imminẽſ nõ latebit: beatiuſ tẽpora tranſigit aĩa miſera qbuſ tranſactiſ ad btitudinẽ ſubleuet̃ q̃ beata quibuſ tranſactiſ ĩ miſeriam reuoluatur. Atq; ita ſpeſ noſtre infelicitatiſ eſt felix: et felicitatiſ infelix. Vnde fit: ut quia hic mala preſentia patimur ubi metuimuſ imminentia: uerituſ ſemper miſeri q̃ beati aliquando eſſe poſſimuſ. Sed quoniã hec falſa ſunt clamante pietate cõuincente ueritate: illa enim nobiſ ueraciter promittit̃ uera felicitaſ: cuiuſ erit ſemper retinenda & nulla infelicitate rumpenda certa ſecuritaſ: uiam rectam ſequenteſ que nobiſ eſt chriſtuſ: eo duce ac ſaluatore: a uano & inepto impiorum circuitu iter fidei mentemq; auertamuſ. Si enim de iſtiſ circuitibuſ & ſine ceſſatione alternantibuſ itionibuſ & reditionibuſ animarum: Porphiriuſ platõicuſ ſuorum opinionem ſequi noluit: ſiue ipſiuſ rei uãitate permotuſ: ſiue iam temporã xp̃iana reuerituſ: & quod in libro decimo cõmemoraui dicere maluit: aĩam ꝓpter cognoſcenda mala traditam mundo: ut ab eiſ liberata atq; purgata: cũ ad patrem redierit nihil ulteriuſ tale patiatur: quanto magiſ noſ iſtam inimicam xp̃iane fidei falſitatẽ deteſtari ac deuitare debemuſ? Hiſ aũt circuitibuſ euacuatiſ atq; fruſtratiſ: nulla neceſſitaſ noſ compellet ideo putare nõ habere inicium temporiſ ex quo ceperit eſſe genuſ humanum: quia neſcio per quoſ circuituſ nihil ſit in rebuſ nouum: quod nõ & antea certiſ interualliſ temporum fuerit: & poſtea ſit futurum. Si enim liberatur anima nõ reditura ad miſeriaſ: ſicut nunq̃ antea liberata eſt: ſit in illa aliquid quod antea nunq̃ factum eſt: & hoc qđẽ ualde magnum: id eſt que nunq̃ deſinat eterna felicitaſ. Si autem in natura immortali fit tanta nouitaſ nullo repetita nullo repetenda circuitu: cur in rebuſ mortalibuſ fieri nõ poſſe cõtendit̃? Si dicunt non fieri in anima beatitudiniſ nouitatem: quoniam ad eam reuertitur in qua ſemper fuit: ipſa certe liberatio noua fit: cum de miſeria liberatur in q̃ nunq̃ fuit: & ipſa miſerie nouitaſ in ea facta eſt que nunq̃ fuit. Hec autem nouitaſ ſi nõ in rebuſ que diuina prouidentia gubernantur ordine ſed caſu potiuſ uenit: ubi ſũt illi determinati dimenſiq; circuituſ in quibuſ nulla noua fiunt: ſed repetunt̃ eadem que fuerunt? Si autem & hec nouitaſ ab ordinatiõe diuine ꝓuidẽtie nõ excludit̃: ſiue elata ſit anima ſiue lapſa ſit: poſſunt fieri noua que neq; antea facta ſint: nec

tamen a rerum ordine aliẽa ſint. Et ſi potuit anima per imprudentiam facere ſibi nouam miſeriam que non eſſet improuiſa diuine prouidentie: ut hanc quoq; ĩ rerũ ordinẽ ĩcluderet; & ab hac eã non improuide liberaret: q̃ tandẽ temeritate hũane uanitatis audemus negare diuinitatem facere poſſe res non ſibi ſed mundo nouas: quas neq; antea fecerit nec unq̃ habuerit improuiſas? Si aũt dicunt liberatas qdem animas ad miſeriã non reuerſuras: ſed cum hoc fit in rebus nihil noui fieri: quoniam ſemper alie atq; alie liberate ſunt & liberant̃ & liberabũtur: hoc certe concedunt ſi ita eſt nouas aĩmas fieri: quibus fit & noua miſeria & noua liberatio. Nã ſi antiq̃s eas dicunt eſſe & retrorſum ſempiternas: & ex quibus quotidie noui fiant homines: de quorum corporibus ſi ſapienter uixerint ita liberentur ut nunq̃ ad miſerias reuoluant̃: cõſequenter dicturi ſunt infinitas. Quantuslibet nanq; finitus numerus fuiſſet animarum: infinitis retro ſeculis ſufficere non ualeret: ut ex illo ſemp hoĩes fierent quorum eſſent anime ab iſta ſemper mortalitate liberande: nunq̃m ad eam deinceps redi ture. Nec ullo modo explicabunt: quõ in rebus quas deo notas eſſe co ꝗ ſint infinite non uolunt: infinitus ſit numerus animarum. Quapropter quoniã circuitus illi iam exploſi ſunt: quibus ad eaſdem miſerias neceſſario putabat̃ aĩma reditura: quid reſtat conuenientius pietati q̃ credere non eſſe impoſſibile deo: & ea que nunq̃ fecerit noua facere: & ineffabili preſcientia uolũtatem mutabilem non habere? Porro autem utrũ animarũ liberatarũ nec ulterius ad miſerias rediturarũ numerus poſſit ſemper augeri: ipſi uiderint qui de rerum nouitate cohibenda tam ſubtiliter diſputãt. Nos uero ratiocinationẽ noſtram ex utroq; latere terminamus. Si enim poteſt: quid cauſe eſt ut negetur creari potuiſſe quod nunq̃ ãtea creatum eſſet: ſi liberatarum animarum numerus qui nunq̃ antea fuit non ſolum factus eſt ſemel: ſed fieri nunq̃ deſinet? Si autẽ oportet ut certus ſit liberatarũ aliqs numerus animarum que ad miſeriam nunq̃ redeant: neq; iſte numerus ulterius augeat̃: etiã ipſe ſine dubio quicunq; erit ante utiq; nunq̃m fuit: qui profecto creſcere et ad ſue quantitatis terminum peruenire ſine aliquo non poſſet initio. Quod initiũ quoniã antea nunq̃ fuit: hoc ergo ut eſſet: creatus eſt homo ante quem nullus fuit.

Hac igitur queſtione difficillima propter eternitatem dei noua creantis ſine nouitate aliqua uoluntatis quantũ potuimus explicata: nõ ẽ arduũ uidere multo fuiſſe melius quod factum eſt: ut ex uno homine quem primum condidit multiplicaret genus humanũ: q̃ ſi id inchoaſſet a pluribus. Nam cum aĩantes alias ſolitarias & quodãmõ ſoliuagas id ẽ que ſolitudinẽ magis appetãt: ſicuti ſunt aqle milui leões lupi: & quecũq; alia ita ſũt: alias uero greges inſtituerit: que cõgregate atq; ĩ gregibus malint uiuere: ſic ſũt colũbe ſturni cerui damule et cetera huiuſmõi: utrũq; tñ genus nõ ex ſingulis ꝑpagauit: ſed plura ſimul iuſſit exiſtere. Homĩem uero cuius naturã qdãmõ mediã ĩter ãgelos beſtiaſq; cõdebat: ut ſi creatori ſuo tãq̃ uero dño ſubditus ꝑceptũ eius pia obediẽtia cuſtodiret: ĩ cõſortiũ trãſiret ãgelicũ: ſine morte media btãm ĩmortalitatẽ ſine ullo termĩo cõſecutus. Si autem dñm deũ ſuũ libera uolũtate ſuꝑbe ac ĩobediẽter uſus offẽderet: morti addictus beſtialiter uiueret libidĩs ſeruus: eternoq; poſt mortẽ ſupplicio deſtĩatus: unũ ac ſingulũ creauit nõ utiq; ſolũ ſine hũana ſocietate deſerẽdũ: ſed ut eo mõ uehementius ei cõmẽdaret̃ ipſius ſocietatis unitas uinculũq; cõcordie: ſi nõ tñ ĩter ſe nature ſimilitudĩe: uerum etiã cognatõis affectu hoĩes necteret̃: q̃n nec ipſã qdẽ feminam copulãdã uiro ſicut ipſũ creare illi placuit ſed ex ipſo: ut oẽs ex hoĩe uno diffũderet̃ genus hũanũ.

NEc ignorabat deuſ hominem peccaturū: & morti iam obnoxium morituroſ ꝓpagaturū: eoq; ꝓgreſſuroſ peccati imanitate mortaleſ: ut tutiuſ atq; pacatiuſ inter ſe rōnalis uolūtatiſ experteſ beſtie ſui generiſ uiuerent: quarū ex aquiſ & terriſ plurimū pullulauit exordiū: q̄ hoīeſ quorū genuſ ex uno eſt ad cōmendandā cō/cordiā ꝓpagatū. Neq; .n. unq̄ inter ſe leōeſ aut inter ſe dracōeſ: q̄lia hoīeſ bella iter ſe geſſerūt. Sed ꝓuidebat etiā deuſ gratia ſua populū pioꝝ i adoptionē uocādum: remiſſiſq; peccatiſ iuſtificatū ſpū ſācto ſāctiſ āgeliſ i eterna pace ſociādū: nouiſſima inimica morte deſtructa: cui populo eēt huiuſ rei cōſideratō ꝓfutura: q̄ ex uno hoīe deuſ ad cōmēdādū hoībuſ q̄ ei grata ſit etiā i pluribuſ unitaſ: gēuſ iſtituiſſet hūanū.

FEcit ergo deuſ hoīem ad imaginē & ſimilitudinē ſuā. Talē q̄ppe illi aīam creauit: q̄ ꝑ rōem atq; intelligentiam omnibuſ eēt ꝓſtantior aīalibuſ terreſtribuſ & natatilibuſ & uolatilibuſ: que mētem huiuſmodi nō hērent. Et cū uirū terreno formaſſet ex puluere: eiq; aīam q̄lē dixi: ſiue quā iā fecerat ſufflādo indidiſſet: ſiue potiuſ ſufflādo feciſſet: eūq; flatū quem ſufflando fecit: nā qd ē aliud ſufflare q̄ flatū facere: aīam hoīſ eē uoluiſſet: etiam cōiugem illi in adiutoriū generādi: ex eiuſ latere oſſe detracto fecit ut deuſ. Neq; enim hec carnali cōſuetudine cogitāda ſunt: ſic ut uidere ſolemuſ opificeſ ex materia q̄cūq; terrēa corporalibuſ mēbriſ: q̄ artiſ induſtria potuerūt fabricanteſ. Manuſ dei potētia dei ē: q̄ etiā uiſibilia inuiſibiliter opat̄. Sed hec fabuloſa potiuſ q̄ uera eē ar/bitrāt: q̄ uirtutē & ſapiētiam dei q̄ nouit & pōt etiā ſine ſeminibuſ ipa certa facere ſēia ex hiſ uſitatiſ & quotidianiſ metiunt̄ opibuſ: ea uero que ꝓmituſ inſtituta ſūt q̄m nō nouerūt infideliter cogitant: q̄ſi nō hec ipſa que nouerūt de hūaniſ cōceptibuſ atq; partubuſ: ſi etiam in expertiſ narrarent̄ incredibiliora uiderent̄: q̄uiſ & ea ipa pleriq; magiſ nature corporalibuſ cauſiſ q̄ opibuſ diuine mentiſ aſſignent.

SEd tum hiſ nullū nobiſ ē i hiſ libriſ negociū: q̄ diuinā mētē facere uel curare iſta nō credūt. Illi aūt q̄ Platōi ſuo credūt: nō ab illo ſūmo deo q̄ fabricatuſ eſt mūdū: ſed ab aliiſ minoribuſ quoſ q̄dē ipē creauerit ꝑmiſſu ſiue iuſſu eiuſ aīalia facta eē cūcta mortalia: i q̄buſ homo ꝓcipuū diiſq; ipſiſ cognitū teneret locum: ſi ſupſtitiōe careāt q̄ querūt ūde iuſte uideāt ſacra & ſacrificia facere q̄ſi cōditoribuſ ſuiſ: facile carebūt etiā huiuſ opinatōiſ errore. Neq; .n. faſ ē ulliuſ nature quālibet minime mortaliſq; creatorē ſuū niſi deū credere ac dicere: & anteq̄ poſſit intelligi. Angeli aūt quoſ illi deoſ libētiuſ appellāt: etiā ſi adhibēt uel iuſſi uel ꝑmiſſi opati/onē ſuā rebuſ que gignūt i mūdo: tā nō eoſ dicimuſ creatoreſ aīalīū: q̄ nec agricolaſ frugū atq; arboꝝ.

CVm enim alia ſit ſpecieſ que adhibet̄ extrinſecuſ cuiuſcūq; materie corporali: ſicut̄ opant̄ hoīeſ figuli & fabri: atq; id genuſ opificeſ q̄ etiā pingūt & effingunt formaſ ſimileſ corporibuſ aīaliū: alia uero que intrinſecuſ efficiēteſ cāſ habet de ſecreto et occulto nature uiuētiſ atq; intelligētiſ arbitrio: que nō ſolū naturaleſ corporum ſpēſ: uerum etiā ipſaſ aīantiū aīaſ dū nō ſunt facit: ſupradicta illa ſpecieſ artificibuſ q̄buſq; tribuat̄: hec aūt altera nō niſi uni artifici creatori et conditori deo: q̄ mūdū ipm et āgeloſ ſine ullo mūdo et ſine ulliſ āgeliſ fecit. Ab illa .n. ui diuina que oīm rerū diuiſiua & ut ita dicā effectiua ē: que fieri neſcit ſed facere: a q̄ accepit ſpeciem cū mūduſ fieret & rotūditaſ celi et rotūditaſ ſoliſ: eadē ui diuina et effectiua que

fieri neſcit ſed facere: accepit ſpeciem rotunditas oculi et rotunditas pomi: et cetere figure naturales quas uidemus in rebus quibuſq; naſcentibus: nō extrinſecus adhiberi ſed intima creatoris potētia q dixit: celū & terrā ego impleo: & cuius ſapia ē que attigit a fine uſq; ad finē fortiter: & diſponit oīa ſuauiter. Proinde facti primitus angeli ſi huiuſmōi miniſteriū pbuerūt creatori cetera facienti: neſcio nec tribuere illis audeo qd forte nō poſſūt: nec debeo derogare qd poſſūt. Creationē tn̄ cōditionēq; oīm naturaꝝ: q fit ut oīo nature ſint eis quoq; fauētibus nō facientibus: illi deo tribuo cui ſe etiā ipſi debere q ſūt cū gratiaꝝ actiōe nouerūt. Nō ſolū igit̄ agricolas nō di/cimus fructuū quorūq; creatores: cū legamus neq; q plātat eſt aliqd neq; q rigat: ſed q incremētū dat deus: ſed ne ipſā qdē terrā: q̄uis mater oīm fecūda uideat: que germibus erūpentia pmouet & fixa radicibus cōtinet: cū ibidē legamus deus illi dat corpus quō uoluerit: & unicuiq; ſeminū ppriū corpus. Ita nec feminam ſui puerperii creatricē appellare debemus: ſed potius illū q cuidā ſuo famulo dixit: priuſq̄ te for/marē i utero noui te. Et q̄uis aīa ſic uel ſic affecta pregnātis ualeat aliqbus uelut induere qualitatibus fetū: ſicut de uirgis uariatis fecit Iacob ut pecora colore uario gignerēt: natura tn̄ illa que gignit tā ipſa nō fecit q̄ nec ipa ſe fecit. Quelibet igit̄ corpales uel ſeminales cauſe gignēdis rebus adhibeant: ſiue opatōibus angeloꝝ aut hoīm aut quorūcūq; aīaliū: ſiue mariū femināq; mixtōibus: quelibet etiā deſideria motuſue aīe matris ualeāt aliqd liniamētoꝝ aut coloꝝ aſpgere teneris mollibuſq; cōceptibus: ipſas oīo naturas que ſic uel ſic i ſuo genere afficiūt: nō facit niſi ſūmus deus: cuius occulta potētia cūcta penetrās icōmutabili pſētia facit eē qdqd aliquo mō ē in q̄ntucūq; ē: qa niſi faciēte illo ut tale uel tale eēt: prorſus eē non poſſet. Quapropter ſi i illa ſpecie quā forinſecus corpalibus artifices rebus imponūt: urbē romā & urbē alexandriā: nō fabros & architectos ſed reges quoꝝ uolūtate cōſilio & imperio fabricate ſūt: illā Romulū: illā Alexādrū habuiſſe dicimus conditores: q̄to potius nō niſi deū debemus cōditorē dicere naturaꝝ: q neq; ex ea materia facit aliqd quā ipſe nō fecerit: nec opanos habet niſi quos ipſe creauerit: & ſi potētiā ſuā ut ita dicā fabricatoriā rebus ſubtrahat: ita nō erūt ſicut āteq̄ fierēt nō fuerūt? Sed ante dico: eternitate nō tpe. Quis n. alius creator ē tēpoꝝ: niſi q fecit ea quoꝝ motibus currerēt tpa.

Ita ſane Plato minores & a ſūmo deo factos deos effectores eē uoluit aīaliū ceteroꝝ: ut imortalē partē ab ipo ſumerēt: ipſi uero mortalē attexerēt. Proinde aīaꝝ noſtraꝝ eos creatores eē noluit ſed corpm. Vnde qm̄ Porphirius pp̄ter aīe purgatōnē dicit oīe corpus fu/giēdū: ſimulq; cū ſuo Platōe aliiſq; platōicis ſētit: eos q imoderate at ihōeſte uixerit pp̄ter luēdas penas ad corpa redire mortalia: Plato qdē etiā beſtiaꝝ: Porphirius tm̄mō ad hoīm ſeqt̄ eos ut dicāt deos iſtos quos a nobis uolūt q̄ſi parentes & cōdi/tores noſtros colī: nihil eē aliud q̄ fabros cōpedū carcerū ue noſtroꝝ: nec īſtitutores ſed icluſores alligatoreſq; noſtros ergaſtulis erūnoſis & grauiſſimis ūīculis. Aut ergo deſināt platōici penas aīaꝝ ex iſtis corpibus cōminari: aut eos nobis deos colendos nō pdicent: quoꝝ i nobis opationē ut q̄tū poſſumus fugiāus & euadamus hortāt. cū tn̄ ſit utrūq; falſiſſimū. Nā neq; ita luūt penas aīe cū ad iſtā uitā penalē denuo reuoluunt: & oīm uiuentiū ſiue i celo ſiue i terra nullus ē cōditor: niſi a quo facta ſūt celū & terra. Nā ſi nulla cauſa ē uiuēdi i hoc corpe niſi pp̄ter pēdēda ſupplitia: quō dicit idē Plato aliter mundū fieri nō potuiſſe pulcerrimum atq; optimū: niſi oīm aīaliū id ē imortaliū & mortaliū generibus impleret. Si aūt noſtra iſtitutio

qua uel mortaleſ cõditi ſumuſ diuinũ muniuſ eſt: quõ pena eſt ad iſta corpa id ẽ ad diuina bñficia remeare? Et ſi deuſ qđ aſſidue Plato cõmẽorat: ſicut uniuerſi mũdi ita oĩm aĩaliũ ſpecieſ eterna intelligẽtia cõtinebat: quõ nõ ipſe cũcta cõdebat? An aliquoꝝ eẽ artifex nollet: quoꝝ efficiendoꝝ artẽ ineffabiliſ eiuſ & ineffabiliter lau/dabiliſ menſ haberet? Merito igiẽ uera ẽ religio: que mũdi uniuerſi cũ aĩaliũ quoq; uniuerſorũ hoc ẽ & aĩaꝝ & corpoꝝ cõditorẽ agnoſcit & pdicat. In quibuſ terrenuſ precipuuſ ab illo ad eiuſ imaginẽ homo ppter eã cauſam quã dixi: & ſi q̃ forte alia maior latet factuſ ẽ unuſ ſed nõ relictuſ ſoluſ. Nihil.n.ẽ q̃ hoc genuſ tã diſcordi/oſũ uicio: tã ſociale natura. Neq; cõmodiuſ cõtra uiciũ diſcordie uel cauendũ cum nõdũ exiſteret: uel ſanãdũ cũ extitiſſet natura loqueretẽ hũanã q̃ recordationem illiuſ parentiſ quẽ ppterea deuſ creare uoluit unũ: de quo multitudo ppagaretur: ut hac admõitõe etiã ĩ multiſ cõcorſ unitaſ ſeruaretẽ. Quod uero femĩa illi ex eiuſ latere facta ẽ: etiã hic ſatiſ ſignificatũ ẽ q̃ cara mariti & uxoriſ debeat eẽ cõiũctõ. Hec opa dei ppterea ſũt unq; iuſitata: qa pma. q aũt iſta nõ credũt: nulla facta pdigia debẽt credere. Neq;.n.& ipſa ſi uſitato nature curriculo gignerẽt: pdigia dicerent. Quid aũt tã ſub gubernatõe diuine puidẽtie: q̃uiſ eoꝝ cã lateat q̃ mõſtra gignunẽ. Ait quidã pſalmu ſacer. Venite & uidete opa domini que poſuit pdigia ſup terram. Cur ergo ex latere uiri femĩa facta ſit: & hoc primum quodammodo prodigium quid prefigurauerit: alio loco quantum me deuſ adiuuauerit dicam.

...tam fuiſſe omnem pulchritudinē plenitatis generis humani in... dit deus: que pars honoranda ... q damnanda ſupplicio

NVnc qm̃ liber iſte claudenduſ ẽ: in hoc pmo hoĩe q pmituſ factuſ eſt: nõdũ quidẽ ſcđm euidẽtiã ſiã tñ ſcđm dei preſcientiã: exortaſ fuiſſe exiſtimemuſ in genere hũano ſocietateſ tanq̃ ciuitateſ duaſ. Ex illo.n. futuri erant hoĩeſ alii malĩſ ãgeliſ in ſupplicio alii bõiſ ĩ pmio ſociãdi: q̃uiſ occulto dei iudicio: ſed tamẽ iuſto. Cũ.n.ſcptũ ſit: uniuerſe uie domĩ miſericordia & ueritaſ: nec iniuſta eiuſ gratia: nec crudeliſ põt eẽ iuſticia. AVRELII AVGVSTINI LIBER XIII. INCIPIT.

...pi... hominem ... contracta mortalitas. Ca. I.

EXpeditiſ de noſtri ſeculi exortu: & de initio generiſ humani difficillimiſ queſtõibuſ: nũc iã de lapſu pmi hõiſ imo pmorũ hoĩm: & de origie ac ppagie mortiſ hũane diſputationem a nobiſ inſtitutam: rerum ordo depoſcit. Nõ enim eo mõ quo angeloſ cõdiderat deuſ: ita condidit & hoĩeſ: ut etiã ſi pec/caſſent mori oĩo non poſſent: ſed ita ut perfunctiſ obediẽtie munere ſine interuẽtu mortiſ ãgelica immortalitaſ & beata eternitaſ ſequeretẽ: inobediẽteſ aũt morſ plecteret dãnatõe iuſtiſſima: qđ etiã ĩ libro ſupiore iã diximuſ. *De ea morte ... corpori*

SEd de ipſo genere mortiſ uideo mihi paulo diligentiuſ diſſerendũ. Quãuiſ enĩ humana anima ueraciter immortaliſ perhibeatẽ: habet tamen quãdã etiã ipſa mortẽ ſuã. Nã ideo dicitẽ immortaliſ: qa mõ quodã quãtulocũq; nõ deſinit uiuere atq; ſẽtire. Corpuſ aũt ideo ẽ mortale: qm̃ a uita quã habet deſeri põt: nec p ſeipm aliq̃tenuſ uiuit. Morſ igiẽ aĩe fit cũ eã deſerit deuſ: ſicut corpiſ cũ id deſerit aĩma. Ergo utriuſq; rei id eſt totiuſ hõiſ morſ ẽ: cũ aĩa a deo deſerta: deſerit corpuſ. Ita enim nec ex deo uiuit ipſa: nec corpuſ ex aĩma. Huiuſmodi aũt totiuſ hõiſ mortẽ: illa ſequitẽ: qua ſecũdã mortẽ diuinoꝝ eloqoꝝ appellat auctoritaſ. Hãc ſaluator

ſignificauit ubi ait. Eum timere qui habet poteſtatem & corpuſ & aīam perdere in gehennā. Quod cū non antea fiat q̄ cū anima corpori ſic fuerit copulata ut nulla direptione ſeparent: mirū uideri pōt: quō corpuſ ea morte dicat occidi: q̄ nō ab aīa deſerit: ſed aīatū ſentienſq; cruciat. Nā illa pena ultima ac ſempiterna: de qua ſuo loco diligentiuſ diſſerendū eſt: recte morſ aīe dicit qa nō uiuit ex deo. morſ autem corporiſ quo nam modo: cum uiuat ex anima. Nō enī aliter poſſūt ipſa corpalia que poſt reſurrectionē futura ſunt ſentire tormenta. An qa uita q̄liſcunq; aliquod bonū eſt: dolor aūt malū: ideo nec uiuere corpuſ dicendum ē: in quo aīa nō uiuēdi cauſa eſt ſed dolendi. Viuit itaq; aīa ex deo cū uiuit bene. non. n. pōt bene uiuere niſi deo operante in ſe qđ bonū ē. Viuit aūt corpuſ ex aīa: cū aīa uiuit ī corpore: ſeu uiuat ipſa ſeu non uiuat ex deo. Impioꝝ nanq; in corporibuſ uita: non aīmaꝝ ſed corporū uita eſt: quā poſſūt eiſ aīe etiā mortue hoc ē a deo deſerte q̄ntulacūq; propria uita ex qua etiam immortaleſ ſunt nō deſiſtente cōferre. Veꝝ ī dānatōe nouiſſima q̄uiſ homo ſentire nō deſinat: tñ qa ſenſuſ ipſe nec uoluptate ſuauiſ: nec quiete ſalubriſ: ſed dolore pēalis eſt: nō immerito morſ eſt potiuſ appellata q̄ uita. Ideo aūt ſecūda qa poſt illā pmā ē: q̄ fit coherentiū direptio naturaꝝ: ſiue dei & aīe: ſiue aīme & corporiſ. De pma igit corpiſ morte dici pōt: q bōiſ bōa ſit: malis mala: ſecunda uero ſine dubio ſicut nullorum bonorum eſt ita nulli bona.

Non autem diſſimulanda naſcit queſtio. utrū reuera morſ q̄ ſeparant aīa & corpuſ boniſ ſit bona. Quia ſi ita eſt: quō poterit obtinere q etiā ipſa ſit pena peccati. Hanc. n. pmi homīeſ niſi peccauiſſent: ppeſſi utiq; non fuiſſent. Quo igitur pacto bona eſſe poſſit boniſ que accidere non poſſet niſi maliſ. Sed rurſuſ ſi non niſi maliſ poſſet accidere: nō deberet boniſ bōa eē ſed nulla. Cur. n. eēt ulla pēa ī qbuſ nō eēnt ulla punīēda. Quapropter fatēdū eſt: pmoſ qdē hoīeſ ita fuiſſe inſtitutoſ: ut ſi nō peccauiſſent nullū mortiſ expirēt genuſ: ſed eoſdē pmoſ peccatoreſ ita fuiſſe mulctatoſ: ut etiā qdquid eoꝝ ſtirpe eſſet exortū: eadē pena teneret obnoxiū.

Non enim aliud ex eiſ q̄ qđ ipſi fuerant naſceretur. Pro magnitudine quippe culpe illiuſ: naturā damnatio mutauit in peiuſ: ut quod penaliter preceſſit in peccātibuſ hōibuſ pmiſ: etiam naturaliter ſequeretur in naſcentibuſ ceteriſ. Neq; enim homo ita ex homine: ſicut homo ex puluere. Puluiſ nanq; homini faciendo materieſ fuit. homo aūt hōi gignendo parenſ. Proinde qđ ē terra: non hoc ē caro: q̄uiſ ex terra facta ſit caro. Quod eſt aūt parenſ homo: hoc ē & proleſ homo. In pmo igit hoīe p feīam in pgenīē tranſiturū uniuerſū genuſ humanū fuit: quādo illa cōiugū copula diuinā ſententiā ſue dānatōiſ excepit. Et qđ homo factuſ ē nō cū crearet: ſed cū peccaret ut puniret: hoc genuit: q̄ntū quidē attinet ad peccati & mortiſ origīnē. Nō. n. ad infātilem hebetudinē & infirmitatē animi & corpiſ quā uidemuſ in paruuliſ: peccato uel pena ille redactuſ eſt: que deuſ uoluit eſſe tanquā primordia catuloꝝ: quorū parenteſ in beſtialem uitā morteq; deiecerat. ſicut ſcptū eſt. Homo cū in honore eſſet nō intellexit: cōparatuſ ē pecoribuſ nō ītelligētibuſ: & ſimiliſ factuſ ē illiſ. Niſi q infāteſ īfirmioreſ etiā cernimuſ ī uſu motuq; mēbroꝝ: & ſenſu appetendi atq; uitādi: q̄ ſunt alioꝝ tenerrimi fetuſ animaliū: tanq̄ ſe tāto attolat excellentiuſ ſupra cetera animantia uiſ humana: quanto magiſ impetum ſuū uelut ſagitta cum arcuſ extenditur retrorſum reducta diſtulerit. Nō ergo ad

iſta infantilia rudimenta preſumptione illicita & damnatione iuſta prolapſuſ uel impulſuſ eſt primuſ homo; ſed hactenuſ ī eo natura hūana uiciata atq; mutata ē: ut repugnātē pateretur in mēbriſ inobedientiā cōcupiſcendi; & ob id obſtringeretᷣ neceſſitate moriendi; atq; ita id qđ uicio penaq; factuſ eſt: id eſt obnoxioſ peccato mortiq; generaret. A quo peccati uinculo ſi per mediatoriſ chriſti gratiam ſoluuntᷣ infanteſ: hanc ſolā mortem ꝑpeti poſſunt que animā ſeiungit a corpe; in ſecūdam uero illā ſine fine penalē: liberati a peccati obligatōe nō tranſeunt. Si quem uero mouet cur uel ipſam patiantᷣ: ſi & ipſa peccati pena ē quoꝝ ꝑ gratiā reatuſ aboletᷣ: iam iſta queſtio in alio noſtro opere qđ ſcripſimuſ de baptiſmo paruuloꝝ: tractata & abſoluta eſt. Ubi dictū eſt ad hoc relinqui aīe experimentū ſepatōiſ a corpore: quiſ ablato iam criminiſ nexu: qm̄ ſi regenerationiſ ſacramentū cōtinuo ſequeretur immortalitaſ corporiſ: ipſa fideſ eneruaretur: que tūc eſt fideſ quando expectatᷣ in ſpe: qđ in re nondū uidetᷣ. Fidei aūt robore atq; certamine: ī maioribuſ dūtaxat etatibuſ etiā mortiſ fuerat ſupanduſ timor: qđ ī ſanctiſ martiribuſ maxīe eminuit: cuiuſ ꝑfecto certaminiſ eēt nulla uictoria nulla gloria: qa nec ipſum oīo poſſet eē certamen: ſi poſt lauacrū regenerationiſ iā ſancti nō poſſent mortē ꝑpeti corpalē. Cum paruuliſ autem baptiſandiſ quiſ nō ad xp̄i gratiā ꝑpterea potiuſ curreret: ne a corpore ſoluerentᷣ. Atq; ita non inuiſibili premio ꝓbaretᷣ fideſ: ſed iā nec fideſ eēt: cōfeſtim ſui operiſ querēdo & ſumendo mercedē. Nūc uero maiore & mirabiliore gratia ſaluatoriſ: in uſuſ iuſticie peccati pena conuerſa eſt. Tunc enim dictū ē hōi morieriſ ſi peccaueriſ: nunc dicitᷣ martiri morere ne peccēſ. Tunc dictū ē ſi mādatū tranſgreſſi fueritiſ morte moriemini: nunc dicitᷣ ſi mortem recuſaueritiſ mandatum tranſgrediemini. Quod tūc metuendū fuerat ut nō peccaretᷣ: nūc ſuſcipiendū eſt ne peccetᷣ. Sic ꝑ ineffabilē dei miſericordiā: & ipſa pena uicioꝝ tranſit ī arma uirtutiſ: & fit iuſti meritū etiā ſuppliciū peccatoriſ. Tūc.n. morſ ē acquiſita peccando: nunc impletᷣ iuſticia moriendo. Uerū hoc ī ſāctiſ martiribuſ: qbuſ alterutrū a ꝑſecutore ꝓponitᷣ: ut aut deſerant fidē aut ſufferāt mortē. Iuſti.n. malūt credendo perpeti: qđ ſunt ꝑmi iniqui non credendo perpeſſi. Niſi enim peccaſſent illi nō morerentᷣ: peccabunt aūt iſti niſi moriantᷣ. Mortui ſūt ergo illi qa peccauerūt: nō peccāt iſti qa moriuntᷣ. Factū eſt per illorū culpā ut ueniretᷣ in penā: ſit per iſtorū penā ne ueniatᷣ in culpā. nō qa morſ bonū aliqđ facta eſt que antea malū fuit: ſed tantā deuſ fidei preſtitit gratiam: ut morſ quam uite conſtat eſſe contrariā: inſtrumentū fieret per quod tranſiretur in uitam.

Apoſtoluſ enim cū uellet oſtendere: q̄ntū peccatū gratia non ſubueniente ad nocendum ualeret: etiā ipſam legem q̄ prohibetᷣ peccatū: nō dubitauit dicere uirtutē eē peccati. Aculeuſ inqt mortiſ eſt peccatū: uirtuſ aūt peccati lex. uerſſime omnino. Auget enim ꝓhibitio deſideriū operiſ illiciti: quādo iuſticia nō ſic diligitᷣ: ut peccandi cupiditaſ eiuſ dilectōe uincatᷣ. Ut aūt diligatᷣ & delectet uera iuſticia: non niſi diuina ſubueniente gratia. Sed ne ꝑpterea lex putaretᷣ malum: qm̄ uirtuſ eſt dicta peccati: ideo ipſe alio loco uerſanſ huiuſmodi queſtionem ita inqt. Lex qdē ſancta: & mandatū iuſtū & ſanctū & bonū. Quod ergo bonū inqt: mihi factū eſt morſ? Abſit. ſed peccatū ut appareat peccatū: per bonū mihi operatū eſt mortē: ut fiat ſupra modū peccāſ peccatū ꝑ mandatū. Supra modū dixit. qa etiā ꝑuaricatio additᷣ: cū peccandi aucta libidine etiā lex ipſa contemnitᷣ. Cur hoc cōmemorandū putauerimuſ? Quia ſcilicet ſicut lex nō eſt malū q̄n auget peccantiū cōcupiſcētiā:

ita nec morſ bonū eſt quando auget patientiū gloriā. cū uel illa p iniquitate deſerit̄ & efficit p̄uaricatoreſ: uel iſta p ueritate ſuſcipit̄ & efficit martyreſ. Ac per hoc lex qdē bona ē: qa phibitio ē peccati: morſ aūt mala: qa ſtipēdiū ē peccati. Sed quē/admodū iniuſti male utūt̄ nō tm̄ maliſ uerū etiā bō[n]iſ: ita iuſti bene nō tm̄ boniſ ſed etiā maliſ. Hic fit ut & mali male lege utāt̄ q̄uiſ ſit lex bonū: & bōi bene moriāt̄ q̄uiſ ſit morſ malū.

QVapropter qđ attinet ad corporiſ mortē id eſt ſeparationē aīe a corpe: cū eā patiunt̄ qui morienteſ appellant̄: nulli bona eſt. Habet enim aſperū ſenſū et contra naturam ſuiſ ipſa qua utrunq: diuellitur qđ fuerat ī uiuente cōiunctū atq: cōſertū: q̄diu morat̄ donec omiſ adimat̄ ſenſuſq ex ipo inerat aīe carniſq: cōplexu. quā totā moleſtiā nonnunq̄ unuſ ictuſ corporiſ uel aīe raptuſ intercipit: nec eam ſentiri preueniente celeritate permittit. Quicquid tñ illud eſt in morientibuſ: quod cum graui ſenſu adimit ſenſum: pie fideliterq: tolerando auget meritū patiētie: nō aufert uocabulū pene. Ita cum ex hominiſ primi perpetuata ppagīe proculdubio ſit morſ pena naſcentiſ: tñ ſi p iuſticia pietateq: pendat̄ fit gloria renaſcentiſ: & cum ſit morſ peccati retributio: aliquando impetrat ut nil retribuatur peccato.

NAm quicūq: etiā nō pcepto regenerationiſ lauacro pro xp̄i cōfeſſiōe moriūt̄: tantū eiſ ualet ad dimittenda peccata: quātū ſi abluerent̄ ſacro fonte baptiſ/matiſ. Qui enim dixit ſi qſ non renatuſ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto nō intrabit in regnū celoꝝ: alia ſententia iſtoſ fecit exceptoſ ubi nō minuſ generaliter ait: qui me confeſſuſ fuerit coram hōibuſ confitebor & ego eum corā patre meo q in celiſ eſt. Et alio loco qui perdiderit aīam ſuā ppter me inueniet eā. Hinc eſt qđ ſcptum eſt. Precioſa in cōſpectu dñi morſ ſanctoꝝ eiuſ. Quid. n. precioſiuſ q̄ morſ: per quā fit ut etiā delicta omnia dimittant̄: & merita cumulatiuſ augeant̄? Neq:. n. tāti ſunt meriti: qui cū mortē differre nō poſſent baptiſati ſunt: deletiſq: oībuſ peccatiſ ex hac uita emigrarūt: quāti ſūt hi q mortē differre cū poſſent: ideo nō diſtulerunt: qa maluerūt xp̄m cōfitēdo finire hāc uitā: q̄ eū negādo ad eiuſ baptiſmū puēire. Quod utiq: ſi feciſſent: etiā hoc eiſ in illo lauacro dimitteret̄: q timore mortiſ ne/gauerant xp̄m: in quo lauacro etiā illiſ facinuſ tam īmane dimiſſū eſt: q occiderāt xp̄m: ſed qñ in abūdantia gratie ſpūſ illiuſ q ubi uult ſpirat: ſic xp̄m amare poſſēt: ut eū in tanto uite diſcrimine ſub tanta ſpe uenie negare nō poſſent. Morſ igitur p̄cioſa ſāctoꝝ: qbuſ cū tāta gratia ē p̄miſſa & p̄rogata morſ xp̄i: ut ad eū acqrēdū ſuā non cūctarent̄ impendere aīam: in eoſ uſuſ redactū eſſe mōſtrauit qđ ad penā peccantiſ antea fuerat cōſtitutū: ut inde iuſticie fructuſ uberior naſceretur. Morſ ergo non ideo bonū uideri debet: qa in tātā hūilitatē nō ī ſua ſed diuīa opitulatōe cōuerſa eſt: ut que tunc metuenda pppoſita ē ne peccatū cōmitteret̄: nūc ſuſcipiēda ppōit̄ ut peccatū nō cōmittat̄: cōmiſſūq: deleat̄: magneq: uictorie debita iuſticie palma reddat̄.

SI enim diligentiuſ cōſideremuſ: etiā cū qſq: p ueritate fideliter & laudabiliter moriť: morſ cauet̄. Ideo qppe aliqd eiuſ ſuſcipit̄ ne tota contingat: & ſecūda inſup que nunq̄ finiat̄ accedat. Suſcipitur. n. anime a corpore ſeparatio: ne deo ab aīa ſeparato etiā ipa ſeparet̄ a corpe: ac ſic totiuſ hōiſ p̄ma morte completa ſecūda excipiat̄ ſempiterna. Quocirca morſ qdē ut dixi cū eā morientes patiūť: cūq: in eiſ ut moriant̄ facit: nemini bona ē: ſed laudabiliter tolerat̄ p tenēdo uel adipiſcēdo bono. Cū uero in ea ſūt q iam mortui nūcupant̄: nō abſurde dicit̄ et maliſ mala:

& bonıſ bona. In requıe .n. ſunt aĩe pıoꝝ a corpe ſepate: impıoꝝ aũt penaſ luũt: donec ıſtaꝝ ad eternã uıtã: illarum uero ad eternã mortẽ que ſecũda dicıẽ corpora reuıuıſcant.

Sed id tempuſ quo anime a corpore ſepate aut in bõıſ ſunt aut in maliſ: utrũ poſt mortẽ potıuſ an in morte dicendũ eſt? Si enim poſt mortem eſt: iam nõ ipſa morſ que tranſacta atq; preterita eſt: ſed poſtea uita preſenſ aĩe ſiue bona ſeu mala eſt. Morſ aũt tunc eiſ mala erat: qñ erat: hoc eſt quando eã patiebantur cum morerent: qm̃ grauiſ & moleſtuſ eiſ inerat ſenſuſ: quo malo bene utũẽ bõi. Peracta autem morſ: quo nam modo uel bona uel mala eſt: que iã non eſt? Porro ſi adhuc diligentıuſ attendamuſ: nec illa morſ eſſe apparebit: cuiuſ grauem ac moleſtũ ĩ moriẽtibuſ diximuſ ſenſum. Quãdiu enĩ ſentiũt adhuc utiq; uiuũt: & ſi ad huc uiuũt: ante mortem q̃ in morte potiuſ eſſe dicendi ſũt: quia illa cũ uenerit aufert omnem corporiſ ſenſum: qui ea ꝓpinquante moleſtuſ ẽ. Ac per hoc quõ morienteſ dicamuſ eoſ qui nõdũ mortui ſunt ſed ĩminente morte iam extrema & mortifera afflictõe iactantẽ: explicare difficile eſt: etiã ſi recte iſti appellanẽ morienteſ: quia cum morſ que iam imminet aduenerit: non morienteſ ſed mortui nuncupanẽ. Nulluſ ẽ ergo moriẽſ niſi uiuenſ: quoniam cum in tanta eſt extremitate uite: in q̃nta ſũt quoſ agere animã dicimuſ: profecto q nondũ aĩa caruit adhuc uiuit. Idẽ ipſe igẽ ſimul & morienſ eſt & uiuenſ. ſed morti accedenſ uita decedenſ: adhuc tamen in uita: quia ineſt anima corpori. nondum autem in morte: quia nondũ abſceſſit a corpore. Sed ſi tum abſceſſerit nec tunc in morte ſed poſt mortem potiuſ erit: quãdo ſit ĩ morte quiſ dixerit? Nam neq; ulluſ morienſ erit ſi morienſ & uiuenſ nulluſ eſſe põt ſimul. Quãdiu quippe anima in corpore eſt: non poſſumuſ negare uiuentẽ. Aut ſi morienſ potiuſ dicenduſ eſt: in cuiuſ iam corpore agitur ut moriatur: nec ſimul quiſquã põt eſſe uiuenſ & morienſ: quando ſit uiuenſ neſcio.

Ex quo enim quiſq; in iſto corpore morituro eſſe ceperit: nunq̃ in eo nõ agitur ut morſ ueniat. Hoc enim agit eiuſ mutabilitaſ toto tempore uite huiuſ: ſi tñ uita dicenda eſt: ut ueniatur in mortem. Nemo quippe eſt qui non ei poſt annum ſit q̃ ante annum fuit: & craſ q̃ hodie: & hodie q̃ heri: & paulo poſt q̃ nũc: & nunc q̃ pauloante morti propinquior: qm̃ quidq̇d temporiſ uiuiẽ de ſpacio uiuendi demiẽ: & quotidie fit minuſ minuſq; quod reſtat: ut oĩno nihil ſit aliud tempuſ uite huiuſ: q̃ curſuſ ad mortem. In quo nemo uel paululum ſtare uel aliquãto tardiuſ ire p/mittitur: ſed urgentur omneſ pari motu: nec diuerſo impelluntẽ acceſſu. Neq; enim cui uita breuior fuit: celeriuſ diem duxit q̃ ille cui lõgior. ſed cum equaliter & cq̃lia momenta raperentur ambobuſ: alter habuit propiuſ alter remotiuſ quo nõ impari uelocitate ambo currebãt. Aliud eſt aũt ãpliuſ uie peregiſſe: aliud tardiuſ ãbulaſſe. Qui ergo uſq; ad mortem productiora ſpacia temporiſ agit: non lentiuſ pergit: ſed pluſ itinerıſ conficit. Porro ſi ex illo quiſq; incipit mori hoc eſt eſſe in morte: ex quo in illo agi ceperit ipſa morſ id eſt uite detractio: quia cum detrahendo finita fuerit poſt mortẽ iam erit non in morte: profecto ex quo eſſe incipit ĩ hoc corpe: in morte eſt. Quid enim aliud diebuſ horiſ momentiſq; ſinguliſ agitur: donec ea cõſumata morſ que agebatur impleatur: & incipiat iam tempuſ eſſe poſt mortem: qd̃ cum uita detraheretur erat in morte? Nunq̃m igitur in uita homo eſt: ex quo eſt in iſto corpore moriente potiuſ q̃ uiuente: ſi & in uita & in morte ſimul non poteſt eſſe. An potiuſ & in uita & in morte ſimul eſt: in uita ſcilicet ĩ qua uiuit donec tota

detrabatur in morte autem quia iam moritur cui uita detrahitur? Si enim nō eſt in uita: quid eſt quod detrahitur: donec eius fiat perfecta conſumptio.

Si autem non eſt in morte: quid eſt uite ipſa detractio? Non enī fruſtra cum uita fuerit corporis tota detracta: poſt mortē iam dicitur: niſi quia mors erat cum detraheretur. Nam ſi ea detracta non eſt homo in morte ſed poſt mortem: qn̄ niſi cum detrahitur erit in morte? Si autem abſurdum eſt: ut hominem antequam ad mortem perueniat iam eſſe dicamus in morte: (cui enim propinquat peragendo uite ſue tempora: ſi iam in illa eſt?) maxime quia nimis ē inſolens ut ſimul & uiuens eſſe dicatur & moriens: cum uigilans & dormiens ſimul eſſe non poſſit: querendum eſt quando erit moriens. Etenim anteq̄m mors ueniat non eſt moriens ſed uiuens: cū uero mors uenerit mortuus erit nō moriens. Illud ergo eſt adhuc ante mortem: hoc iam poſt mortem. Quādo ergo in morte? Tunc enim eſt moriens: ut quemadmodum tria ſunt cum dicimus ante mortem: in morte et poſt mortem: ita tria ſingulis ſingula: uiuens moriens mortuuſq; reddantur. Quando itaq; ſit moriens id eſt in morte: ubi neq; ſit uiuens quod eſt ante mortem: neq; mortuus quod eſt poſt mortem: ſed moriens id eſt in morte: difficillime diffinitur. Quādiu quippe eſt aīa in corpore: maxime ſi etiā ſenſus adſit: procul dubio uiuit homo qui conſtat ex aīa & corpore: ac per hoc adhuc ante mortem non in morte eſſe dicendus eſt. Cū uero anima abſceſſerit: omnemq; abſtulerit corporis ſenſum: iam poſt mortē mortuuſq; perhibetur. Perit igiť inter utrunq; quo moriens uel in morte ſit. Quoniā ſi adhuc uiuit ante mortem eſt: ſi uiuere deſtitit iam poſt mortem eſt. Nunq̄ ergo moriens id eſt in morte eſſe comprehenditur. Ita etiam in tranſcurſu temporū queriť p̄ſens nec inuenitur: quia ſine ullo ſpacio eſt: per quod tranſitur ex futuro ī preteritum. Nōne ergo uidendum eſt: ne iſta ratione mors corporalis nulla eſſe dicatur? Si.n. eſt: quando eſt: que in nullo & in quā ullus eſſe non poteſt: quandoquidē ſi uiuit adhuc non eſt: quia hoc ante mortem non in morte: Sed rurſus ſi nulla mors eſt: ante quid uel poſt quid eſt quod dicitur ante mortem ſiue poſt mortem? Nam et hoc inaniter dicitur: ſi mors nulla eſt. Atq; utinā ī paradiſo bene uiuēdo egiſſemus: ut reuera nulla eſſet mors. Nunc autem non ſolum eſt: uerum etiam tam moleſta eſt: ut nec ulla explicari locutione poſſit: nec ulla ratione uitari. Loquamur ergo ſcd̄m conſuetudinem: non enim aliter debemus: & dicamus ante mortem priuſquam mors accedat: ſicut ſcriptum eſt: ante mortem ne laudes hominem quenq̄. Dicamus etiam cum acceſſerit. poſt mortē illius uel illius factū eſt illud uel illud. Dicamus & de preſenti tempore ut poſſumus: ueluti cum ita loquimur: moriens ille teſtatus eſt: & illis atq; illis illud atq; illud moriens dereliquit: quis hoc niſi uiuens omnino facere non poſſet: & potius hoc ante mortem fecerit non in morte. Loq̄mur etiā ſicut loquitur ſcriptura diuina: que mortuos quoq; non poſt mortem ſed in morte eſſe non dubitat dicere. Hinc enim eſt illud: Quoniam non eſt in morte q̄ memor ſit tui. Donec enim reuiuiſcāt: recte eē dicūtur in morte: ſicut in ſomno eſſe quiſq; donec euigilet dicitur. Quāuis in ſomno poſitos dicamus dormientes: non tamē eo modo poſſumus dicere eos q̄ iam ſunt mortui morientes. Non enī adhuc moriuntur: qui quantum attinet ad corporis mortem de q̄ nunc diſſerimus: iam ſunt a corporibus ſeparati. Sed hoc eſt quod dixi explicari aliqua locutione nō poſſe: quomodo uel morientes dicantur uiuere: uel iam mortui etiam poſt mortem adhuc eſſe dicantur in morte. Quō enim poſt mortem ſi adhuc in morte: preſertim cū eos nec morientes

dicamus: ſicuti eos q in ſomno ſunt dicimus dormiētes: & qui in languore lāguētes: & qui in dolore utiq; dolentes: & q ī uita uiuentes. At uero mortui priuſ q̄ reſurgāt eſſe dicunt in morte: nec tamen poſſunt appellari morientes. Vnde nō importune neq; incongrue arbitror accidiſſe: & ſi non humana induſtria iudicio fortaſſe diuīa ut hoc uerbum qđ eſt moriturī in latina lingua nec grāmatici declinare potuerīt ea regula qua cetera talia declinantur. Nanq; ab eo qđ eſt oritur fit uerbū preteriti temporiſ ortus eſt: & ſi q̄ ſimilia ſunt que per temporiſ preteriti participia declināt. Ab eo uero quod eſt moritur: ſi queramus preteriti temporiſ uerbū: reſpōdere ſolet mortuus eſt u litera geminata. Sic enim dicitur mortuus quomodo fatuus: arduus: carduus: conſpicuus: & ſi qua ſimilia que non ſunt preteriti temporiſ: ſed quoniam nomina ſunt ſine tempore declinant. Illud autem quaſi ut declinetur qđ declinari non poteſt: pro participio preteriti temporiſ ponitur nomen. Conuenienter itaq; factum eſt: ut quemadmodum id qđ ſignificat non poteſt agendo: ita ipm uerbū non poſſet loquendo declinari. Agi tamen poteſt in adiutorio gratie redemptoris noſtri: ut ſaltem ſecūdam mortem declinare poſſimus. Illa enim eſt grauior & oīm malorum peſſima: que non fit ſeparatione anime & corporiſ: ſed in eternam penam potius utriuſq; complexu. Ibi econtrario non erunt homines ante mortē atq; poſt mortem: ſed ſemper in morte: ac per hoc nunq̄ uiuentes: nunq̄m mortui: ſed ſine fine morientes. Nunq̄ enim erit homini peius in morte: q̄ ubi erit mors ipſa ſine morte.

CVm ergo requiritur: quam mortem deus primis hominibus fuerit cōminatus ſi ab eo mandatum tranſgrederentur acceptum: nec obedientiam cuſtodirent: utrum anime an corporiſ: an totius hominiſ: an illam que appellatur ſecūda: Reſpondendum eſt: omnes. Prima enim conſtat ex duabus: ſecunda ex omībus tota. Sicut. n. uniuerſa terra ex multis terris: & uniuerſa eccleſia ex multis cōſtat eccleſiis: ſic uniuerſa mors ex omnibus conſtat: quoniam prima ex duabus: una aīme altera corporiſ: ut ſit prima totius hominiſ mors: cum anima ſine deo & ſine corpe ad tpſ penas luit: ſecunda uero ubi aīma ſine deo cum corpore penas eternas luit. Quādo ergo dixit deus primo illi homini quem in padiſo cōſtituerat: de cibo uetito: q̄cūq; die ederitis ex eo morte moriemini: non tantum prime mortis partem priorem ubi anima priuatur deo: nec tantū poſteriorem ubi corpus priuatur anima: nec ſolam ipſā totā primā ubi aīa & a deo & a corpore ſepata punit: ſed qdqd mortis ē uſq; ad nouiſſimā que ſecunda dicitur: q̄ eſt nulla poſterior cōminatio illa cōplexa eſt.

NAm poſteaq̄ precepti facta tranſgreſſio eſt: confeſtim gratia deſerente diuīa: de corporū ſuorum nuditate cōfuſi ſunt: unde etiam foliis ficulneis que forte a perturbatiſ prima comperta ſunt pudenda texerūt. Que priuſ eadē membra erāt ſed pudenda non erant: ſenſerunt enim nouū motū inobedientis carniſ ſue: tanq̄m reciprocā penā inobedientie ſue. Iam quippe anima libertate in peruerſum propria delectata: & deo dedignata ſeruire: priſtino corporiſ ſeruitio deſtituebat. Et quia ſupiorē dn̄m ſuo arbitrio deſeruerat: inferiorē famulū ad ſuū arbitriū nō tenebat: nec oīmodo habebat ſubditā carnē ſicut ſemp habere potuiſſet. ſi deo ſubdita ipſa manſiſſet. Tunc ergo caro cepit concupiſcere aduerſus ſpiritū: & ſpūs aduerſus carnē. Cū qua cōtrouerſia nati ſumus: trahentes originē mortis in mēbris noſtris uiciatāq; naturam: contentionem eius ſiue uictoriam de prima preuaricatione geſtantes.

DEuſ enim creauit hominem rectum: naturarum auctor non utiq; uiciorum. ſed ſponte deprauatuſ iuſteq; dānatuſ: deprauatoſ dānatoſq; generauit. Omneſ enim fuimuſ in illo uno: quando omneſ ille unuſ corrupit: qui per feminam lapſuſ eſt in peccatum: que de illo facta eſt ante peccatum. Nōdum erat nobiſ ſingillatim creata & diſtributa forma in qua ſinguli uiueremuſ: ſed iā natura erat ſeminalis ex qua purgaremur: q̄ ſcilicet propter peccatū uiciata & uinculo mortiſ obſtricta iuſteq; damnata: non alteriuſ conditioniſ homo ex homine naſceretur: ac per hoc a liberi arbitrii malo uſu ſerieſ calamitatiſ huiuſ exorta eſt: que humanum genuſ origine deprauata ueluti radice corrupta: uſq; ad ſecunde mortiſ exitium que non habet finem: ſoliſ eiſ exceptiſ qui per dei gratiam liberantur: miſeriarum cōnexiōe perducit.

QVamobrem etiam in eo quod dictum eſt morte moriemini: quoniam non eſt dictum mortibuſ: eam ſolam intelligamuſ que fit cum anima deſeritur ſua uita quod illi deuſ eſt: nō enim deſerta eſt ut deſereret: ſed ut deſereretur deſeruit. Ad malum quippe eiuſ prior eſt uoluntaſ eiuſ: ad bonum uero eiuſ prior eſt uoluntaſ creatoriſ eiuſ: ſiue ut eā faceret que nulla erat: ſiue ut reficiat que lapſa perierat: etiam ſi hanc intelligamuſ deum denunciaſſe mortem in eo q̄ ait: qua die ederitiſ ex illo morte moriemini: tanquam diceret: qua die me deſerueritiſ per inobedientiam: deſeram uoſ per iuſticiam: profecto in ea morte etiam cetere denunciate ſunt: que proculdubio fuerant ſecuture. Nam in eo q̄ inobedienſ motuſ in carne ex morte anime inobedientiſ exortuſ eſt: propter quem pudenda texerunt: ſenſa eſt morſ una in qua deſeruit animam deuſ: ea ſignificata eſt uerbiſ eiuſ: quando timore deambulantiſ ſeſe abſcondenti homī dixit: Adam ubi eſ. Non utiq; ignorando querenſ: ſed increpando admonenſ ut attenderet ubi eſſet: in quo non eſſet deuſ. Cū uero iam corpuſ anima ipſa deſeruit etate corruptum & ſenectute confectum: uenit in experimentum morſ altera de q̄ deuſ peccatum adhuc punienſ homini dixerat: Terra eſ & in terram ibiſ: ut ex hiſ duabuſ morſ illa prima que totiuſ eſt hoīſ cōpleretur: quam ſecūda in ultimo ſeq̄tur niſi homo per gratiam liberetur. Neq; enī corpuſ quod de terra eſt rediret ī terrā: niſi ſua morte que illi accidit cum deſeritur ſua uita id eſt anima. Vnde cōſtat inter xpianoſ ueraciter catholicam tenenteſ fidem: etiam ipſam nobiſ corporiſ mortem non lege nature qua nullā mortem homī deuſ fecit: ſed merito inflictā eē peccati: quī peccatū uindicanſ deuſ dixit hoī in quo tūc oēſ eramuſ: terra eſ & ī terrā ibiſ.

SEd philoſophi contra quorum calumniaſ defendimuſ ciuitatē dei hoc ē eiuſ eccleſiam: ſapienter ſibi uidentur irridere: q̄ dicimuſ aīe a corpore ſeparatiōem inter penaſ eiuſ eſſe deputandam: quia uidelicet eiuſ perfectam beatitudinem tunc illi fieri exiſtimant: cum omni prorſuſ corpore exuta ad deum ſimplex et ſola et quodāmodo nuda redierit. Vbi ſi nihil quo iſta refelleretur opinio in eorū litteriſ inuenirem: operoſiuſ mihi diſputandum eſſet: quo demōſtrarem non corpuſ eē aīe: ſed corruptibile corpuſ onerōſum. Vnde illud eſt quod de ſcripturiſ noſtriſ ī ſuperiore libro commemorauimuſ: Corpuſ enim corruptibile aggrauat animā. Addēdo utiq; corruptibile: nō qualicunq; corpore ſed quale factū eſt ex peccato cōſequēte uindicta animam perhibuit aggrauari. Quod etiam ſi non addidiſſet: nihil aliud intelligere deberemuſ. Sed cū apertiſſime Plato deoſ a ſummo deo factoſ habere

immortalia corpora predicet: eiſq; ipſum deum a quo facti ſunt inducat ꝓ magno
beneficio pollicentem: ꝙ in eternum cum ſuis corporibus permanebunt: nec ab eis
ulla morte ſoluentur: quid eſt ꝙ iſti ad exagitandam chriſtianam fidem fingunt ſe
neſcire quod ſciunt: aut etiam ſibi repugnantes aduerſum ſeipſos dicere malunt: dū
nobis non deſinant contradicere. Nempe Platonis hec uerba ſunt: ſicut ea Cicero
in latinum uertit: quibus inducat ſummum deum deos quos fecit alloquētem ac di/
centem. Vos qui ſub mortalitatis fato orti eſtis: attendite quorū operū ego parens
effectorq; ſum. Hec ſunt indiſſolubilia nutu meo: q̄q̄ omne colligatū ſolui poteſt.
ſed haudquaq̄ bonum eſt: ratione iunctum uelle diſſoluere. Sed quoniā eſtis orti
mortales: uos quidem eſſe & indiſſolubiles non poteſtis. Nec unq̄ tamen diſſoluemi
neq; uos ulla mortis fata periment: nec erunt ualentiora q̄ conſilium meum: quod
maius eſt uinculum ad perpetuitatem ueſtram: q̄ illa quibus eſtis tūc cū gignebamī
colligati. Ecce deos Plato dicit & corporis animeq; colligatione mortales: & tamē
immortales dei a quo facti ſunt uoluntate atq; conſilio. Si ergo anime pena eſt in
qualicunq; corpore colligari: quid eſt ꝙ eos alloquens deus tanq̄m ſolicitos ne forte
moriantur id eſt diſſoluātur a corpore: de ſua facit īmortalitate ſecuros: nō ꝓpter
eorum naturam que ſit compacta non ſimplex: ſed propter ſuam inuictiſſimam
uoluntatem: qua poteſt facere ut nec orta occidant nec connexa ſoluantur: ſed in/
corruptibiliter perſeuerent. Et hoc quidem utrum Plato uerum de ſideribus dicat:
alia queſtio eſt. Neq; enim ei continuo concedendum eſt. globoſos iſtos luminū ſiue
orbiculos: luce corporea ſuper terras ſeu die ſeu nocte fulgentes: ſuis qbuſdam ꝓprijs
animis uiuere eiſq; intellectualibus & beatis: quod etiā de ipſo uniuerſo mūdo tanq̄
uno animali maximo quo cuncta cetera continentur animalia inſtāter affirmat.
Sed hec ut dixi alia queſtio eſt: quam nunc diſcutiendam non ſuſcepimus. hoc tm̄
contra iſtos commemorandum putaui: qui ſe platonicos uocari uel eſſe gloriātur:
cuius ſuperbia nominis erubeſcunt eſſe chriſtiani: ne commune illis cum uulgo uo/
cabulum: uilem faciat palliatorum tanto magis inflatam quanto magis exiguam
paucitatem. Et querentes quid in doctrina chriſtiana reprehendāt exagitāt eter/
nitatem corporum: tanq̄m hec ſint īter ſe contraria: ut & beatitudinem queramus
anime: & eam ſemper eſſe uelimus in corpore uelut erumnoſo uinculo colligatam:
cum eorum auctor & magiſter Plato: donum a ſummo deo dijs factis ab illo dicat
eſſe conceſſum: ne aliqn̄ moriantur id ē a corporibus qbus eos cōnexuit ſeparent.

CONtendunt etiam iſti: terreſtria corpora ſempiterna eſſe nō poſſe: cum ipſam
uniuerſam terram dei ſui: non quidem ſummi ſed tn̄ magni id eſt totius huius
mundi: membrum in medio poſitum & ſempiternum eſſe non dubitent. Cum ergo
deus ille ſummus fecerit eis alterum quem putant deum: id eſt iſtū mundum ceteris
dijs qui infra eum ſunt preferendum: eum deniq; exiſtiment eſſe animantem: aīma
ſcilicet ſicut aſſerunt rationali uel intellectuali in tam magna mole corporis eius
incluſa: ipſiuſq; corporis tanq̄m membra locis ſuis poſita atq; digeſta quatuor con/
ſtituerit elementa: quorum iuncturam ne unq̄m deus eorum tā magnus moriatur
inſolubilem ac ſempiternam uelint: quid cauſe eſt ut in corpore maioris animantis
tanq̄ medium membrum eterna ſit terra: & aliorum animātium terreſtrium corpa
ſi deus ſicut illud uelit eterna eſſe non poſſint. Sed terre inquiunt terra reddenda
eſt: unde animalium terreſtria ſumpta ſunt corpora: ex quo fit inquiunt ut ea ſit
neceſſe diſſolui & emori: & eo modo terre ſtabili ac ſempiterne unde fuerāt ſumpta

reſtitui. Si quiſ hoc etiam de igne ſimiliter affirmet: & dicat reddenda eſſe uniuerſo igni corpora que inde ſumpta ſunt: ut celeſtia fierent animalia: nōne īmortalitaſ quam talibuſ diiſ uelut deo ſummo loquente promiſit Plato: tanquam uiolentia diſputationiſ huiuſ intercidit: An ibi ꝓpterea nō fit: quia deuſ non uult: cuiuſ uoluntatem ut ait Plato nulla uiſ uincit: Quid ergo prohibet ut hoc etiā de terreſtribuſ corporibuſ deuſ poſſit efficere: quādoquidē ut nec ea que orta ſunt occidāt: nec ea que ſunt iuncta ſoluantur: nec ea que ſunt ex elementiſ ſumpta reddantur: atq; ut anime in corporibuſ conſtitute nec unq̄ꝫ ea deſerant: & cū eiſ īmortalitate ac ſempiterna beatitudine perfruantur: poſſe deum facere confitetur Plato: Cur ergo non poſſit: ut nec terreſtria moriant: An deuſ non eſt potenſ quouſq; xp̄iani credunt: ſed quouſq; platonici uolunt: Nimirum quippe conſilium dei & ꝑtātem potuerunt philoſophi nec potuerunt noſſe prophete: cum potiuſ econtrario dei ꝓphetaſ ad enunciandum eiuſ quātum dignatuſ eſt uoluntatē ſpirituſ eiuſ docuerit: philoſophoſ autem in ea cognoſcenda coniectura humana deceperit. Verum non uſq; adeo decipi debuerunt nō ſolum ignorantia uerum etiam pertinacia: ut & ſibi apertiſſime refragentur magniſ diſputationum uiribuſ aſſerenteſ: aīme ut beata eē poſſit non terrenū tantum ſed omne corpuſ eſſe fugiendū: & terreſtreſ deoſ rurſuſ dicenteſ habere beatiſſimaſ animaſ: & tamen terreniſ corporibuſ alligataſ: celeſteſ uero deoſ ignea compage ligatoſ: Iouiſ autem ipſiuſ animā quē mundū iſtū uolūt omnibuſ omnino corporeiſ elementiſ quibuſ hec tanta moleſ a terra in celū ſurgit incluſam. Hanc enim animam Plato ab intimo terre medio quod geometri centrū uocant: per omneſ parteſ eiuſ uſq; ad celi ſumma & extrema diffundi et extēdi per numeroſ muſicoſ opinatur: ut ſit iſte munduſ animal maximum: beatiſſimum: ſempiternum: cuiuſ anima & perfectam ſapientie felicitatem teneret: & corpuſ propriū non relinqueret. cuiuſq; corpuſ & in eternum ex illa uiueret: & eā q̄uiſ nō ſimplex ſed tot corporibuſ tantiſq; compactum hebetare atq; tardare non poſſet. Cū igitur ſuſpicionibuſ ſuiſ iſta ꝑmittant: cur nolunt credere diuina uoluntate atq; potētia immortalia corpora fieri poſſe terrena: in quibuſ anime nulla ab eiſ morte ſeparate: nulliſ eorum oneribuſ aggrauate: ſempiterne ac feliciter uiuant: q̄d deoſ ſuoſ poſſe aſſerunt in corporibuſ igneiſ: Iouemq; ipſum eorum regem in omnibuſ corporeiſ elementiſ? Nam ſi anime ut beata ſit corpuſ eſt omne fugiendum: fugiant dii eorꝫ de globiſ ſiderum: fugiat Iupiter de celo & terra: aut ſi nō poſſunt miſeri iudicent. Sed neutrum iſti uolunt: qui neq; a corporibuſ ſeparationem audent dare diiſ ſuiſ: ne illoſ mortaleſ colere uideantur: nec beatitudiniſ priuationem: ne infeliceſ eoſ eē fateantur. Non ergo ad beatitudinem conſequendam oīa fugienda ſūt corpa: ſed corruptibilia: moleſta: grauia: moribunda: non qualia fecit primiſ hominibuſ bonitaſ dei: ſed qualia eſſe compulit peccati pena.

De terrenis corporibus q. e. phi firmat ē in celeſtibus eſſe nō poſſe: qa qd terrenū eſt naturali pondere uocetur ad terram:

SEd neceſſe eſt inquiunt: ut terrena corpora naturale pōduſ uel in terra teneat: uel cogat ad terrā: & ideo in celo eſſe non poſſunt. Primi quidem illi homieſ in terra erant nemoroſa atq; fructuoſa: que paradiſi nomen obtinuit. Sed quia et ad hoc reſpōdendū eſt: uel ꝓpter chriſti corpuſcū quo aſcendit in celū: uel propter ſanctorum qualia in reſurrectione futura ſunt: intueantur paulo attentiuſ pōdera ipſa terrena. Si enim arſ humana efficit: ut ex metalliſ que ī aquiſ poſita cōtinuo ſubmergūtur: quibuſdam modiſ uaſa fabricata etiā natare poſſint: q̄to credibiliuſ

& efficaciuſ occultuſ aliquiſ moduſ operationiſ dei: cuiuſ omnipotentiſſima uoluntate Plato dicit nec orta interire nec colligata poſſe diſſolui: cum multo mirabiliuſ incorporea corporeiſ quam quecunq; corpora corporibuſ quibuſcunq; copulentur: poteſt molibuſ preſtare terreniſ ut nullo in ima pondere deprimantur: ipſiſq; animiſ perfectiſſime beatiſ ut quamuiſ terrena tamen incorruptibilia iam corpora ubi uolunt ponant & quo uolunt agant ſitu motuq; facillimo. An uero ſi hoc angeli faciunt: & quelibet animalia terreſtria rapiant unde libet conſtituantq; ubi libet: aut eoſ ſine labore non poſſe aut onera ſentire credendum eſt? Cur ergo ſanctorum perfectoſ & beatoſ diuino munere ſpiritus ſine ulla difficultate poſſe ferre quo uoluerint: & ſiſtere ubi uoluerint ſua corpora non credamuſ? Nam cum terrenorum corporum ſicut onera in geſtando ſentire conſueuimuſ: quanto maior eſt quantitaſ tanto maior fit et grauitaſ: ita ut plura pondo quam pauciora pluſ premant: tamen membra ſue carniſ leuiora portat anima cum in ſanitate robuſta ſunt: quam in languore cum macra ſunt. Et cum aliiſ geſtantibuſ oneroſior ſit ſaluuſ & ualiduſ quam exiliſ & morbiduſ: ipſe tamen ad ſuum corpuſ mouendum atq; portandum agilior eſt: cum in bona ualitudine pluſ habet moliſ: quam cum in peſte uel in fame minime roboriſ. Tantum ualet in habendiſ etiam terreniſ corporibuſ quamuiſ adhuc corruptibilibuſ atq; mortalibuſ: non quantitatiſ ponduſ ſed temperationiſ moduſ. Et quiſ uerbiſ explicat quantum diſtat inter preſentem quam dicimuſ ſanitatem & immortalitatem futuram? Non itaq; noſtram fidem redarguant philoſophi de corporum ponderibuſ. Nolo enim querere cur non credant terrenum poſſe eſſe corpuſ in celo: cum terra uniuerſa libretur in nihilo. Fortaſſiſ enim de ipſo medio mundi loco: eo quod in eum coeant quecq; grauiora: etiam argumentatio uerisimilior habeatur. Illud dico: ſi dii minoreſ quibuſ inter animalia terreſtria cetera etiam hominem faciendum commiſit Plato: potuerunt ſicut dicit ab igne remouere urendi qualitatatem: lucendi relinquere que per oculoſ emicaret: ita ne deo ſummo concedere dubitabimuſ: cuiuſ ille uoluntati poteſtatiq; ne moriantur conceſſit que orta ſunt: & tam diuerſa tam diſſimilia id eſt corporea & incorporea ſibimet connexa nulla poſſint diſſolutione ſeiungi: ut de carne hominiſ cui donat immortalitatem: corruptionem auferat: naturam relinquat: congruentiam figure membrorumq; delineatam detrahat ponderiſ tarditatem? Sed de fide reſurrectioniſ mortuorum: & de corporibuſ eorum immortalibuſ diligentiuſ ſi deuſ uoluerit in fine huiuſ operiſ diſſerendum eſt.

Nunc de corporibuſ primorum hominum quod inſtituimuſ explicemuſ: quoniam nec morſ iſta que bona perhibetur boniſ: nec tantum paucis intelligentibuſ ſiue credentibuſ: ſed omnibuſ nota eſt: qua fit a corpore anime ſeparatio: qua certe corpuſ animantiſ quod euidenter uiuebat euidenter emoritur: eiſ potuiſſet accidere: niſi peccati meritum ſequeretur. Licet enim iuſtorum ac piorum animas defunctorum quod in requie uiuant dubitare faſ non ſit: uſq; adeo tamen eiſ meliuſ eſſet cum ſuiſ corporibuſ bene ualentibuſ uiuere: ut etiam illi qui omnimodo eſſe ſine corpore beatiſſimum exiſtimant hanc opinionem ſuam ſententia repugnante conuincant. Neq; enim quiſquam audebit illorum ſapienteſ homineſ ſiue morituroſ ſiue iam mortuoſ: id eſt aut carenteſ corporibuſ aut corpora relicturoſ diiſ immortalibuſ anteponere: quibuſ ſummuſ deuſ apud Platonem munuſ ingenſ: indiſſolubilem ſcilicet uitam id eſt eternum cum ſuiſ corporibuſ conſortium pollicetur. Optime autem cum hominibuſ agi arbitratur idem Plato: ſi tamen hanc uitam pie iuſteq; peregerint: ut a ſuiſ corporibuſ ſeparati in ipſorum deorum qui

ſua corpora nunq̄ deſerunt recipiantur ſi numi ſcilicet immemores ſupant cōnexa
reuiſant: rurſuſ & incipiant in corpora uelle reuerti. Quod Virgiliuſ ex platonico
dogmate dixiſſe laudatur. Ita quippe aīmaſ mortaliū nec in ſuiſ corporibuſ ſemp
eſſe poſſe extiſtimat: ſed mortiſ neceſſitate diſſolui: nec ſine corpibuſ durare ꝑpetuo:
ſed alternantibuſ uicibuſ indeſinenter uiuoſ ex mortuiſ: & ex uiuiſ mortuoſ fieri
putat. ut a ceteriſ hominibuſ hoc uideantur differre ſapienteſ: ꝙ poſt mortem ſuā
feruntur ad ſidera: ut aliquanto diutiuſ in aſtro ſibi congruo quiſq; requieſcat: atq;
inde rurſuſ miſerie priſtine oblituſ & cupiditate habendi corporiſ uictuſ: redeat ad
laboreſ erumnaſq; mortalium. Illi uero qui ſtultam duxerunt uitā: ad corpora ſuiſ
meritiſ debita ſiue hominū ſiue beſtiarum de proximo reuoluantur. In hac itaq;
duriſſima conditione conſtituit etiam bonaſ atq; ſapienteſ aīmaſ: quibuſ non talia
corpora diſtributa ſunt cum quibuſ ſemper atq; immortaliter uiuerent: ut neq; in
corporibuſ ꝑmanere: neq; ſine hiſ poſſint ī eterna puritate durare. De quo platōico
dogmate iam in libriſ ſuperioribuſ diximuſ chriſtiāo tempore erubuiſſe Porphiriū.
& non ſolum ab humaniſ animiſ remouiſſe corpora beſtiarum: uerum etiā ſapiētiū
aīaſ ita uoluiſſe decorporeiſ nexibuſ liberari: ut corpuſ omne fugiēteſ beate apud
patrem ſine fine teneantur. Itaq; ne a xp̄o uinci uideretur uitam ſanctiſ pollicēte
perpetuam: etiam ipſe purgataſ aīaſ ſine ullo ad miſeriaſ priſtinaſ reditu: ī eterna
felicitate conſtituit. Et ut xp̄o aduerſaret̄: reſurrectionē incorruptibiliū corpoꝝ
negans: nō ſolum ſine terreniſ: ſed ſine ulliſ omnino corporibuſ eaſ aſſeruit in ſem
piternum eſſe uicturaſ. Nec tamen iſte qualicunq; opinione precepit ſaltē ne diiſ
corporatiſ religioniſ obſequio ſubderētur. Quid ita: niſi quia eaſ q̄uiſ nulli corpori
ſociataſ non credidit illiſ eſſe melioreſ? Quapropter ſi non audebunt iſti ſicut eoſ
auſuroſ eſſe non arbitror: diiſ beatiſſimiſ & tamen in eterniſ corporibuſ cōſtitutiſ
humanaſ animaſ anteponere: cur eiſ uidetur abſurdum quod fideſ xp̄iana ꝑdicat:
& primoſ hoīeſ ita fuiſſe conditoſ: ut ſi non peccaſſent nulla morte a ſuiſ corpibuſ
ſoluerentur: ſed pro meritiſ obediētie cuſtodite īmortalitati donati: cū eiſ uiuerēt
in eternū: & talia ſanctoſ in reſurrectiōe: habituroſ ea ipſa in qbuſ hic laborauerūt
corpora: ut nec eorum carni aliquid corruptioniſ uel difficultatiſ: nec eoꝝ beatitudini
aliquid doloriſ & infelicitatiſ poſſit accideret.

PRoinde nunc ſanctorum anime defunctorū ideo non habent grauē mortē:
qua ſeparate ſunt a corporibuſ ſuiſ: quia caro eorū requieſcit ī ſpe: quaſlibet
ſine ullo iam ſenſu contumeliaſ accepiſſe uideant̄. Non enim ſicut Platoni uiſum
eſt corporum obliuionem deſiderant: ſed potiuſ quia meminerūt quid ſibi ab eo ſit
promiſſum q̄ neminē fallit: qui eiſ etiam de capillorū ſuorū integritate ſecuritatem
dedit: reſurrectionē corporū in qbuſ multa dura ꝑpeſſi ſūt: nihil ī eiſ tale ulteriuſ
ſenſuri deſiderabiliter & patienter expectant. Si enim carnem ſuam non oderant:
quando eam ſue menti infirmitate reſiſtentem ſpirituali iure coercebāt: q̄to magiſ
eā diligunt etiā ipſam ſpūalē futurā? Sicut enī ſpirituſ carni ſeruienſ nō incōgrue
carnaliſ: ita caro ſpiritui ſeruienſ recte appellat̄ ſpiritualiſ: nō ꝙ in ſpiritū cōuertet̄
ſicut nonnulli putant: ex eo ꝙ ſcriptū eſt: ſeminat̄ corpuſ aīmale reſurget corpuſ
ſpūale: ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtemperādi facilitate ſubdetur uſq; ad
implendā immortalitatiſ indiſſolubiliſ ſecuriſſimā uoluntatē: omī moleſtie ſenſu:
omni corruptibilitate & tarditate detracta. Non ſolū enī non erit tale q̄le nūc eſt

in quauiſ optima ualitudine: ſed nec tale quidem quale fuit in primiſ hōibuſ ante peccatum. Qui licet morituri non eſſent niſi peccaſſent: alimentiſ tamē ut homiſeſ utebant̄: nōdū ſpūalia ſed adhuc aīalia corpa terrena geſtātes. Que licet ſenio nō ueteraſcerent: ut neceſſitate perducerent̄ ad mortē: qui ſtatuſ ei de ligno uite quod eſt ī medio padiſi cum arbore uetita ſimul erat mirabili dei gratia preſtabat̄: tamē & alioſ ſumebant cibos: preter unā arborē que fuerat interdicta: non qa ipſa erat malū: ſed ꝑpter cōmendādū pure & ſimplicis obedientie bonum: que magna uirtuſ eſt rationaliſ creature ſub creatore dño cōſtitute. Nam ubi nullū malū tāgebat: profecto ſi ꝓhibitū tangeret̄ ſola inobedientia peccabat̄. Alebantur ergo aliiſ que ſumebant: ne animalia corpora moleſtie aliquid eſuriendo ac ſitiendo ſentirēt. De ligno autem uite propterea guſtabat̄: ne morſ eiſ undecūq; ſubripet: uel ſenectute cōfecta decurſiſ tēpoꝝ ſpaciiſ interirent: tanq̄ cetera eēnt alimēto: illud ſacramēto. ut ſic fuiſſe accipiat̄ lignū uite in paradiſo corporali: ſicut ī ſpūali hoc ē ītelligibili paradiſo ſapientia dei: de qua ſcriptum eſt. Lignum uite eſt ampleſtentibuſ eam.

VNde nonnulli totū illum paradiſū ubi primi homiſeſ parenteſ generiſ hūani ſancte ſcripture ueritate fuiſſe narrantur: ad intelligibilia referunt: arboreſq; illaſ & ligna fructifera in uirtuteſ uite moreſq; cōuertūt: tanq̄ uiſibilia & corpalia illa nō fuerint: ſed intelligibiliū ſignificādoꝝ cauſa eo modo dicta uel ſcripta ſint. Quaſi ꝓpterea non potuerit eſſe paradiſuſ corporaliſ: quia poteſt etiam ſpiritualiſ intelligi: tanq̄ ideo nō fuerint due mulereſ Agar & Sara: & ex illiſ duo filii Abrae: unuſ de ancilla aliuſ de libera: quia duo teſtamenta in eiſ figurata dicit apoſtoluſ. aut ideo de nulla petra Moyſe percutiēte aqua defluxerit: quia pōt illic figurata ſignificatione etiā xpūſ ītelligi: eodem apoſtolo dicente: petra autem erat chriſtuſ. Nemo itaq; ꝓhibet intelligi paradiſum uitā beatorū. q̄tuor enī flumina quatuor uirtuteſ: prudētiā: tpantiā: fortitudinē: atq; iuſticiā: & ligna eiuſ: omeſ utileſ diſciplinaſ: & lignoꝝ fructuſ moreſ piorū: & lignū uite: ipſam bonorū omniū matrem ſapientiā: & lignū ſcientie bōi & mali: tranſgreſſi mandati experimentum. Penā.n. peccatoribuſ bene utiq; qm̄ iuſte cōſtituit deuſ: ſed nō bono ſuo expent̄ hō. Poſſūt hec etiā ī eccleſia ītelligi. ut ea meliuſ accipiamuſ tanq̄ ꝓphetica indicia ꝑcedentia futuroꝝ. Paradiſū ſcilicet ipſā eccleſiā: ſicut de illa legit̄ ī cātico cāticoꝝ. Quatuor aūt flumina padiſi q̄tuor euāgelia: ligna fructifera ſanctoſ: fructuſ aūt eoꝝ: opa eorū: lignū uite: ſanctū ſanctorum utiq; xp̄m: lignū ſcientie boni & mali: propriū uolūtatiſ arbitriū. Nec ſeipſo qppe homo diuina uolūtate contēpta niſi pniciose uti poteſt: atq; ita diſcit quid interſit: utrū inhereat cōmuni oībuſ bono an ꝓprio delectetur. Se quippe amanſ donatur ſibi. ut inde timoribuſ meroribuſq; cōpletuſ: cantet in pſalmo ſi tn̄ mala ſua ſentit: ad meipſum turbata eſt aīa mea: correctuſq; iam dicat. fortitudinem meam ad te cuſtodiā. Hec & ſiq̄ alia cōmodiuſ dici poſſūt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo: nemine ꝓhibente dicātur: dum tn̄ & hiſtorie ueritaſ fideliſſima rerum geſtarum narratione commendata credatur.

COrpora ergo iuſtorū que in reſurrectōe futura ſūt: neq; ullo ligno indigebūt quo fiat ut nullo morbo uel ſenectute inueterata moriāt̄: neq; ulliſ aliiſ corporalibuſ alimentiſ: quibuſ eſuriendi ac ſitiendi qualiſcunq; moleſtia deuitetur: qm̄ certo & omnimodo inuiolabili munere īmortalitatiſ induentur: ut non niſi uelint

poſſibilitate non neceſſitate ueſcantur. Quod angeli quoq; uiſibiliter & tractabiliter apparentes: non quia indigebant ſed quia uolebant et poterant: ut hominibus congruerent ſui miniſterii quadam humanitate fecerunt. Neq; enim in fantaſmate angelos ediſſe credendũ eſt: quando homines eos hoſpicio ſuſceperunt. quãuis utrum angeli eſſent ignorantibus conſilio nobis indigentia ueſci uiderentur. Unde eſt quod ait angelus ĩ libro Thobie. Videbatis me manducare: ſed uiſu ueſtro uidebatis: id eſt neceſſitate corporis reficiẽdi ſicut uos facitis me cibum ſumere putabatis. Sed ſi forte de angelis aliud credibilius diſputari poteſt: certe fides xpiana de ipſo ſaluatore non dubitat: q̃ etiam poſt reſurrectionem iam quidem ĩ ſpirituali carne ſed tamen uera: cibum ac potum cũ diſcipulis ſumpſit. Non.n. poteſtas ſed egeſtas edendi aut bibẽdi talibus corporibus auferet. Unde et ſpiritualia erunt. non quia corpora eſſe deſiſtent: ſed quia ſpiritu uiuificante ſubſiſtent.

NAm ſicut corpora iſta que habent animam uiuentem nondum ſpiritum uiuificantẽ animalia dicũtur corpora: nec tñ aĩe ſunt ſed corpora: ſic ita illa ſpiritualia uocantur corpora. Abſit tamen ut ſpiritus ea credamus futura ſed corpora carnis habitura ſubſiſtẽtiam: ſed nullam tarditatem corruptionem q; carnalem ſpiritu uiuificante paſſura. Tunc iam nõ terrenus ſed celeſtis homo erit. non quia corpus quod de terra factum eſt non ipſum erit: ſed quia dono celeſti iam tale erit ut etiam celo incolendo non amiſſa natura ſed mutata qualitate cõueniat. Primus autem homo de terra terrenus in animam uiuentem factus eſt: non in ſpiritũ uiuificantem: quod ei per obediẽtie meritum ſeruabatur. Ideo corpus eius quod cibo ac potu egebat ne fame afficeretur ac ſiti: et nõ immortalitate illa abſoluta atq; indiſſolubili: ſed ligno uite a mortis neceſſitate prohibebatur: atq; in iuuentutis flore retinebatur: nõ ſpirituale ſed animale fuiſſe non dubiũ eſt: nequaq̃ tamen moriturũ niſi in dei precedentis minantiſq; ſententiam delinquendo corruiſſet. Et alimentis quidem etiam extra paradiſum non negatis: a ligno tamen uite prohibitus tardius eſſet tempore uetuſtate q; finiendus ĩ ea dumtaxat uita: quã ĩ corpore licet animali donec ſpũale obedientie merito fieret: poſſet ĩ paradiſo niſi peccaſſet habere perpetuã. Quapropter etiã ſi mortem iſtã manifeſtã qua fit anime a corpore ſeparatio ĩtelligamus ſimul ſignatã in eo q deus dixerat: qua die edentis ex illo morte moriemini: non ideo debet abſurdũ uideri: quia nõ eo prorſus die a corpore ſunt ſoluti: quo cibũ interdictũ mortiferũq; ſumpſerũt: eo quippe die mutata ĩ deterius uitiataq; natura: atq; a ligno uite ſeparatõe iuſtiſſima: mortis in eis etiam corporalis neceſſitas facta eſt: cũ qua nos neceſſitate nan ſumus. propter quod apoſtolus non ait corpus quidẽ moriturũ ẽ propter peccatũ. ſed ait. corpus quidẽ mortuũ eſt propter peccatũ: ſpũs autẽ uita eſt propter iuſticiã. Deinde ſubiungit. Si autẽ ſpũs eius qui ſuſcitauit xp̃m a mortuis habitat in nobis: qui ſuſcitauit chriſtum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora ueſtra: per inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Tunc ergo erit corpus in ſpm̃ uiuificantẽ: quod nunc ẽ in animã uiuentẽ. Et tñ mortuum dicit apoſtolus: quia iam moriendi neceſſitate conſtrictum eſt. Tunc autẽ ita erat in aĩmam uiuentem: quãuis non in ſpm̃ uiuificantem: ut tamen mortuũ dici recte non poſſet: quia niſi perpetratione peccati neceſſitatẽ moriendi habere nõ poſſet. Cũ uero deus & dicendo Adam ubi es mortem ſignificauerit aĩe: que facta eſt illo deſerente: & dicendo terra es & in terram ibis mortem ſignificauerit corporis que illi fit aĩma diſcedẽte: propterea de morte ſecũda nihil dixiſſe credendus ẽ: quia occultã eẽ uoluit propter diſpenſationem teſtamẽti noui ubi ſecunda mors apertiſſime declaratur: ut

priuſ iſta morſ prima que cómunis eſt omnibuſ proderetur ex illo ueniſſe peccato:
quod in uno commune factum eſt omnibuſ. morſ uero ſecunda non unq; cómunis
eſt omnibuſ ppter eoſ q ſcd'm propoſitum uocati ſunt ſancti: quoſ ante preſciuit &
predeſtinauit ſicut ait apoſtoluſ conformeſ fieri imagini filii ſui: ut ſit ipſe primoge/
nituſ in multiſ fratribuſ: quoſ a ſecunda morte per mediatorem dei gratia liberauit.
In corpe ergo animali primú hominem factum: ſic apoſtoluſ loquit. Volenſ enim
ab ſpúali qd' in reſurrectione futurú ē hoc qd' núc eſt aíale diſcernere: ſeminatur
inquit in corruptióe: ſurget in corruptióe. Seminat' in contumelia ſurget in gloria
Seminat' in infirmitate: ſurget in uirtute. Seminatur corpuſ animale: ſurget corpuſ
ſpirituale. Deinde ut hoc probaret: ſi eſt inqt corpuſ aíale: ē & ſpúale. Et ut quid
eſſet corpuſ animale oſtéderet: ſic inquit ſcriptum ē: factuſ ē primuſ homo in aíam
uiuenté. Iſto igitur modo uoluit oſtendere quid ſit corpuſ aíale: quāuiſ ſcriptura non
dixerit de homíe primo qui eſt appellatuſ Adam: quádo illi aía flatu dei creata eſt:
& factuſ ē homo í corpe aíali: ſed factuſ ē homo in animá uiuentem. In eo ergo qd'
ſcriptú ē factuſ ē homo í aíam uiuenté: uoluit apoſtoluſ itelligi corpuſ homíſ aíale:
ſpúale aút queadmodú itelligédú eēt oſtendit addendo: nouiſſimuſ aút Adá in ſpm
uiuificátem: proculdubio xp̄m ſignificanſ: qui iá ex mortuiſ ita reſurrexit ut mori
omnino deinceps nó poſſit. Deinde ſequitur & dicit. Sed non pmú quod ſpúale ē ſed
quod aíale deinde ſpúale. Vbi multo apertiuſ declarauit: ſe aíale corpuſ inſinuaſſe in
eo q ſcriptú ē factú eſſe primum homíem in aíam uiuentem. ſpúalē aút in eo q ait
nouiſſimuſ Adam in ſpm uiuificanté. Priuſ ē enim aíale corpuſ quale habuit primuſ
Adá. quáuiſ non moriturum niſi peccaſſet: quale nunc habemuſ et noſ actenuſ euſ
mutata uiciataq; natura: quatenuſ in illo poſteaq̄ peccauit effectú eſt: unde hēret iam
moriendi neceſſitaté: quale p nobiſ etiá chriſtuſ habere dignatuſ eſt: nó qdē neceſſitate
ſed poteſtate: poſtea uero ſpúale quale iam preceſſit in xp̄o tanq̄ in capite noſtro:
ſecuturū ē aút í mébriſ eiuſ ultima reſurrectióe mortuoꝝ. Adiúgit deinde apoſtoluſ
duoꝝ iſtorú hoím euidentiſſimá differentiá dicenſ. Primuſ homo de terra terrenuſ:
ſecunduſ homo de celo celeſtiſ. Qualiſ terrenuſ taleſ et terreni. qualiſ celeſtiſ taleſ
& celeſteſ. Et quó induimuſ imaginē terreni: induamuſ et imaginē euſ qui de celo ē.
Hoc apoſtoluſ ita poſuit: ut nunc qdē in nobiſ ſcd'm ſacramentú regenerationiſ fiat.
ſicut alibi dicit: quotquot í xp̄o baptiſati eſtiſ: xp̄m íduiſtiſ: re aút ipa tūc perficiat:
cú & in nobiſ qd' eſt animale naſcendo: ſpúale fuerit factú reſurgédo. Vt ení eiuſdē
uerbiſ utar: ſpe ſalui facti ſumuſ. Induimuſ aút imaginē terreni hominiſ: ppagatióe
preuaricationiſ & mortiſ quam nobiſ intulit generatio: ſed induimuſ imaginē celeſtiſ
hominiſ gratia indulgentie uiteq; ppetue: qd' nobiſ pſtat regeneratio: nó niſi p me/
diatorem dei & hoím hominē Ieſum xp̄m: quē celeſtē homíem uult intelligi: qa de
celo uēit ut terrene mortalitatiſ corpe ueſtiret: quod celeſti immortalitate ueſtiret.
Celeſteſ uero ideo appellat & alioſ: qa fiūt per gratiá membra eiuſ: ut cú illiſ ſit unuſ
chriſtuſ uelut caput & corpuſ. Hoc í eadē epiſtola euidentiuſ ita ponit: per hoíem
morſ & p hoíem reſurrectio mortuoꝝ. Sicut ení í Adá omneſ moriunt: ſic & in xp̄o
omneſ uiuificabunt. Iá unq; í corpe ſpúali qd' erit in ſpm uiuificanté: nó qa omeſ q
in Adam moriunt' erunt membra xp̄i: ex illiſ enim multo plureſ ſecúda in eternum
morte plectentur. Sed ideo dictum eſt omneſ atq; omneſ: quia ſicut nemo corpore
animali niſi in Adam moritur: ita nemo corpore ſpirituali niſi in chriſto uiuificatur.
Proinde nequaq̄ putandú eſt noſ in reſurrectióe tale corpuſ habituroſ: quale habuit
homo primuſ ante peccatú: neq; illud qd' dictú eſt: qualiſ terrenuſ taleſ & terreni: ſcd'm

illud ītelligēdū ē qđ factū ē admiſſiōe peccati.¶Non enim exiſtimandū eſt eū priuſq̄ peccaſſet ſpirituale corpuſ habuiſſe: & peccati merito in aīale mutatū.¶Vt.n.hoc putēt parū attēdunt tāti uerba doctoriſq3 aiţ Si ē corpuſ aīale ē & ſpūale: ſicut ſcptū eſt. Primuſ homo Adam factuſ ē in aīam uiuentem: ſecunduſ homo in ſpm̄ uiuificātem. Nunquid hoc poſt peccatum factum eſt: cum ſit iſta hominiſ prima cōditio de qua beatiſſimuſ Pauluſ ad corpuſ animale monſtrādum hoc teſtimoniū legiſ aſſumpſit?

VNde & illud parū conſiderate quibuſdā uiſum ē: in eo qđ legit̄ inſpirauit deuſ in faciē eiuſ ſpm̄ uite. & factuſ ē homo in aīam uiuentē: nō tūc aīam p̄mo homini datā: ſed eam que iā inerat ſpū ſancto uiuificatā.¶Mouet.n.eoſ: q dnſ Ieſuſ poſteaq̄ reſurrexit a mortuiſ inſufflauit dicēſ diſcipuliſ ſuiſ: accipite ſpm̄ ſcm̄.¶Vnde tale aliqd exiſtimāt factū q̄le tūc factū eſt: q̄ſi & hic ſecutuſ euangeliſta dixerit: & facti ſunt in aīam uiuētē.¶Quod qdē ſi dictū eēt: hoc ītelligeremuſ q aīaꝝ quedā uita ſit ſpūſ dei: ſine quo aīe rōnaleſ mortue deputāde ſūt: q̄uiſ eaꝝ p̄ſētia uiuere corpa uideāt. ¶Sed nō ita factū qn̄ ē cōdituſ homo: ſatiſ ipſa libri uerba teſtant: que ita ſe habent. ¶Et formauit deuſ hoīem puluerē de terra.¶Quod qdē planiuſ interpretādū putāteſ dixerunt. Et finxit deuſ hoīem de limo terre. qm̄ ſupiuſ dictum fuerat.¶Fonſ autem aſcendebat de terra & irrigabat oēm faciē terre:¶ut ex hoc limuſ intelligēduſ uideret humore ſcilicet terraq3 concretuſ.¶Vbi eni hoc dictū ē continuo ſequit̄.¶& formauit hoīem deuſ puluerē de terra: ſicut greci codiceſ habent:¶unde in latinā liguā ſcptura ipſa conuerſa ē.¶Siue autē formauit ſiue finxit quiſ dicere uoluerit: qđ grece dicitur eplaſen: ad rē nihil ītereſt.¶Magiſ tñ p̄prie dicit̄ finxit. ſed ābiguitaſ uiſa ē deuitanda eiſ q formauit dicere maluerūt:¶eo q ī latina lingua illud magiſ obtinuit cōſuetudo: ut hi dicant̄ fingere qui aliqd mendacio ſimulante cōponūt.¶Hunc igitur formatum hoīem de terre puluere ſiue limo.¶Erat enim puluiſ humectuſ: hūc inq̄ ut expreſſiuſ dicā ſicut ſcptura locuta ē: puluerē de terra: aīale corpuſ factū eſſe docet apoſtoluſ cum aīam accepit.¶Et factuſ ē iſte homo in aīam uiuentē:¶id eſt formatuſ iſte puluiſ factuſ ē in aīam uiuentē. Iā inquiūt habebat aīam:¶alioquin nō appellaret̄ homo: qm̄ homo nō ē corpuſ ſolum uel aīa ſola: ſed qui ex aīa cōſtat & corpe.¶Hoc qdem uerum ē: q nō totuſ homo ſed parſ melior hominiſ aīa ē:¶nec totuſ homo corpuſ ſed inferior hominiſ parſ ē. ſed cū ē utrūq3 cōiunctū: ſimul habet hominiſ nomen: qđ tñ & ſingula non amittūt etiam cū de ſinguliſ loquimur.¶Quiſ.n. dicere p̄hibet quotidiani quadā lege ſermoniſ: homo ille defūctuſ ē: & nūc in requie ē uel in penīſ: cū de aīa ſola poſſit hoc dici: & illo aut illo loco hō ille ſepultuſ ē:¶cum hoc niſi de ſolo corpore non poſſit ītelligi.¶An dicturi ſunt ſic loqui ſcripturā non ſolere diuinam?¶Imo uero illa ita nobiſ in hoc atteſtat̄: ut etiā cū duo iſta coniuncta ſunt & uiuit homo: tamē etiam ſingula hominiſ uocabulo appellet:¶animā ſcilicet īteriorem hominem corpuſ uero exteriorem uocanſ:¶tanq̄ duo ſint homineſ cū ſimul utrunq3 ſit homo uniuſ. Sed intelligēdum eſt ſcđm quid dicat̄ homo ad imaginem dei: & terra homo atq3 iturui in terram.¶Illud enim ſcđm aīam rationalem dicitur: q̄lem deuſ inſufflādo uel ſi cō/ modiuſ dicit̄ inſpirando indidit homini: id eſt hominiſ corpori:¶hoc aūt ſcđm corpuſ qualem hominem deuſ finxit ex puluere:¶cui data eſt anima: ut fieret corpuſ aīmale id eſt homo in animam uiuentem.¶Quapropter in eo quod dominuſ fecit quādo in/ ſufflauit dicenſ: accipite ſpm̄ ſanctum:¶nimirū hoc intelligi uoluit: q ſpirituſ ſanctuſ nō tantum ſit patriſ:¶uerum etiā unigeniti ipſiuſ ſpirituſ.¶Idem ipſe quippe ſpirituſ eſt

patriſ & filii: cū quo ē trinitaſ pater & filiuſ & ſpūſ ſanctuſ: nō creatura ſed creator.
Neq; .n. flatuſ ille corporeuſ de carniſ ore ꝓcedenſ ſubſtantia erat ſpiritus ſancti atq;
natura: ſed potiuſ ſignificatio ꝗ intelligeremuſ ut dixi ſpm̄ ſcm̄ patri eſſe filioq; cōem:
qa nō ſunt eiſ ſinguli ſinguli: ſed unuſ āboꝝ eſt. Semp aūt iſte ſpūſ in ſcꝑturiſ ſāctiſ
greco uocabulo pneuma dicit᷑: ſicut eū & hoc loco dn̄ſ appellauit: q̄n eū corꝑaliſ ſui
oriſ flatuſ ſignificanſ diſcipuliſ ſuiſ dedit: & locis omnibuſ diuinoꝝ eloquiorū non mihi
aliter unq̄ nū cupatuſ occurrit. Hic uero ubi legit᷑ & finxit deuſ hoīem puluerem de
terra: & inſufflauit ſiue inſpirauit i faciē eiuſ ſpm̄ uite: nō ait grecuſ pneuma qd̄ ſolet
dici ſpūſ ſanctuſ: ſed pnoen: qd̄ nomē i creatura q̄ i creatore frequētiuſ legit᷑. Vnde
nōnulli etiā latini ꝓpter differentiā hoc uocabulū nō ſpm̄ ſed flatū appellare malu/
erunt. Hoc .n. & i greco etiā illo loco apud Yſaiā ubi deuſ dicit: omnē flatū ego feci:
omnem animā ſine dubitatōne ſignificat. Quod itaq; grece pnoen dicit᷑: noſtri aliq̄n
flatū: aliquando ſpm̄: aliq̄n inſpirationē uel aſpiratōem: aliq̄n etiā aīm interpretati
ſunt. Pneuma uero nū q̄ niſi ſpm̄ ſiue hominiſ de quo ait apoſtoluſ: qſ .n. ſcit hoīm que
ſunt hoīſ niſi ſpūſ hoīſ q in ipſo ē: ſiue pecoriſ ſicut i Salamōiſ libro ſcꝑtū ē: ſquiſ
ſcit ſi ſpūſ hoīſ aſcendat in celū ſurſū: & ſpiritus pecoriſ deſcendat deorſū i terrā ſiue
iſtū corporeū qui etiā uentuſ dicitur: nam eiuſ hoc nomen eſt ubi in pſalmo cantitur
ignis grando nix glacieſ ſpirituſ tempeſtatiſ: ſiue iam non creatum ſed creatorē: ſicut
eſt de quo dicit dominuſ in euāgelio: accipite ſpm̄ ſanctū: eū corporeo ſui oriſ flatu
ſignificanſ. Et ubi ait: Ite baptiſate omneſ genteſ in nomine patriſ & filii & ſpiritus
ſancti: ubi ipſa trinitaſ excellentiſſime & euidentiſſime commēdata eſt. Et ubi legit᷑
deuſ ſpirituſ eſt. Et aliiſ plurimiſ ſacrarum litteraꝝ lociſ. In hiſ quippe omnibuſ teſti/
moniiſ ſcripturarum: quantum ad grecoſ attinet non pnoen uidemuſ ſcriptū eſſe ſed
pneuma: quantū autem ad latinoſ nō flatum ſed ſpiritum. Quapropter in eo quod
ſcriptum eſt inſpirauit: uel ſi magiſ proprie dicendum eſt inſufflauit in faciem eiuſ
ſpm̄ uite: ſi grecuſ nō pnoen ſicut ibi legit᷑ ſed pneuma poſuiſſet: nec ſic eēt cōſequenſ
ut creatorem ſpm̄ qui ꝓprie dicit᷑ in trinitate ſpirituſ ſanctuſ intelligere cogeremur:
q̄n quidem pneuma ut dictū ē nō ſolū eſt de creatore ſed etiā de creatura dici ſolere
manifeſtū eſt. Sed cū dixiſſet inquiunt ſpm̄: nō adderet uite niſi illum ſpm̄ ſanctum
uellet intelligi. Et cū dixiſſet factuſ eſt homo in aīam non adderet uiuentē: niſi aīa
uitā ſignificaret que illi diuinituſ impertitur dono ſpūſ dei. Cū eni uiuat aīma inquiūt
ꝓprio ſue uite modo: quid opuſ erat addere uiuentē niſi ut ea uita intelligeretur que
illi p ſpiritū ſanctum datur? Hoc quid eſt aliud niſi diligēter ꝓ humana ſuſpitione
cōtendere: & ſcripturaſ ſanctaſ nō intelligenter attendere. Quid .n. magnū erat non
ire longiuſ: ſed in eodē libro ipſo paulo ſuperiuſ legere: ꝓducat terra aīam uiuētem:
quando animalia terreſtria cūcta creata ſunt. Deinde aliq̄tiſ interpoſitiſ in eodem
tamen libro: quid magnū erat aduertere qd̄ ſcriptū eſt: & oīa que habēt ſpiritum
uite: & omniſ qui erat ſuper aridam mortuuſ ē: cum inſinuaret oīa que uiuebant in
terra piſſe diluuio? Si ergo & aīam uiuentē & ſpm̄ uite etiā in pecoribuſ inuenimuſ:
ſicut loqui ſcriptura diuina conſueuit: et cum hoc quoq; loco ubi legitur omnia que
habent ſpm̄ uite: nō grecuſ pneuma ſed pnoen dixerit: cur nō dicimuſ quid opuſ erat
ut adderet uiuentem: cū aīa niſi uiuat eſſe non poſſit? Aut qd opuſ erat ut adderet
uite cum dixiſſet ſpiritū? Sed intelligimuſ animā uiuentem et ſpiritum uite ſcꝑturā
ſuo more dixiſſe: cū animalia id eſt corpa animata uellet intelligi: quibuſ ineſſet per
animam ꝑſpicuuſ iſte etiam corporiſ ſenſuſ. In hominiſ aūt conditione obliuiſcimur
quemadmodum loqui ſcriptura conſueuerit: cum ſuo prorſuſ more locuta ſit: quo

inſinuaret hominem etiã rationali aīa accepta quam nõ ſicut aliaꝝ carniũ aquiſ et terra ꝓducẽtibuſ: ſed deo flãte creatam uoluit intelligi: ſic tamẽ factũ ut in corpe animali qđ fit aīma in eo uiuẽte: ſicut illa animalia uiueret de quibuſ dixit ꝓducat terra animã uiuentem: & que itidem dixit habuiſſe ĩ ſe ſpiritũ uite: ubi etiã in greco non dixit pneuma ſed pnoen: non utiq; ſpiritũ ſanctũ ſed eoꝝ animã tali exꝓmenſ nomĩe. Si.n. dei flatuſ inquiũt dei ore exiſſe intelligitur: quem ſi aīmam credimuſ: conſequenſ erit ut euiſdem fateamur eſſe ſubſtãtie pariẽq; illiuſ ſapientie que dicit: ego ex ore altiſſimi prodij. Non quidem dixit ſapientia ore dei efflatam ſe fuiſſe: ſed ex eiuſ ore prodiſſe. Sicut autem noſ poſſumuſ non de noſtra natura qua homineſ ſumuſ: ſed de iſto aere circũfuſo quem ſpirando ac reſpirando ducimuſ ac reducimuſ: flatum facere cũ ſufflamuſ: ita omnipotenſ deuſ non de ſua natura neq; de ſubiacẽti creatura: ſed etiam de nihilo potuit facere flatum quem corpori hominiſ inferendo inſpiraſſe uel inſufflaſſe cõuenientiſſime dictuſ eſt: incorpeuſ incorpeũ: ſed imutabiliſ mutabilẽ: qa nõ creatuſ creatũ. Veruntñ ut ſciãt iſti qui de ſcripturiſ loq uolunt: et ſcripturarum locutioneſ nõ aduertunt: non hoc ſolum dici exire ex ore dei quod eſt equaliſ euiſdemq; nature: audiant uel legãt quod deo dicente ſcriptum eſt: quoniam tepiduſ eſ et neq; calidus neq; frigiduſ: incipiã te eicere ex ore meo. Nulla itaq; cã ẽ cur aptiſſime loquenti reſiſtamuſ apoſtolo: ubi ab ſpirituali corpore corpuſ animale diſcernẽſ: id ẽ ab illo in quo futuri ſumuſ hoc in quo nũc ſumuſ ait: ſeminatur corpuſ aīmale: ſurget corpuſ ſpirituale: ſi eſt corpuſ animale eſt & ſpirituale: ſicut ſcriptũ eſt factuſ ẽſt primuſ homo Adam in animam uiuentem: nouiſſimuſ Adam in ſpiritum uiuificantem. Sed non primum quod ſpirituale ſed quod animale: poſtea ſpirituale. Primuſ homo de terra terrenuſ: ſecunduſ homo de celo celeſtiſ. Qualiſ terrenuſ taleſ & terreni: et qualiſ celeſtiſ taleſ & celeſteſ. Et quomodo induimuſ imaginem terreni: induamuſ & imaginẽ euiſ q de celo eſt. De qbuſ omnibuſ apoſtolicaſ uerbiſ ſuperiuſ locuti ſumuſ. Corpuſ igitẽ animale in quo primũ hoīem Adam factũ dicit apoſtoluſ: ſic erat factũ non ut mori oīno non poſſet: ſed ut non moreretẽ niſi homo peccaſſet. Nã illud quod ſpiritu uiuificãte ſpirituale erit & immortale: mori oīo non poterit: ſicut anima creata ẽ imortaliſ: que licet peccato mortua phibeatur carenſ quadam uita ſua hoc ẽ dei ſpũ: quo etiã ſapiẽter & beate uiuere poterat: tñ ꝓpria quadã licet miſera uita ſua nõ deſinit uiuere: qa imortaliſ ẽ creata. Sicut.n. deſertoreſ ãgeli licet ſcdm quendã modũ mortui ſĩt peccando: qa fontem uite deſeruerũt qui deuſ ẽ: qui non peccando ſapienter & beate poterant uiuere: tñ nõ ſic mori potuerũt ut oīno deſiſterent uiuere atq; ſentire: qm̃ imortaleſ creati ſunt: atq; ita ĩ ſecũdã mortẽ poſt ultimũ ꝑcipitabunẽ iudiciũ: ſuc nec illic uita careãt: qñqđẽ etiã ſenſu cũ in doloribuſ futuri ſunt nõ carebunt. Sed homineſ ad dei gratiã ꝑtinenteſ ciueſ ſcõꝝ angelorũ in beata uita manentium: ita ſpiritualibuſ corporibuſ induentur: ut neq; peccẽt ãpliuſ neq; moriantẽ: ea tñ imortalitate ueſtiti: que ſicut ãgeloꝝ nec peccato poſſit auferri: natura qđẽ manẽte carniſ: ſed nulla oīo carnali corruptibilitate uel tarditate rema/nente. Sequitur aũt queſtio neceſſario pertractanda: & dño deo ueritatiſ adiuuante ſoluenda. Si libido mẽbroꝝ inobediẽtiũ: ex peccato inobediẽtie in illiſ ꝑmiſ hoībuſ cum illoſ diuina gratia deſeruiſſet exorta eſt: unde ĩ ſuam nuditatẽ oculoſ apuerũt: id eſt eam curioſiuſ aduerterũt: & qa impudenſ motuſ uoluptatiſ arbitrio reſiſtebat pudenda texerunt: quomodo eſſent filioſ propagaturi: ſi ut creati fuerant ſine pre/uaricatione manſiſſent. Sed qa & liber iſte claudenduſ eſt: nec tanta iſta queſtio in ſermõiſ anguſtiaſ coartanda: in eũ qui ſequitẽ commodiore diſputatione differatur.

Diximuſ iam in ſupioribuſ libriſ ad hūanum genuſ non ſolum nature ſimilitudine ſociandum: uerum etiā quadā cognatiōiſ neceſſitudine in unitatē cōcordem paciſ uinculo colligandū: ex homine uno deū uoluiſſe hōieſ inſtituere: neq; hoc genuſ fuiſſe ī ſinguliſ qbuſq; moriturū: niſi duo primi quoꝝ creatuſ eſt unuſ ex nullo alter ex illo: id inobedientia meruiſſent: a quibuſ admiſſum eſt tam grande peccatum: ut in deteriuſ ea natura mutaretur hūana: etiā in poſteroſ obligatione peccati & mortiſ neceſſitate tranſmiſſa. Mortiſ aūt regnū in hōieſ uſq; adeo dominatū eſt: ut ōeſ in ſecundā quoq; mortem cuiuſ nulluſ eſt finiſ pena debita precipiteſ ageret: niſi inde quoſdā indebita dei gratia liberaret. Ac p hoc factū eſt: ut cum tot tāteq; genteſ per terraꝝ orbem diuerſiſ ritibuſ moribuſq; uiuenteſ multiplici linguarum: armorū: ueſtiū: ſint uarietate diſtincte: non tamē ampliuſ q̄ duo quedam genera hūane ſocietatiſ exiſterent: quaſ ciuitateſ duaſ ſcdm ſcripturaſ noſtraſ merito appellare poſſumuſ. Vna quippe eſt hominū ſcdm carnem: altera ſcdm ſpiritū uiuere in ſui cuiuſq; generiſ pace uolentiū: et cū id quod expetunt aſſequūtur in ſui cuiuſq; generiſ pace uiuentium.

Prius ergo uidendum eſt quid ſit ſcdm carnem: qd ſcdm ſpiritū uiuere. Quiſquiſ enī hoc quod diximuſ pma frōte inſpicit: uel nō recolenſ uel minuſ aduertenſ quēadmodum ſcripture ſancte loquant: poteſt putare philoſophoſ quidem epicureoſ ſcdm carnem uiuere: quia ſummū bonum hōiſ in corporiſ uoluptate poſuerunt: et ſiqui alii ſunt qui quoquomō corporiſ bonū ſummū bonū eſſe hōiſ opinati ſunt: et ōne coꝝ uulguſ qui nō aliquo dogmate uel eō modo philoſophant: ſed procliueſ ad libidinē: niſi ex uoluptatibuſ quaſ corporeiſ ſenſibuſ capiūt gaudere neſciūt: ſtoicoſ aūt qui ſummū bonum hōiſ in aīmo ponūt ſcdm ſpiritū uiuere: quia & hōiſ aīmuſ quid eſt niſi ſpirituſ? Sed ſicut loquit ſcriptura diuina: ſcdm carnē uiuere utriq; mōſtrantur. Carnē quippe appellat nō ſolum corpuſ terrēni atq; mortaliſ aīantiſ: ueluti cum dicit non ōniſ caro eadem caro: ſed alia quidem hōiſ alia aūt caro pecoriſ: alia uolucrum: alia piſcium: ſed aliiſ multiſ modiſ ſignificatione huiuſ nōiſ utitur: inter quoſ uarioſ locutioniſ modoſ ſepe etiā ipſum hominē id eſt naturam hōiſ carnem nuncupat: modo locutioniſ a parte totū: quale eſt ex operibuſ legiſ nō iuſtificabit ōniſ caro. Quid enim hic uoluit intelligi niſi ōneſ hōieſ? Quod apertiuſ paulopoſt ait. In lege nemo iuſtificatur. Et ad galathaſ. Scienteſ aūt qa nō iuſtificat homo ex operibuſ legiſ. Scdm hoc itelligitur: et uerbū caro factū eſt id eſt homo. Quod non recte accipienteſ quidam: putauerūt chriſto hūanam aīam defuiſſe. Sicut enim a toto parſ accipitur: ubi Marie magdalene uerba in euangelio leguntur dicentiſ: tulerūt dominū meū et neſcio ubi poſuerūt eum: cum de ſola xpi carne loqueretur: quā profecto ſepultam de monumento putabat ablatam: ita & a parte totū carne noīata intelligitur homo: ſicut ea ſunt que ſupra cōmemorauimuſ. Cum igitur multiſ modiſ quoſ perſcrutari & colligere longū eſt: diuina ſcriptura nuncupet carnē: quid ſit ſcdm carnem uiuere: quod pfecto malum eſt cū ipſa carniſ natura non ſit malū: ut indagare poſſimuſ: inſpiciamuſ diligēter illum locū epiſtole Pauli apoſtoli quā ſcripſit ad galathaſ ubi ait. Manifeſta aūt ſunt opera carniſ: que ſunt fornicatiōeſ:

immúdicie: luxurie: idolorum ſeruituſ: ueneficia: inimicicie: cótentioneſ: emulatióeſ: animoſitateſ: diſſentioneſ: hereſeſ: inuidie: ebrietateſ: cómeſſationeſ: et hiſ ſimilia: que predico uobiſ ſicut predixi: quoniá qui talia agunt: regnum dei nó poſſidebūt. Iſte totuſ epiſtole apoſtolice locuſ quátum ad rem preſentem ſatiſ eſſe uidebit͛ conſideratuſ: poterit hanc diſſoluere queſtionem: quid ſit ſcd͞m carnem uiuere. In operibuſ nanq; carniſ que manifeſta eſſe dixit: eaq; cómemorata damnauit: nó illa tantú inueīmuſ que ad uoluptatem pertinent carniſ: ſicuti ſunt fornicationeſ: immundicie: luxurie: ebrietateſ: cómeſſationeſ: uerum etiá illa qbuſ aīmi uitia demonſtrant͛ a uoluptate carniſ aliena. Quiſ enim ſeruitutem que idoliſ exhibetur: ueneficia: inimiciciaſ: contentioneſ: emulatióeſ: aīmoſitateſ: diſſentioneſ: hereſeſ: inuidiaſ: nó potiuſ intelligat animi uitia eſſe q̄ carniſ: quandoqdem fieri poteſt ut propter idolatriam uel hereſiſ alicuiuſ errorem: a uoluptatibuſ carniſ temperetur. Et tamē etiam tunc homo quiſ carniſ libidineſ cótinere atq; cohibere uideatur: ſcd͞m carnem uiuere hac apoſtolica auctoritate cóuincitur, et in eo q abſtinet a uoluptatibuſ carniſ: damnabilia opera carniſ agere demonſtratur. Quiſ inimiciciaſ non in aīmo habeat? Aut quiſ ita loquat͛ ut inimico ſuo uel quem putat inimicú dicat: malam carnem ac non potiuſ malum aīmum habeſ aduerſum me? Poſtremo ſicut carnalitateſ ut ita dicá ſi quiſ audiſſet: non dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animoſitateſ ad animum pertinere. Cur ergo hec oīa & hiſ ſimilia doctor gētium i fide et ueritate opa carniſ appellat: niſi quia eo locutionis modo quo totum ſignificatur a parte: ipm hoīem uult noīe carniſ intelligi? Quod ſi quiſ q̄ dicat carnem cauſam eſſe in maliſ moribuſ quorunq; uiciorum: eo q aīma carne affecta ſic uiuit: profecto non uniuerſam hoīſ naturam diligēter aduertit. Nam corpuſ qdem corruptibile aggrauat aīam. Unde etiá idem apoſtoluſ agenſ de hoc corruptibili corpore: de quo paulo āte dixerat et ſi exterior homo noſter corrúpitur: ſcimuſ inquit qa ſi terrena noſtra domuſ huiuſ habitatióiſ diſſoluatur: q edificationem habemuſ a deo domum nó manu factam eternam in celiſ. Etenim in hoc ingemiſcimuſ: habitaculum noſtrú quod de celo eſt ſuperindui cupienteſ: ſi tamē induti nó nudi inueniamur. Etenī q̄diu ſumuſ in hac habitatióe: ingemiſcimuſ grauati eo q nolumuſ expoliari ſed ſuperueſtiri: ut abſorbeat͛ mortale a uita. Et aggrauamur igitur corruptibili corpore: et ipſiuſ aggrauationiſ cauſam non naturam ſubſtantiamq; corporiſ: ſed eiuſ corruptionem ſcienteſ: nolumuſ corpe expoliari: ſed eiuſ immortalitate ſuperueſtiri. Et tunc ergo erit corpuſ: ſed qa corruptibile non erit non grauabit. Aggrauat ergo nunc aīam corpuſ corruptibile: et deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Uerū tamen qui oīa aīme mala ex corpore putant accidiſſe: in errore ſunt.

QUāuiſ enim Uirgiliuſ platonicam uideatur luculentiſ uerſibuſ explicare ſententiam dicenſ. Igneuſ eſt illiſ uigor & celeſtiſ origo | Seminibuſ quantum non noxia corpora tardant. Terreniq; hebetant artuſ moribundaq; membra. Omneſq; illaſ notiſſimaſ quatuor aīmi perturbationeſ: cupiditatem: timorem: leticiā: triſticiā: quaſi origineſ oīum peccatorum atq; uitiorum uolenſ intelligi ex corpore accidere ſubiungat & dicat. Hinc metuūt cupiunt gaudentq; dolentq;. Nec auraſ ſuſpiciūt clauſe tenebriſ & carcere ceco. Tamen aliter ſe habet fideſ noſtra. Nam corruptio corporiſ que aggrauat aīam: non peccati primi eſt cauſa ſed pena. nec caro corruptibiliſ aīam peccatricem: ſed aīa peccatrix fecit eſſe corruptibilem carnem. Ex qua corruptióe carniſ licet exiſtant quedam incitamenta uicioꝝ & ipſa deſideria uicioſa:

non tamen oĩa uite inique uicia tribuenda ſunt carniſ ne ab hiſ omibuſ purgemuſ diabolum qui non habet carnem. Et ſi enim diabolus fornicator uel ebrioſuſ uel ſi quid huiuſ mali eſt quod ad carniſ pertinet uoluptateſ non poteſt dici: cum ſit etiã talium peccatorum ſuaſor & inſtigator occultuſ eſt tamen maxime ſuperbuſ atq̃ inuiduſ. Que illũ uicioſitaſ ſic obtinuit: ut propter hanc eẽt in carceribuſ caliginoſi huiuſ aeriſ eterno ſupplicio deſtinatuſ. Hec aũt uicia que tenent in diabolo princi/patum: carni tribuit apoſtoluſ: quã certũ eſt diabolũ non hẽre. Dicit enĩ inimicitiaſ: contentioneſ: emulationeſ: aĩmoſitateſ: inuidiaſ opera eſſe carniſ: quoꝝ oĩm malorũ caput atq̃ origo ſuperbia eſt: que ſine carne regnat in diabolo. Quiſ autem illo eſt inimicior ſanctiſ? Quiſ aduerſuſ eoſ contentioſior: aĩmoſior: et magiſ emuluſ atq̃ inuiduſ inuenitur? Et hec oĩa cũ habeat ſine carne: quõmõ ſunt iſta opera carniſ: niſi quia opera ſunt hominiſ quẽ ſicut dixi noĩe carniſ appellat? Non enĩ habendo carnem quã non habet diaboluſ: ſed uiuendo ſcd̃m ſeipſum hoc eſt ſcd̃m hominem: factuſ eſt homo ſimiliſ diabolo: quia & ille ſcd̃m ſeipſm uiuere uoluit: qñ in ueritate non ſtetit. ut non de dei ſed de ſuo mendacium loqueretur: qui non ſolum mendax uerum etiã mendacii pater eſt. Primuſ eſt quippe mentituſ: et a quo peccatum: ab illo cepit eſſe mendacium.

CVm ergo uiuit homo ſcd̃m hoĩem non ſcd̃m deum: ſimiliſ eſt diabolo: quia nec angelo ſcd̃m angelum ſed ſcd̃m deũ uiuendum fuit ut ſtaret in ueritate: et ue/ritatem illiuſ non de ſuo mendacium loqueretur. Nam et de homĩe alio loco idem apoſtoluſ ait. Si aũt ueritaſ dei in meo mendacio abũdauit. Meũ dixit mendaciũ: ueritatem dei. Cum itaq̃ uiuit homo ſcd̃m ueritatem: nõ uiuit ſcd̃m ſeipſm ſed ſcd̃m deum. Deuſ eſt enim qui dixit ego ſum ueritaſ. Cum uero uiuit ſcd̃m ſeipſm: hoc eſt ſcd̃m hoĩem non ſcd̃m deum: profecto ſcd̃m mendacium uiuit: non quia homo ipſe mendaciũ eſt cum ſit eiuſ auctor & creator deuſ: qui non eſt utiq̃ auctor creatorq̃ mendacii: ſed quia homo ita factuſ eſt rectuſ: ut nõ ſcd̃m ſeipſm ſed ſcd̃m eũ a quo factuſ eſt uiueret: id eſt illiuſ potiuſ q̃ ſuam faceret uoluntatem: non aũt ita uiuere quẽadmodum eſt factuſ ut uiueret: hoc eſt mendacium. Beatuſ quippe uult eſſe: etiã non ſic uiuendo ut poſſit eſſe. Quid eſt hac uoluntate mendaciuſ? Unde nõ fruſtra dici poteſt oĩe peccatum eſſe mendacium. Non enim fit peccatum: niſi ea uolũtate qua uolumuſ ut bene ſit nobiſ: uel nolumuſ ut male ſit nobiſ. Ergo mendacium eſt quod cum fiat ut bene ſit nobiſ: hinc potiuſ male eſt nobiſ. uel cum fiat ut meliuſ ſit nobiſ: hinc potiuſ peiuſ eſt nobiſ. Unde hoc niſi quia de deo bene poteſt eẽ homini quem delinquendo deſerit: non de ſeipſo ſcd̃m quem uiuendo delinquit. Quod itaq̃ diximuſ hinc extitiſſe ciuitateſ duaſ diuerſaſ inter ſe atq̃ cõtrariaſ: ꝙ alii ſcd̃m carnẽ alii ſcd̃m ſpiritum uiuerent: poteſt etiã iſto modo dici: ꝙ alii ſcd̃m hoĩem alii ſcd̃m deum uiuant. Apertiſſime quippe ad corinthioſ dicit. Cum enĩ ſint inter uoſ emulatio et cõtentio: nõne carnaleſ eſtiſ: et ſcd̃m hoĩem ambulatiſ? Quod ergo eſt ambulare ſcd̃m hoĩem: hoc eſt ſcd̃m hoĩem uiuere: quod a carne id eſt a parte hominiſ minore intelligitur homo. Eoſdem ipſoſ quippe dixit ſuperiuſ animaleſ: quoſ poſtea carnaleſ ita loquens. Quiſ enim ſcit inquit hoĩm que ſunt hominiſ: niſi ſpirituſ hominiſ qui ẽ in ipſo? Sic et que dei ſunt nemo ſcit: niſi ſpirituſ dei. Noſ autẽ inquit non ſpiritum huiuſ mundi accepimuſ: ſed ſpiritũ qui ex deo eſt: ut ſciamuſ que a deo donata ſunt nobiſ: que & loquimur non in ſapientie hũane doctiſ uerbiſ: ſed in doctrina ſpirituſ ſpũalibuſ ſpũalia cõparanteſ. Animaliſ aũt homo non percipit que ſunt ſpirituſ dei. ſtulticia eſt enĩ illi. Talibuſ igitur id eſt aĩalibuſ paulo poſt dicit. Et ego fratreſ nõ

potuī loqui uobiſ quaſi ſpūalibuſ ſed q̄ſi carnalibuſ. Et illud et hoc eodem loquēdi modo intelligit: id eſt a parte totum. Et ab aīa nanq̄ & carne que ſunt parteſ hoīſ poteſt totum ſignificari quod eſt homo: atq̄ ita non eſt aliud aīalis homo aliud carnalis: ſed idem ipm̄ eſt utrūq̄ id eſt ſcd̄m hoīem uiuens homo. Sicut et nō aliud q̄ homineſ ſignificantur: ſiue ubi legitur ex operibuſ legiſ nō iuſtificat̄ omnis caro: ſiue quod ſcriptum eſt. lxxv. aīme deſcenderūt in egyptum cū Iacob. Et ibi enī p oēm carnem oīſ homo: et ibi per. lxxv. aīmaſ. lxxv. hoīeſ intelligūtur. Et quod dictum eſt non in ſapientie humane doctiſ uerbiſ p̄oīt dici nō ſapientie carnaliſ: ſicut quod dictū eſt ſcd̄m hoīem ambulatiſ: potuit dici ſcd̄m carnē. Magiſ autē hoc apparuit in hiſ que ſubiunxit. Cum enim quiſ dicat ego ſum Pauli: aliuſ autem ego Apollo: nōne hoīeſ eſtiſ? Quod dicebat aīaleſ eſtiſ & carnaleſ eſtiſ: expreſſiuſ dixit hoīeſ eſtiſ: quod eſt ſcd̄m hoīem uiuitiſ nō ſcd̄m deū: ſcd̄m quē ſi uiueretiſ dii eſſetiſ.

NOn igitur opuſ ē in peccatiſ uitiiſq̄ noſtriſ: ad creatoriſ iniuriā carniſ accuſare naturā que ī genere atq̄ ordīe ſuo bona eſt. Sed deſerto creatore bono: uiuere ſcd̄m creatum bonum non eſt bonum: ſiue quiſq̄ ſcd̄m carnem: ſiue ſcd̄m animam: ſiue ſcd̄m hominē totum qui conſtat ex aīma & carne: unde & nomine ſoluſ aīme et nomīe ſoluſ carniſ ſignificari poteſt: eligat uiuere. Nam qui uelut ſummū bonū laudat aīme naturam: et tanq̄ malum naturam carniſ accuſat: profecto & aīmam carnaliter appetit: et carnem carnaliter fugit: quoniā id uanitate ſentit hūana: nō ueritate diuina. Non qdem platonici ſicut manichei deſipiūt: ut tanq̄ mali naturā terrena corpora deteſtent̄: cū oīa elementa qbuſ iſte mūduſ uiſibiliſ contrectabiliſq̄ compactuſ eſt: qualitateſq̄ eoꝝ deo artifici tribuant. Verūtamē ex terreniſ artubuſ moribundiſq̄ membriſ ſic affici aīmaſ opinantur: ut hinc eiſ ſint morbi cupiditatum et timoꝝ & letitie ſiue triſticie: qbuſ quatuor uel perturbationibuſ ut Cicero appellat: uel paſſionibuſ ut pleriq̄ uerbum de uerbo greco exprimunt: oīſ hūanoꝝ morum uitioſitaſ cōnectitur. Quod ſi ita eſt: qd eſt q̄ Eneaſ apud Virgilium cum audiſſet a patre apud inferoſ aīmaſ rurſuſ ad corpora rediturāſ: hanc opinionē miratur. exclamanſ. O pater an ne aliquaſ ad celum hinc ire putandum eſt? Sublimeſ animaſ: iterumq̄ ad tarda reuerti Corpora. que luciſ miſeriſ tam dira cupido? Nunqd nam hec tam dira cupido ex terreniſ artubuſ moribūdiſq̄ membriſ adhuc ineſt aīmarum illi predicatiſſime puritati? Nonne ab huiuſmodi corporeiſ ut dicit peſtibuſ oībuſ eaſ aſſerit eſſe purgataſ: cū rurſuſ incipiūt in corpora uelle reuerti? Vnde colligitur etiā ſi ita ſe haberet quod eſt oīno uaniſſimū: uiciſſim alternanſ inceſſabiliter euntiū atq̄ redeuntium aīmarum mūdatio & inquinatio: non potuiſſe ueraciter dici: oēſ culpabileſ atq̄ uitioſoſ motuſ aīmarum eiſ ex terreniſ corporibuſ inoleſcere. Siqdem ſcd̄m ipſoſ illa ut poeta prefatuſ eloquitur lucis tam dira cupido: uſq̄ adeo nō eſt ex corpore: ut ab oī corporea peſte purgatam: et extra oē corpuſ aīam conſtitutā: ipſam cōpellat eſſe in corpore. Vnde etiā illiſ fatentibuſ nō ex carne tantū afficitur anima: ut cupiat metuat letetur & triſtetur: uerum etiā ex ſeipſa hiſ poteſt motibuſ agitari.

INtereſt aūt qualiſ ſit uoluntaſ hominiſ: quia ſi peruerſa ē peruerſoſ habebit hoſ motuſ: ſi aūt recta eſt: nō ſolum inculpabileſ uerū etiā laudabileſ erunt. Volūtaſ eſt qppe in oībuſ: immo oēſ nihil aliud q̄ uoluntateſ ſunt. Nam quid eſt cupiditaſ

et leticia: niſi uoluntas in eorum conſenſionem que uolumus. Et qd eſt metus atq; triſticia: niſi uoluntas in diſſenſionem ab his que nolumus? Sed cū cōſentimus appetendo ea que uolumus cupiditas: cū aūt cōſentimus fruendo his que uolumus leticia uocatur. Itemq; cū diſſentimus ab eo quod accidere nolumus: talis uoluntas metus eſt: cum aūt diſſentimus ab eo quod nolentibus accidit: talis uolūtas triſticia eſt. Et oīno pro uarietate rerum que appetūtur atq; fugiūtur ſicut allicitur uel offēditur uoluntas hominis: ita in hos uel illos affectus mutat & uertitur. Quapropter homo qui ſcd'm deū nō ſcd'm hoiem uiuit: oportet ut ſit amator boni: unde fit cōſequens ut malum oderit. Et quoniam nemo natura: ſed quiſquis malus eſt uicio malus eſt: pfectum odiū debet malis qui ſcd'm deū uiuit: ut nec propter uiciū oderit hominē: nec amet uiciū propter hominem: ſed oderit uicium amet hominem. Sanato enim uicio: totum quod amare: nihil autem quod debeat odiſſe remanebit.

Nam cuius propoſitum eſt amare deum: et non ſcd'm hominem ſed ſcd'm deum amare proximū ſicut etiam ſeipſum: procul dubio propter hunc amorem dicitur uolūtatis bone: que uſitatius in ſcripturis ſanctis caritas appellatur: ſed amor quoq; ſcd'm eaſdem ſacras litteras dicitur. Nam et amatorē boni dicit apoſtolus eē debere: quē regendo populo precipit eligendum. Et ipſe dominus Petrum apoſtolū interrogans: cum dixiſſet diligis me plus his: ille reſpondit domine tu ſcis quia amo te. Et iterum dominus queſiuit non utrum amaret: ſed utrum diligeret eum Petrus. At ille reſpondit et iterum. domine tu ſcis quia amo te. Tercia uero interrogatione & ipſe Ieſus nō ait diligis me ſed amas me: ubi ſecutus ait euāgeliſta. Cōtriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tercio amas me: cū dominus nō tercio ſed ſemel dixerit amas me: bis autē dixerit diligis me. Unde intelligimus quia cū dicebat dominus diligis me: nihil aliud dicebat q̄ amas me. Petrus autē non mutauit huius unius rei uerbum: ſed etiā tercio domīe inquit tu oīa ſcis: tu ſcis quia amo te. Hoc propterea cōmemorandū putaui: quia nōnulli arbitrantur aliud eſſe dilectionem ſiue caritatē: aliud amorem. Dicūt enim dilectionē accipiendā eſſe in bono: amorē in malo. Sic aūt nec ipſos auctores ſecularium litterarum locutos eſſe certiſſimū eſt. Sed uiderint philoſophi utrum uel qua ratiōe iſta diſcernant. Amorem tamē eos in bonis rebus & erga ipm deū magnipendere: libri eorum ſatis loquūtur. Sed ſcripturas religionis noſtre quarum auctoritatē ceteris quibuſlibet litteris anteponimus: non aliud dicere amorem aliud dilectionem uel caritatem inſinuandum fuit. Nam et amorem in bono dici iam oſtendimus. Sed ne quis exiſtimet amorem quidem et in bono & in malo: dilectionē aūt nō niſi in bono eſſe dicendam: illud attendat quod in pſalmo ſcriptum eſt. Qui aūt diligit iniquitatē: odit aīam ſuam. Et illud apoſtoli Iohannis. Si quis dilexerit mundū: non eſt dilectio patris in illo. Ecce uno loco dilectio et in bono & in malo. Amorem aūt in malo: quia in bono iam oſtendimus: ne quis q̄ flagitet legat quod ſcriptū eſt. Erunt enī hoīes ſeipſos amātes: amatores uiq; pecunie. Recta itaq; uoluntas eſt bonus amor: et uoluntas peruerſa malus amor. Amor ergo inhians habere quod amat: cupiditas eſt: id autē habens eoq; fruens: leticia. Fugiens quod ei aduerſatur: timor ē: idq; ſi acciderit ſentiens: triſticia eſt. Proinde mala ſunt iſta ſi malus eſt amor: bona ſi bonus. Quod dicimus: de ſcripturis probemus. Concupiſcit apoſtolus diſſolui et eſſe cum chriſto: et concupiuit anima mea deſiderare iudicia tua in omni tempore. Vel ſi accōmodatius dicitur: deſiderauit anima mea concupiſcere iudicia tua. Et concupiſcentia ſapientie perducit ad regnum. Hoc tamen loquendi obtinuit conſuetudo: ut ſi cupiditas uel

cõcupiſcentia dicatur: nec addatur cuiuſ rei ſit: non niſi in malo poſſit intelligi. ¶ Leticia apud pſalmiſtam in bono eſt. letamini in domino & exultate iuſti: et dediſti leticiã in corde meo. et adimplebiſ me leticia cũ uultu tuo. ¶ Timor in bono eſt apud apoſtolum ubi ait. Cum timore & tremore ueſtram ipſorũ ſalutem operamini. ¶ Et noli altum ſapere ſed time. ¶ Et timeo autẽ ne ſicut ſerpenſ Euam ſeduxit aſtucia ſua: ſic ueſtre menteſ corrumpantur a caſtitate que eſt in xpo. ¶ De triſticia uero quã Cicero magiſ egritudinẽ appellat: dolorem Virgiliuſ ubi ait: gaudentq; dolentq; ſed ideo malui triſticiã dicere: quia egritudo uel dolor uſitatiuſ in corporibuſ dicitur. ſcrupuloſior queſtio eſt utrum inueniri poſſit in bono.

Quaſ enim greci appellant eupathiaſ: latine autem Cicero conſtantiaſ nominauit. ¶ Stoici treſ eſſe uoluerunt pro tribuſ perturbationibuſ in animo ſapientiſ. ¶ Pro cupiditate uoluntatem. ¶ pro leticia gaudium. ¶ pro metu cautionem. ¶ pro egritudine uero uel dolore quã noſ uitande ambiguitatiſ gratia triſticiam maluimuſ dicere: negauerunt aliquid poſſe eſſe in animo ſapientiſ. ¶ Voluntaſ quippe inquiunt appetit bonum quod facit ſapienſ. ¶ Gaudium de bono adepto eſt: quod ubiq; adipiſcitur ſapienſ. ¶ Cautio deuitat malũ: quod debet ſapienſ deuitare. ¶ Triſticia porro quia de malo eſt quod iam accidit: nullum autẽ malum exiſtimant poſſe accidere ſapienti: nihil in eiuſ animo pro illa eſſe poſſe dixerunt. ¶ Sic ergo illi loquuntur: ut uelle gaudere cauere negent niſi ſapientem. ¶ ſtultum autem non niſi cupere: letari: metuere: contriſtari. ¶ Et illaſ treſ eſſe conſtantiaſ: haſ autẽ quatuor perturbationeſ ſcdm Ciceronem: ſecundũ plurimoſ autem paſſioneſ. ¶ Grece autẽ illi treſ ſicut dixi appellantur eupathe: iſte autẽ quatuor pathe. ¶ Hec locutio utrũ ſcripturiſ ſanctiſ congruat: cum quererem quãtum potui diligenter. ¶ illud inueni quod ait propheta. Non eſt gaudere impiiſ dicit dominuſ. ¶ Tanq̃ impii letari poſſint potiuſ q̃ gaudere de maliſ: quia gaudium proprie bonorum & piorum eſt. ¶ Item illud in euangelio. ¶ Quecunq; uultiſ ut faciant uobiſ homineſ: hec & uoſ facite illiſ: ita dictũ uidetur: tanq̃ nemo poſſit aliquid male uel turpiter uelle ſeu cupere. ¶ Denique propter conſuetudinẽ locutioniſ nõnulli interpreteſ addiderunt bona: et ita interpretati ſunt. ¶ Quecunq; uultiſ ut faciant uobiſ homineſ bona. ¶ Cauendũ enim putant ne quiſq̃ inhoneſta uelit ſibi fieri ab hõibuſ: ut de turpioribuſ taceã. ¶ certe luxurioſa cõuiuia in quibuſ ſe ipſe & ſi illiſ faciat ſimilia: hoc preceptum exiſtimet impleturum. ¶ Sed in greco euangelio unde in latinum tranſlatum eſt non legitur bona. ¶ ſed quecunq; uultiſ ut faciant uobiſ hoĩeſ: hec & facite illiſ. ¶ Credo propterea quia in eo q̃ dixit uultiſ: iam uoluit intelligi bona. non enim ait cupitiſ ſed uultiſ. non tamen ſemper hiſ proprietatibuſ locutio noſtra frenanda eſt: ſed interdum hiſ utendum eſt. ¶ Et cum legimuſ eoſ quorũ auctoritati reſultare faſ non eſt: ibi ſunt intelligende ubi rectuſ ſenſuſ aliũ exitum nõ poteſt inuenire. ſicut ſunt que exempli gratia partim ex propheta: partim ex euangelio cõmemorauimuſ. ¶ Quiſ enĩ neſcit impioſ exultare leticia. ¶ Et tamẽ non ẽ gaudere impiiſ dicit dominuſ. ¶ Vnde quia niſi gaudere aliud eſt: quãdo proprie ſignateq; hoc uerbum ponitur. ¶ Item quiſ negauerit non recte precipi hominibuſ: ut quecũq; ſibi ab aliiſ fieri cupiunt: hec eiſ & ipſi faciant: ne ſe inuicem turpitudine illicite uoluptatiſ oblectent. ¶ Et tamen ſaluberrimum ueriſſimumq; preceptum eſt: quecũq; uultiſ ut faciant uobiſ homineſ: eadem & uoſ facite illiſ. ¶ Et hoc unde: niſi quia hoc loco modo quodam proprio uolũtaſ poſita eſt: que in malo accipi non poteſt. ¶ Locutione uero uſitatiori q̃ frequẽtat maxĩe

conſuetudo ſermoniſ:non utiq; diceretur noli uelle mentiri omne mendacium: niſi eſſet & uoluntaſ mala: a cuiuſ prauitate illa diſtinguitur: quā predicauerūt angeli dicenteſ: pax in terra hominibuſ bone uoluntatiſ. Nam ex abundanti additum eſt bone: ſi eſſe non poteſt niſi bona. Quid autem magnum in caritatiſ laudibuſ dixiſſet apoſtoluſ: q non gaudeat ſuper iniquitate: niſi q̄a ita malignitaſ gaudet? Nam et apud auctoreſ ſecularium litterarum taliſ iſtorū uerborum indifferentia reperitur. Ait enim Cicero orator ampliſſimuſ. Cupio patreſ conſcripti uoſ eſſe de/mentes. Quia hoc uerbum ī bono poſuit: quiſ tam peruerſe doctuſ exiſtat: qui nō eum cupio ſed uolo potiuſ dicere debuiſſe contendat? Porro apud Terentium fla/gitioſuſ adoleſcēſ inſana flagranſ cupidine: nihil uolo aliud inq̄t niſi Philomenā. Quam uoluntatem fuiſſe libidinem: reſponſio que ibi ſerui eiuſ ſenioriſ inducitur ſatiſ indicat. Ait nanq; domino ſuo. Quanto ſatiuſ eſt te id dare operam: quo iſtum amorem ex animo amoueaſ tuo: q̄ id loqui quo magiſ libido fruſtra accendatur tua. Gaudium uero eoſ & in malo poſuiſſe ille ipe uirgilianuſ teſtiſ eſt uerſuſ: ubi haſ quatuor perturbationeſ ſumma breuitate complexuſ eſt. Hinc metuūt cupiūt gaudentq; dolentq;. Dixit etiā idem auctor mala mentiſ gaudia. Proinde uolūt cauent timēt gaudent et boni & mali. Atq; ut eadem aliiſ uerbiſ enūtiemuſ: cupiūt timent letant et boni & mali. Sed illi bene iſti male: ſicut hominibuſ ſeu recta ſeu peruerſa uoluntaſ eſt. Ipſa quoq; triſticia: pro qua ſtoici nihil in animo ſapientiſ inueniri poſſe putauerūt: reperitur in bono & maxīe apud noſtroſ. Nam laudat apoſtoluſ corinthioſ: q cōtriſtati fuerunt ſecundū deum. Sed fortaſſe quiſ dixerit illiſ apoſtolū fuiſſe congratulatū: q contriſtati fuerunt penitendo: qualiſ triſticia niſi eorum qui peccauerunt eſſe nō poteſt. Ita enim dicit. Video q epiſtola illa & ſi ad horam contriſtauit uoſ: nunc gaudeo. non quia cōtriſtati eſtiſ: ſed quia con/triſtati eſtiſ in penitentiā. Contriſtati enī eſtiſ ſecūdum deū: ut in nullo detrimentū patiamini ex nobiſ. Que enim ſecūdum deum triſticia eſt: penitentiam in ſalutem operatur: mundi autem triſticia operatur mortem. Ecce enim id ipm ſecundū deū cōtriſtari: quātam perfecit in nobiſ induſtriam. Ac per hoc poſſunt ſtoici pro ſuiſ partibuſ reſpōdere: ad hoc uideri utilem eſſe triſticiam: ut peccaſſe peniteat. In aīo aūt ſapientiſ ideo eſſe non poſſe: quia nec peccatum in eum cadit cuiuſ penitentia cōtriſtetur: nec ullum aliud malum quod perpetiendo & ſentiendo ſit triſtiſ. Nam et Alcibiadem ferunt ſi me de nomine hominiſ memoria non fallit: cū ſibi beatuſ uideretur: Socrate diſputante & ei q̄ miſer eſſet quoniā ſtultuſ eſſet demonſtrante fleuiſſe. Huic ergo ſtulticie fuit cauſa etiā huiuſ utiliſ optādeq; triſticie: qua homo eſſe ſe dolet quod eſſe non debet. Stoici autem non ſtultum ſed ſapientem aiunt triſtem eſſe non poſſe. Verum hiſ philoſophiſ quod ad hanc queſtionem de animi perturbationibuſ attinet: iam reſpondimuſ in nono huiuſ operiſ libro: oſtendenteſ eoſ non tam de rebuſ q̄ de uerbiſ cupidioreſ eſſe contentioniſ q̄ ueritatiſ.

Apud noſ autē iuxta ſcripturaſ ſacraſ ſanamq; doctrinā: ciueſ ſancte ciuitatiſ dei in huiuſ uite peregrinatione ſecūdum deum uiuenteſ metuunt: cupiuntq; dolent gaudentq;. Et quia rectuſ eſt amor eorum: iſtaſ omneſ affectioneſ rectaſ habent. Metuunt penam eternam: cupiūt uitam eternam. dolent in re: quia ipi in ſemetipſiſ adhuc ingemiſcunt adoptionem expectanteſ redemptionē corporiſ ſui. gaudēt in ſpe: quia fiet ſermo qui ſcriptuſ eſt. Abſorpta eſt morſ in uictoria. Item metuunt peccare: cupiunt pſeuerare: dolent in peccatiſ: gaudent in operibuſ boniſ.

Vt enim metuãt peccare: audiant: quoniã abundabit iniquitaſ refrigeſcet caritaſ multorum¶ Vt cupiant perſeuerare: audiant quod ſcriptum eſt: qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluuſ erit¶ Vt doleant in peccatiſ audiãt: ſi dixerimuſ q̃a peccatũ non habemuſ noſ ipſoſ ſeducimuſ & ueritaſ in nobiſ nõ eſt¶ Vt gaudeãt in opibuſ boniſ audiunt: hilarem datorem diligit deuſ¶ Itẽ ſicut ſe infirmitaſ eorũ firmitaſq; habuerit¶ metuunt temptari¶ cupiunt temptari¶ dolent in temptationibuſ¶ gaudent in temptationibuſ¶ Vt enim metuant temptari: audiãt ſi quiſ preoccupatuſ fuerit in aliquo delicto: uoſ qui ſpũaleſ eſtiſ inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudiniſ: intendenſ teipſm ne & tu tempteriſ¶ Vt autem cupiant temptari: audiant quẽdam uirum fortem ciuitatiſ dei dicentẽ. Proba me domĩe & tempta me: ure reneſ meoſ et cor meũ¶ Vt doleant in temptationibuſ: uident Petrum flentem¶ Vt gaudeant in temptationibuſ: audiunt Iacobum dicentem¶ Omne gaudium exiſtimate fra/treſ mei: cum in temptationeſ uariaſ incideritiſ¶ Non ſolum aũt propter ſemetipſoſ hiſ mouent affectibuſ: uerum etiam propter eoſ quoſ liberari cupiũt & ne pereãt metuunt: et dolent ſi pereunt & gaudẽt ſi liberantur¶ Illum quippe optimum et fortiſſimum uirum qui in ſuiſ infirmitatibuſ gloriatur: ut eum potiſſimum com/memoremuſ¶ qui in eccleſiam xp̃i ex gentibuſ uenimuſ¶ doctorẽ gentium in fide & ueritate: q̃ & pluſ omnibuſ ſuiſ coapoſtoliſ laborauit & pluribuſ epiſtoliſ populoſ dei noſ eoſ tantum qui preſenteſ ab illo uidebantur: uerũ etiam illoſ qui futuri p̃/uidebantur inſtruxit¶ Illum inq̃ uerum athletam xp̃i: doctum ab illo: unctum de illo: cruci fixũ cũ illo: glorioſum in illo: in theatro huiuſ mundi cui ſpectaculũ factuſ eſt et angeliſ et hominibuſ: legitime magnum agonẽ certantem & palmã ſuperne uocationiſ in anteriora ſectantem: oculiſ fidei libentiſſime ſpectãt gaudere cum gaudẽtibuſ¶ flere cum flentibuſ¶ foriſ habentẽ pugnaſ intuſ timoreſ¶ cupientẽ diſſolui et eſſe cum xp̃o¶ deſiderantem uidere romanoſ ut aliquem fructum ha/beat in illiſ ſicut et in ceteriſ gentibuſ¶ emulantem corinthioſ: et ipſa emulatione metuentem ne ſeducantur eorum menteſ a caſtitate que in chriſto eſt¶ magnam triſtitiam & continuum dolorem cordiſ de iſraelitiſ habentẽ q̃ ignoranteſ dei iuſ/titiã et ſuam uolenteſ conſtituere: iuſtitie dei non eſſent ſubiecti¶ nec ſolũ dolorẽ uerum etiam luctum ſuum denuntiantem quibuſdam¶ qui ante peccauerũt et nõ egerunt penitentiã ſup immũditia et fornicationibuſ ſuiſ¶ Hi motuſ hi affectuſ de amore boni et de ſancta caritate uenienteſ: ſi uitia uocanda ſũt: ſinamuſ ut ea que uere uitia ſunt uirtuteſ uocentur.¶ Sed cum rectam rationem ſequantur iſte affectioneſ: quando ubi oportet adhibentur: quiſ eaſ tunc morbidaſ ſeu uitioſaſ paſſioneſ audeat dicere¶ Quãobrem etiam ipſe dominuſ in forma ſerui agere uitã dignatuſ humanam ſed nullum habenſ omnino peccatum: adhibuit eaſ ubi ad/hibendaſ eſſe iudicauit¶ Neq; enim in quo uerũ erat hominiſ corpuſ et ueruſ hõiſ animuſ: falſuſ erat humanuſ affectuſ¶ Cum ergo eiuſ in euangelio iſta referuntur: q̃ ſuper duritia cordiſ iudeorum cum ira cõtriſtatuſ ſit & q̃ dixerit gaudeo propter uoſ ut credatiſ & q̃ Lazarum reſuſcitaturuſ etiam lacrimaſ fuderit: q̃ concupiuerit cum diſcipuliſ ſuiſ manducare paſcha & q̃ propinquante paſſione triſtiſ fuerit aĩa eiuſ uſq; ad mortẽ: non falſo utiq; referuntur¶ Verum ille hoſ motuſ certe diſpen/ſationiſ gratia ita cum uoluit ſuſcepit animo humano: ut cum uoluit factuſ eſt homo¶ Proinde quod fatendum eſt: etiam cum rectaſ & ſcd̃m deum habemuſ haſ affectioneſ huiuſ uite ſunt non illiuſ quam futuram ſperamuſ: et ſepe illiſ etiam inuiti cedimuſ¶ Itaq; aliquãdo q̃uiſ nõ culpabili cupiditate ſed laudabili caritate

moueamur: etiam dũ nolumuſ flemuſ. Habemuſ ergo eaſ ex humane conditõiſ infirmitate: non autem ita dominuſ Iheſuſ: cuiuſ et infirmitaſ fuit ex poteſtate. Sed dum uite huiuſ infirmitatem gerimuſ: ſi eaſ omnino nullaſ habeamuſ: tunc potiuſ non recte uiuimuſ. Vituperabat enim & deteſtabatur apoſtoluſ quoſdam: quoſ etiam eſſe dixit ſine affectione. Illoſ etiam culpauit ſacer pſalmuſ de quibuſ ait. Suſtinui qui ſimul contriſtaretur et non fuit. Nam omnino non dolere dum ſumuſ in hoc loco miſerie: profecto ſicut quidam etiam apud ſeculi huiuſ literatoſ ſenſit et dixit: non ſine magna mercede contingit immanitatiſ in animo: ſtuporiſ in corpore. Quocirca illa que aphatia grece dicitur: que ſi latine poſſet impaſſibilitaſ diceretur: ſi ita intelligenda eſt: ĩ animo quippe nõ ĩ corpore accipitur: ut ſine hiſ affectionibuſ uiuatur: que contra rationem accidunt mentemq; perturbant: bona plane et maxime optanda eſt: ſed nec ipſa huiuſ eſt uite. Non enim qualiumcũq; uox eſt: ſed maxime piorum multumq; iuſtorũ atq; ſãctorũ: ſi dixerimuſ quoniam peccatum non habemuſ: noſ ipſoſ ſeducimuſ et ueritaſ in nobiſ non eſt. Tunc itaq; aphatia iſta erit: quando peccatum ĩ homine nullum erit. Nũc uero ſatiſ bene uiuitur ſine crimine: ſine peccato autem qui ſe uiuere exiſtimat: non id agit ut peccatum non habeat: ſed ut ueniam non accipiat. Porro ſi aphatia illa dicenda eſt: cum animum contingere omnino non poteſt ulluſ affectuſ: quiſ hunc ſtuporem non omnibuſ uitiiſ iudicet eſſe peiorem. Poteſt ergo non abſurde dici: perfectam beatitudinem ſine ſtimulo timoriſ et ſine ulla triſticia futuram. Non ibi autem futurum amorem gaudiũq;: quiſ dixerit niſi omnimodo a ueritate ſecluſuſ? Si autem aphatia illa eſt: ubi nec metuſ ulluſ exterret nec angit dolor: auerſanda eſt ĩ hac uita ſi recte hoc eſt ſcd̃m deum uiuere uolumuſ. In illa uero beata que ſempiterna promittitur: timor plane ſuperanduſ eſt. Timor nãq; ille de quo dicit apoſtoluſ Iohanneſ: timor nõ eſt in caritate: ſed perfecta caritaſ foraſ mittit timorem: quia timor penam habet: qui autem timet non eſt perfectuſ in caritate: nõ eſt eiuſ generiſ timor cuiuſ ille quo timebat apoſtoluſ Pauluſ: ſñe corinthii ſerpentina ſeducerent aſtutia. Hũc enĩ timorẽ habet caritaſ: imo nõ habebit niſi caritaſ: ſed illiuſ eſt generiſ timor qui non eſt in caritate: de quo & ipſe apoſtoluſ Pauluſ ait. Non enim accepiſtiſ ſpiritum ſeruitutiſ iterum ĩ timore. Timor uero iſte caſtuſ permanenſ in ſeculum ſeculi: ſi erit et in futuro ſeculo: ſñã alio mõ non poteſt intelligi permanere in ſeculum ſeculi: non erit timor exterrenſ a malo quod accidere põt: ſed tenenſ in bono quod amitti nõ põt. Vbi enim boni adepti amor immutabiliſ eſt: profecto ſi dici poteſt: mali cauendi timor ſecuruſ eſt. Timoriſ quippe caſti nomine ea uoluntaſ ſignificata eſt: qua noſ neceſſe erit nolle peccare: & nõ ſolicitudĩe infirmitatiſ ne forte peccemuſ: ſed tranquillitate caritatiſ cauere peccatum. Aut ſi nulliuſ omnino generiſ timor eſſe poterit: ĩ illa certiſſima ſecuritate perpetuorum felicium q; gaudiorũ: ſic dictum eſt timor domini caſtuſ permanenſ in ſeculum ſeculi: quemadmodum dictum eſt patientia pauperum nõ peribit in eternum. Neq; enim eterna erit ipſa patientia: que neceſſaria non eſt niſi ubi toleranda ſunt mala: ſed eternum erit quo per patientiam peruenitur. Ita fortaſſe timor caſtuſ in ſeculum ſeculi dictuſ eſt permanenſ: quia id permanebit quo timor ipſe perducit. Que cum ita ſint: quoniam recta uita ducenda eſt qua perueniendum ſit ad beatam: omneſ affectuſ iſtoſ uita recta rectoſ habet: peruerſa peruerſoſ. Beata uero eademq; eterna amorem habebit et gaudiũ: non ſolũ rectũ uerum etiam certum: timorẽ autem et dolorem nullum. Vnde iã apparet utcũq;

quales eſſe debeant in hac pegrinatione ciues ciuitatis dei ſuiuentes ſcđm ſpiritū nō ſcđm carnem: hoc eſt ſcđm deum non ſcđm hominem: et quales in illa quo tendūt immortalitate futuri ſunt. Ciuitas porro hoc eſt ſocietas impiorum: nō ſcđm deū ſed ſcđm hominem uiuentium: et in ipſo cultu falſe contemptuq; uere diuinitatis: doctrinas hominum demonum ue ſectantium: his affectibus prauis tanq̄ morbis & perturbationibus quatitur. Et ſi quos ciues habet qui moderari tales motus et eos quaſi temperare uideantur: ſic impietate ſuperba elati ſunt: ut hoc ipſo ſint in eis maiores tumores: quo minores dolores. Et ſi nonnulli tanto immaniore quāto rariore uanitate hoc ī ſeipſis adornauerint: ut nullo prorſus erigant̄ et excitētur: nullo flectantur et inclinentur affectu: humanitatem totam potius admittunt q̄ ueram aſſequantur tranquillitatem. Non enim quia durum aliquid ideo rectū: aut quia ſtupidum ē: ideo ſanum.

Ed utrum primus homo uel primi homines (duorum erat quippe coniugiū) habebant iſtos affectus in corpore animali ante peccatum: quales ī corpore ſpirituali non habebimus omni purgato finitoq; peccato: nō immerito queritur. Si enim habebant: quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco id eſt in paradiſo. Quis tandem abſolute dici beatus poteſt: qui timore afficitur uel dolore. Quid autem timere uel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluētia bonorum: ubi nec mors metuebatur: nec ulla corporis mala ualitudo: nec aberat quidq̄ quod bona uoluntas adipiſceretur: nec inerat quod carnem animum ue hominis feliciter uiuentis offenderet. Amor erat imperturbatus ī deum: atq; inter ſe cōiugium fida et ſincera ſocietate uiuentium: et ex hoc amore grāde gaudium: nō deſiſtente quod amabatur ad fruendum. Erat deuitatio tranquilla peccati: qua manente nullum omnino aliūde malum quod contriſtaret irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad ueſcendum contingere: ſed mori metuebant: ac per hoc et cupiditas et metus iā tunc illos homines etiā in illo pturbabat loco. Abſit ut hoc exiſtimemus fuiſſe: ubi nullum erat omnino peccatum. Neq; enim nullum peccatum eſt: ea que lex dei prohibet cōcupiſcere: atq; ab his quoq; abſtinere timore pene non amore iuſticie. Abſit inq̄ ut ante omne peccatum iam ibi fuerit tale peccatū: ut hoc de ligno admitterent quod de muliere dominus ait: qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eam iam mechatus eſt eam ī corde ſuo. Quam igitur felices erant et nullis agitabantur perturbationibus animorū: nullis corporum ledebantur incōmodis: tā felix uniuerſa ſocietas eſſet humana: ſi nec illi malum quod etiam in poſteros traicerent: nec quiſq̄ ex eorum ſtirpe iniquitatem cōmitteret: que damnationem reciperet. Atq; iſta permanente felicitate: donec p illam benedictionem qua dictum eſt creſcite et multiplicamini: ſ predeſtinatorū ſanctorum numerus compleretur: alia maior daretur que beatiſſimis angelis data eſt: ubi iam eſſet certa ſecuritas peccaturum neminem eſſe: nemin emq; moriturū: & talis eſſet uita ſanctorum poſt nullū laboris et doloris mortis experimentū: qualis erit poſt hec omnia in incorruptione corporū reddita reſurrectione mortuorꝫ.

Ed quia deus cūcta preſciuit: ſet ideo hominem quoq; peccaturum ignorare non potuit: ſcđm id qđ preſciuit atq; diſpoſuit ciuitatem ſanctā eā debemus aſſerere non ſcđm illud quod in noſtrā cognitionem peruenire non potuit: quia ī dei diſpoſitione nō fuit. Non enim homo peccato ſuo diuinū potuit perturbare

conſilium: q̃ſi deum quod ſtatuerat mutare compulerit: cũ deuſ preſciendo utrũq́ preuenerit: id eſt et homo quẽ bonũ creauit q̃ malus eſſet futuruſ: & qd boni etiã ſic de illo eſſet ipſe facturuſ. ¶Deus enĩ et ſi dicit̃ ſtatuta mutare: unde tropica lo/cutione ĩ ſcripturiſ ſãctiſ etiã penituiſſe legit̃ deũ: iuxta id dicit̃ q̃ hõ ſperauerat: uel naturalium cauſarũ ordo geſtabat: nõ iuxta id qđ ſe omnipotenſ facturum eẽ preſciuerat. ¶Fecit itaq́ deuſ ſicut ſcriptũ eſt hoĩem rectum: ac per hoc uoluntatiſ bone. ¶Non enĩ rectuſ eẽt bonã nõ habenſ uolũtatẽ. ¶Bona igit̃ uolũtaſ opuſ ẽ dei: cũ ea qppe ab illo factuſ ẽ homo. ¶Mala uero uoluntaſ p̃ma: qm̃ omĩa mala opera p̃ceſſit ĩ hoĩe: defectuſ potiuſ fuit qdã ab ope dei ad ſua opa: q̃ opuſ ullũ. ¶Et ideo mala opa qa ſcd̃m ſe non ſcd̃m deum: ut eorum operũ tanq̃ fructuũ malorũ uo/lũtaſ ĩpa eſſet uelut arbor mala: aut ipſe homo in q̃ntum male uolũtatiſ. ¶Porro mala uolũtaſ q̃uiſ nõ ſit ſcd̃m naturã ſed cõtra naturã: qa uiciũ eſt: tñ eiuſ nature ẽ cuiuſ ẽ uiciũ: qđ niſi in natura nõ põt eẽ. ¶Sed ĩ ea quã creauit ex nihilo: nõ quã genuit creator de ſemetipõ: ſicut genuit uerbũ per qđ facta ſunt oĩa. ¶Quia & ſi de terre puluere deuſ finxit hoĩem: eadẽ terra omniſq́ terrena materieſ oĩno de nihilo ẽ: aĩamq́ de nihilo factã dedit corpi: cũ factuſ ẽ homo. ¶Vſq́ adeo aũt mala uin/cunt̃ a boniſ: ut q̃uiſ ſinant̃ eſſe ad demõſtrandum q̃ poſſit & ipiſ bene uti iuſticia p̃uidẽtiſſima creatoriſ. ¶Bona tñ ſine maliſ eſſe poſſint ſicut deuſ ipſe uerus & ſũmuſ: ſicut omniſ ſup iſtũ caliginoſũ aerẽ celeſtiſ inuiſibiliſ uiſibiliſq́ creatura. ¶Mala uero niſi in boniſ eſſe nõ poſſint: quia nature in qbuſ ſũt in q̃tũ nature ſũt utiq́ bone ſũt. ¶Detrahit̃ porro malum: non aliqua natura que acceſſerat uel ulla eiuſ parte ſublata: ſed ea que uiciata ac deprauata fuerat ſanata atq́ correcta. ¶Arbitriũ igit̃ uolũtatiſ tunc ẽ uere liberũ: cũ uiciiſ peccatiſq́ nõ ſeruit. ¶Tale datũ eſt a deo: qđ amiſſũ proprio uicio: niſi a quo dari potuit reddi non põt. ¶Vnde ueritaſ dicit: ſi uoſ filiuſ liberauerit: tunc uere liberi eritiſ. ¶Idip̃m ẽ ac ſi diceret: ſi uoſ filiuſ ſaluoſ fecerit: tunc uere ſalui eritiſ. Inde qppe liberator unde ſaluator. ¶Viuebat itaq́ hõ ſcd̃m deũ in paradiſo et corpali & ſpũali. ¶Neq́ enĩ erat paradiſuſ corporaliſ p̃pter corporiſ bona: & propter mẽtiſ non erat ſpũaliſ. ¶Aut uero erat ſpiritualiſ quo per interioreſ: & non erat corporaliſ quo per exterioreſ ſenſuſ homo frueretur. ¶Erat plane utrũq́ p̃pter utrũq́. ¶Poſtea uero q̃ ſuperbuſ ille ãgeluſ ac p̃ hoc inuiduſ: p̃ eandẽ ſupbiã a deo ad ſemetip̃m cõuerſuſ: & quodã q̃ſi tirannico faſtu gaudere de ſubditiſ q̃ eẽ ſubdituſ eligenſ: de ſpũali paradiſo cecidit. ¶De cuiuſ lapſu ſociorũq́ eiuſ q ex angeliſ dei ãgeli eiuſ effecti ſũt: in libriſ undecĩo & duodecimo huiuſ opiſ ſatiſ quantũ potui diſputaui. ¶Male ſuaſa uerſutia in hoĩſ ſenſũ ſerpere affectanſ: cui utiq́ ſtanti qm̃ ipſe ceciderat inuidebat: colubrũ in paradiſo corporali ubi cũ duobuſ illiſ hoĩbuſ maſculo et femina ãĩmalia etiam terreſtria cetera ſubdita et innoxia uerſabantur: ãĩmal ſcilicet lubricum & tortuoſiſ anfractibuſ mobile: o/peri ſuo cõgruum per quẽ loqueret̃ elegit: eoq́ p̃ angelicã preſentiã preſtantioreq́ naturam ſpirituali nequitia ſibi ſubiecto & tanq̃ inſtrumẽto abutenſ fallacia ſer/mocinatuſ eſt femine: a parte ſcilicet inferiore illiuſ humane copule incipienſ: ut gradatim perueniret ad totũ: non eſtimanſ uirũ facile credulum: nec errãde poſſe decipi: ſed dũ alieno cedit errori. ¶Sicut enĩ Aaron erranti populo ad idolũ fabri/candũ non cõſenſit inductuſ: ſed ceſſit obſtrictuſ: nec Salamonẽ credibile ẽ errore putaſſe idoliſ eſſe ſeruiendũ: ſed blãditiiſ femineiſ ad illa ſacrilegia fuiſſe cõpulſũ: ita credendũ eſt illũ uirũ ſue femine ſuni unũ hominẽ hoĩ: coniugẽ cõiugi: ad dei legẽ tranſgrediendum non tanq̃ uerum loquenti crediſſe ſeductum: ſed ſociali

neceſſitudine paruiſſe| Nõ enĩ fruſtra dixit apoſtolus Adã non ẽ ſeductus; mulier autẽ ſeducta eſt: niſi qa illa qđ ei ſerpens locutus ẽ tanq̃ uerũ eſſet accepit| ille autẽ ab unico noluit cõſortio dirimi| nec in cõione peccandi| nec ideo minus reus ſed ſciens prudenſq; peccauit| Vnde & apoſtolus nõ ait nõ peccauit: ſed non ẽ ſeductus| Nã utiq; ipſũ oſtẽdit ubi dicit: per unũ hominẽ intrauit peccatũ in mundũ: & paulo/ poſt apertius. in ſimilitudiẽ inq̃t p̃uaricatõis Ade| Hos autẽ ſeductos itelligi uoluit: q id quod faciunt non putant eſſe peccatũ. ille autẽ ſciuit| Alioquin quõ uerũ erit: Adam non ẽ ſeductus?| Sed inexptus diuine ſeueritatis in eo falli potuit: ut ueiale crederet eſſe cõmiſſũ| Ac per hoc ĩ eo qdem q mulier ſeducta ẽ non ẽ ille ſeductus: ſed eum fefellit| quomõ fuerat iudicandũ quod erat dicturus| mulier quam dediſti mihi ſotiã: ipa mihi dedit et mãducaui| Quid ergo opus eſt pluribus? Et ſi credẽdo non ſunt ambo decepti| peccando tñ ambo ſunt capti: et diaboli laqueis implicati.

SI quẽ uero mouet cur aliis peccatis ſic natura nõ mutet hũana| queadmodũ illa duorũ primoꝝ hoĩm preuaricatõe mutata ẽ| ut tante corruptioni q̃tam uidemus atq; ſentimus| & per hãc ſubiaceret & morti| ac tot & tãtis tanq̃ inter ſe cõ/ trariis perturbaretur et fluctuaret affectibus. q̃lis ĩ paradiſo ante peccatum licet in corpore ẽẽt aĩali| ſutiq; nõ fuit| ſi quis hoc mouet ut dixi: nõ ideo debet exiſtimare leue ac paruũ illud fuiſſe cõmiſſum| qa in eſca factũ eſt: nõ qdem mala nec noxia niſi qa prohibita| Neq; enĩ quidq̃ mali deus in illo tante felicitatis paradiſo crearet atq; plantaret| Sed obedientia commendata eſt in precepto| que uirtus in creatura rationali mater quodammõ eſt oĩum cuſtoſq; uirtutum| quando qdem ſic facta eſt ut ei ſubditã eẽ ſit utile| pernicioſũ autẽ ſuã nõ eius a quo creata ẽ facere uolũtatẽ. | Hoc itaq; de uno cibi genere nõ edendo ubi aliorũ tanta copia ſubiacebat| tã leue preceptum ad obſeruandã tam breue ad mẽoriam retinendũ| ubi preſertim nondũ uoluntati cupiditas reſiſtebat| quod de pena tranſgreſſionis poſtea ſubſecutum ẽ: tãto maiore iniuſticia uiolatum ẽ| quãto faciliore poſſet obſeruãtia cuſtodiri.

IN occulto autẽ mali eſſe ceperunt: ut in apertã inobedientiã laberent| Non enĩ ad malũ opus peruenirent: niſi preceſſiſſet mala uoluntas| Porro male uolũtatis inicium quid potuit eſſe niſi ſuperbia| Inicium enim oĩs peccati ſuperbia ẽ| Quid ẽ autẽ ſuperbia: niſi p̃uerſe celſitudinis appetitus?| Peruerſa enĩ eſt celſitudo| deſerto eo cui debet animus inherere: principiũ ſibi quodammõ fieri atq; eẽ| Principiũ hoc fit: cũ ſibi nimis placet| Sibi uero ita placet: cũ ab illo bono immutabili deficit: qđ ei magis placere debuit q̃ ipſe ſibi| Sponteneus autẽ eſt iſte defectus| qm ſi uoluntas ĩ amore ſuperioris immutabilis boni a quo illuſtrabatur ut uideret| & accendebat ut amaret: ſtabilis permaneret| nõ inde ad ſibi placendũ auerteret: et ex hoc tene/ breſceret & frigeſceret| ut uel illa uerũ crederet dixiſſe ſerpentẽ| uel ille dei mãdato uxoris preponeret uoluntatem| putaretq; ſe ueniabiliter tranſgreſſorẽ eſſe precepti: ſi uite ſue ſotiã non deſereret etiã in ſocietate peccati| Non ergo malũ opus factũ eſt id eſt illa tranſgreſſio: ut cibo prohibito ueſcerentur| niſi ab eis q mali iã erãt. Neq; enĩ fieret ille fructus malus: niſi ab arbore mala| Vt autem eſſet arbor mala cõtra naturam factum ẽ| qa niſi uicio uoluntatis quod cõtra naturã eſt| nõ utiq; fieret: ſed uicio deprauari niſi ex nihilo facta natura nõ poſſet| Ac per hoc ut natura ſit ex eo habet q a deo facta ẽ| ut autẽ ab eo qđ facta ẽ deficiat| ex hoc q de nihilo facta ẽ| Nec ſic defecit homo ut om̃ino nihil eſſet: ſed ut inclinatus ad ſeipſũ minus

eſſet q̄ eraticum ei q ſūme ē inherebat. Relicto itaq; deo: eſſe in ſemetipſo hoc ē ſibi placere: non iā nihil eſſe eſt ſed nihilo propinquare. Unde ſuperbi ſcd̄m ſcripturas ſanctas: alio noīe appellant̄ ſibi placentes. Bonū eſt enim ſurſum habere cor: nō tū ad ſeipſū qđ eſt ſuperbie: ſed ad dn̄m quod ē obedientie: que niſi humiliū non pōt eſſe. Eſt igitur aliquid humilitatis miro mō: qđ ſurſū faciat cor: & eſt ē aliqđ elatiōis quod deorſū faciat cor. Hoc quidē q̄ſi contrariū uidet̄: ut elatio ſit deorſū: & hu/militas ſurſū. Sed pia humilitas facit ſubditum ſuperiori. nihil ē autē ſuperius deo: et ideo exaltat hūilitas que facit ſubditū deo. Elatio aūt que ī uitio ē: eo ipſo quo reſpuit ſubiectionē: cadit ab illo quo non ē qđq̄ ſuperius: & ex hoc erit inferius: et fit quod ſcriptū eſt. Deiecisti eos cū extollerent̄. Nō enim ait cū elati fuiſſent: ut prius extollerent̄ et poſtea deicerent̄: ſed cū extollerent̄ tūc deiecti ſunt. Ipſū qppe extolli iam deici eſt. Quapropter q̄ nūc in ciuitate dei & ciuitati dei in hoc ſeculo peregrināti maxīe cōmendat̄ hūilitas: & in eius rege q ē xp̄us maxīe p̄dicat̄: con/trariūq; huic uirtuti elatiōis uitiū in eius aduerſario q ē diabolus maxīe dominari ſacris literis edocet̄. Profecto iſta ē magna differentia qua ciuitas unde loquimur utraq; diſcernit̄: una ſcilicet ſocietas piorū hoīm: altera impioꝝ: ſingula queq; cum angelis ad ſe ptinētibus: in qbus p̄ceſſit hac amor dei: hac amor ſui. Manifeſto ergo apꝛoq; peccato: ubi factū eſt quod deus fieri p̄hibuerat: diabolus hoīem non dece/piſſet: niſi iā ille ſibi ipſi placere cepiſſet. Hinc enī et delectauit qđ dictum eſt eritis ſicut dii: qđ melius eſſe poſſent ſūmo ueroq; principio coherēdo per obedientiā: nō ſuū ſibi exiſtendo priīcipiū p ſupbiā. Dii enī creati: nō ſua ueritate ſed dei ueri par/ticipatiōe ſunt dii: plus aūt appetēdo minus ē: q dū ſibi ſufficere diligit: ab illo q ei uere ſufficit deficit. Illud itaq; malū quo cū ſibi homo placet tanq̄ ſit et ipe lumē: auertitur ab eo lumine qđ ei ſi placet & ipſe fit lumen. Illud inq̄ malum p̄ceſſerat in abdito: ut ſequeret̄ hoc malum qđ perpetratū eſt ī aperto. Verū eſt enim quod ſcriptum ē. Ante ruinā exaltat̄ cor: & ante gloriā humiliat̄. Illa prorſus ruina que fit in occulto: precedit ruinam que fit ī manifeſto: dū illa ruina eē nō putat̄. Quis enī exaltationē ruinā putat: cum iā ſit ibi defectus: quo ē relictus excelſus. Quis autē ruinā eſſe nō uideat: qn̄ fit mādati euidens & īdubitata tranſgreſſio. Propter hoc deus illud p̄hibuit: quod cū eſſet admiſſum: nulla defendi poſſet imaginatione iuſticie. Et ideo audeo dicere: ſuperbis eē utile cadere in aliqđ apertū manifeſtūq; peccatū: unde ſibi diſpliceant qui iā ſibi placēdo ceciderat. Salubrius enī Petrus ſibi diſplicuit qn̄ fleuit: q̄ ſibi placuit qn̄ preſumpſit. Hoc dicit & ſacer pſalmus. Imple facies eoꝝ ignominia: et querent nomen tuū dn̄e: id eſt ut tu eis placeas querentibus nomē tuū: q ſibi placuerant querendo ſuum. De ſuperbia tranſgreſſionis q̄ peior fuit tranſgreſſione deterior

SEd eſt peior damnabiliorq; ſuperbia: qua etiā in peccatis manifeſtis ſuffugiū excuſationis inquiritur: ſicut illi primi homines: quorum & illa dixit ſerpens ſeduxit me & manducaui: & ille dixit mulier quam dediſti mihi hec mihi dedit de ligno et edi. Nuſq̄ hic ſonat petitio uenie: nuſq̄ imploratio medicine. Nā licet iſti non ſicut Cayn quod commiſerunt negēt: adhuc tū ſuperbia querit in aliū referre quod pperam fecit: ſuperbia mulieris in ſerpentē: ſuperbia uiri ī mulierē. Sed accu/ſatio potius q̄ excuſatio uera ē: ubi mandati diuini ē aperta tranſgreſſio. Neq; enī hoc propterea nō fecerunt: qa id mulier ſerpente ſuadēte: uir muliere impartiente cōmiſit: q̄ſi quidq̄ deo cui uel crederet̄ uel cederet̄ anteponendum fuit. De

Via ergo conteptus eſt deus iubenſq hominẽ creauerat: q ad ſuã imaginẽ
eum fecerat: qui ceteris animalibus prepoſuerat: qui in padiſo conſtituerat:
q rerũ oĩm copiã ſalutiſq preſtiterat: qui pceptis nec pluribus nec grandibus nec
difficilibus onerauerat: ſed uno breuiſſio atq leuiſſimo ad obediẽtie ſalubritatẽ
adminiculatus fuerat: quo ſup eã creaturã cui libera ſeruitus expediret ſe eẽ dñm
cõmonebat: iuſta damnatio ſubſecuta ẽ: taliſq damnatio: ut homo q cuſtodiẽdo
mãdatũ futurus fuerat etiã carne ſpiritualis fieret etiã mẽte carnalis: & q a ſupbia
ſibi placuerat: dei iuſticia ſibi donaretur: ne ſicut affectabat in ſua eſſet omnimõ
ptãte: ſed a ſeipo quoq diſſẽtiens: ſub illo cui peccãdo conſenſit: p libertate quam
cõcupiuit durã miſerãq ageret ſeruitutẽ mortuus ſpũ uolens: & corpe moriturus
inuitus: deſertor eterne uite: etiã eterna niſi gratia liberaret morte dãnatus. Quiſq
huiuſmõi dãnationẽ uel nimiã uel iniuſtã putat: metiri pfecto neſcit quãta fuerit
i peccãdo iniqtas: ubi tãta erat nõ peccãdi facilitas. Sicut enĩ abrae non ĩmerito
magna obedĩa pdicat: qa ut occideret filiũ res difficillĩa ẽ ipa iuſſa: ita & in padiſo
tanto maior inobediẽtia fuit: quãto id qđ pceptũ ẽ nullius difficultatis fuit. Et
ſicut obedientia ſecundi hominis eo predicabilior quo factus eſt obediens uſq ad
mortem: ita inobedientia primi hõis eo deteſtabilior quo factus ẽ inobediens uſq
ad mortem. Ubi enĩ magna ẽ inobedientie pena propoſita: & res a creatore facilis
impata: quiſnã ſatis explicet quãtũ malũ ſit nõ obedire in re facili & tãte ptãtis
ĩperio: & tãto terrenti ſupplitio? Denique ut breuiter dicat: in illius peccati pena:
quid inobedientie niſi inobedientia retributa ẽ? Nã que hõis ẽ alia miſeria: niſi
aduerſus eũ ipſũ inobedientia eius ipſius: ut qm noluit quod potuit: qđ non põt
uelit? In padiſo enĩ etiã ſi non omnia poterat ante peccatũ: quidquid tamẽ non
poterat non uolebat: & ideo poterat omnia que uolebat. Nũc uero ſicut ĩ eius
ſtirpe cognoſcimus: & diuina ſcriptura teſtat: homo uanitati ſimilis factus ẽ. Quis
enim enumerat q̃ multa que non poteſt uelit: dum ſibi ipſe id eſt uoluntati eius
ipſe animus eius: eoq inferior caro eius nõ obtẽpat? Ipſo naq inuito: & animus
plerũq turbatur: & caro dolet: & ueteraſcit: & moritur: & quidqd aliud patimur:
quod nõ pateremur inuiti: ſi uoluntati noſtre noſtra natura omnimodo atq ex
omnibus partibus obediret. At enĩ aliqd caro patit: quo ſeruire non ſinitur. Quid
intereſt unde: dum tamẽ per iuſticiã dñantis dei cui ſubditi ſeruire noluimus: caro
noſtra que nobis ſubdita fuerat nõ ſeruiẽdo moleſta ſit: q̃uis nos deo nõ ſeruiẽdo
moleſti nobis potuerimus eſſe non illi? Neq enim ſic ille noſtro ut nos ſeruitio
corporis indigemus: et ideo noſtra ẽ quod percipimus: nõ illius pena qđ fecimus.
Dolores porro qui dicuntur carnis aĩe ſũt in carne et ex carne. Quid enim caro
per ſeipſã ſine anima uel dolet uel cõcupiſcit? Sed cũ cõcupiſcere caro dicitur uel
dolere: aut ipſe homo eſt ſicut diſſeruimus: aut aliquid anime quod carnis afficit
paſſio: uel aſpera ut faciat dolorem: uel lenis ut uoluptatẽ. Sed dolor carnis tã-
tũmodo offenſio eſt anime ex carne: & quedã ab eius paſſione diſſenſio: ſicut aĩe
dolor que triſticia nuncupat: diſſenſio eſt ab his que nobis nolentibus acciderũt.
Sed triſticiã plerũq precedit metus: qui & ipſe in anima ẽ non in carne. Dolorẽ
autem carnis nõ pcedit ullus q̃ſi metus carnis: qui ante dolorẽ in carne ſentiatur:
uoluptatẽ uero precedit quidam appetitus qui ſentit in carne: q̃ſi cupiditas eius:
ſicut fames et ſitis: et ea que in genitalibus uſitatius libido nominatur: cũ hoc ſit
generale uocabulũ omnis cupiditatis. Nã et ipſã iram nihil aliud eſſe q̃ ulciſcẽdi
libidinẽ ueteres diffinierũt: q̃uis nõ nunq̃ homo ubi uindicte nullus eſt ſenſus etiã

rebuſ inanibuſ iraſcat: ut male ſcribentē ſtilū collidat: uel calamū frangat iratuſ. Ve⁊ et iſta licet irrationabilior: tñ quedā ulciſcendi libido ē: & neſcio qua ut ita dixerim q̈ſi umbra retributionis: ut q mala faciunt mala patiant. Et igit libido ulciſcēdi que ira dicit: ē libido habendi pecuniā que auaritia: ē libido quõcunq uincendi que peruicatia: eſt libido gloriandi que iactantia nuncupat. Sūt multe uarieq: libidineſ: qua⁊ nõnulle habēt etiā uocabula ꝓpria: quedā uero nõ habēt. Quiſ enim facile dixerit quid uocet libido dominãdi: quā tamen plurimū ualere ī tirãno⁊ animiſ etiā ciuilia bella teſtant?

Vm igit ſint multarū libidineſ re⁊: tñ cum libido dicit neq cuiuſ rei libido ſit addit: nõ fere aſſolet animo occurrere: niſi illa qua obſcene parteſ corpiſ excitantur. Hec autē ſibi nõ ſolū totum corpuſ nec ſolū extrinſecuſ: uerū etiam intrinſecuſ uendicat: totūq commouet hominem: animi ſimul affectu cum carniſ appetitu cõiuncto atq ꝑmixto: ut ea uoluptaſ ſequat q̈ maior in uoluptatibuſ corporiſ nulla ē: ita ut momento ipſo temporiſ quo ad eiuſ peruenit extremum: pene omniſ acieſ & quaſi uigilia cogitationiſ obruat. Quiſ autē amicuſ ſapientie ſanctorūq gaudio⁊ coniugalem agenſ uitā: ſed ſicut apoſtoluſ monuit ſciēſ ſuū uaſ poſſidere in ſanctificatione & honore: nõ in morbo deſiderii ſicut et gēteſ que ignorant deū: non mallet ſi poſſet ſine hac libidine filioſ procreare: ut etiā in hoc ſerende proliſ officio ſic eiuſ menti ea que ad hoc opuſ creata ſūt: quēadmodum cetera ſuiſ queq operibuſ diſtributa mēbra ſeruirent: nutu uolūtatiſ acta nõ eſtu libidiniſ incitata? Sed neq ipſi amatoreſ huiuſ uoluptatiſ: ſiue ad concubituſ cõiugaleſ ſiue ad immunditiaſ flagitiorum cum uoluerint commouentur: ſed aliqñ importunuſ eſt ille motuſ nullo poſcente: aliqñ autem deſtituit inhiantem. et cum in animo concupiſcētia ferueat friget in corpore: atq ita mirum in modum non ſolum generandi uoluntati: uerū etiā laſciuiendi libidini libido non ſeruit. & cum tota plerumq menti cohibenti aduerſetur nonnunq̄ aduerſuſ ſeipſa diuiditur: cõmotoq animo in commouendo corpore ſeipſa non ſequitur.

M Erito huiuſ libidiniſ maxime pudet: merito & ipſa mēbra que ſuo quodam ut ita dixerim iure: non omnimodo ad arbitrium noſtrum mouentur aut non mouentur: pudenda dicuntur: quod ante peccatum hominiſ non fuerunt. Nam ſicut ſcriptum eſt nudi erāt & nõ confūdebant: nõ ꝙ eiſ ſua nuditaſ eſſet incognita: ſed turpiſ nuditaſ nõ dum erat: quia nondum libido membra illa preter arbitrium cõmouebat: nõ dū ad hoiſ inobedientiā redarguendā ſua inobediētia caro quodāmõ teſtimoniū perhibebat. Neq enim ceci creati erāt ut imperitum uulguſ opinatur: quãdo quidē & ille uidit aīalia quibuſ nomina impoſuit: ſet de illa legit uidit mulier quia bonū eſt lignū in eſcā: et quia placet oculiſ ad uidendū. Patebant ergo oculi eorum: ſed ad hoc non erant aperti hoc eſt non attenti: ut cognoſcerent quid eiſ indumento gratie preſtaret: quãdo membra eorū uoluntati repugnare neſciebāt. Qua gratia remota: ut pena reciproca inobediētia plecteret: extitit in motu corpiſ quedā impudenſ nouitaſ: unde eēt indecenſ nuditaſ: & fecit attētoſ reddiditq cõfuſoſ. Hic eſt ꝙ poſtea q̈ mandatū dei aperta tranſgreſſione uiolarūt: ſcriptū ē de illiſ. Et aperti ſunt oculi ambo⁊: & cognouerūt q̈ nudi erāt: et conſuerūt folia ficuſ & fecerunt ſibi cāpeſtria. Aperti ſūt inquit oculi amborū: nõ ad uidendū nãet antea uidebãt: ſed ad diſcernendum inter bonū quod amiſerant et malū q̄uo ceciderant.

Vnde & ipſum lignum eo ꝙ iſtam faceret dinoſcētiā ſi ad ueſcendū contra uetitū tangeretur: ex ea re nomē accepit ut appellaretur lignū ſciētie boni et mali. Ex aperta enī morbi moleſtia: euidētior fit etiā iocūditas ſanitatis. Cognouerūt ergo q̄ nudi erant: nudati ſcilicet ea gratia: q̄ fiebat ut nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorū repugnante confūderet. Hoc itaq̄ cognouerūt: quod felicius ignorarent: ſi deo credentes & obediētes nō cōmitterēt quod eos cogeret experiri: infidelitas & inobedientia quid noceret. Proinde cōfuſi īobediētia carnis ſue: tāq̄ teſte pena īobediētie ſue: cōſuerūt folia fici et fecerūt ſibi cāpeſtria id ē ſuccīctoria genitaliū. Nā quidā interpretes ſuccinctoria poſuerunt. Porro aūt cāpeſtria latinū quidē uerbū ē: ſed ex eo dictū: ꝙ iuuenes qui nudi exercebant in campo pudēda operiebāt: unde q̄ ita ſuccincti ſūt campeſtratos uulgus appellat. Quod itaq̄ aduerſus damnatā culpā īobediētie uoluntatē libido inobediēter mouebat: uerecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gētes qm̄ ab illa ſtirpe procreate ſūt: uſq̄adeo tenent in uſu pudenda uelare: ut q̄dam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant: ſed cum earū tegumentis lauant. per opacas quoq̄ īdie ſolitudines cū quidā nudi philoſophentur: unde gymnoſophiſte noīant: adhibēt tamē genitalibus tegumenta: qb̄us p̄ cetera mēbroꝝ carēt.

OPus uero ipſum quod libidine tali peragit: nō ſolum in quibuſq̄ ſtupris ubi latebre ad ſubterfugienda hūana iudicia requirūt: uerū etiā ī uſu ſcortorū quā terrena ciuitas licitā turpitudinē fecit: q̄uis id agat quod eius ciuitatis nulla lex uindicat: deuitat tamen publicū etiā permiſſa atq̄ īpunita libido conſpectū: et uerecūdia naturali habent prouiſum lupanaria ipa ſecretum: faciliuſq̄ potuit impudicitia nō habere uincula p̄hibitionis: q̄ īpudentia remouere latibula illius feditatis. Sed hanc etiam ipſi turpes turpitudinē uocant: cuius licet ſint amatores: oſtentatores eſſe non audent. Quid cōcubitus cōiugalis: qui ſcd̄m matrimonialiū preſcripta tabularum procreandorum fit cauſa liberorum: Nonne et ipſe q̄q̄ ſit licitus et honeſtus remotū ab arbitris cubile cōquirit: Nōne omnes famulos atq̄ ipſos etiā paranimphos et quoſcunq̄ ingredi quelibet neceſſitudo p̄miſerat: ante mittit foras: q̄ uel blandiri coniunx coniugi incipiat: Et quoniā ſicut ait quidam etiā romani maximus auctor eloq̄: omnia recte facta in luce ſe collocari uolūt. id eſt appetūt ſciri: hoc recte factū ſic appetit ſciri: ut tamē erubeſcat uideri. Quis enim neſcit ut filii procreent quid inter ſe cōiuges agant: quādo quidē ut id agat tanta celebritate ducunt uxores: et tū cum agit unde filii naſcantur: nec ipi filii ſi qui inde iam nati ſūt teſtes fieri permittuntur: Sic enī hoc recte factum ad ſui notitiā lucem appetit animorum: ut tamen refugiat oculorum. Vnde hoc niſi q̄ ſic geritur quod deceat ex natura: ut etiā quod pudeat comitetur ex pena.

HInc eſt ꝙ et illi philoſophi q̄ ueritati p̄pius acceſſerūt: iram atq̄ libidinem uitioſas animi partes eē confeſſi ſūt: eo ꝙ turbide atq̄ inordinate mouerēt ad ea etiā que ſapiētia p̄petrari uetat: ac per hoc opus habere moderatrice mente atq̄ rōe. Quā partem animi tertiā uelut in arce quadā ad iſtas regendas p̄hibēt collocatam: ut illa imperante iſtis ſeruientibus: poſſit in hoīe iuſtitia ex oīi animi parte conſeruari. He igitē partes quas & in homīe ſapiente ac temperante fatentur eſſe uitioſas: ut eas ab his rebus ad quas iniuſte mouentur: mens compeſcendo et

cohibendo refrenet ac reuocet: atq; ad ea pmittat que ſapientie lege cõceſſa ſũt: ſicut iram ad exercendam iuſtã coertionẽ: ſicut libidinem ad propagande prolis officiũ: he inq̃ partes in paradiſo ante peccatũ uitioſe non erant. Non enĩ contra rectã uoluntatem ad aliqd mouebant̃: unde neceſſe eſſet eas rationis tanq̃ frenis regentibus abſtinere. Nam ꝙ nũc ita mouent̃: et ab eis qui tẽperanter et iuſte & pie uiuũt: alias facilius alias difficilius: tamen cohibendo et refrenãdo modificãt̃: non eſt utiq; ſanitas ex natura ſed languor ex culpa. Quod autẽ ire opa aliarũq; affectionum: in quibuſq; dictis atq; factis non ſic abſcondit uerecũdia ut opera libidinis que fiunt genitalibus membris: qd cauſe ẽ niſi qa in ceteris membra corpis nõ ipſe affectiones: ſed cũ eis cõſenſerit uolũtas mouet: que i uſu eoꝝ omnino dñat̃? Nam qſquis uerbũ emittit iratus: uel etiã quẽq̃ percutit: non poſſet hoc facere niſi lingua et manus iubente quodãmõ uoluntate mouerent̃: que membra etiã cũ ira nulla eſt mouent̃ eadẽ uoluntate. At uero genitales corporis partes ita libido ſuo iuri quodãmõ mãcipauit: ut moueri non ualeant ſi ipſa defuerit: et niſi ipſa uel ultro uel excitata ſurrexerit. Hoc ẽ quod pudet: hoc ẽ qđ intuentiũ oculos eru/beſcendo deuitat. Magiſq; fert homo ſpectantium multitudinem quando iniuſte iraſcitur homini: q̃ uel unius aſpectum quando iuſte miſcet̃ uxori.

HOc illi canini philoſophi hoc ẽ cinici nõ uiderunt: proferentes cõtra hũanã uerecundiã: quid aliud q̃ caninã hoc ẽ imundam ĩpudentemq; ſententiã: ſut ſcilicet qm̃ iuſtum ẽ quod fit cum uxore: palã non pudeat id agere: nec i uico nec platea qualibet coniugalẽ concubitũ deuitare. Vicit tñ pudor naturalis opĩonem eius erroris. Nã & ſi perhibent hoc aliquãdo gloriabundum feciſſe Dyogenem: ita putantem ſectã ſuã nobiliorẽ futurã: ſi i hoĩm memoriã inſignior eius impudẽtia figeretur: poſtea tñ a cinicis fieri ceſſatum eſt: pluſq; ualuit pudor ut erubeſcerent hoĩes hominibus: q̃ error ut hoĩes canibus eſſe ſimiles affectarent. Vnde et illum uel illos q hoc feciſſe referunt̃: potius arbitror concũbentiũ motus dediſſe oculis hominum neſcientium quid ſub pallio gereretur: q̃ humano premente conſpectu potuiſſe illam peragi uoluntatem. Ibi enim philoſophi non erubeſcebant uideri ſe uelle concũbere: ubi libido ipſa erubeſceret ſurgere. Et nunc uidemus adhuc eſſe philoſophos cinicos. Hi enĩ ſunt qui non ſolum amiciunt̃ pallio: fuerũ etiã clauã ferunt. nemo tamẽ eorum audet hoc facere: quod ſi aliqui auſi eſſẽt: ut nõ dicam ictibus lapidantium: certe conſpuentiũ ſaliuis obruerent̃. Pudet igitur huius libi/dinis humanã ſine ulla dubitatione naturã: & merito pudet. In eius qppe ĩobediẽtia que genitalia corporis membra ſolis ſuis motibus ſubdidit: & poteſtate uoluntatis eripuit: ſatis oſtendit̃ qd ſit hoĩs illi prime inobediẽtie retributũ quod in ea parte maxĩe oportuit apparere qua generatur ipſa natura: que illo primo & magno in deterius ẽ mutata peccato: a cuius nexu nullus eruitur: niſi id qđ cũ omnes in uno eſſent in communem perniciẽ ꝑpetratum eſt: & dei iuſticia uindicatũ: dei gratia in ſingulis expietur.

ABſit itaq; ut credamus illos cõiuges in paradiſo conſtitutos: per hãc libidinẽ de qua erubeſcendo eadẽ mẽbra texerũt: ĩpleturos fuiſſe quod in ſua bene/dictione deus dixit: creſcite et multiplicamini et ĩplete terrã. Poſt peccatũ qppe orta eſt hec libido: poſt peccatum eam natura non ĩpudens amiſſa poteſtate cui corpus ex omni parte ſeruiebat: ſenſit: attẽdit: erubuit: operuit. Illa uero bñdictio

nuptiarum: ut cõiugati creſcerent & multiplicarent̃ et ĩplerent terram: quãuis et in delinquẽtibus manſerit: tñ anteq̃ delinquerẽt data ẽ: ut cognoſceret̃ pcreationẽ filiorum ad gloriã cõnubii non ad penã pertinere peccati. Sed nunc hoĩes pfecto illius que in paradiſo fuit felicitatis ignari: niſi per hoc quod expti ſunt: id eſt per libidinẽ de qua uidemus ipſam etiã honeſtatem erubeſcere nuptiarũ: non potuiſſe gigni filios opinant̃. alii ſcripturas diuinas ubi legit̃ poſt peccatũ puduiſſe nuditatis & pudenda eſſe contecta: prorſus nõ accipiẽtes: ſed infideliter irridentes alii uero q̃uis eas accipiant et honorent: illud tñ qđ dictũ ẽ creſcite & multiplicamini non ſcđm carnalem fecunditatem uolunt intelligi: qa et ſcđm animam legit̃ tale aliquid dictũ. Multiplicabis in anima mea uirtutem: ut id quod in geneſi ſequitur et implete terram et dñamini eius: terram intelligãt carnem quam preſentia ſua implet anima eiuſq; que maxime dominat̃ cum in uirtute multiplicatur. Carnales aũt fetus ſine libidine que poſt peccatũ exorta inſpecta: confuſa: uelata ẽ: nec tũc naſci potuiſſe ſicut neq; nunc poſſunt: nec ĩ padiſo futuros fuiſſe: ſed foris ſicut et factũ ẽ. Nã poſteaq̃m inde dimiſſi ſũt: ad gignẽdos filios coierũt eoſq; genuerũt.

NOs autem nullo modo dubitamus: ſcđm benedictionem dei creſcere et multiplicari et ĩplere terrã: donũ eſſe nuptiarũ quas deus ante peccatũ hoĩs ab initio conſtituit: creando maſculum et feminã: qui ſexus euidens utiq; in carne ẽ. Huic qppe operi dei et benedictio ipſa ſubiuncta eſt. Nã cũ ſcriptura dixiſſet maſculũ et feminã fecit eos: cõtinuo ſubdidit & benedixit eos deus dicens: creſcite et multiplicamini et implete terram: et dñamini eius et cetera. Que oĩa q̃quã nõ inconuenienter poſſint etiã ad intellectũ ſpiritualẽ referri: maſculus tñ & femina non ſicut ſimile aliquid etiã in homine uno intelligi põt: qa uidelicet in eo aliud eſt quod regit aliud quod regitur: ſed ſicut euidentiſſime apparet in diuerſi ſexus corporibus maſculum & feminam ita creatos: ut prolem generando creſcerent et multiplicarentur et implerẽt terrã. Cui ſentẽtie tam euidenti magne abſurditatis eſt reluctari. Neq; enim de ſpiritu qui imperat et carne que obtẽperat: aut de aĩo rationali qui regit: & irrationali cupiditate que regit̃: aut de uirtute cõtẽplatiua que excellit: et de actiua que ſubdit̃: aut de intellectu mentis & ſenſu corporis: ſed aperte de uinculo coniugali quo inuicẽ ſibi uterq; ſexus obſtringitur dominus interrogatus: utrũ liceret quacũq; cauſa dimittere uxorem: q̃m propter duritiam cordis iſraelitarum Moyſes dare libellum repudii permiſit: reſpõdit atq; ait. Nõ legiſtis qa qui fecit hominẽ ab ĩitio: maſculum et feminã fecit eos et dixit: ppter hoc dimittet homo patrem et matrẽ et adherebit uxori ſue: et erunt duo ĩ carne una. Itaq; iam non ſunt duo ſed una caro. Quod ergo deus cõiunxit homo non ſeparet. Certũ eſt igitur maſculum et feminam ita primitus inſtitutos: ut nũc hoĩes duos diuerſi ſexus uidemus et nouimus: unũ autem dici uel propter cõiunctionẽ: uel propter originem femine que de maſculi latere creata eſt. Nã et apoſtolus p hoc primum quod deo inſtituente preceſſit exemplum: ſingulos quoſq; admonet ut uiri uxores ſuas diligant.

QUiſq; aũt dicit non fuiſſe coituros nec generaturos niſi peccaſſent: quid dicit niſi propter numeroſitatem ſanctorum neceſſarium hominis fuiſſe peccatum? Si enim non peccando ſoli remanerent: qa ſicut putant niſi peccaſſent generare non poſſent: pfecto ut non ſoli duo iuſti hoĩes poſſent eẽ ſed multi: neceſſariũ peccatũ

fuit. Quod ſi credere abſurdú eſt: illud potius eſt credendum: q̄ ſáctorú numerus
q̄ntus complende illi ſufficit beatiſſime ciuitati tantus exiſteret et ſi nemo pec/
caſſet. q̄ntus nunc per dei gratiam de multitudine colligit̃ peccatorꝝ: quouſq; filii
huius ſeculi generant & generantur. Et ideo ille nuptie digne felicitate paradiſi
ſi peccatú non fuiſſet: et diligendá prolem gignerent: et pudendam libidinem non
haberent. Sed quomõ id fieri poſſet: nunc non eſt quo demonſtretur exẽplo: nec
ideo tñ incredibile debet uideri: etiá illud unú ſine iſta libidine uoluntati potuiſſe
ſeruire: cui tot membra nunc ſeruiunt. At uero manus et pedes mouemus cú uolu/
mus ad ea que his mẽbris agenda ſũt ſine ullo renisu táta facilitate q̄ta & i nobis
& in aliis uidemus maxĩe in artificibus quorúq; operꝝ corporaliú: ubi ad exercẽdá
infirmiorem tardioremq; naturá agilior acceſſit induſtria: et nõ credimus ad opus
generationis filiorum: ſi libido non fuiſſet que peccato inobedientie retributa eſt:
obedienter hominibus ad uolũtatis nutũ ſimiliter ut cetera potuiſſe illa membra
ſeruire? Nõne Cicero in libris de republica cũ de ĩpiorú differentia diſputaret: et ē
huius rei ſimilitudinẽ ex natura hõis aſſumeret: ut filios dixit ĩpari corpis mẽbris
propter obediendi facilitatẽ: uiciosas uero aĩmi partes ut ſeruos aſperius coerceri?
Et utiq; ordine naturali animus anteponitur corpori: & tamẽ ipſe animus impat
corpori facilius q̄m ſibi. Veruntamen hec libido de qua nunc diſſerimus: eo magis
erubeſcenda exiſtit: quo animus in ea nec ſibi efficaciter impat ut oĩno nõ libeat:
nec omninõ corpori: ut pudenda membra uoluntas potius q̄ libido commoueat.
Quod ſi ita eſſet: pudenda non eſſent. Nũc uero pudet aĩmú reſiſti ſibi a corpe:
quod ei natura inferiore ſubiectũ eſt. In aliis q̄ppe affectionibus cum ſibi reſiſtit:
ideo minus pudet quia cum a ſeipſo uincit̃ ipſe ſe uincit: & ſi iordinate atq; uicioſe:
q̃a ex his partibus que rationi ſubici debẽt: tamẽ a partibus ſuis ac ꝑ hoc ut dictũ
eſt a ſeipſo uincitur. Nã cũ ordinate ſe animus uincit: ut irrationales motus eius
menti rationiq; ſubdantur: ſi tñ & illa deo ſubdita eſt: laudis atq; uirtutis ē. Minus
tamen pudet: cum ſibi aĩmus ex uicioſis ſuis partibus nõ obtẽpat: q̄ cum ei corpus
quod alterum ab illo atq; infra illum eſt: et cuius ſine illo ulla natura non uiuit:
uolenti iubentiq; nõ cedit. Sed cum alia membra retinentur uoluntatis imperio:
ſine quibus illa que contra uoluntatẽ libidine concitant̃ id quod appetũt ĩplere
non poſſunt: pudicitia cuſtoditur: nõ amiſſa ſed nõ permiſſa delectatione peccati.
Hunc reniſum: hanc repugnátiam: hanc uolũtatis et libidinis rixam: uel certe ad
uoluntatis ſufficientiá libidinis indulgentiá: proculdubio niſi culpabilis iobediẽtia
penali inobediẽtia plecteret: in paradiſo nuptie non haberent: ſed uolũtati mẽbra
illa ut cetera cũcta ſeruirent. Ita genitale aruum uas in hoc opus creatũ ſeminaret:
ut nunc terrã manus & q̄d modo de hac re nobis uolentibus diligentius diſputare
uerecundia reſiſtit: & cõpellit ueniã honore prefato a pudicis auribus poſcere: cur
id fieret nulla cauſa eſſet: ſed in omnia que de huiuſmodi membris ſenſum cogitãtis
attingerent: ſine ullo timore obſcenitatis liber ſermo ferretur: nec ipſa uerba eſſent
que uocarentur obſcena: ſed quicq̄d inde diceret̃ tã honeſtum eſſet: q̄ de aliis cum
loq̄mur corpis partibus. Quiſq; ergo ad has literas ĩpudicus accedit: culpã refugiat
non naturã: facta denotet ſue turpitudinis: non uerba noſtre neceſſitatis. In q̄bus
mihi facillime pudicus & religioſus lector uel auditor ignoſcit: donec infidelitatẽ
refellam. non de fide rerum inexpertarum: ſed de ſenſu expertorum argumẽtantem.
Legit enim hec ſine offenſione: qui non exhorret apoſtolum horrenda feminarũ
flagitia reprehendentem: que ĩmutauerũt naturalẽ uſum in eũ uſum qui ẽ cõtra

naturam/precipue qa nos non damnabilē obſcenitatē nūc ſicut ille cōmēoramus atq; reprehendimus/ ſed in explicandis quantum poſſumus humane generationis effectibus: uerba tñ ſicut ille obſcena deuitamus.

SEminaret igr̄ prolē uir: ſuſciperet femina genitalibus membris: qñ id opus eſſet et quantū opus eſſet: uoluntate motis non libidine concitatis. Neq; enī ea ſola membra mouemus ad nutū que cōpactis articulata ſūt oſſibus/ ſicut pedes et manus et digitos/ uerū etiam illa que mollibus remiſſa ſunt neruis: cū uolumus mouemus agitando et porrigendo producimus/ et torquēdo flectimus/ et cōſtrin/gendo duramus/ ſicut ea ſunt que in ore ac facie quantū poteſt mouet uoluntas. Pulmones denique ipſi omnium medullarū molliſſimi ac uiſcerum: et ab hoc antro pectoris cōmuniti: ad ſpiritum ducendū ac remittendum uocemq; emittendam ſeu modificandam: ſicut folles fabrorum uel organorum: flantis: reſpirantis: loquētis: clamantis: cantantis: ſeruiunt uoluntati. Omitto q̄ aīalibus quibuſdā naturaliter inſitum eſt: ut tegmen quo corpus omne ueſtitū/ ſi quid in quocūq; loco eius ſenſerit ambigendum: ibi tantum moueant ubi ſentiunt nec ſolū inſidentes muſcas: uerū etiā herentes haſtas cutis tremore diſcutiant. Nunquid qa id non pōt homo: ideo creator quibus uoluit aīantibus donare nō potuit? Sic ergo et ipſe homo potuit obedientiam etiam inferiorum habere membrorum: quā ſua īobedientia pdidit. Neq; enim deo difficile fuit ſic illum condere: ut in eius carne etiam illud nō niſi eius uoluntate moueretur: quod nunc niſi libidine non mouetur. Nam et hoīm quorundam naturas nouimus multū ceteris diſpares/ et ipſa raritate mirabiles: nō/nulla ut uolunt de corpore ſuo facientiū: que alii nullo modo poſſunt: et audita uix credunt. Sunt enī q et aures moueant: uel ſingulas uel ambas ſimul. Sunt qui totam ceſariem capite immoto quantum capilli occupant deponunt ad frōtem: reuocantq; cū uolunt. Sunt qui eorū que uorauerunt incredibiliter plurima et uaria: paululū precordiis contrectatis tanq̄ de ſacculo quod placuerit integerrimū proferunt. Quidam uoces auium pecorumq; & aliorum quorūlibet hominum ſic imitantur atq; exprimunt/ ut niſi uideantur diſcerni omnino non poſſint. Nōnulli ab imo ſine pudore ullo ita numeroſos pro arbitrio ſonitus edunt: ut ex illa etiā parte cantare uideantur. Ipſe ſum expertus ſudare hoīem ſolere cū uellet. Notū eſt quoſdam flere cum uolunt: atq; ubertim lacrimas fundere. Iam illud multo ē incredibilius: qđ pleriq; fratres memoria recentiſſima experti ſunt. Preſbiter fuit quidam nomine Reſtitutus in parrochia calamenſis eccleſie: quando ei placebat: rogabatur autem ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilē coram ſcire cupiebāt/ ad imitandas quaſi lamentantis cuiuſlibet hominis uoces: ita ſe auferebat a ſenſibus & iacebat ſimillimus mortuo/ ut non ſolū uellicantes atq; pungentes minime ſētiret: ſed aliquando etiā ſi igne ureretur admoto/ ſine ullo doloris ſenſu niſi poſtmodum ex uulnere/ nō aūt obnitendo ſed nō ſentiendo non mouere corpus eo pbabatur: q̄ tanq̄ in defuncto nullus inueniebatur anhelitus/ hominū tamē uoces ſi clarius loquerentur tanq̄ de longinquo ſe audiſſe poſtea referebat. Cū itaq; corpus etiā nunc: quibuſdā licet in carne corruptibili hanc erūnoſam ducentibus uitam/ ſicut in pleriſq; motiōibus et affectiōibus extra uſitatū nature modū mirabiliter ſeruiat: quid cauſe eſt ut nō credamus ante inobedientie peccatū et corruptōis ſupplitiū: ad propagandā prolem ſine ulla libidine ſeruire uolūtati humane hūana mēbra potuiſſe? Donatus eſt itaq; homo ſibi: qa deſeruit deū placēdo ſibi/ & nō obediens

deo:non potuit obedire nec ſibi. Hinc euidenſ miſeria ē qua homo non uiuit ut uult. Nā ſi ut uellet uiueret: beatū ſe putaret: ſed nec ſic tñ eēt ſi turpiter uiueret.

QVanq̄ ſi diligentiuſ attēdamuſ: niſi beatuſ nō uiuit ut uult: et nulluſ beatuſ niſi iuſtuſ. Sed etiā ipſe iuſtuſ nō uiuit ut uult: niſi eo peruenerit: ubi mori: falli: offendi: oīno non poſſit: eiq; ſit certū ita ſemper futurum. Hoc enim natura expetit: nec plene atq; perfecte beata erit: niſi adepta quod expetit. Nūc uero qſ hominū poteſt ut uult uiuere: qn̄ quādo ipſū uiuere non ē in poteſtate? Viuere enī uult: mori cogitur. Quomodo ergo uiuit ut uult: q non uiuit q̄diu uult? Quod ſi mori uoluerit: quomō poteſt ut uult uiuere: qui non uult uiuere: et ſi ideo mori uelit non quo nolit uiuere: ſed ut poſt mortē meliuſ poſſit uiuere? Nōdū ergo ut uult uiuit: ſed cum ad id quod uult moriendo peruenerit. Verum etiam uiuit ut uult quoniā ſe extorſit ſibi: qui imperauit ſibi non uelle quod non poteſt atq; hoc uelle quod poteſt: ſicut ait Terentiuſ. Quoniam non pōt id fieri quod uiſ: id uelīſ quod poſſiſ. Non tamen ideo beatuſ eſt: qa patienter miſer eſt. Beata qppe uita ſi non amatur: non habetur. Porro ſi amatur et habetur: ceteriſ omibuſ rebuſ excellentiuſ neceſſe eſt ametur: qm̄ propter hanc amandum eſt quidqd aliud amatur. Porro ſi tantum amatur q̄ntū amari digna eſt: nō enī beatuſ eſt a quo ipſa beata uita nō amat ut digna ē: fieri nō pōt ut eā qui ſic amat nō eternam uelit. Tunc igitur beata erit: quando erit eterna.

VIuebat itaq; homo in paradiſo ſicut uolebat: q̄diu hoc uolebat quod deuſ iuſſerat. Viuebat fruēſ deo ex quo bono erat bonuſ. uiuebat ſīn ulla egeſtate: ita ſemper uiuere habenſ ī poteſtate. Cibuſ aderat ne eſuriret: potuſ ne ſitiret: lignū uite ne illum ſenecta diſſolueret: nihil corruptionis in corpore uel ex corpe ullaſ moleſtiaſ ulliſ eiuſ ſenſibuſ īgerebat. Nulluſ intrinſecuſ morbuſ: nulluſ ictuſ metuebatur extrinſecuſ. Summa in carne ſanitaſ: in animo tāta trāquillitaſ. ſicut in paradiſo nulluſ eſtuſ aut griguſ: ſic in eiuſ habitatore nulla ex cupiditate uel timore accedebat bone uoluntatiſ offenſio. Nihil omnino triſte: nihil erat inaniter letum. Gaudium uer; perpetuebat ex deo: in quē flagrabat caritaſ ex corde puro et conſcientia bona & fide nō ficta: atq; inter ſe coniugū fida ex honeſto amore ſocietaſ. concorſ mētiſ corporiſq; uigilia & mādati ſine labore cuſtodia. Nō laſſitudo fatigabat ocioſum: nō ſomnuſ premebat inuitum. In tanta facilitate rerum & felicitate hominum: abſit ut ſuſpicemur nō potuiſſe plē ſeri ſīn libidiniſ morbo: ſed eo uolūtatiſ nutu mouerentur illa mēbra quo cetera: & ſine ardoriſ illecebroſo ſtimulo cū tranquillitate animi et corporiſ nulla corruptione integritatiſ ifunderet gremio maritūſ uxoriſ. Neq; enī quia experientia probari non poteſt ideo credendum non eſt: qn̄ illaſ corporiſ parteſ nō ageret turbiduſ calor: ſed ſpōtanea poteſtaſ ſicut opuſ eſſet adhiberet: ſic tūc potuiſſe utero coniugiſ ſalua īntegritate feminei genitaliſ uirile ſemen īmitti: ſicut nunc poteſt eadem integritate ſalua ex utero uirginiſ fluxuſ menſtrui cruoriſ emitti. Eadem qppe uia poſſet illud īmitti: qua hoc poteſt emitti. Vt enī ad pariēdū nō doloriſ gemituſ ſed maturitatiſ īpulſuſ feminea uiſcera relaxaret: ſic ad fetandū & concipiendū nō libidiniſ appetituſ: ſed uoluntariuſ uſuſ naturam utranq; cōiungeret. De rebuſ loquimur nūc pudēdiſ: & ideo q̄uiſ anteq̄ earum puderet qualeſ eſſe potuiſſent coniciamuſ ut poſſumuſ: tamē neceſſe eſt ut noſtra diſputatio magiſ frenet: ſca que noſ reuocat uerecūdia:

q̄ eloquentia que nobiſ parum ſuppetit adiuuetur. Nam cū id quod dico nec ipſi experti fuerint q̄ experiri potuerūt: quoniam preoccupante peccato exilium de paradiſo ante meruerunt: q̄m ſibi in opere ſerende propaginiſ tranquillo arbitrio conuenirent: quō nunc cū iſta cōmemorantē ſenſibuſ occurrit hūaniſ niſi experiētia libidiniſ turbide: nō coiectura placide uoluntatiſ? Hinc eſt q̄ impedit loquentē pudor: et ſi nō deficiat ratio cogitantem. Veruntamē oīpotenti deo ſummo ac ſumme bono creatori oīm naturarum: uoluntatū autem bonarū adiutori et re/muneratori: malarum aūt relictori et damnatori: utrarūq̄ ordinatori: nō defuit utiq̄ conſilium quo certum numerū ciuium in ſua ſapientia predeſtinatū: etiā ex damnato genere hūano ſue ciuitatiſ impleret: non eoſ iam meritiſ quando qdem uniuerſa maſſa tanq̄ uitiata radice damnata eſt: ſed gratia diſcernenſ: & liberatiſ non ſolum de ſeipſiſ: uerū etiam de non liberatiſ qd eiſ largiat̄ oſtendenſ. Nō enī debita ſed gratuita bonitate tūc ſe quiſq̄ agnoſcit erutum maliſ: cū ab eoꝝ hoīm conſortio fit īmuniſ: cū quibuſ illi iuſta eſſet pena cōmuniſ. Cur ergo non crearet deuſ quoſ peccatoreſ eſſe preſciuit: quādo quidem ī eiſ et ex eiſ et quid eorū culpa mereretur: et quid ſua gratia donaretur poſſet oſtendere: nec ſub illo creatore ac diſpoſitore: peruerſa inordinatio delinquentiū rectum peruerteret ordinē rerum.

PRoinde peccatoreſ et angeli et hoīeſ: nihil agunt quo impediantur magna opera dei: exquiſita in omneſ uoluntateſ eiuſ. Quoniā qui prouidenter atq̄ omnipotenter ſua cuiq̄ diſtribuit: non ſolū boniſ uerū etiā maliſ bene uti nouit. Ac per hoc propter meritum prime male uoluntatiſ ita damnato atq̄ obdurato angelo malo: ut iam bonam uoluntatem ulteriuſ nō haberet: bene utenſ deuſ: cur non permitteret ut ab illo primuſ homo qui rectuſ hoc ē bone uolūtatiſ creatuſ fuerat temptaretur: quādo quidē ſic erat inſtitutuſ: ut ſi de adiutorio dei fideret: bonuſ homo malum angelum uinceret: ſi aūt creatorem atq̄ adiutorē deū ſupbe ſibi placendo dGefereret uinceretur: meritum bonū habenſ ī adiuta diuinituſ uolū/tate recta: malum uero ī deſerente deū uoluntate peruerſa: qa et ipſum fidere de adiutorio dei nō qdē poſſet ſiñ adiutorio dei: nec tñ ideo ab hiſ diuīe gratie bñfi/ciiſ ſibi placēdo recedere nō habebat ī ptāte. Nā ſicut ī hac carne uiuere ſiñ adiu/mentiſ alimentoꝝ in ptāte nō ē: nō aūt ī ea uiuere ī ptāte ē: quod faciūt q̄ ſe ipoſ necant: ita bene in ea uiuere ſine adiutorio dei etiā in paradiſo nō erat in ptāte: erat autē in ptāte male uiuere: ſed beatitudine nō permanſura et pena iuſtiſſima ſecutura. Cū igit̄ huiuſ futuri caſuſ hūani deuſ non eſſet ignaruſ: cur eū nō fineret inuidi angeli malignitate temptari: nullo modo quidem q̄ uinceretur ī certuſ: ſed nihilominuſ preſciuſ q̄ ab eiuſ ſemine adiuto ſua gratia idem ipſe diaboluſ fuerat ſanctorū gloria maiore uincenduſ. Ita factū eſt: ut nec deū aliqd futuroꝝ lateret: nec pſciendo quenq̄ peccare cōpelleret: et qd eſſet inter propriā cuiuſq̄ pſūptionē et ſuam tuitionem: angelice & hūane rationali creature conſequenti experientia demonſtraret. Quiſ enim audeat credere aut dicere: ut neq̄ angeluſ neq̄ homo caderet in dei poteſtate non fuiſſe? Sed hoc eorum poteſtate maluit nō auferre: atq̄ ita et quantū mali eoꝝ ſupbia: & q̄ntū boni ſua gratia ualeret oſtendere.

FEcerunt itaq̄ ciuitateſ duaſ amoreſ duo. terrenam ſcilicet amor ſui uſq̄ ad contemptum dei: celeſtem uero amor dei uſq̄ ad contemptū ſui. Denicq̄ illa in ſeipſa: hec ī dño gloriatur. Illa enim querit ab hoībuſ gloriam: huic autem deuſ

conſcientie teſtiſ maxima eſt gloria. Illa ĩ gloria ſua exaltat caput ſuũ: hec dicit deo ſuo gloria mea & exaltanſ caput meum. Illi in principibuſ eiſ uel in eiſ quaſ ſubiugat nationibuſ dominãdi libido dominatur. In hac ſeruiunt inuicẽ ĩ caritate & prepoſiti conſulendo: & ſubditi obtẽperando. Illa in ſuiſ potentibuſ diligit uirtutem ſuam: hec dicit deo ſuo: diligam te domine uirtuſ mea. Ideoq; ĩ illa ſapiẽteſ eiuſ ſcd̃m hominẽ uiuenteſ: aut corporiſ aut animi ſui bona aut utriuſq; ſecuti ſũt: aut qui potuerũt cognoſcere deum non ut deũ honorauerunt aut gratiaſ egerũt: ſed euanuerunt in cogitationibuſ ſuiſ: & obſcuratum eſt inſipienſ cor eoꝝ. Dicẽteſ enĩ ſe eſſe ſapienteſ: id eſt dominante ſibi ſuperbia in ſua ſapientia ſeſe extollẽteſ: ſtulti facti ſunt: & ĩmutauerunt gloriã incorruptibiliſ dei ĩ ſimilitudinẽ imaginiſ corruptibiliſ hoĩſ: & uolucrum et quadrupedum et ſerpentiũ. Ad huiuſcemodi enĩ ſimulachra adorando: uel duceſ populoꝝ uel ſectatoreſ fuerunt: et coluerunt atq; ſeruierunt creature potiuſ q̃ creatori qui eſt benedictuſ ĩ ſecula. In hac aũt nulla eſt hominiſ ſapientia: niſi pietaſ qua recte colitur ueruſ deuſ: id expectanſ pmium ĩ ſocietate ſãctorũ: nõ ſolũ hoĩm ueꝝ etiã & ãgeloꝝ: ut ſit deuſ oĩa ĩ omnibuſ. Amẽ.

D E felicitate paradiſi uel de ipſo padiſo: & de uita ibi pmoꝝ hominũ eoꝝq; peccato atq; ſupplitio: multi multa ſenſerũt: multa dixerũt: multa literiſ mãdauerunt. Noſ quoq; ſcd̃m ſcripturaſ ſacraſ: uel qđ ĩ eiſ legimuſ: uel qđ ex eiſ intelligere potuimuſ: eaꝝ congruenteſ auctoritati de hiſ rebuſ ĩ ſuperioribuſ libriſ diximuſ. Enucleatiuſ aũt ſi iſta querantᷣ: multiplice ſ atq; multimodaſ pariũt diſputationeſ: que pluribuſ inſerẽde ſũt uoluminibuſ: q̃ hoc opuſ tempuſq; depoſcit. Quod non ita largum habemuſ: ut in omnibuſ que poſſunt requirere ocioſi & ſcrupuloſi: paratioreſ ad interrogandum q̃ capatioreſ ad intelligendum: noſ oporteat immorari. Arbitror tamen ſatiſ noſ iã feciſſe magniſ & difficillimiſ queſtionibuſ: de initio uel mundi uel aĩe: uel ipſiuſ generiſ humani. quod in duo genera diſtribuimuſ: unum eorũ q ſcd̃m hominẽ: alterũ eorũ q ſcd̃m deũ uiuũt: quaſ etiã miſtice appellamuſ ciuitateſ duaſ: hoc ẽ duaſ ſocietateſ hoĩm. quarum eſt una que predeſtinata eſt ĩ eternum regnare cum deo: altera eternum ſupplitium ſubire cum diabolo. Sed iſte finiſ eſt earum. de quo poſt loquendũ ẽ. Nunc autẽ quoniã de exortu earum: ſiue in angeliſ quorum numeruſ ignoratᷣ a nobiſ: ſiue ĩ duobuſ primiſ hoĩbuſ ſatiſ dictũ ẽ: iã mihi uidetᷣ earum aggrediẽduſ excurſuſ: ex quo illi duo generare ceperunt donec hoĩeſ generare ceſſabũt. Hoc enĩ uniuerſũ tẽpuſ ſiue ſeculũ: ĩ quo cedũt morienteſ ſuccedũtq; naſcenteſ: iſtarum duaꝝ ciuitatũ de qbuſ diſputamuſ excurſuſ ẽ.

N Atuſ eſt igitur prior Cayn ex illiſ duobuſ generiſ humani parẽtibuſ: ptinenſ ad hoĩm ciuitatẽ: poſterior Abel ad ciuitatem dei. Sicut enim in uno homĩe quod dixit apoſtoluſ experimur: q̃a non primũ qđ ſpirituale ẽ ſed qđ animale: poſtea ſpirituale: unde unuſquiſq; quoniã ex damnata ꝓpagine exoritᷣ: primo ſit neceſſe ẽ ex Adã maluſ atq; carnaliſ: q̃ ſi in xp̃m renaſcendo pfecerit: poſt bonuſ & ſpiritualiſ: ſic in uniuerſo genere hũano cum primũ due iſte ceperunt naſcendo atq; moriendo procurrere ciuitateſ: prior eſt natuſ ciuiſ huiuſ ſeculi: poſteriuſ aũt iſto peregrinuſ in ſeculo: & pertinenſ ad ciuitatem dei gratia predeſtinatuſ: gratia electuſ: gratia peregrinuſ deorſum: gratia ciuiſ ſurſum. Nã quantũ ad ip̃m attinet:

ex eadem maſſa ortū que originaliter ē tota damnata: ſed tanq̄ figulus deus hanc enim ſimilitudinem non imprudenter ſed prudenter introducit apoſtolus ex eadē maſſa fecit aliud uas in honorem: aliud in contumeliā. Prius autem factum ē uas in contumeliam: poſt uero alterum i honorem: qa & in ipſo uno ſicut iā dixi hoīe prius ē reprobum: unde neceſſe eſt incipiamus & ubi nō eſt neceſſe ut remaneamus: poſterius uero pbum quo proficientes ueniamus & quo peruenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus. nemo tñ erit bonus qui non erat malus. Sed q̄nto quiſq; citius mutatur in melius: hoc in ſe facit nominari qd̄ apprehēdit celerius. & poſteriore cooperit uocabulum prius. Scriptum ē itaq; de Cayn q condidit ciuitatem. Abel autem tanq̄ peregrinus non condidit. ſuperna ē enim ſanctorum ciuitas q̄uis hic pariat ciues: in quibus peregrinatur donec regni eius tempus adueniat: cū congregatura eſt omnes in ſuis corporibus reſurgentes: qñ eis promiſſum dabitur regnum: ubi cum ſuo principe rege ſeculorum ſine ullo tpis fine regnabunt. Vmbra ſane quedam ciuitatis huius et imago prophetica: ei ſig/nificande potius q̄ preſentande ſeruiuit in terris: quo eam tempore demonſtrari oportebat: et dicta eſt etiam ipſa ciuitas ſancta merito ſignificantis imaginis: nō expreſſe ſicut futura ē ueritatis. De hac imagine ſeruiente: et de illa quā ſignificat libera ciuitate. ſic apoſtolus ad galathas loquit. Dicite mihi q̄ ſub lege uolētes eſſe legem non audiſtis? Scriptum eſt enī q Abraam duos filios habuit: unum de ancilla: & unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla ſcd'm carnem natus eſt: q autem de libera p repromiſſionē. que ſunt i allegoria. Hec. n. ſūt duo teſtamēta. Vnū quidem a monte ſyna: in ſeruitutē generans que eſt Agar. Syna enī mons ē in arabia: qui coniunctus eſt huic que nunc hieruſalem: ſeruit enim cum filiis ſuis. Que autē ſurſum eſt hieruſalem libera ē: que eſt mater noſtra. Scriptum eſt enī Letare ſterilis que non paris: erūpe & exclama que non parturis. quia multi filii deſerte: magis q̄ eius que habet uirum. Nos autē fratres ſcd'm Ysaac promiſſionis filii ſumus. Sed ſicut tunc qui ſcd'm carnem natus fuerat: pſequebatur eū q ſcd'm ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non enī heres erit filius ancille: cū filio libere. Nos autem fratres nō ſumus ancille filii: ſed libere. qua libertate xp̄us nos liberauit: Hec forma intelligendi de apoſtolica auctoritate deſcendens: locum nobis aperit queadmodū ſcripturas diuinoꝝ teſta/mētoꝝ ueteris & noui accipere debeamus. Pars enī quedā terrene ciuitatis: imago celeſtis ciuitatis effecta ē: non ſe ſignificando ſed alteram: et ideo ſeruiens. Neq; ei propter ſeipſam: ſed propter aliam ſignificandam eſt inſtituta. & precedente alia ſignificatione & ipſam prefigurans prefigurata eſt. Namq; Agar ancilla Sare: eiuſq; filius: imago quedā huius imaginis fuit. Et quoniā tranſiture erant umbre luce ueniente: ideo dicit libera Sara ſignificabat liberā ciuitatem: cui rurſus alio modo ſignificande etiā illa umbra ſeruiebat. Eiice ancillam & filium eius. Nō enī heres erit filius ancille: cum filio meo Ysaac. quod ait apoſtolus cum filio libere. Inuenimus ergo i terrena ciuitate duas formas. unā ſuā preſentiam demonſtrātē: alteram celeſti ciuitati ſignificāde ſua p̄ſentia ſeruientē. Parit autem ciues terrene ciuitatis peccato uitiata natura: celeſtis uero ciuitatis ciues parit a peccato naturā liberans gratia. unde illa uocantur uaſa ire: iſta uaſa miſericordie. Significatum ē hoc etiā in duobus filiis Abrae: q unus de ancilla que dicebatur Agar ſcd'm carnē natus eſt Yſmael: alter autē ē de Sara libera ſcd'm repromiſſionem natus Yſaac. Vterq; quidem de ſemine Abrae. ſed illum genuit demōſtrans cōſuetudo naturā:

iſtum uero dedit ꝓmiſſio ſignificanſ gratiã. Ibi bũanuſ uſuſ oſtendit: hic diuinũ beneficiũ cõmendat.

Sara quippe ſterilis erat: & deſperatione prolis ſaltem de ãcilla ſua cõcupiſcenſ habere: quod de ipſa non ſe poſſe cernebat: dedit eam fecandam uiro: de quo parere uoluerat nec potuerat. Exegit itaq; etiam ſic debitũ de marito: utenſ iure ſuo in utero alieno. Natuſ eſt ergo Yſmael ſicut naſcitur hominеſ permixtione ſexuſ utriuſq; uſitata lege nature. Ideo dictũ ẽ ſcdm carnẽ. non ꝙ iſta beneficia dei non ſint: aut non illa operet̃ deuſ: cuiuſ opifex ſapientia attingit ſicut ſcptũ eſt a fine uſq; ad finem fortiter: et diſponit omnia ſuauiter: ſed ubi ſignificandum fuerat dei donum qđ indebitum hominibuſ gratiſ gratia largiretur: ſic oportuit dari filium: quẽadmodum nature non debebat̃ excurſibuſ. Negat enĩ natura iam filioſ tali cõmixtioni mariſ et femine: qualiſ eſſe poterat Abrae & Sare in illa iam etate: etiã mulieriſ accedente ſterilitate que nec tunc parere potuit: quãdo nõ etaſ fecunditati: ſed etati fecũditaſ defuit. Quod ergo nature ſic affecte fructuſ poſteritatiſ non debebatur: ſignificat ꝙ natura generiſ humani peccato uitiata: ac per hoc iure damnata nihil uere felicitatiſ in poſterũ merebatur. Recte igit̃ ſignificat Yſaac ꝑ repromiſſionẽ natuſ: filioſ gratie ciueſ ciuitatiſ libere: ſocioſ paciſ eterne. ubi ſit non amor proprie ac priuate quodãmodo uolũtatiſ: ſed communi eodẽq; ĩmutabili bono gaudenſ: atq; ex multiſ unũ cor facienſ: id ẽ ꝑfecte facta cõcorſ obediẽtia caritatiſ. *De terrene ciuitatis contentione ...*

Terrena porro ciuitaſ que ſẽpiterna nõ erit: neq; enĩ eſt cũ in extremo ſupplicio damnata fuerit iam ciuitaſ erit: hic habet bonum ſuum cuiuſ ſocietate letat: qualiſ eſſe de talibuſ rebuſ letitia poteſt. Et quoniã non eſt tale bonũ ut nullaſ anguſtiaſ faciat amatoribuſ ſuiſ: ideo ciuitaſ iſta aduerſuſ ſeipſã plerũq; diuidit̃. litigando: bellando: atq; pugnando: & aut mortiferaſ aut certe mortaleſ uictoriaſ requirendo. Nã ex quacũq; ſui parte aduerſuſ alterã ſui partẽ bellãdo ſurrexerit: querit eſſe uictrix gentium: cũ ſit captiua uitiorũ. Et ſiquidem cũ uicerit ſuperbiuſ extollitur: etiã ſic mortifera. Si uero cõditionẽ cogitanſ caſuſq; cõmuneſ magiſ que accidere poſſũt aduerſuſ angit̃: q̃ eiſ que prouenerunt ſecundiſ rebuſ inflatur: tantũmodo mortaliſ ẽ iſta uictoria. Neq; enĩ ſemꝑ dominari poterit permanẽdo: eiſ quoſ potuerit ſubiugare uincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non eſſe que concupiſcit hec ciuitaſ: quando eſt et ipſa in ſuo genere humano melior. Concupiſcit enim terrenam quãdam pro rebuſ infimiſ pacẽ. ad eã nãq; deſiderat peruenire bellando. Quoniã ſi uicerit et qui reſiſtat non fuerit: pax erit quã non habebant parteſ inuicẽ aduerſanteſ: & pro hiſ rebuſ quaſ ſimul habere nõ poterãt infelici egeſtate certanteſ. Hanc pacem requirũt laborioſa bella: hanc adipiſcitur que putatur glorioſa uictoria. Quãdo autem uincũt q̃ cauſa iuſtiore pugnabãt: quiſ dubitet gratulandã eſſe uictoriã: & ꝓueniſſe optabilem pacẽ. Hec bona ſũt: et ſine dubio dei dona ſũt. Sed ſi neglectiſ melioribuſ que ad ſupernam pertinent ciuitatem: ubi erit uictoria in eterna & ſũma pace ſecura: bona iſta ſic concupiſcãt: ut uel ſola eſſe credantur: uel hiſ que meliora creduntur ãpliuſ diligantur: neceſſe eſt miſeria conſequatur: & que inerat augeatur. *De primo terrene ciuitatis auctore ... romane urbis conditor: germanicede ...*

Primuſ itaq; fuit terrene ciuitatiſ conditor fratricida: nam ſuum fratrẽ ciuẽ ciuitatiſ eterne in hac terra peregrinantem: inuidentia uictuſ occidit. Unde mirandum non ẽ: ꝙ tanto poſt in ea ciuitate condenda que futura erat huiuſ terrene

ciuitatiſ de qua loquimur caput futura:et tã multiſ gentibuſ regnatura: huic ꝑmo exemplo & ut greci appellant archiotypo quedã ſui generiſ imago reſpõdit. Nã & illic ſicut ipſũ facinuſ qdã poeta cõmemorauit illoꝝ. Fraterno primi maduere ſanguine muri. Sic enim cõdita eſt roma: quãdo occiſũ Remũ a fratre Romulo romana teſtatur hiſtoria niſi ꝙ iſti terrene ciuitatiſ ambo ciueſ erãt. & ãbo gloriã de romane reipublice inſtitutione querebãt. ſed ambo eam tantam quãtã ſi unuſ eſſet habere non poterant. Qui enĩ uolebat dominãdo gloriari minuſ utiq; dñare tur: ſi eius poteſtaſ uiuo conſorte minueretur. Vt ergo totam dñationẽ haberet unuſ: ablatuſ eſt ſociuſ. et ſcelere creuit in peiuſ: qđ innocentia minuſ eẽt ĩ meliuſ. Hi autẽ fratreſ Cayn et Abel: nõ habebant ambo inter ſe ſimilẽ rerum terrenaꝝ cupiditatem: nec in hoc alter alteri inuidit: ꝙ eius dominatuſ fieret anguſtior qui alterum occidit: ſi ambo dominarentur. Abel quippe nõ querebat dominationẽ ĩ ea ciuitate que condebat a fratre: ſed inuidentia illa diabolica qua inuidẽt boniſ mali: nulla alia cauſa eſt niſi qa illi boni ſunt: illi mali. Nullo enĩ modo fit minor accedente ſeu ꝑmanente conſorte poſſeſſio bonitatiſ: ĩmo poſſeſſio bonitatiſ tãto fit latior: quanto concordior eam indiuidua ſociorũ poſſidet caritaſ. Nõ habebit denique iſtam poſſeſſionem: q eam noluerit habere cõmunẽ. Et tãto eam reperiet ampliorẽ: quãto ampliuſ ibi potuerit amare conſortem. Illud igitẽ qđ inter Remũ & Romulũ exortũ eſt: quẽadmodũ aduerſuſ ſeipſã terrena ciuitaſ diuidat: oñdit. quod autẽ inter Cayn et Abel: inter duaſ ipſaſ ciuitateſ dei et hominũ inimicitiaſ demonſtrauit. Pugnãt ergo inter ſe mali et mali: itẽ pugnãt ĩter ſe boni & mali. boni uero et boni: ſi perfecti ſunt ĩter ſe pugnare nõ poſſunt. Proficienteſ autem nondũ perfecti: ita poſſunt: ut bonuſ quiſq; ex ea parte pugnet contra alterũ: qua etiã contra ſemetipm. Et in uno quippe homĩe caro cõcupiſcit aduerſuſ ſpiritũ: et ſpirituſ aduerſuſ carnẽ. Concupiſcentia ergo ſpiritualiſ cõtra alteriuſ põt pugnare carnalem: uel concupiſcentia carnaliſ contra alteriuſ ſpiritualẽ: ſicut inter ſe pugnant boni et mali. uel certe ipſe cõcupiſcentie carnaleſ ĩter ſe duorũ bonorum nondum utiq; perfectorũ: ſicut inter ſe pugnant mali et mali: donec eorũ q curãt ad ultimam uictoriã ſanitaſ perducat.

De languoribus ciuis ciuitatis dei in huius uite peregrinatione patiuntur ... b deo ...

LAnguor eſt quippe iſte: id eſt illa inobedientia de qua in libro decimoquarto diſſeruimuſ: prime inobedientie ſupplicium: et ideo non natura ſed uicium. Propter qđ dicitur ꝓficientibuſ boniſ et ex fide in hac peregrinatione uiuẽtibuſ: inuicẽ onera ueſtra portate: et ſic adimplebitiſ legẽ chriſti. Itẽ alibi dicitur. Corripite inquietoſ: conſolamini puſillanimeſ: ſuſcipite infirmoſ: patienteſ eſtote ad omneſ: uidete ne quiſ malũ pro malo alicui reddat. Itẽ alio loco. Si preoccupatuſ fuerit homo ĩ aliquo delicto: uoſ qui ſpiritualeſ eſtiſ inſtruite huiuſmodi ĩ ſpiritu manſuetudiniſ: intendenſ teipſum ne et tu tempteriſ. Et alibi. Sol non occidat ſup iracundiã ueſtram. Et in euãgelio. Si peccauerit in te frater tuuſ: corripe eũ ĩter te & ipſum. Item de peccatiſ in quibuſ multorum cauetur offenſio ſic apoſtoluſ dicit. Peccanteſ coram omnibuſ argue. ut et ceteri timorẽ habeant. Propter hoc et de uenia inuicem danda multa precipiuntur. et magna cura propter tenendã pacem ſine qua nemo poterit uidere deũ. ubi ille terror quando iubetur ſeruuſ x. miliũ talentorum reddere debita que illi fuerant relaxata: qm̃ debitũ denariorũ centũ conſeruo ſuo nõ relaxauit. Qua ſimilitudine propoſita: dominuſ adiecit atq; ait. Sic et uobiſ faciet pater ueſter celeſtiſ: ſi non dimiſeritiſ unuſquiſq; fratri ſuo de

cordibuſ ueſtriſ. Hoc modo curantur ciueſ ciuitatiſ dei in hac terra peregrinanteſ: et paci ſuperne patrie ſuſpiranteſ. Spirituſ autẽ ſanctuſ operatur intrinſecuſ: ut ualeat aliquid medicina que adhibetur extrinſecuſ. Alioquin etiã ſi deuſ ipſe utenſ creatura ſibi ſubdita: in aliqua ſpecie hũana ſenſuſ alloquatur hũanoſ: ſiue iſtoſ corporiſ ſiue illoſ quoſ iſtiſ ſimillimoſ habemuſ in ſomniſ: nec interiore gratia mentẽ regat atq; agat: nihil prodeſt homini omniſ predicatio ueritatiſ. Facit autẽ hoc deuſ: a uaſiſ miſericordie ire uaſa diſcernenſ: diſpenſatione qua ipſa nouit multũ occulta ſed tamẽ iuſta. Ipſo quippe adiuuante mirabilibuſ & latentibuſ modiſ: cum peccatũ quod habitat in mẽbriſ noſtriſ: quod ſic peccatũ eſt ut ſit etiam pena peccati ſicut apoſtoluſ precipit non regnat in noſtra mortali corpore ad obediendũ deſideriiſ eiuſ: nec ei membra noſtra uelut iniquitatiſ arma exhibemuſ: conuertitur ad mentem nõ ſibi ad mala deo regente conſentientẽ: et eam regenſ tranquilliuſ nũc: habebit poſtea ſanitatem perfectam: atq; inmortalitate percepta homo ſine ullo peccato in eterna pace regnabit.

SEd hoc ipſum quod ſicut potuimuſ expoſuimuſ: cũ deuſ locutuſ eẽt ad Cayn: eo modo quo primiſ hominibuſ per creaturam ſubiectam uelut eorũ ſociuſ forma congrua loquebatur: quid ei profuit? Nonne conceptum ſceluſ in necãdo fratre: etiã poſt uerbũ diuine admonitioniſ impleuit? Nã cũ ſacrificia diſcreuiſſet amborũ: in illiuſ reſpicienſ: huiuſ deſpicienſ: quod nõ dubitandũ ẽ potuiſſe cognoſci ſigno aliquo atteſtante uiſibiliter: et hoc ideo feciſſet deuſ quia mala erãt opera eiuſ: fratriſ uero eiuſ bona: contriſtatuſ eſt Cayn ualde: et concidit facieſ eiuſ. Sic enim ſcriptum eſt. Et dixit dominuſ ad Cayn. Quare triſtiſ factuſ eſ: et quare concidit facieſ tua? Nonne ſi recte offeraſ recte autem nõ diuidaſ: ſtatim in foribuſ peccatũ adeſt? Peccaſti quieſce. ad te enim conuerſio eiuſ: & tu dominaberiſ illiuſ. In hac admonitione quã deuſ protulit ad Cayn: illud quod dictũ eſt nonne ſi recte offeraſ recte autẽ non diuidaſ peccaſti: quia nõ elucet cur uel unde ſic dictũ: multoſ ſenſuſ peperit eiuſ obſcuritaſ: cum diuinarum ſcripturarum quiſq; tractator ſecundum fidei regulã id conatur exponere. Recte quippe offertur ſacrificiũ: cũ offertur deo uero: cui uni tantummodo ſacrificandũ eſt. Non autem recte diuiditur: dũ nõ diſcernuntur recte uel loca uel tempora: uel reſ ipſe que offeruntur: uel qui offert: uel cui offertur: uel hi quibuſ adueſcendum diſtribuitur quod oblatũ eſt: ut diuiſionẽ intelligamuſ hic diſcretionẽ: ſiue cum offertur ubi nõ oportet: aut quod nõ ibi ſed alibi oportet: ſiue cum offertur quando non oportet: aut quod non tunc ſed aliaſ oportet: ſiue cum id offertur quod nuſquam & nunquam penituſ debuit: ſiue cũ electiora ſibi eiuſdẽ generiſ rerũ tenet homo: quam ſunt ea que offert deo: ſiue cum eiuſ rei que oblata eſt fit particepſ prophanuſ: aut quilibet quẽ faſ nõ eſt fieri. In quorum autem horum deo diſpliceret Cayn: facile non poteſt inueniri. Sed quoniam Iohanneſ apoſtoluſ cum de hiſ fratribuſ loqueretur: nõ ſicut Cayn inquit qui ex maligno erat et occidit fratrem ſuũ. et cuiuſ rei gratia occidit eũ: quia opera illiuſ maligna fuerunt: fratriſ autẽ illiuſ iuſta: datur intelligi propterea non reſpexiſſe deũ in munera eiuſ: quia hoc ipſo male diuidebat: danſ deo aliquid ſuum: ſibi autẽ ſeipſũ. Quod omneſ faciũt qui nõ dei ſed ſuam ſectanteſ uoluntatem: id ẽ non recto ſed peruerſo corde uiuenteſ: offerũt deo tantum munuſ quo putant eum redimi: ut eorum non opituletur ſanandiſ prauiſ cupiditatibuſ ſed explendiſ. Et hoc eſt proprium terrene ciuitatiſ: deũ uel deoſ colere: quibuſ adiuuantibuſ regnet in uictoriiſ et pace terrena: non caritate cõſulendi ſed dominandi cupiditate. Boni quippe ad hoc utuntur mundo: ut fruantur

deo. mali autem contra ut fruantur mundo: uti uolũt deo; qui tamen eũ uel eſſe
uel res hũanas curare iam credunt. ſunt enim multo deteriores qui nec hoc quidem
credũt. Cognito itaq; Cayn: q super eius germani ſacrificiũ nec ſuper ſuũ reſpex/
erat deus: utiq; fratrem bonum mutatus imitari: non elatus debuit emulari. Sed
quia contriſtatus eſt et concidit uultus eius: hoc peccatum maxime arguit deus.
triſtitiam de alterius bonitate: & hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogauit
dicens. Quare contriſtatus es: et quare cõcidit facies tua? Quia enĩ fratri inuidebat:
deus uidebat: et hoc arguebat. Nã hõibus quibus abſconditum ẽ cor alterius eſſe
poſſet ambiguũ & prorſus incertũ: utrum illa triſtitia malignitatem ſuã in qua ſe
deo diſplicuiſſe didicerat: an fratris doluerit bonitatem que deo placuit: cum i ſa/
crificium eius aſpexit. Sed rationem reddens deus cur eius oblationem accipere
noluerit: ut ſibi ipſe potius merito q̃ ei immerito frater diſpliceret: ſicũ eſſet iniuſtus
non recte diuidendo: hoc eſt non recte uiuendo: & indignus cuius approbaretur
oblatio: q̃ eſſet iniuſtior q fratrẽ iuſtum gratis odiſſet oſtendit. Non tamẽ eum
dimittens ſine mandato ſancto iuſto et bono. Quieſce inqt. ad te enim conuerſio
eius: & tu dominaberis illius. Nunqd fratris? Abſit. Cuius igitur niſi peccati? Dixit
enĩ peccaſti. tamẽ deinde addidit: quieſce. ad te enĩ conuerſio eius: & tu dñaberis
illius. Poteſt quidem ita intelligi: ad ipm hominẽ cõuerſionẽ eſſe debere peccati:
ut nulli alii q̃ ſibi ſciat tribuere debere q peccat. Hec eſt enim ſalubris penitentie
medicina: et uenie petitio non incongrua. ut ubi ait ad te enim conuerſio eius: nõ
ſubaudiatur erit: ſed ſit preceptiuus uidelicet nõ predicentis modo. Tũc enĩ dñabit
quiſq; peccato: ſi id ſibi nõ defendendo ꝓpoſuerit: ſed penitẽdo ſubiecerit. Alioqn
& illi ſeruiet dominanti: ſi patrociniũ adhibuerit accidenti. Sed ut peccatũ itelli/
gatur concupiſcentia ipa carnalis de qua dicit apoſtolus: caro cõcupiſcit aduerſus
ſpiritũ: in cuius carnis fructibus et inuidiã cõmemorat: qua utiq; Cayn ſtimulabatĩ
& accendebatur i fratris exitium: bene ſubauditur erit. id eſt ad te enim conuerſio
eius erit: et tu dominaberis illius. Cũ enim commota fuerit pars ipſa carnalis: quã
peccatum appellat apoſtolus ubi dicit: non ego operor illud ſed qđ habitat i me
peccatũ: quã partem animi etiam philoſophi dicunt eſſe uicioſam: non que mentẽ
debeat trahere: ſed cui mens debeat imperare: eamq; ab illicitis opibus ratione co/
hibere: cum ergo cõmota fuerit ad aliquid perperam cõmittendum: ſi acquieſcat &
obtemperetur dicenti apoſtolo: ne exhibueritis membra ueſtra arma iniquitatis
peccato: ad mentẽ domita et uicta cõuertitẽ: ut ſubdita ratio dominet. hoc ꝓcepit
deus huic qui facibus inuidie inflammabatur in fratrem. et quẽ debuerat imitari
cupiebat auferre. Quieſce inquit: manus ab ſcelere contine. Non regnet peccatũ
in tuo corpore mortali ad obediendum deſideriis eius. nec exhibeas membra tua
iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuerſio eius: dum nõ adiuuatur relaxãdo
ſed quieſcendo frenatur. Et tu dominaberis illius. ut cum forinſecus nõ pmittitur
operari: ſub poteſtate mentis regentis & bene uolentis aſſueſcat etiã itrinſecus nõ
moueri. Dictum eſt tale aliqd in eodem diuino libro et de muliere: quando poſt
peccatum deo interrogante atq; iudicante: damnationis ſententias acceperunt. in
ſerpente diabolus: & in ea ipſi illa & maritus. Cũ enĩ dixiſſet ei multiplicans multi/
plicabo triſtitias tuas & gemitũ tuũ: et in triſtitiis paries filios: deinde addidit: & ad
uirum tuum conuerſio tua: et ipſe dominabitur tui. Quod dictum eſt ad Cayn de
peccato uel de uicioſa carnis concupiſcentia: hoc iſto in loco de peccatrice femina.
ubi intelligendũ ẽ uirũ ad regendam uxorẽ: ſicut animũ ad carnẽ regendam ſimilẽ eẽ oportere.

Propter quod dicit apoſtolus. Qui diligit uxorē ſuā: ſeipſū diligit. Nemo enī unquā carnem ſuam odio habuit. Sananda ſunt enim hec ſicut noſtra: non ſicut aliena damnanda. Sed illud dei preceptū Cayn ſicut preuaricator accepit. Inualeſcente quippe inuidentie uicio: fratrem inſidiatus occidit. Talis erat terrene cōditor ciuitatis. Quomodo autē ſignificauerit etiā Cayn iudeos a quibus chriſtus occiſus eſt: xp̄m uero magnū paſtorem ouium hominum pecorū cuſtos pfigurabat abel: qa ī allegoria pphetica res ē: parco nūc dicere. Et quedā hic aduerſus Fauſtū manicheū dixiſſe me recolo.

Nunc autem defendēda uidetur mihi hiſtoria, ne ſit ſcriptura incredibilis que dicit edificatam ab uno homine ciuitatē: eo tēpore quo nō plus ꝗ̄ uiri quatuor uel potius tres poſtea ꝗ̄ frater fratrem occidit fuiſſe uidentur in terra: id eſt pmus homo pater omnium: et ipſe Cayn & eius filius Enoch ex cuius nomīe ipſa ciuitas nūcupata eſt. Sed hoc quos mouet: parum conſiderant non omnes hoīes qui tunc eſſe potuerūt: ſcriptorem ſacre huius hiſtorie neceſſe habuiſſe noīare: ſed eos ſolos quos operis ſuſcepti ratio poſtulabat. Propoſitū quippe ſcriptoris illius fuit p quē ſpiritus ſanctus id agebat: per ſucceſſiones certarum generationū ex uno homine propagatarum peruenire ad Abraam: ac deinde ex eius ſemine ad populum dei: ī quo diſtincto a ceteris gentibus prefigurarentur & prenuntiarentur omnia que de ciuitate cuius eternū erit regnum: & de rege eius eodemq̄ conditore chriſto in ſpū preuidebāt eſſe futura: ita ut nec de altera ſocietate hoīm taceretur ꝗ̄ terrenam dicimus ciuitatem: ſquātū ei cōmemorāde ſatis eſſet: ut ciuitas dei etiā ſue aduerſarie comparatione clareſcat. Cum igitur ſcriptura diuina ubi & numerum annorū quos illi homines uixerunt cōmemorat ita includat: ut dicat de illo de quo loquebat & genuit filios et filias: et fuerunt omnes dies illius uel illius quos uixit anni tot & mortuus eſt: nunquid qa eoſdem filios & filias non nominat: ideo intelligere non debemus per tam multos annos quibus tunc in ſeculi huius prima etate uiuebant: naſci potuiſſe plurimos homines: quorū cetibus cōdi poſſēt etiā plurime ciuitates? Sed pertinuit ad deū quo iſta inſpirāte conſcripta ſūt: has duas ſocietates ſuis diuerſis generationibus primitus digerere atq̄ diſtinguere: ut ſeorſum hoīm hoc eſt ſcd'm hominem uiuentiū: ſeorſum autem filiorum dei id eſt hoīm ſcd'm deum uiuentiū generatōes contexerentur uſq̄ ad diluuiū: ubi ambarū ſocietatū diſcretio cōcretioq̄ narrantur: diſcretio quidem q̄ ambarū ſeperatim generationes cōmemorantur: unius fratricide Cayn: alterius autem qui uocabatur Seth. Natus quippe fuerat et ipſe de Adam: pro illo quē frater occidit. Cōcretio autē: qa bonis ī deterius declinātibus tales uniuerſi facti fuerant ut diluuio delerentur: excepto uno iuſto cui nomē erat Noe: et eius coniuge et tribus filiis totidēq̄ nuribus. Qui hoīes octo ex illa oīm uaſtatione mortalium per arcam euadere meruerūt. Quod igitur ſcriptum eſt et cognouit Cayn uxorē ſuā et concipiens peperit Enoch: et erat edificans ciuitatē in nomine filii ſui Enoch: non eſt quidem cōſequens ut iſtū primū filiū genuiſſe credatur. Neq̄ enī hoc ex eo putādū eſt: quia dictus eſt cognouiſſe uxorem ſuam: quaſi tunc ſe illi primitus concumbendo miſcuiſſet. Nā et de ipſo patre oīm Adam: non tunc ſolum hoc dictū eſt quādo conceptus ē Cayn: quē primogenitū uidetur habuiſſe: uerū etiā poſterius eadem ſcriptura cognouit inquit Adā uxorem ſuam: et concepit et peperit filium: & nominauit nomen illius Seth. Unde intelligitur ita ſolere illam ſcripturam loqui: quāuis nō ſemper: cum in ea legitur factos hominū fuiſſe conceptus: nō tamen ſolum cū primum ſibi ſexus uterq̄ miſcerent. Nec illud

neceſſario eſt argumento: ut primogenitũ patri exiſtimemus Enoch: ꝙ eius noīe illa ciuitas nũcupata eſt. Non enĩ ab re eſt: ut propter aliquã cauſam cũ & alios haberet: diligeret eũ pater ceteris amplius. Neq; enim & Iudas primogenitus fuit: a quo & iudea cognominata eſt et iudei. Sed etiam ſi conditori ciuitatis illius iſte filius primus eſt natus: non ideo putandum ē tunc a patre condite ciuitati nomen eius impoſitum quãdo natus ē: quia nec conſtitui tunc ab uno poterat ciuitas: que nihil eſt aliud ꝙ hominũ multitudo aliquo ſocietatis uinculo colligata. ſed cum illius hominis familia tãta numeroſitate creſceret: ut haberet iã populi quãtitatẽ: tũc potuit utiq; fieri ut et conſtitueret: et nomẽ ꝓmogeniti ſui cõſtitute īponeret ciuitati. Tam longa quippe uita illorum hoīm fuit: ut illic memoratorũ quoꝝ & anni taciti non ſunt: qui minimum uixit ante diluuiũ: ad ſeptingentos quinquagĩta perueniret. Nam plures nongẽtos annos etiam tranſierunt. ꝗmuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaq; dubitauerit per unius hoīs etatem tantum multiplicari potuiſſe genus humanum: ut eſſet unde cõſtitueretur nõ una ſed plurime ciuitates? Quod ex hoc conici facillime poteſt: quia ex uno Abraam non multo amplius quadringentis annis numeroſitas hebraice gentis tanta procreata eſt: ut in exitu eiuſdem populi ex egipto: ſexcẽta milia hoīm fuiſſe referant bellice iuuẽtutis: ut omittimus gẽtem ydumeoꝝ nõ pertinẽtẽ ad populũ iſrael: quẽ genuit frater eius Eſau nepos Abrae: & alias gẽtes natas ex ſemīe ipſius Abrae: non p Sarã cõiugem procreatas.

Quamobrem nullus prudens rerũ exiſtimator dubitauerit: Cayn non ſolum aliquam uerũ etiã magnã potuiſſe condere ciuitatem: quãdo in tam longũ tempus protendebatur uita mortalium. niſi forte infideliũ quiſpiã ex ipſa numeroſitate annorum nobis ingerat queſtionem: qua uixiſſe tunc homines ſcriptũ eſt in auctoritatibus noſtris: et hoc neget eſſe credendum. Ita quippe nõ credũt: etiã magnitudines corpoꝝ lõge ampliores tũc fuiſſe ꝗ nũc ſunt. Unde & nobiliſſimus eorũ poeta Virgilius: de īgenti lapide quẽ in agrorũ limite infixũ uir fortis illoꝝ temporũ pugnans & rapuit: & cucurrit & ītorſit & īmiſit. Vix illum inq̃t lecti bis ſex ceruice ſubirent. Qualia nũc hoīm ꝑducit corpora tellus. Significans maiora tunc corpora producere ſolere tellurem. Quãto magis igitur temporibus recẽtioribus mũdi: ante illud nobile diffamatũq; diluuiũ. Sed de corporũ magnitudīe: plerumq; incredulos nudata per uetuſtatem ſiue per uim fluminum uarioſq; caſus ſepulcra conuincunt. ubi apparuerunt uel unde ceciderũt: incredibilis magnitudinis oſſa mortuorum. Vidi ipſe non ſolus ſed aliq̃ mecũ in uticenſi litore: molarẽ hoīs dentem tam ingentem: ut ſi in noſtrorũ dentiũ modulos minutatim concideretur: centũ nobis uideret̃ facere potuiſſe. Sed illũ gigãtis alicuius fuiſſe crediderimus. Nam preter quod erant oīm multo maiora ꝗ noſtra tũc corpora: gigantes longe ceteris anteibãt. Sicut alijs deinde noſtriſq; temporibus rari quidẽ: ſed nunꝗ ferme defuerũt q modũ aliorũ plurimũ excederẽt. Plinius ſecũdus doctiſſimus homo: ꝗto magis magiſq; ꝑterit ſeculi excurſus: minora corpora naturã ferre teſtatur. Quod etiã Homerũ cõmemorat ſepe carmine fuiſſe conqueſtũ: non hec uelut poetica figmenta deridens: ſed ita hiſtoricam fidem tanꝗ miraculorum naturaliũ ſcꝑtor aſſumens. Verũ ut dixi antiquorum magnitudines corporum: inuenta plerumq; oſſa quoniam diuturna ſunt etiã multo poſterioribus ſeculis produnt. annoꝝ autẽ numeroſitas cuiuſq; hominis q temporibus illis fuit: nullis nunc talibus documẽtis uenire in experimentũ pōt. Nec tñ ideo fides ſacre huic hiſtorie derogãda ē. cuius

tanto ĩpudentiuſ narrata non credimuſ: q̃to ĩpleri certiuſ p̄nuntiata cōſpicimuſ. Dicet tamen etiā idem Plinius: eſſe adhuc gentem ubi ducentoſ annoſ uiuitur. Si ergo humanarū uitarum diuturnitateſ quaſ experti non ſumuſ: hodie habere credunt ĩcognita nobiſ loca: cur nō habuiſſe credant & tēpora? An uero ē credibile alicui eē qđ hic non ē: & incredibile aliquādo fuiſſe qđ nūc non eſt?

QVocirca et ſi ĩter hebreoſ & noſtroſ codiceſ de ipſo numero annorū nōnulla uidetur eſſe diſtantia: quod ignoro qua ratione ſit factum: non tamen tāta eſt: ut illoſ homineſ tam longeuoſ fuiſſe diſſentiant. Nam ipſe homo primuſ Adā anteq̃ gigneret filiū qui ē appellatuſ Seth: ducentoſ triginta uixiſſe annoſ repitē in codicibuſ noſtriſ: in hebreiſ autē centum triginta perhibetur. Sed poſteaq̃ eū genuit ſeptingentoſ uixiſſe legitur in noſtriſ: octingentoſ uero in illiſ. Atq; ita in utriſq; uniuerſitatiſ ſūma cōcordat. Ac deinde p conſequenteſ generationeſ anteq̃ gignatur qui gigni cōmemoratur: minuſ uixiſſe apud ebreoſ pater eiuſ inuenitur centum annoſ: ſed poſteaq̃ eſt genituſ: idem ipſe cētum minuſ q̃ ĩ hebreiſ ĩueniunt in noſtriſ. Atq; ita hinc et inde utriuſq; uniuerſitaſ conſonat. In ſexta aūt generatione nuſq̃ utriq; codiceſ diſcrepant. In ſeptima uero ubi ille qui natuſ ē Enoch: non mortuuſ ſed q deo placuerit tranſlatuſ eſſe narrat: eadem diſſonantia eſt que in ſuperioribuſ qnq; de centum anniſ anteq̃ gigneret eū qui ibi commemoratuſ ē filium. atq; ita in ſumma ſimul conſonantia. Vixit enim annoſ anteq̃ transferret ſcđm utroſq; codiceſ trecentoſ ſexagintaquinq;. Octaua generatio habet quidem nōnullā diuerſitatem: ſed minorem ac diſſimilem ceteriſ. Matuſalē quippe quem genuit Enoch: anteq̃ gigneret eum qui in ipſo ordine ſequitur ſcđm hebreoſ non centum minuſ ſed uiginti ampliuſ uixit annoſ. qui ruſuſ in noſtriſ poſteaq̃m eum genuit reperiuntur additi: & ĩ utriſq; ſibi ſumma uniuerſi numeri occurrit. In ſola nona generatione id eſt in anniſ Lamech filii Matuſalem patriſ autē Noe: ſūma uniuerſitatiſ diſcrepat: ſed non plurimum. Viginti enim & q̃tuor annoſ pluſ uixiſſe in hebreiſ q̃ ĩ noſtriſ codicibuſ inuenit. Nā anteq̃ gigneret filium q uocatuſ ē Noe: ſex minuſ habet in hebreiſ q̃ in noſtriſ: poſtea uero q̃ eum genuerit: triginta āpluſ ĩ eiſdē q̃ ĩ noſtriſ. Vñ ſex illiſ detractiſ: reſtant uigintiq̃tuor ut dictū ē.

PEr hanc autem diſcrepantiam hebreorum codicum atq; noſtrorū exoritur illa famoſiſſima queſtio: ubi Matuſalē q̃tuordecī annoſ uixiſſe poſt diluuiū cōputatur: cum ſcriptura ex omnibuſ q in terra tunc fuerant ſoloſ octo homineſ ĩ arca exitium cōmemoret euaſiſſe diluuii: in quibuſ Matuſalem non fuit. Scđm codiceſ enim noſtroſ Matuſalē priuſ q̃ gigneret illū quē uocauit Lamech: uixit annoſ centum ſexagintaſeptē: deinde ipſe Lamech anteq̃ ex illo natuſ eſſet Noe uixit annoſ centū octogintaocto: q ſimul fiunt trecenti quinquagintaqnq;. His adduntur ſexcenti Noe quoto eiuſ anno diluuium factū eſt: qui fiunt nongenti qnquagintaqnq;: ex quo Matuſalem natuſ eſt uſq; ad annū diluuii. Omneſ aūt anni uite Matuſalem nongenti ſexaginta nouem computantur. Quia cū uixiſſet annoſ centum ſexagītaſeptem: et genuiſſet filium q eſt appellatuſ Lamech: poſt eum genitum uixit annoſ octīgentoſ duoſ. Qui omneſ ut diximuſ nongenti ſexagintanouē fiunt. Vnde detractiſ nongentiſ quinq̃gintaqnq; ab ortu Matuſalē uſq; ad diluuium: remanent quatuordecim quibuſ uixiſſe creditur poſt diluuium. Propter quod nonnulli non et ſi eum in terra ubi omnem carnem quā uiuere in

aquiſ natura non ſinit conſtat fuiſſe deletam ſcum patre ſuo qui tranſlatuſ fuerat
aliquantum fuiſſe ſatq; ibi donec diluuiũ preteriret uixiſſe arbitrantur: uolenteſ
derogare fidem codicibuſ quoſ ſauctoritatem celebriorem ſuſcepit eccleſia: & cre/
denteſ iudeorum potiuſ q̃ iſtoſ non habere quod uerum eſt. Non enim admittunt
ꝙ magiſ hic eſſe potuerit error interpretum ſ q̃m in ea lingua eſſe falſum unde in
noſtram per grecam ſcriptura ipſa tranſlata eſt. Sed inquiunt nõ eſſe credibile:
ſeptuaginta interpreteſ qui uno ſimul tẽpore unoq; ſenſu interpretati ſunt errare
potuiſſe: aut ubi nihil eoꝝ intererat uoluiſſe mentiri ſiudeoſ uero dum nobiſ inuidẽt.
ꝙ lex & prophete ad noſ īterpretando tranſierunt. mutaſſe quedã in codicibuſ ſuiſ
ut in noſtriſ minueretur auctoritaſ. Hãc opinionẽ uel ſuſpitionẽ accipiat quiſq;
ut putauerit. certum eſt tamẽ non uixiſſe Matuſalem poſt diluuiũ ſſed eodẽ ãno
fuiſſe defũctum: ſi uerũ eſt quod de numero ãnorum in hebreiſ codicibuſ inenit.
De illiſ autẽ. lxx. interpretibuſ quid mihi uideatur ſuo loco diligentiuſ inſerẽdum
eſt: cũ ad ipſa tpa q̃tum neceſſitaſ huiuſ operiſ poſtulat cõmemoranda adiuuãte
domino uenerimuſ. Preſenti. n. ſufficit queſtioni ſcd̃m utroſq; codiceſ tam longaſ
habuiſſe uitaſ illiuſ eui hoīeſ: ut poſſet etate uniuſ qui de duobuſ quoſ ſoloſ terra
tunc habuit parentibuſ ꝓmuſ eſt natuſ ſad conſtituendã etiã ciuitatẽ multiplicari
genuſ hũanũ.

NEq; enim ullo modo ſunt audiendi: qui putant aliter annoſ illiſ tẽporibuſ
computatoſ ſid eſt tante breuitatiſ ut unuſ annuſ noſter decem illoſ habuiſſe
credatur. Quapropter inquiunt cum audierit quiſq; uel legerit nongentoſ annoſ
queq; uixiſſe: debet intelligere nonagintaſ. Decẽ qppe illi anni unuſ annuſ ẽ noſter:
et decem noſtri: centum illi fuerunt. Ac per hoc ut putant: uiginti nouem annorum
fuit Adã quando genuit Seth. Et ipſe Seth uiginti habebat et ſex menſeſ quãdo
ex illo natuſ eſt Enoſ: quoſ appellat ſcriptura ducentoſ et quinq; annoſ. Quoniã
ſicut iſti ſuſpicantur quorum exponimuſ opinionem ſunũ annum qualem nunc
habemuſ in decem parteſ illi diuidebant ſ& eaſdẽ parteſ annoſ uocabant. Quarum
partium habet una quadratum ſenariũ: eo ꝙ deuſ ſex diebuſ perfecerit opera ſua
ut ī ſeptimo requieſceret. De qua re in libro undecio ſicut potui diſputaui. Sex/
tieſ autem ſeni qui numeruſ quadratum ſenariũ facit ſtriginta ſex dieſ fiunt ſqui
multiplicati decieſ: ad trecentoſ ſexaginta perueniũt: id eſt duodecĩ menſeſ lunareſ.
Propter quinq; dieſ enim reliquoſ quibuſ ſolariſ annuſ impletur: et diei q̃drantem
propter quẽ quater ductũ eo anno quo biſextũ uocant unuſ dieſ adiicit: addebãt
a ueteribuſ poſtea dieſ ut occurreret numeruſ ãnoꝝ. quoſ dieſ romani interſcalareſ
uocabãt. Proinde etiã Enoſ quẽ genuit Seth: decem et nouẽ agebat ãnoſ quãdo
ex illo natuſ eſt filiuſ eiuſ Caynan ſquoſ annoſ dicit ſcriptura centũ nonaginta.
Et deincepſ per omneſ generationeſ in quibuſ hoĩm anni cõmemorantur ante di/
luuium ſnulluſ fere in noſtriſ codicibuſ inuenitur: qui cum eſſet centum annorum
uel infra uel etiã centum uiginti aut nõ multo ãpliuſ genuerit filiũ ſſed q minima
etate genuerũt: annorum centũ ſexagĩta et quod excurrit fuiſſe referũtur. ſquia
nemo inqũt decem ãnoꝝ homo põt gignere filioſ. q numeruſ centũ appellabant
anni ab illiſ hominibuſ ſſed in anniſ ſedecim eſt matura pubertaſ & proli iã idonea
procreande. quoſ centũ & ſexaginta ãnoſ illa tempora nũcupabãt. Ut aũt aliter
annũ tunc fuiſſe cõputatum nõ ſit incredibile ſadiciũt ꝙ apud pleroſq; ſcriptoreſ
hiſtorie reperit: egiptioſ habuiſſe annũ quatuor menſium: ſacarnanaſ ſex menſiũ:
lauinioſ tredecim menſiũ. Pliniuſ ſecũduſ cum cõmemoraſſet relatum fuiſſe in litteriſ

quẽdam uixiſſe centum qnquaginta duoſ annoſ: aliũ decem ãpluſ: aliuſ ducẽtoꝝ annoꝝ babuiſſe uitam: alioſ trecentoꝝ: quoſdã ad quingentoſ: alioſ ad ſexcẽtoſ: nõnulloſ ad octingentoſ etiam perueniſſe: hec oĩa ꝓpter ſicta temporum accidiſſe arbitratuſ eſt. Alii qppe inquit eſtate determinabant annum: et alteri bieme: alii q̃drip ertitiſ tẽporibuſ ſicut Archadeſ inquit: quorũ ãni trimenſeſ fuerunt. Adiecit etiã aliquando egiptioſ quorũ peruuoſ ãnoſ quaternorum menſium fuiſſe ſupra/diximuſ. luneq; fine eorum limitaſſe annũ. Itaq; apud eoſ iquit et ſingula milia annorũ uixiſſe produntur. His uelut probabilibuſ argumentiſ qdã nõ deſtruẽteſ fidem ſacre buiuſ biſtorie: ſed aſtruere nitenteſ ne ſit icredibile ꝙ tam multoſ ãnoſ uixiſſe referunt antiqui: perſuaſerunt ſibi nec ſe ſuadere iprudenter exiſtimant: tam exiguum ſpatiũ tẽporiſ tunc annum uocatum: ut illi decem ſint unuſ noſter: et decem noſtri centum illorum. Hoc autem falſiſſimũ eſſe documento euidẽtiſſimo oſtenditur. Quod anteq̃ faciã non mihi tacendũ uidetur: que credibilior poſſit eẽ ſuſpitio. Poteramuſ certe banc aſſeuerationẽ ex bebreiſ codicibuſ redarguere atq; conuincere: ubi Adam non ducentorum triginta: ſed centum triginta ãnorũ fuiſſe reperitur: quando tertium genuit filiũ. qui ãni ſi tredecĩ noſtri ſunt: proculdubio primum genuit quãdo duodecim uel non multo ampliuſ annorum fuit. Quiſ põt hac etate generare uſitata iſta nobiſq; notiſſĩa lege nature? Sed bunc omittamuſ: q fortaſſe etiam quando creatuſ eſt potuit. Non enim eum tam puum q̃ infanteſ noſtri ſunt: factum fuiſſe credibile eſt. Seth filiuſ eiuſ non ducentorum qnq; ſicut noſ legimuſ: ſed centum quinq; fuit qñ genuit Enoſ: ac per boc ſcd'm iſtoſ nondũ babebat undecim annoſ etatiſ. Quid dicam de Caynan eiuſ filio. q cum apud noſ centũ ſeptuagĩta repiatᷣ annorũ: apud bebreoſ ſeptuaginta legitᷣ fuiſſe qñ genuit Malalehel. Quiſ generat bõ ſeptẽniſ: ſi tũc ãni ſeptuagĩta nũcupabantᷣ q ſeptem fuerũt?

Sed cum boc dixero: cõtinuo referetur illud iudeorum eſſe mẽdatiũ: de quo ſuperiuſ ſatiſ actum eſt. Nã ſeptuaginta interpreteſ laudabiliter celebratoſ uiroſ potuiſſe mentiri difficile ẽ. Vbi ſi queram qd ſit credibiliuſ: iudeorũ gẽtem tã longe lateq; diffuſam: in boc conſcribendũ mendaciũ uno conſilio conſpirare potuiſſe: et dum aliiſ inuideãt auctoritatem: ſibi abſtuliſſe ueritatẽ: an. lxx. boĩeſ: q etiã ipſi iudei erant in uno loco poſitoſ: quoniã rex egipti Ptolomeuſ eoſ ad boc opuſ aſciuerat: ipſã ueritatẽ gentibuſ alienigeniſ inuidiſſe: & cõmunicato iſtud tunc feciſſe conſilio: quiſ non uideat qd ꝓcliuiuſ faciliuſq; credatur? Sed abſit ut prudẽſ quiſpiam uel iudeoſ cuiuſlibet peruerſitatiſ atq; malitie tantum potuiſſe credat: ĩ codicibuſ tam multiſ et tã longe lateq; diſperſiſ: uel. lxx. illoſ memorabileſ uiroſ boc de inuidenda gentibuſ ueritate unũ cõmunicaſſe conſilium. Credibiliuſ ergo quiſ dixerit: cum primum de bibliotbeca Ptolomei deſcribi iſta ceperũt: tũc aliqd tale fieri potuiſſe in codice uno: ſcilicet primituſ inde deſcripto: unde iam latiuſ emanaret. ubi potuit quidem accidere etiam ſcriptoriſ error. Sed boc ĩ illa qõne de uita Matuſalẽ non abſurſum ſuſpicari eſt: & in illo alio ubi ſuperantibuſ uiginti quatuor anniſ ſumma non conuenit. In biſ autem in quibuſ cõtinuatᷣ ipſiuſ mendoſitatiſ ſimilitudo: ita ut ante genitum filiũ qui ordini inſeritᷣ: alibi ſupſint centum anni alibi deſint: poſt genitum aũt ubi deerant ſuperſint: ubi ſupererant deſint: ut ſumma conueniat: et ſet boc in prima: ſecunda: tertia: q̃rta: quĩta: ſeptimaq; generatione inuenitur: uidetᷣ babere quãdã ſi dici poteſt error tpe cõſtantiã. nec caſũ redolet: ſed induſtriam. Itaq; illa diuerſitaſ numerorum aliter ſe babentium

in codicibuſ grecis et latinis ſaliter in hebreis: ubi non eſt iſta de centum annis prius
additis & poſtea detractis per tot generationeſ continuata parilitas ſ nec malitie
iudeorum: nec diligentie uel prudentie ſeptuaginta interpretum: ſed ſcriptoris tribuatur
erron: qui de bibliotheca ſupradicti regis codicem deſcribendum primus accepit. ſ Nā
etiā nunc: ubi numeri non faciunt intentum ad aliquid qd' facile poſſit itelligi uel
quod appareat utiliter diſci: et negligenter deſcribunt & negligentius emendant.
Quis enim exiſtimet ſibi eſſe diſcendum quot milia hoim tribus iſrael ſingillati
habere potuerunt: qm prodeſſe aliquid non putatur. et quotuſquiſq; hoim ē cui
profunditas utilitatis huius appareat? ſ Hic uero ubi per tot contextas generatōes
centū anni alibi aſſunt: alibi deſunt: et poſt natum q cōmemorandus fuerat filiū:
deſunt ubi affuerunt ſ aſſunt ubi defuerunt: ut ſumma concordet ſ nimirum cum
uellet perſuadere qui hoc fecit ideo numeroſiſſimos annos uixiſſe antiquos: q eos
breuiſſimos nuncupabant: et hoc de maturitate pubertatis q̄ idonea filii gigneret
conaret oſtendere ſ atq; ideo in illis centum annis decē noſtros inſinuādos putaret
incredulis: ne homines tam diu uixiſſe recipere in fidem nollent ſ addidit centū ubi
gignendis filiis habilem non inuenit etatem: eoſdēq; poſt genitos filios ut cōgru/
eret ſumma detraxit: ſic quippe uoluit credibiles facere idonearum generādo pliſ
conuenientias etatum. ut tamē numero: non fraudaret uniuerſas etates uiuētium
ſingulorum. ſ Quod autem in ſexta generatione id nō fecit ſ hoc ipm eſt qd' magis
mouet illum ideo feciſſe cum res quam diximus poſtulauit ſ quia non fecit ubi nō
poſtulauit. ſ Inuenit namq; in eadē generatōe: apud ebreos uixiſſe Iared anteq̄
genuiſſet Enoch centum ſexaginta duos annos ſ qui ſcdm illam rationē breuium
annorum fiunt anni ſedecim ſ & aliquid minus q̄ menſes duo: que iam etas apta eſt
ad gignendum ſ & ideo addere centū annos breues ut noſtri uigintiſex fierent ne/
ceſſe non fuerat: nec poſt natū Enoch eos detrahere quos nō addiderat ante natum.
ſ Sic factū eſt ut hic nulla eſſet inter codices utroſq; uarietas. ſ Sep rurſus mouet:
cur in octaua generatione anteq̄ de Matuſalem naſceretur Lamech: cum apud
hebreos legantur centum octaginta duo anni ſ uiginti duo anni minus inueniunt
i codicibus noſtris: ubi potius addi centū ſolent ſ & poſt genitum Lamech cōplēdā
reſtituuntur ad ſummā que in codicibus utriſq; non diſcrepat. ſ Si eni centū ſeptu/
aginta annos propter pubertatis maturitatem decem et ſeptem uolebat intelligi:
ſ ſicut nihil addere ita nihil detrahere iam debebat ſ qa inuenerat etatem idoneam
generationi filiorum: propter quam in aliis centū annos ubi eam non inueniebat
addebat. ſ Hoc aūt de uiginti annis merito putaremus cauſa mendoſitatis accidere
potuiſſe ſ niſi eos ſicut prius detraxerat reſtituere poſtea curaret ut ſūme cōueniret
integritas. ſ An forte aſtutius factum exiſtimandū eſt ſ ut illa qua centū anni prius
ſolent addi et poſtea detrahi occultaret induſtria ſ cū & illic ubi neceſſe nō fuerat
non quidem de centū annis ſ uerūtamē de quātocūq; numero prius detracto poſt
reddito tale quid fieret? ſ Sed quomodo libet iſtud accipiatur: ſiue credatur ita eſſe
factum: ſiue non credatur ſ ſiue poſtremo ita ſiue non ita ſit: recte fieri nullo mō
dubitauerim ſ ut cum diuerſum aliquid in utriſq; codicibus inuenitur ſ quādo quidē
ad fidem rerum geſtarum utrūq; eſſe nō poteſt ſ uerum ei lingue potius credatur:
unde eſt in aliam per interpretes facta tranſlatio. ſ Nam in quibuſdam etiam co/
dicibus grecis tribus et uno latino: et uno etiā ſyro inter ſe conſentientibus ſ inuentus ē
Matuſalem ſex annis ante diluuium fuiſſe defunctus.

NVnc iam uideamuſ quo nam modo euidenter poſſit oſtendi non tam breueſ ut illi decē unuſ eſſet noſter: ſed tante plixitatiſ annoſ quāte nūc habemuſ: quoſ utiq; circuituſ cōficit ſoliſ: illorum hominum uita prolixiſſima cōputatoſ. Sexcenteſimo nēpe anno uite Noe: ſcriptum eſt factum eſſe diluuium. Cur ergo ibi legitur: et aqua diluuii facta eſt ſuper terram ſexcenteſimo anno uite Noe: ſecundi menſiſ ſeptima et uiceſima die menſiſ: ſi annuſ ille minimuſ qualeſ decem faciunt unum noſtrum triginta ſex dieſ habebat: Tantilluſ quippe annuſ ſi antiquo more hoc nomen accepit: aut non habet menſeſ: aut menſiſ eiuſ ē triduū ut habeat duodecim menſeſ. Quomodo igitur hic dictum eſt: ſexcenteſimo anno ſecūdi menſiſ ſeptima et uiceſima die menſiſ: niſi quia taleſ qualeſ nūc ſunt etiā tūc erant menſeſ? Nam quo pacto aliter uiceſimo et ſeptimo die ſecundi menſiſ diceretur ceptū eſſe diluuium. Deinde poſtea in fine diluuii ita legitur. Et ſedit arca ī menſe ſeptio: ſeptima et uiceſima die menſiſ ſuper monteſ ararach. Aqua autem minuebat uſq; ad undecimum menſem. In undecimo autem menſe prima die menſiſ apparuerūt capita montium. Si igitur taleſ menſeſ erant: taleſ profecto et anni erant qualeſ nunc habemuſ. Menſeſ quippe illi triduani uiginti et ſeptē dieſ habere nō poterant. Aut ſi parſ triceſima tridui tunc appellabant dieſ ut oīm proportioneſ minuant: ergo nec toto quatriduo noſtro factū eſt illud tā grāde diluuium: qd memorat factum quadraginta diebuſ et quadraginta noctibuſ. Quiſ hanc abſurditatem et uanitatē ferat: Proinde remoueatur hic error: q coniectura falſa ita uult aſtruere ſcripturarum fidem: ut alibi deſtruat. Prorſuſ tantuſ etiam tunc dieſ fuit quātuſ et nūc eſt. quem uiginti et quatuor hore diurno curriculo nocturnoq; determināt. tantuſ menſiſ quantuſ et nūc eſt: quē luna cepta et finita cōncluſit. Tantuſ ānuſ quantuſ et nūc eſt: quem duodecim menſeſ lunareſ additiſ propter curſum ſolarē quinq; diebuſ et quadrante conſumāt. Tantuſ anni ſexcenteſimi uite Noe ſecūduſ erat menſiſ: eiuſq; menſiſ uiceſimuſ & ſeptimuſ dieſ: quando cepit eſſe diluuium: in quo dieſ quadraginta continuate ingenteſ pluuie memorant: qui dieſ nō binaſ ac paulo ampliuſ horaſ habebant: ſed uicenaſ et quaternaſ die noctuq; tranſactaſ. Ac per hoc tam magnoſ annoſ uixerunt illi antiqui uſq; ampliuſ q̄ nōgentoſ: q̄ntoſ poſtea uixit Abraam centum ſeptuaginta quinq; et poſt eum filiuſ eiuſ Yſaac cētū octoginta & filiuſ eiuſ Iacob prope centū quinquaginta: et q̄ntoſ interpoſita aliq̄nta etate Moyſeſ centū uiginti: et quātoſ etiā nunc uiuūt homineſ ſeptuagīta uel octoginta: uel non multo ampliuſ. de quibuſ etiā dictum ē. Et ampliuſ eorū labor et dolor. Illa uero numerorum uarietaſ que inter codiceſ hebreoſ īuenit et noſtroſ: neq; de hac antiquorum longeuitate diſſentit. et ſi qd habet ita diuerſum ut uerum eſſe utrumq; non poſſit: rerum geſtarū fideſ ab ea lingua repetēda eſt: ex qua interpretatum eſt quod habemuſ. Que facultaſ cum uolentibuſ ubiq; gentium preſto ſit: non tamē uacat ꝙ ſeptuaginta interp̄teſ in plurimiſ que diuerſa dicere uidentur: ex hebreiſ codicibuſ emendare auſuſ eſt nemo. Non enim eſt illa diuerſitaſ putata mendoſitaſ: nec ego ullo modo putandam exiſtimo. Sed ubi non eſt ſcriptoriſ error: aliqd eoſ diuino ſpiritu ubi ſenſuſ eſſet cōſentaneuſ ueritati & predicanſ ueritatē: nō interpretantium more ſed ꝓphetantium libertate aliter dicere uoluiſſe credendum eſt. Vnde merito nō ſolum hebreiſ uerum etiam ipſiſ cū adhibet teſtimonia de ſcripturiſ uti apoſtolica inuenitur auctoritaſ. Sed hinc me oportuniore loco ſi adiuuerit dominuſ promiſi diligentiuſ locuturum. nunc quod inſtat expediam. Non enim ambigendum eſt ab homine qui ex primo homine

primuſ eſt natuſ: q̄n tam diu uiuebant potuiſſe conſtitui ciuitatem ſane terrenam non illam que dicitur ciuitaſ dei: de qua ut ſcriberemuſ tanti laborē huiuſ operiſ in manuſ ſumpſimuſ.

Dicet ergo aliquiſ. Ita ne credendū eſt hoīem filioſ inceſſanter generaturū: nec habentem propoſitum cōtinentie centum & amplius uel ſcd̄m hebreoſ nō multo minuſ id eſt octagīta ſexagīta ānoſ a concumbendi opere uacuiſſe: aut ſi non uacaret nihil prolis gignere potuiſſe? Hec queſtio duobuſ modiſ ſoluit. Aut enim tanto ſenior fuit ꝓportione pubertaſ: quāto uite totiuſ maior ānoſitaſ: aut quod magiſ uideo eſſe credibile: non hic ꝑmogeniti filii cōmemorati ſunt: ſed quoſ ſucceſſioniſ ordo poſcebat ut perueniret ad Noe: a quo rurſuſ ad Abraā uidemuſ eſſe perueniū: ac deinde uſq; ad certū articulū tpiſ: quantū oportebat ſignari etiā generationibuſ cōmemoratiſ curſū glorioſiſſime ciuitatiſ ī hoc mundo pegrināt iſ et ſupernam patriam requirentiſ. Quod enim negari non poteſt: prior omnium Cayn ex coniunctione mariſ et femine natuſ eſt. Neq; enī illo nato dixiſſet Adā quod dixiſſe legitur: acquiſiui hoīem per deum: niſi illiſ duobuſ ipſe fuiſſet homo naſcendo addituſ primuſ. Hunc ſecutuſ Abel quē maior frater occidit: ꝑfiguratiōe quadam peregrinantiſ ciuitatiſ dei: q̄ eſſet ab impiiſ et quodamō terrigeniſ id eſt terrenā originem diligentibuſ: et terrene ciuitatiſ terrena felicitate gaudentibuſ: perſecutioneſ iniquaſ paſſura primuſ oſtendit. Sed quot annorum erat Adam cū eoſ genuit non apparet. Exinde digerūt generationeſ alie de Cayn: alie de illo quem genuit Adam ī eiuſ ſucceſſione quē frater occidit: et appellauit nomē illiuſ Seth: dicenſ ut ſcriptum eſt: Suſcitauit enim mihi deuſ ſemen aliud ꝓ Abel quem occidit Cayn. Cum itaq; iſte due serieſ generationum una de Seth altera de Cayn: haſ duaſ de quibuſ agimuſ diſtinctiſ ordinibuſ inſinuent ciuitateſ: unā celeſtem in terriſ peregrinātem: alterā terrenā terreniſ tāq̄ ſola ſint gaudiiſ inhiātem uel inhe/rentem: nulluſ de progenie Cayn cum dinumerata ſic connumerato Adam uſq; ad octauā generationē: quot annorum fuiſſet expreſſuſ ē: quādo genuit eū qui commemorat̄ poſt eum. Noluit enim ſpirituſ dei ī terrene ciuitatiſ generatōibuſ tēpora notare ante diluuiū: ſed in celeſtiſ maluit tāq̄ eſſent memoria digniores. Porro autem Seth quādo natuſ eſt: non quidem taciti ſunt anni patriſ eiuſ: ſed iā genuerat alioſ: & utrum ſoloſ Cayn et Abel affirmare quiſ audeat? Nō enim quia ſoli nominati ſunt propter ordineſ generationū quaſ cōmemorari oportebat: ideo conſequenſ uideri debet ſoloſ fuiſſe tunc generatoſ ex Adam. Cum enim ſilentio coopertiſ omnium nōibuſ ceterorum: legat̄ eū genuiſſe filioſ et filiaſ: quota fuerit iſta proleſ eiuſ quiſ preſumat aſſerere: ſi culpā temeritatiſ euitat? Potuit quippe Adā diuinituſ admonituſ dicere poſteaq̄ Seth natuſ eſt. Suſcitauit enī mihi deuſ ſemē aliud pro Abel: quādo taliſ erat futuruſ q̄ impleret illiuſ ſanctitatem: non q̄ ipſe prior poſt eum temporiſ ordine naſceretur. Deinde qd̄ ſcriptū eſt uixit aūt Seth q̄nq; et ducentoſ annoſ: uel ſcd̄m hebreoſ q̄nq; et centū annoſ et genuit Enoſ: quiſ poſſit niſi inconſideratuſ aſſeuerare hunc eiuſ primogenitum fuiſſe: ut admiranteſ merito requiramuſ: quomō per tot annoſ īmuniſ fuerit a cōnubio ſī ullo ꝓpoſito continentie: uel non fuerit coniugatuſ? Quādo quidem etiā de ipo legit̄ & genuit filioſ et filiaſ: et fuerūt omneſ dieſ Seth duodecim et nongenti anni et mortuuſ ē: atq; ita deincepſ quorum anni cōmemorātur: nec filioſ filiaſq; genuiſſe reticentur. Ac ꝑ hoc non apparet oīno: uerū q nominat̄ genituſ ipſe fuerit primogenituſ. Imo

uero quoniā credibile non eſt patreſ illoſ etate tam longa aut impubeſ fuiſſe: aut coniugibuſ caruiſſe uel fetibuſ: nec illoſ eorū filioſ primoſ eiſ natoſ fuiſſe credibile ē. Sed cū ſacre ſcriptor hiſtorie ad ortum uitāq; Noe: cuiuſ tēpore diluuiū factū ē per ſucceſſioneſ generationū notatiſ temporibuſ intenderet peruenire: eaſ utiq; cōmemorauit non que primiſ ſuiſ parentibuſ fuerūt: ſed que in ꝓpagationiſ ordīe uenerint. Exempli gratia quo id fiat apertiuſ aliqd interponā: unde nulluſ ābigat fieri potuiſſe quod dico. Euāgeliſta Matheuſ generationem dñice carniſ per ſeriē parentum uolenſ commendare memorie: ordineſ a patre Abraam atq; ad Dauid ꝑmituſ ut perueniret intendenſ: Abraā inqt genuit Yſaac. Cur non dixit Iſmael quem primituſ genuit? Yſaac aūt inquit genuit Iacob. Cur non dixit Eſau qui eiuſ primogenituſ fuit? Quia ſcilicet per illoſ ad Dauid ꝑuenire non poſſet. Deīde ſequitur. Iacob autem genuit Iudam et fratreſ eiuſ. Nūquid Iudaſ primogenituſ fuit? Iudaſ inquit genuit phareſ et Zaram. Nec iſtorum geminorum aliquiſ fuit primogenituſ Iude: ſed ante illoſ iam treſ genuerat. Eoſ itaq; tenuit ī ordine generationum: per quoſ ad Dauid atq; inde quo intenderat perueniret. Ex quo intelligi poteſt: uetereſ quoq; homineſ ante diluuium non primogenitoſ ſed eoſ fuiſſe cōmēoratoſ: ꝑ quoſ ordo ſuccedentiū generationū ad Noe patriarchā du- ceret: ne ſerie pubertatiſ illoꝝ obſcura & nō neceſſaria queſtio noſ fatiget.

CVm igitur genuſ hūanū poſt primā copulā uiri facti ex puluere et cōiugiſ eiuſ ex uiri latere: maritū feminarūq; coniunctione opuſ haberet ut gignēdo multiplicaretur: nec eſſent ulli homineſ niſi qui ex illiſ duobuſ nati fuiſſent: uiri ſororeſ ſuaſ coniugeſ acceperūt. Quod profecto quāto eſt antiquiſ compellēte ne- ceſſitate: tanto poſtea factum eſt damnabiliuſ religione prohibente. Habita ē eī ratio rectiſſima caritatiſ ut homineſ quibuſ eſſet utiliſ atq; honeſta concordia: di- uerſarum neceſſitudinum uinculiſ necterentur: nec unuſ in una multaſ haberet: ſed ſingule ſpergerentur in ſinguloſ: ac ſic ad ſocialem uitam diligentiuſ colligandam plurime plurimoſ obtinerent. Pater quippe et ſocer duarum ſunt neceſſitudinum nomina. Vt ergo aliū quiſq; habeat patrem aliū ſocerum: numeroſiuſ ſe caritaſ porrigit. Vtrumq; autē unuſ adam eſſe cogebat: et filiiſ et filiabuſ ſuiſ qñ fratreſ ſororeſq; cōnubio iungebantur. Sic et Eua uxor eiuſ utriq; ſexui filiorum fuit et ſocruſ et mater. Que ſi due femine fuiſſent: mater altera et ſocruſ altera: copioſiuſ ſe ſocialiſ dilectio colligaret. Ipſa deniq; iā ſoror ꝗ etiā uxor fiebat: duaſ tenebat una neceſſitudineſ: qbuſ ꝑ ſigulaſ diſtributiſ ut altera eēt ſoror altera uxor: hoīm numero ſocialiſ propinquitaſ augeret. Sed hoc unde fieret tunc non erat: qñ niſi fratreſ & ſororeſ ex illiſ duobuſ primiſ nulli homineſ erant. Fieri ergo debuit qñ potuit: ut exiſtente copia unde ducerentur uxoreſ que non erant iam ſororeſ: & non ſolum illud ut fieret nulla neceſſitaſ eſſet: uerum etiā ſi fieret nefaſ eſſet. Nā ſi nepoteſ primorum hoīm qui iam conſobrinaſ poterant accipere coniugeſ: ſoro- ribuſ matrimonio iungerentur: non iam due ſed treſ ī homine uno neceſſitudineſ fierent: que propter caritatem numeroſiore propīquitate nectendam: diſſeminari per ſinguloſ ſigule debuerunt. Eſſet enī unuſ homo filiiſ ſuiſ fratri ſcilicet ſororiq; coniugibuſ: et pater & ſocer & auūculuſ: ita et uxor eiuſ eiſdem cōiugibuſ filiiſ: & mater et amita & ſocruſ. Idemq; inter ſe filii eorum non ſolum eſſent fratreſ atq; coniugeſ: uerum etiā conſobrini: qa et fratrū filii. Omneſ autē iſte neceſſitudīeſ que uni homini treſ homineſ connectebant: nouē connecterent ſi eſſent ī ſigulīſ

ſinguli:ut unuſ homo haberet alteram ſororē:alterā uxorem:alterā cōſobrinā: alterum patrē & alterū auūculum:alterū ſocerū:alteram matrem:alterā amitā: alteram ſocrum.atq; ita ſe non in paucitate coartatum:ſed latiuſ atq; numeroſiuſ propinquitatibuſ crebriſ uinculū ſociale diffunderet. Quod hūano genere creſcēte & multiplicato:etiam inter impioſ deorū multorū falſorūq; cultoreſ ſic obſeruari cernimuſ:ut etiā ſi peruerſiſ legibuſ permittantur fraterna coniugia:melior tamē conſuetudo ipſam malit exhorrere licentiā:et cum ſororeſ accipere i matrimoniū primiſ hūani generiſ tēporibuſ oīno licuerit:ſic auerſetur q̄ſi nūq̄ licere potuerit. Ad humanū enim ſenſū uel alliciendū uel offendēdum:moſ ualet plurimū. Qui cū in hac cauſa moderationē cōcupiſcētie coerceat:eū deſignari atq; corrūpi merito eſſe nefariū iudicatur. Si enī ē iniquū auiditate poſſidēdi tranſgredi limitē agroꝝ: quāto eſt iniquiuſ libidine concūbendi ſubuertere limitem morū. Experti autē ſumuſ in connubiſ cōſobrinarū etiā noſtriſ tēporibuſ:propter gradū ꝓpinquitatiſ fraterno gradui proximū:q̄ raro per moreſ fiebat:quod fieri per legeſ licebat.quia id nec diuina prohibuit:nec nondū prohibuerat lex hūana. Verūtamē factum etiā licitum propter uicinitatem horrebatur illiciti:et quod fiebat cū conſobrina pene cum ſorore fieri uidebatur:quia et ipſi inter ſe propter tam ꝓpinquā conſan/ guinitatē fratreſ uocant:et pene germani ſunt. Fuit aūt antiquiſ patribuſ religioſe cure:ne ipſa ꝓpinquitaſ ſe paulatim propaginū ordinibuſ dirimenſ lōgiuſ abiret: et propinquitaſ eſſe deſiſteret:eam nondū lōge poſitā ruſuſ matrimonii uinculo colligare:& quodammō reuocare fugientem. Vnde iā pleno hōībuſ orbe terraꝝ non quidem ſororeſ ex patre uel matre:uel ex ambobuſ ſuiſ parentibuſ natas:ſed tamē amabant de ſuo genere ducere uxoreſ. Verūtamē quiſ dubitet honeſtiuſ hoc tpe etiā cōſobrinarū prohibita eſſe coniugia:non ſolū ſcdm ea que diſputauimuſ propter multiplicandaſ affinitateſ:ne habeat duaſ neceſſitudineſ una perſona:cū due poſſint eaſ habere & numeruſ ꝓpinquitatiſ augeri:ſed etiā quia neſcio quomō ineſt hūane uerecūdie quiddam naturale atq; laudabile:ut cui debet cauſa propinquitatiſ uerecundum honorem:ab ea contineat quāuiſ generatricē tn̄ libidinē:de q̄ erubeſcere uidemuſ & ipſam pudicitiā coniugalem. Copulatio igitur mariſ & femine quantū attinet ad genuſ mortalium:quoddam ſeminariū eſt ciuitatiſ:ſed terrena ciuitaſ generatiōne tantūmodo:celeſtiſ aūt etiā regeneratione opuſ habet.ut noxam ge/ nerationiſ euadat. Vtrum aūt aliquod fuerit:uel ſi fuit quale fuerit corporale atq; uiſibile regenerationiſ ſignū ante diluuiū:ſicut Abrae circūciſio poſtea eſt iperata: ſacra hiſtoria tacet. Sacrificaſſe tamē deo etiā illoſ antiquiſſimoſ hoīeſ nō tacet. quod et in duobuſ primiſ fratribuſ claruit:et Noe poſt diluuiū cū de arca fuiſſet egreſſuſ:hoſtiaſ deo legit̄ imolaſſe. De qua re in precedentibuſ libriſ iā diximuſ: nō ob aliud demoneſ arrogātes ſibi diuinitatē deoſq; ſe credi cupiētes:ſibi expe/ tere ſacrificiū et gaudere huiuſcemōi honoribuſ:niſi quia uerum ſacrificiū deo uero deberi ſciūt.

C[um] ergo eſſet Adam utriuſq; generiſ pater:id eſt & cuiuſ ſerieſ ad terrenā et cuiuſ ſerieſ ad celeſtē ptinet ciuitatem:occiſo Abel atq; in eiuſ interfectione commendato mirabili ſacramento:facti ſunt duo patreſ ſingulorū generū Cayn & Seth:in quorum filiiſ quoſ cōmemorari oportebat:duarum iſtarum ciuitatū in genere mortalium euidentiuſ indicia clarere ceperūt. Cayn quippe genuit Enoch:i cuiuſ nomine condidit ciuitatem:ſcilicet nō peregrinātem i hoc mundo:ſed i eiuſ temporali pace ac felicitate quieſcentē. Cayn autem interpretatur poſſeſſio.unde

dictum eſt quando natuſ eſt ſiue a patre ſiue a matre eiuſ: acquiſiui hominē per deum. ⁋Enoch uero dedicatio. hic enī dedicatur terrena ciuitaſ ubi cōditur: quōniam hic habet eū quē intendit & appetit finē. ⁋Porro ille Seth interpretatur reſurrectio: et Enoſ filiuſ eiuſ interpretatur homo. nō ſicut Adā. ⁋Et ipſū enī nomen interpretatur homo: ſed cōe perhibetur eſſe in illa lingua id eſt hebrea maſculo et femine. ⁋Nā ſic de illo ſcriptum eſt. Maſculum et feminā fecit eoſ: et benedixit illoſ & cognominauit eorum nomen Adam. ⁋Vnde non ambigitur ſic appellatā fuiſſe feminā Euā pprio nomine: ut tamē Adam quod interpretatur homo nomē eſſet ābouz. Enoſ autē ſic interpretatur homo: ut hoc non poſſe feminā nūcupari periti lingue illiuſ aſſeuerent: ⁋tanq̄ filiuſ reſurrectionis: ubi nō nubent neq; uxoreſ ducent. ⁋Nō enī erit ibi generatio: cū illuc perduxerit regeneratio. ⁋Quare et hoc non ī caſſum notandum arbitror. q̄ in hiſ generationibus que ppagantur ex illo qui eſt appellatuſ Seth: ⁋cum genuiſſe filioſ filiaſq; dicatur: nulla ibi genita nominatim femina expreſſa eſt. in hiſ autem que propagantur ex Cayn: ī ipſo fine quouſq; ptēdunt: nouiſſima femina genita nominat. ⁋Sic enī legit. Matuſahel genuit Lamech. ⁋Et ſūpſit ibi Lamech duaſ uxoreſ. Nomen uni Ada: et nomē ſecunde Sella. ⁋& peperit Ada Iabel. hic erat pater habitantiū ī tabernaculiſ pecorariorū. Et nomē fratriſ eiuſ Iubal hic fuit qui oſtendit pſalteriū & cytharā. ⁋Sella autē peperit et ipſa Tubalcaym et erat erariuſ et malleator eramenti et ferri. ⁋Soror autē Tubalcaym Noema. ⁋Huſq; porrecte ſunt omneſ generationeſ Cayn: que ſunt omīs ab Adā octo annumerato ipſo Adam ſeptē ſcilicet uſq; ad Lamech: ⁋qui duarum maritus uxorū fuit: ⁋et octaua eſt generatio in filiiſ: ⁋in quibus et femina commemoratur. Vbi eleganter ſignificatū eſt: terrenā ciuitatem uſq; ī ſui finem carnaleſ habiturā generationeſ: ⁋que marium feminarūq; coniunctione proueniunt. ⁋Vnde & ipſe quod preter eaſ nuſq̄ reperitur ante diluuium: nōibus proprīiſ exprimunt uxoreſ illiuſ hoīs: qui nominatur hic nouiſſimus pater. ⁋Sicut autē Cayn qui interptatur poſſeſſio terrene conditor ciuitatiſ: et filiuſ eiuſ in cuiuſ nomine condita ē Enoch qui interpretatur dedicatio: ⁋īdicat iſtam ciuitatē et initiū et finē habere terrenū: ubi nihil ſperatur ampliuſ q̄ quod in hoc ſeculo cerni poteſt. ⁋Ita Seth qui īterptatur reſurrectio: cum ſit generationum ſeorſum cōmemoratarum pater: ⁋quid de filio eiuſ ſacra hiſtoria dicat intuendum eſt.

ET Seth inquit natuſ eſt filiuſ: & nominauit nomē eiuſ Enoſ. ⁋Hic ſperauit inuocare nomen domini dei. Nempe clamat atteſtatio ueritatiſ. ⁋In ſpe igitur uiuit homo filiuſ reſurrectionis: in ſpe uiuit q̄diu peregrinatur hic ciuitaſ dei: que gignitur ex fide reſurrectionis xp̄i. ⁋Ex duobuſ nāq; illiſ hōibus: ⁋Abel q̄ īterptatur luctuſ: et eiuſ fratre ⁋Seth q̄ interpretatur reſurrectio morſ xp̄i et uita eiuſ ex mortuiſ figuratur. ⁋Ex qua fide gignit hec ciuitaſ dei id eſt homo q̄ ſperauit īuocare nomen domini dei. ⁋Spe enim ſalui facti ſumuſ ait apoſtoluſ. ⁋Speſ autē que uidetur non eſt ſpeſ. ⁋Quod enim uidet quiſ: quid ſperat? ⁋Si aūt qđ nō uidemuſ ſperamuſ: p patientiā exſpectamuſ. ⁋Nā quiſ uacare hoc exiſtimet ab altitudine ſacramēti? ⁋Nunquid enim Abel non ſperauit inuocare nomē domini dei: cuiuſ ſacrificium ſcriptura tam acceptum deo fuiſſe commemorat? ⁋Nūquid ipe Seth nō ſperauit nomen domini dei de quo dictū eſt. ⁋Suſcitauit enī mihi deuſ ſemē aliud p Abel? Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium intelligitur eſſe cōmune: ⁋niſi quia oportebat in eo qui de patre generationū in meliorem partem hoc eſt

ſuperne ciuitatiſ ſeparatarū: primuſ commemoratuſ exortuſ preſigurari hominem id eſt hoīm ſocietatē: que non ſcd̄m utreſ terrene felicitatiſ ſed ſcd̄m deum uiuit in ſpe felicitatiſ eterne. Nec dictum eſt hic ſperauit in dn̄m deū: aut hic inuocauit nomen domini dei: ſed hic ſperauit inquit inuocare ubiq; profecto eſt exorturum populum q ſcd̄m electionem gratie inuocauit nomen domini dei: hoc ē quod per alium pphetam dictū eſt apoſtoluſ de hoc populo intelligit ad dei gratiā ptinere. Et erit omīſ quicūq; inuocauerit nomē domini ſaluuſ erit. hoc enim ipſum quod dicitur & nominauit nomē eiuſ Enoſ quod interpretatur homo: ac deinde additur hic ſperauit inuocare nomen dn̄i dei: ſatiſ oſtenditur φ non in ſeipſo ſpem ponere debeat homo. Maledictuſ enī omīſ ſicut alibi legitur qui ſpem ſuā ponit in hoīe. Ac per hoc nec in ſe ut ſit ciuiſ alteriuſ ciuitatiſ: que non ſolum ſcd̄m filium Cayn dedicatur hoc tpe: hoc ē mortaliſ huiuſ ſeculi labente tranſcurſu: ſed in illa īmortalitate beatitudiniſ ſepiterne.

Nam et iſta propago cuiuſ eſt pater Seth in ea generatōe habet dedicationiſ nomen: que ſeptima eſt ex Adam: annumerato Adam. Septimuſ enī ab illo natuſ eſt Enoch qui interpretatur dedicatio: ſed ipſe eſt ille tranſlatuſ qui placuit deo: et inſigni numero in ordine generationū quo ſabbatū conſecratū ē ſeptimuſ ſcilicet ab Adā: ab ipſo aūt patre iſtarū generationū que diſcernunt̄ a generatōe Cayn: ſ. ū. d. eſt a Seth ſextuſ eſt: quoto die factuſ eſt homo: et conſumauit deuſ oīa opera ſua. Sed huiuſ Enoch tranſlatio noſtre dedicationiſ ē pfigurata dilatio. Que quidē iam facta eſt in xp̄o capite noſtro: qui ſic reſurrexit ut nō moriatur ulteriuſ: ſed etiā ipſe tranſlatuſ eſt. Reſtat autē altera dedicatio uniuerſe domuſ cuiuſ ipſe xp̄uſ eſt fundamentū: que differt̄ ī finem: quādo erit oīm reſurrectio nō moriturorum ampliuſ. Siue autem domuſ dei dicatur: ſiue templū dei: ſiue ciuitaſ dei: id ipm̄ eſt: nec abhorret a latini eloquii conſuetudine. Nam & Virgiliuſ ipiorſiſſimā ciuitatem domū appellat Aſſaraci: romanoſ uolenſ intelligi q de Aſſaraco per troianoſ originē ducūt: et domum Aenee eoſdē ipſoſ: quia eo duce troiani cū italiā uenīſſent: ab eiſ condita eſt roma. Imitatuſ nāq; eſt poeta ille literaſ ſacraſ in qbuſ dicit̄ domuſ Iacob iā īgenſ populuſ hebreoꝝ.

Dicet aliquiſ. ſi hoc intendebat ſcriptor huiuſ hiſtorie in cōmemorandiſ generationibuſ ex Adam per filium eiuſ Seth: ut per illaſ perueniret ad Noe ſub quo factū eſt diluuiū: a quo ruſuſ conteexeret ordo naſcentium: quo perueniret ad Abraam: a quo matheuſ euāgeliſta incipit generationeſ quibuſ ad xp̄m peruēit eternum regem ciuitatiſ dei: quid intendebat in generationibuſ ex Cayn: et quo eaſ perducere uolebat? Reſpōdetur uſq; ad diluuiū: quo totū illud genuſ terrene ciuitatiſ abſumptū eſt: ſed repatū eſt ex filiiſ Noe. Neq; enim deeſſe poterit hec terrena ciuitaſ ſocietaſq; hoīm ſcd̄m hominē uiuentium uſq; ad huiuſ ſeculi finē de quo dominuſ ait: filii huiuſ ſeculi generant et generantur. Ciuitatem uero dei peregrinantem ī hoc ſeculo regeneratio perducit ad alterū ſeculum: cuiuſ filii nec generāt nec generāt̄. Hic ergo generari & generare ciuitati utriq; cōmune ē: quāuiſ dei ciuitaſ habeat & iā hic multa ciuiū milia: que ab ope generādi ſe abſtineāt. Sed habet etiā illa ciueſ nōnulloſ iſti ſimileſ ex imitatione quadam licet erranteſ. Ad eam nāq; pertinent: etiam qui deuianteſ ab huiuſ fide diuerſaſ hereſeſ condiderūt. ſcd̄m hominem quippe uiuūt: nō ſcd̄m deum. Et indorum gignoſophiſte qui nudi phibent̄ philoſophari in ſolitudinibuſ Indie: ciueſ eiuſ ſūt & a generādo ſe cohibēt.

Non enim eſt hoc bonum: niſi cum fit ſcđm fidem ſummi boni qui deus eſt. Hoc tamē nemo feciſſe ante diluuium repentē: quando quidem etiā ipſe Enoch ſeptimus ab Adā: q tranſlatus refert eſſe non mortuus: genuit filios et filias anteq̄ tranſferretur. in quibus fuit Matuſalem per quem generationum memorandarum ordo tranſcurrit. Cur ergo tanta paucitas ſucceſſionum commēoratur ī generatōibus ex Cayn: ſi eas uſq; ad diluuiū perduci oportebat: nec erat diuturna etas puētens pubertatem: que centum uel amplius annos uacaret a fetibus? Nā ſi nō ītendebat auctor libri huius aliquē ad quē neceſſario perduceret ſeriē generationū: ſicut in illis qui ueniunt de ſemine Seth: ītendebat peruenire ad Noe a quo rurſus ordo neceſſarius ſequeretur: qd opus erat pretermittere primogenitos filios ut perueniret ad Lamech: in cuius filiis finitē illa contextio octaua generatione ſcilicet ex Adā: ſeptima ex Cayn: quaſi eſſet inde aliquid deinceps connectendū: unde perueniretē uel ad iſraeliticum populum: in quo celeſti ciuitati etiā terrena hieruſalem figurā propheticam prebuit: uel ad xp̄m ſcđm carnem q eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula: ſuperne hieruſalem fabricator atq; regenerator: cum tota progenies Cayn diluuio ſit deleta? Vnde uideri poteſt ī eodem ordīe generationū primogenitos fuiſſe cōmemoratos. Cur ergo tam pauci ſunt? Non enim uſq; ad diluuium tot eē potuerūt: nō uacantibus uſq; ad centenariā pubertatē patribus ab officio generādi: ſi non erat tunc proportione lōgeuitatis illius etiā ſera pubertas. Vt enim p eque triginta annorum fuerit cum filios generare ceperunt octies triceni: quoniā octo ſunt generationes cū Adam et cum eis quos genuit Lamech: ducenti et quadraginta ſunt anni. Num itaq; toto deinde tēpore uſq; ad diluuiū non generauerunt? Qua tandem cauſa qui hec ſcripſit generationes cōmemorare noluit que ſequunē? Nā ex Adam uſq; ad diluuiū cōputantur anni ſcđm codices noſtros duo milia ducēti ſexagīta duo: ſcđm hebreos aūt mille ſexcenti qnq̄gītaſex. Vt ergo iſtū numerū minorem credamus eſſe ueriorem: de mille ſexcentis quinq̄gintaſex annis: ducenti quadraginta detrahunē. Nunqd credibile ē p mille quadringentos et quot excurrit annos qui reſtāt uſq; ad diluuiū: progeniem Cayn a generationibus uacare potuiſſe? Sed qui ex hoc mouetur: meminerit cum quererē quomō credendū ſit: antiquos illos hoīes per tam multos ānos a gignendis filiis ceſſare potuiſſe: duobus modis iſtam ſolutam eſſe queſtionē. aut de ſera pubertate proportione tam lōge uite: aut de filiis q commēorantē in generationibus q non fuerint primogeniti: ſed hi per quos ad eum quē intendebat auctor libri poterat peruenire: ſicut ad Noe in generationibus Seth. Proinde in generationibus Cayn ſi nō occurrit q deberet intendi: ad quem pretermiſſis primogenitis per eos qui cōmemorati ſunt perueniri oportebat: ſera pubertas intelligenda reſtabat: ut aliquanto poſt centum annos puberes habileſq; ad gignēdū facti fuerint: ſut ordo generationū per p̄mogenitos curreret: & uſq; ad diluuium ad numerum annorum tante quantitatis occurreret. Quāuis fieri poſſit ut propter aliquam ſecretiorem cauſam que me latet: uſq; ad Lamech et eius filios generationum perueniente contextu cōmendaretē hec ciuitas quā dicimus terrenam: ac deinde ceſſaret ſcriptor libri cōmēorare ceteras: que uſq; ad diluuium eſſe potuerūt. Poteſt et illa eſſe cauſa cur nō ordo generationum p p̄mogenitos duceretur: ut neceſſe non ſit ī illis hoībus tam ſerā credere pubertatē: q ſcilicet eadem ciuitas quā Cayn in nomine Enoch filii ſui cōdidit: lōge lateq; regnare potuerit et reges habere non ſimul plures: ſed ſuis etatibus ſingulos: quos genuiſſent ſibi ſucceſſuros quicūq; regnaſſent. Horum regum primus eē potuit ipſe

Cayn:ſecunduſ eiuſ filiuſ Enoch in cuiuſ nomine ubi regnaretur cōdita ē ciuitaſ: tertiuſ Irad quē genuit Enoch:quartuſ Manihel quē genuit Irad:quintuſ Matuſabel quem genuit Manihel:ſextuſ Lamech quē genuit Matuſabel:qui ē ſeptimuſ ab Adam per Cayn. Non autē erat conſequenſ ut primogeniti ī regnum regnātibuſ ſuccederent patribuſ:ſed quoſ regnandi meritum propter uirtutem terrene utilem ciuitati:uel ſorſ aliqua reperiret:uel ille potiſſimum ſuccederet patri hereditario quodam iure regnandi:quē pre ceteriſ filiiſ dilexiſſet. Potuit autē uiuente adhuc Lamech atq; regnāte fieri diluuiū:ut ipm cū aliiſ omībuſ hōibuſ exceptiſ q in arca fuerūt quē perderet inueniret. Neq; enī mirandū eſt:ſi uaria quantitate numeroſitatiſ annorum interpoſita:per tam longā etatē ab Adam uſq; ad diluuiū non equaliſ numeri generationeſ habuit utraq; progenieſ:ſed per Cayn ſeptē:p Seth autem decem:ſeptimuſ eſt enim ut iam dixi ab Adam uſq; Lamech:decimuſ Noe. Et ideo nō unuſ filiuſ Lamech ſicut in ceteriſ ſuperiuſ:ſed plureſ cōmemorati ſūt: quia incertum fuerat qſ ei fuiſſet mortuo ſucceſſuruſ:ſi regnandi tempuſ īter ipſū et diluuium remanſiſſet. Sed quoquomodo ſe habeat:ſiue per primogenitoſ ſiue p regeſ ex Cayn generationū ordo decurrenſ:illud mihi nullo pacto ptereundum ſilentio uidet:ꝙ cū Lamech ſeptimuſ ab Adam fuiſſet īuentuſ:tot eiuſ annumerati ſunt filii donec undenariuſ numeruſ impleret:quo ſignificatur peccatum. Adduntē enim treſ filii et una filia. Vxoreſ autem aliud poſſunt ſignificare:non hoc quod nunc cōmendandū uidet. Nūc enim de generationibuſ loquimur:ille uero unde ſint genite tacitum eſt. Quoniā ergo lex denario numero predicatur:unde ē memorabiliſ ille decalogus:profecto numeruſ undenariuſ qm̄ trāſgredit denarium: tranſgreſſionē legiſ ac per hoc peccatū ſignificat. Hinc eſt ꝙ ī tabernaculo teſtimonii quod erat in itinere populi dei uelut templum ambulatorum:undecī uela cilicina fieri pcepta ſūt. In cilicio qppe recordatio eſt peccatorum:propter hedoſ ad ſiniſtrum futuroſ:quia confitenteſ in cilicio pſternimur tanq̄ dicēteſ quod in pſalmo ſcriptum eſt:peccatū meum ante me ē ſemper. Progenieſ ergo ex Adam p Cayn ſceleratum undenario numero finitur:quo peccatum ſignificat:et ipſe numeruſ a femina clauditur:a quo ſexu initium factum eſt peccati p quod omneſ morimur. Commiſſū ē autem ut et uoluptaſ carniſ que ſpiritui reſiſteret ſequeret. Nam et ipa filia Lamech Noema uoluptaſ interpretat. Per Seth autē ab Adā uſq; ad Noe denariuſ inſinuatur legitimuſ numeruſ. Cui Noe treſ adiciuntur filii: unde uno lapſo duo benedicuntur a patre:ſut remoto reprobo et probatiſ filiiſ ad numerū additiſ:etiā duodenariuſ numeruſ intimetur:qui et in patriarcharū et in apoſtoloꝝ numero inſigniſ ē:propter ſeptenarii parteſ alterā p alterā multiplicataſ. Nā ter quaterni uel quater terni ipſū faciūt. His ita ſe habētibuſ:uideo conſiderādū & cōmemorādū:iſta utraq; pgenieſ que diſtinctiſ generatōibuſ duaſ īſinuat ciuitateſ: unā terrigenarū alteram regeneratoꝝ:quō poſtea ſic cōmixta fuerit atq; cōfuſa: ut uniuerſū genuſ hūanū exceptiſ octo hōibuſ pire mereret diluuio. Cum rone co memorato Enoch q fuit filius Cayn [illegible] totius generationis eius [illegible] narratio [illegible] memorato aut Enos [illegible] fuit filius Seth ad edicionem humane [illegible]

PRimo aūt intuendū eſt:quemadmodum cū ex cayn generationeſ enumerarentur:cōmemorato ante ceteroſ poſteroſ eiuſ illo in cuiuſ nomine cōdita eſt ciuitaſ id eſt Enoch:contexti ſunt ceteri uſq; ad illum finem de quo locutuſ ſū: donec illud genuſ atq; illa uniuerſa propago diluuio deleret:cū uero filiuſ Seth unuſ cōmemoratuſ fuiſſet Enoſ:nondum uſq; ad diluuiū additiſ ceteriſ:articuluſ

quidā īterponitur et dicit: hic liber natiuitatiſ hoīm ſqua die fecit deuſ Adam: ad imaginem dei fecit illū: maſculū et feminā fecit eoſ: et benedixit illoſ: et cognominauit nomē eoꝝ Adam ſqua die fecit illoſ. Quod mihi uidet̄ ad hoc īterpoſitū: ut hinc rurſuſ inciperet ab ipo Adam dinumeratio tempoꝝ ſquā uoluit facere qui hec ſcripſit ī ciuitate terrena ſ tanq̄ eam deuſ ſic cōmemoraret ut non computaret. Sed q̄re hinc redditur ad iſtam recapitulationē: poſteaq̄ cōmemoratuſ eſt filiuſ Seth homo qui ſperauit inuocare nomen domini dei: niſi quia ſic oportebat iſtaſ duaſ proponere ciuitateſ: unam per homicidā uſq; ad homicidam ſ ına et Lamech duabuſ uxoribuſ ſuiſ ſeſe perpetraſſe homicidium confitetur ſ alterā per eum qui ſperauit inuocare nomen domini dei. Hoc eſt q̄ppe in hoc mundo peregrināciſ ciuitatiſ dei totum atq; ſummū ī hac mortalitate negocium: quod per unū hoīem quē ſane occiſi reſurrectio genuit: cōmendandum fuit. Homo quippe ille unuſ totiuſ ſuperne ciuitatiſ eſt unitaſ ſ nōdū q̄dem cōpleta: ſed premiſſa iſta pphetica prefiguratione complenda. Filiuſ ergo Cayn hoc eſt filiuſ poſſeſſioniſ: cuiuſ niſi terrene ciuitatiſ habeat nomen ſin ciuitate terrena que in eiuſ nomine condita ē? De hiſ eſt enim de quibuſ cantatur in pſalmo: inuocabūt nomina eorum in terriſ ipſorū: propter quod ſequitur eoſ quod in alio pſalmo ſcriptū eſt: ſdn̄e in ciuitate tua imaginem eoꝝ ad nihilum rediges. Filiuſ aūt Seth hoc ē filiuſ reſurrectioniſ ſperet inuocare nomen domini dei. Eam quippe ſocietatem hoīm prefigurat que dicit: ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui ī miſericordia dei. Vanaſ aūt gloriaſ famoſi ī terra nōiſ non requirat. Beatuſ enim uir cuiuſ eſt nomē dn̄i ſpeſ eiuſ: et nō reſpexit ī uanitateſ et inſaniaſ falſaſ. Propoſitiſ itaq; duabuſ ciuitatibuſ: una in re huiuſ ſeculi: altera in ſpe dei ſ tanq̄ ex cōmuni que aperta eſt in Adam ianua mortalitatiſ egreſſiſ: ut percurrant et diſcurrant ad diſcretoſ proprioſ & debitoſ fineſ ſincipit dinumeratio tēporum in qua & alie generatōeſ adiciunt ſ facta recapitulatione ex Adam ſex cuiuſ origīe damnata ueluti maſſa una: merite damnationi tradita fecit deuſ alia in cōtumeliā uaſa ire ſalia ī honorē uaſa miſericordie: illiſ reddenſ quod debetur in pena ſiſtiſ donanſ qđ non debetur in gratia: ut ex ipſa etiā compatione uaſorū ire ſ ſuperna ciuitaſ diſcat que peregrinatur in terriſ: non fidere libertate arbitrii ſui ſſed ſperet inuocare nomen domini dei ſq̄m uolūtaſ in natura que facta eſt bona a bono deo ſſed mutabiliſ ab īmutabili: ex nihilo ab eo qui ē ſet a bono pōt declinare ut faciat malū: ſqđ fit libero arbitrio ſ& a malo ut faciat bonū: qđ non fit ſine diuino adiutorio.

Hoc itaq; libero uoluntatiſ arbitrio: generatione humana progrediente atq; creſcente facta eſt permixtio ſet iniquitate participata quedā utriuſq; cōfuſio ciuitatiſ. ſquod malum a ſexu feminino cauſam rurſuſ inuenit: nō quidem illo mō quo ab initio. Non enim cuiuſq̄ etiā tūc fallacia ſeducte ille femine perſuaſerunt peccatum uiriſ ſſed ab initio que prauiſ moribuſ fuerant in terrena ciuitate id eſt in terrigenarum ſocietate ſamate ſunt a filiiſ dei ciuibuſ ſcilicet peregrinantiſ in hoc ſeculo alteriuſ ciuitatiſ: propter pulcritudinem corporum ſquod bonum dei q̄dē donum eſt: ſed propterea id largitur etiā maliſ ſne magnum bonum uideat̄ boniſ. Deſerto itaq; magno bono et bonoꝝ proprio lapſuſ eſt factuſ ad bonū minimū: non boniſ proprium ſed boniſ maliſq; cōmune ſac ſic filii dei filiarum hoīm amore ſunt capti ſatq; ut eiſ coniugibuſ fruerent̄ ī amorē ſocietatiſ terrigene defluxerūt: deſerta pietate quam in ſancta ſocietate ſeruabāt. Sic enim corporiſ pulcritudo:

a deo qdem factum ſed tēporale carnale infimū bonū: male amatur poſtpoſito deo eterno: iterno: ſēpiterno bono: quēadmodū iuſticia deſerta & aurū amat̄ ab auaris: nullo peccato auri ſed hoīs. Ita ſe habet omnis creatura. Cum enī bona ſit: et bene poteſt amari et male: bene ſcilicet ordine cuſtodito: male aūt ordine perturbato. Quod in laude quidam creatoris breuiter uerſibus dixit. Hec tua ſunt bona ſunt: quia tu bonus iſta creaſti. Nihil noſtrū eſt in eis niſi qd̄ peccamus amātes. Ordīe neglecto pro te quod conditur abs te. Creator autem ſi ueraciter ametur: hoc eſt ſi ipſe nō aliud pro illo quod non eſt ipſe ametur: male amari non poteſt. Nam & amor ipſe ordinate amandus eſt: quo bene amatur quod amādum eſt: ut ſit in nobis uirtus qua uiuitur bene. Vnde mihi uidet̄ q̄ diffinitio breuis et uera uirtutis ordo eſt amoris. Propter qd̄ in ſancto cantico canticorū cantat ſponſa xp̄i ciuitas dei. Ordinate in me caritatē. Huius igitur caritatis hoc ē dilectōis & amoris ordīe ꝑturbatio: deū filii dei neglexerunt: et filias hoīm dilexerūt: qbus duobus nominibus ſatis ciuitas utraq; diſcernit̄. Neq; enī & illi nō erant filii hominum ꝑ naturā: ſed aliud nomē habere ceperāt ꝑ grām.

Nam & ī eadē ſcriptura ubi dicti ſūt dilexiſſe filias hoīm filii dei: iidem dicti ſunt etiā angeli dei. unde illos multi putant nō homines fuiſſe ſed āgelos. Quā queſtionem nos tranſeunter cōmemoratam in tertio huius operis libro reliquimus inſolutam: utrū poſſint angeli cū ſpiritus ſint corporaliter coire cū feminis. Scriptū eſt enim. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: id eſt eos qui natura ſpiritus ſunt facit eē angelos ſuos: iniungendo eis officium nuntiandi. Qui enim grece dicitur āgelos: qd̄ nomen latina declinatione angelus perhibet̄: latina lingua nuntius interpretat̄: Sed utrum eorū corpora conſequenter adiunxerit dicendo: & miniſtros ſuos ignē ardētem: an q̄ caritate tanq̄ igne ſpirituali feruere debeant miniſtri eius: ābiguū eſt. Apparuiſſe tamen hōibus āgelos ī talibus corporibus ut nō ſolum uideri uerū etiā tangi poſſent: eadē uerīſſima ſcriptura teſtatur. Et quoniā creberrima fama eſt: multiq; ſe expertos uel ab eis qui experti eſſent: de quorum fide dubitandum non ē audiſſe confirmant: ſiluanos et faunos quos uulgo incubos uocant: improbos ſepe extitiſſe mulieribus: et earum appetiſſe ac peregiſſe concubitum: & quoſdam demones quos duſios galli nuncupant: hanc aſſidue īmunditiā & tēptare & efficere pluresq; taleſq; aſſeuerant: ut hoc negare īpudentie uideat̄. Non hinc aliqd audeo temere diffinire: utrum aliqui ſpiritus elemento aereo corporati ſunt: nā hoc ele/mētum etiā cū agitat̄ flabello: ſenſu corporis tactuq; ſentitur: poſſint etiā hāc pati libidinem: ut quomō poſſunt ſentientibus feminis miſceantur. Dei tamen angelos ſanctos nullo modo illo tempore ſic labi potuiſſe crediderim: nec de his dixiſſe a/poſtolū petrū. Si enī deus angelis peccātibus nō pepercit: ſed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reſeruari: ſed potius de illis q primū apoſtatantes a deo cū diabolo principe ſuo ceciderunt: qui primum hominem per īuidiā ſerpētina fraude decepit. Angelos autē fuiſſe etiā dei hoīes nūcupatos: eadē ſcriptura ſancta locupletiſſima teſtis eſt. Nā & de Iohāne ſcriptum eſt. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuā: qui preparabit uiā tuā. Et Malachias propheta propria quadam id eſt proprie ſibi īpertita gratia dictus eſt angelus. Verū hoc mouet quoſdam: q̄ ex illis qui dicti ſunt āgeli dei: et ex mulieribus q̄s amauerūt: non quaſi hoīes generis noſtri ſed gigantes legimus eſſe natos: quaſi uero corpora hominū modum noſtrum longe excedentia: quod etiam ſupra cōmemoraui: non

etiã noſtriſ temporibuſ nata ſint. Nõne ante paucoſ annoſ cum romane urbiſ qḋ a gothiſ factum eſt propinquaret excidium: rome fuit femina cũ ſuo patre et ſua matre: que corpore quodammodo giganteo lõge ceteriſ ꝑmineret: ad quã uiſẽdã mirabiliſ fiebat uſqꝫquaqꝫ concurſuſ. Et hoc erat maxĩe admirationi: ꝙ ambo pareteſ eiuſ nec ſaltem tam longi hoĩeſ erant: q̃ longiſſimoſ uidere cõſueuimuſ. Potuerũt igitur giganteſ naſci: & priuſ q̃ filii dei q et angeli dei dicti ſunt: filiabuſ hominũ hoc eſt ſcḋm hominem uiuentium miſcerent̃: filii ſcilicet Seth filiabuſ Cayn. Nã et canonica ſcriptura ſic loquitur: ĩ quo libro hec legimuſ: cuiuſ uerba iſta ſũt. Et factum eſt poſtq̃ ceperunt homineſ multi fieri ſuper terram: et filie nate ſũt illiſ: uidenteſ angeli dei filiaſ hoĩm qꝛ bone ſũt: ſumpſerũt ſibi uxoreſ ex omnibuſ quaſ elegerant. Et dixit dominuſ deuſ. Non permanebit ſpirituſ meuſ in hominibuſ hiſ in eternum: propter quod caro ſunt. Erunt autem dieſ eorum centũ uiginti anni. Giganteſ autem erãt ſuper terrã in diebuſ illiſ. Et poſt illud cũ intrarent filii dei ad filiaſ hominũ et generarent ſibi: illi erant giganteſ a ſeculo homineſ nominati. Hec libri uerba diuini ſatiſ indicant: iam illiſ diebuſ fuiſſe giganteſ ſup terram: q̃n filii dei acceperũt uxoreſ filiaſ hoĩm: cũ eaſ amarent bonaſ: id ẽ pulcraſ. Cõſuetudo quippe ſcripture huiuſ eſt: etiam ſpecioſoſ corpore bonoſ uocare. Sed et poſtq̃ hoc factum eſt nati ſunt giganteſ. Sic enim ait giganteſ aũt erant ſuper terram ĩ diebuſ illiſ. Et poſt illud: cum intrarent filii dei ad filiaſ hoĩm. Ergo et ante in illiſ diebuſ et poſt illud. Quod aũt ait et generabant ſibi: ſatiſ oſtendit ꝙ priuſ anteq̃ ſic caderent filii dei: ĩ deo generabant non ſibi: id eſt non dominante ſibi libidine coeundi: ſed ſeruiente officio propagandi: nõ familiam faſtuſ ſui: ſed ciueſ ciuitatiſ dei: quibuſ annuntiauerant tanq̃ angeli dei: ut ponerent ĩ deo ſpem ſuam: ſimileſ illiuſ qui natuſ eſt de Seth filiuſ reſurrectioniſ: et ſperauit inuocare nomen dñi dei: in qua ſpe eſſent cum ſuiſ poſteriſ cohe redeſ eternorum bonorum: et ſub deo patre fratreſ filiorũ. Nõ aũt illoſ ita fuiſſe angeloſ dei ut homineſ nõ eẽnt: ſicut putant quidã: ſed homĩeſ proculdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine ulla ambiguitate declarat. Cum enim premiſſũ eſſet ꝙ uidenteſ angeli dei filiaſ hoĩm qꝛ bone ſunt: ſumpſerunt ſibi uxoreſ ex omnibuſ quaſ elegerant: mox adiunctũ eſt et dixit dñſ deuſ: non permanebit ſpirituſ meuſ in hominibuſ hiſ in eternũ: propter quod caro ſunt. Spirituſ dei qppe fuerũt facti angeli dei et filii dei. ſed declinãdo ad ĩferiora homineſ dicunt̃ noĩe nature nõ gratie: dicũt̃ & caro deſertoreſ ſpirituſ: et deſerẽdo deſerti. Et ſeptuaginta quidẽ interpreteſ: et ãgeloſ dei dixerunt iſtoſ et filioſ dei: quod quidẽ etiã non habent omneſ codiceſ: nam quidã niſi filioſ dei non habent. Aquila autẽ quẽ interpretẽ iudei ceteriſ antepo nũt: non ãgeloſ dei nec filioſ dei: ſed filiuſ deoꝝ interpretatuſ eſt. Vtrũqꝫ aũt uerũ ẽ. Nam et filii dei erãt ſub quo patre ſuorum patrũ etiã fratreſ erãt: filii deorũ: quoniam a diiſ geniti erant: cum quibuſ etiã ipſi dii erant: iuxta illud pſalmi. Ego dixi dii eſtiſ: et filii excelſi omĩſ. Merito enim creduntur ſeptuaginta interpreteſ accepiſſe propheticum ſpiritũ: ut ſiquid eiuſ auctoritate mutarent: atqꝫ aliter q̃ erat quod interpretabantur dicerẽt: neqꝫ hoc diuinituſ eſſe dictũ dubitaretur. Quãuiſ hoc in hebreo eſſe perhibeatur ambiguũ: ut filii dei et filii deorum poſſet interpretari. Omittamuſ igitur earum ſcripturarum fabulaſ que apocrife nuncupantur: eo ꝙ earũ occulta origo nõ claruit patribuſ a quibuſ uſqꝫ ad noſ auctoritaſ ueracium ſcripturaꝝ certiſſia & notiſſia ſucceſſiõe peruenit. In hiſ aũt apocrifiſ & ſi ĩueniat̃ aliq̃ ueritaſ: tñ ꝑpter multa falſa nulla ẽ canõica auctoritaſ. Scrpſiſſe qdẽ nõnulla diuĩa Enoch illũ ſeptimum ab

Adam negare non poſſumus: cũ hoc ĩ epiſtola canonica Iudas apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt ĩ eo canone ſcripturarũ: q̃ ſeruabač ĩ templo hebrei populi ſuccedentium diligentia ſacerdotum. Cur autẽ hoc: niſi quia ob antiq̃tatẽ ſuſpecte fidei iudicata ſunt: nec utrum hec eſſẽt que ille ſcripſiſſet poterat inueniri: nõ talibus proferentibus qui ea per ſeriem ſucceſſionis repperirentur rite ſeruaſſe. Vñ illa que ſub eius nomine proferuntur: etiã cõtinent iſtas de gigantibus fabulas: q̃ non habuerunt homines patres: recte a prudentibus iudicantur nõ ipſius eſſe credẽda: ſicut multa ſub nominibus & aliorũ ꝓphetarũ: et recentiora ſub nõibus apoſtolorũ ab hereticis proferũtur: que omnia ſub nõie apocriforũ ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt. Igi͛ ſcd̃m ſcripturas canonicas hebreas atq; chriſtianas multos gigantes ante diluuium fuiſſe dubium nõ ẽẽ: et hos fuiſſe ciues terrigene ſocietatis hominum. dei aũt filios qui ſcd̃m carnẽ de Seth propagati fũt: in hanc ſocietatem deſerta iuſticia declinaſſe. Nec mirandum eſt q̃ etiã de ipſis gigantes naſci potuerũt. Neq; enĩ omnes gigantes fuerũt: ſed magis multi utiq; tunc fuerũt: q̃ poſt diluuium tẽporibus ceteris. Quos propterea creare placuit creatori: ut hinc etiã oſtenderetur: non ſolum pulcritudines uerum etiam magnitudines et fortitudines corporum non magnipendendas eſſe ſapienti: qui ſpiritualibus atq; immortalibus longe melioribus atq; firmioribus: et bonorum propriis non bonorũ malorumq; communibus beatificatur bonis. Quã rem alius propheta commẽdans ait. Ibi fuerunt gigantes illi nominati: qui ab initio fuerunt ſtaturoſi: ſcientes ꝑliũ. Non hos elegit dominus: nec uiam ſcientie dedit illis: ſed interierũt quia non habuerunt ſcientiam: perierunt propter inconſiderantiam.

Quod autẽ dixit deus: erunt dies illorũ centum uiginti anni: nõ ſic accipiendũ eſt: q̃ſi prenunciatum ſit poſt hec homines centum uiginti annos uiuendo non tranſgredi: cum et poſt diluuiũ etiam q̃ngentos exceſſiſſe inueniamus. Sed intelligendum eſt hoc deum dixiſſe cum circa finem q̃ngentorum annorum eſſet Noe: id eſt quadringentos octaginta uite ãnos ageret quos more ſuo ſcriptura q̃ngẽtos uocat nomine totius maximã partem plerũq; ſignificans. ſexcenteſimo q̃ppe ãno uite Noe: ſecũdo menſe factum eſt diluuiũ. Ac ſic centũ uiginti anni predicti ſũt futuri uite hominum periturorũ: quibus trãſactis diluuio delerentur. Nec fruſtra creditur ſic factum eſſe diluuiũ: iam non inuentis in terra qui non erant digni tali morte defungi: qua in impios uindicatum eſt: nõ q̃ hic quidq̃ bonis q̃nq; morituris tale genus mortis faciat aliqd q̃d eis poſſit obeſſe poſt mortẽ. Verũtamẽ nullus eorum a diluuio mortuus eſt: quos de ſemĩe Seth propagatos ſacta ſcriptura cõmemorat. Sic autem diuinitus diluuii cauſa narratur. Videns inquit dominus deus quia multiplicate ſunt malitie hominum ſuper terram: et q̃ unuſquiſq; cogitat in corde ſuo diligenter ſuper maligna omnes dies: cogitauit quia fecit hominem ſup terram: et recogitauit et dixit deus. Delebo hominẽ quẽ feci a facie terre: ab hoĩe uſq; ad pecus: & a repentibus uſq; ad uolatilia celi: quia iratus ſum quoniã feci eos.

Ira dei nõ perturbatio animi eius eſt: ſed iudiciũ quo irrogač pena peccato. Cogitatio uero eius et recogitatio: mutandarũ rerum eſt immutabilis ratio. Neq; enim ſicut hominem ita deum cuius q̃ facti ſui penitet: cuius eſt de omnibus oĩno rebus tam fixa ſententia q̃ certa preſcientia. Sed ſi nõ utač ſcriptura talibus uerbis: nõ ſe quodammodo familiarius inſinuabit omni generi hoĩm quibus uult

eſſe conſultũ:ut et terreat ſuperbientes: et exerceat querẽtes: & excitet negligẽtes: et alat intelligentes. Quod non faceret: ſi non ſe prius inclinaret et quodammodo deſcenderet ad iacentes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terreſtrium uolatiliumq; denũtiat: magnitudinem future cladis effatur: nõ animãtibus rationis expertibus tanq̃ et ipſa peccauerint minatur exitium.

IAm uero ꝙ Noe homini iuſto et ſicut de illo ſcriptura ueridica loquitur in ſua generatione perfecto: non utiq; ſicut perficiendi ſunt ciues ciuitatis dei ĩ illa ĩmortalitate qua equabuntur angelis dei: ſed ſicut eſſe poſſunt ĩ hac peregrinatõe perfecti: imperat deus ut arcam faciat: in qua cum ſuis id eſt uxore filiis & nuribus: et cum animalibus que ad illum ex dei precepto in arcam ingreſſa ſunt liberaretur a uaſtitate diluuii: procul dubio figura eſt peregrinantis ĩ hoc ſeculo ciuitatis dei: hoc eſt eccleſie que fit ſalua per lignum ĩ quo pependit mediator dei & hoĩm hõ xpus ihesus. Nam et menſure ipſe longitudinis et latitudinis & altitudinis eius ſignificant corpus humanũ: in cuius ueritate ad homines prenunciatus eſt uenturus: et uenit. Humani quippe corporis longitudo a uertice uſq; ad ueſtigia: ſexties tãtũ habet q̃ latitudo que ẽ ab uno latere uſq; ad alterũ latus: & decies tantũ q̃ altitudo: cuius altitudinis menſura eſt in latere a dorſo uſq; ad uentrẽ: uelut ſi iacentẽ hoĩem metiaris ſupinum ſeu pronum: ſexties tantum longus eſt a capite uſq; ad pedes: q̃ latus a dextera in ſiniſtrã uel a ſiniſtra in dexteram: et decies q̃ altus a terra. Vñ facta eſt arca trecentorum in longitudine cubitorũ: et quinquaginta ĩ latitudie: et triginta in altitudine. Et ꝙ oſtium ĩ latere accepit: profecto illud ẽ uulnus qñ latus crucifixi lancea perforatũ eſt. Hac quippe ad illum uenientes ingrediũtur: quia inde ſacramenta manarunt quibus credentes iniciantur. Et ꝙ de lignis quadratis fieri iubetur: undiq; ſtabilem uitam ſãctorũ ſignificat. Quacũq; enĩ uerteris quadratum: ſtabit. Et cetera que ĩ eiuſdẽ arce cõſtructione dicunt: eccleſiaſticarũ ſigna ſunt rerum. Sed eam nunc proſeq longũ eſt. et hoc iam fecimus ĩ opere qđ aduerſus Fauſtum manicheum ſcripſimus: negantem in libris hebreorum aliquid de chriſto eſſe prophetatum. Et fieri quidem poteſt: ut & nobis quiſpiam & alius alio exponat hec aptius: dum tamen ea que dicuntur ad hanc de qua loquimur dei ciuitatem: ĩ hoc ſeculo maligno tanq̃m in diluuio peregrinantem omnia referantur: ſi ab eius ſenſu qui iſta conſcripſit: non uult longe aberrare q exponit. Exempli gratia: uelut ſi quiſpiam quod hic ſcriptũ ẽ arce inferiora bicamerata et tricamerata facies ea: non quod ego in illo opere dixi uelit ĩtelligi: q̃ q̃a ex oĩbus gentibus eccleſia congregatur: bicameratam dictã propter duo genera hominum circũciſionem ſcilicet et preputiũ: quos apoſtolus et alio mõ dicit iudeos & grecos: tricameratam uero eo ꝙ oĩs gentes de tribus filiis Noe poſt diluuiũ reparate ſũt: ſed aliud dicat aliquid quod a fidei regula non ſit alienũ. Nam qm̃ non ſolum in inferioribus manſiones habere arcam uoluit: uerũ etiã in ſuperioribus: & hec dixit bicamerata: & in ſuperioribus ſuperiorum: et hec appellauit tricamerata: ut ab imo ſurſũ uerſus tertia conſurgeret habitatio: poſſunt hec intelligi & illa tria que cõmẽdat apoſtolus: fidem ſpem caritatem. Poſſũt etiã multo cõuenientius tres ille ubertates euãgelice: tricena: ſexagena: cẽtena: ut ĩ infimo habitet pudicitia cõiugalis: ſupra uidualis: atq; hac ſuperior uirginalis: & ſiqd melius ſcđm fidẽ ciuitatis huius ĩtelligi et dici poteſt. Hoc etiam de ceteris que hic exponenda ſunt dixerim: quia et ſi non uno differuntur modo ad unam tamen catholice fidei concordiã reuocanda ſũt.

On tamen quiſq̃ putare debet: aut fruſtra hec eſſe conſcripta: aut tantũmõ
rerum geſtarum ueritatẽ ſine ulliſ allegoricíſ ſignificationibuſ hic eſſe que/
rendam: aut econtrario hec oĩno geſta non eſſe: ſed ſolaſ eſſe uerborũ figuraſ: aut
quidquid illud eſt nequaq̃ ad prophetiam eccleſie pertinere. Quiſ enim niſi mente
peruerſuſ inaniter ſcriptoſ eſſe contendat libroſ per annorũ milia tanta religiõe
& tam ordinate ſucceſſioniſ obſeruãtia cuſtoditoſ: aut ſolaſ reſ geſtaſ illic intuẽdaſ:
ubi certe ut alia omittã: ſi numeroſitaſ animaliũ cogebat arce tantam fieri mag/
nitudinem: immũda bina & munda ſeptena intromitti animalia qd cogebat: cum
equali numero poſſent utraq; ſeruari? Aut uero deuſ q propter reparandũ genuſ
ſeruanda precepit: eo modo illa quo inſtituerat reſtituere nõ ualebat? Qui uero
non eẽ geſta: ſed ſolaſ rerũ ſignificandarũ figuraſ eẽ contendunt: primum opinãt
tam magnum fieri nõ potuiſſe diluuium: ut altiſſimoſ monteſ qndecĩ cubitiſ aqua
creſcendo tranſcenderet: propter olimpi uerticẽ mõtiſ ſupra quã perhibent nubeſ
non poſſe concendere: q tam ſublimiſ q̃ celum ſit: ut non ibi ſit aer iſte craſſior ubi
uenti nebule imbreſq; gignunt: nec attendunt omnium elementorum craſſiſſimã
terram ibi eſſe potuiſſe. An forte negant eſſe terram uerticem montiſ? Cur igitur
uſq; ad illa celi ſpatia terriſ exaltari licuiſſe: et aqſ exaltari non licuiſſe cõtendũt:
cum iſti menſoreſ et penſoreſ elementorum aquaſ terriſ perhibeant ſuperioreſ atq;
leuioreſ? Quid itaq; rationiſ afferunt: quare terra grauior et inferior locum celi
tranquillioriſ inuaſerit per uolumina tot annorũ: et aqua leuior ac ſuperior pmiſſa
non ſit hoc facere ſaltem ad tempuſ exiguum? Dicunt etiam non potuiſſe capere
arce illiuſ quantitatem animaliũ genera tã multa in utroq; ſexu: bina de imũdiſ:
ſeptena de mundiſ. Qui mihi uident nõ cõputare niſi trecenta cubita lõgitudiniſ:
et latitudiniſ quinquaginta: triginta altitudiniſ: nec cogitare aliud tantum eſſe i
ſuperioribuſ: itemq; aliud tãtum in ſuperioribuſ ſuperiorum: ac per hoc ter ducta
illa cubita fieri nongenta per longum: centum qnquaginta per latum: nonagita
per altum. Si autẽ cogitemuſ quod Origeneſ non ineleganter aſtruxit: Moyſen
ſcilicet hoiem dei eruditum ſicut ſcriptũ ẽ omni ſapientia egiptiorũ: q geometricã
dilexerunt: geometrica cubita ſignificare potuiſſe: ubi unum quantũ ſex noſtra
ualere aſſeuerant: quiſ non uideat quantũ rerum capere potuit illa magnitudo?
Nam illud quod diſputant tante magnitudiniſ arcã non potuiſſe compingi: ſep/
tiſſime calumniantur: cum ſciant immenſaſ urbeſ fuiſſe conſtructaſ: nec attendunt
centum annoſ quibuſ arca illa eſt fabricata. Niſi forte lapiſ lapidi adherere poteſt
ſola calce coniunctuſ: ut muruſ per tot milia circũagatur: et lignum ligno per ſuſ/
cudineſ epyroſ clauoſ gluten bituminiſ non poteſt adherere: ut fabricaret arca nõ
curuiſ ſed rectiſ lineiſ longe lateq; porrecta: quam nulluſ in mare mittit conatuſ
hominum: ſed leuet unda cum uenerit naturali ordine ponderum: magiſq; diuina
prouidentia q̃ humana prudentia natantem gubernet: ne incurrat ubicunq; naufra/
gium. Quod autem ſcrupuloſiſſime queri ſolet de minutiſſimiſ beſtioliſ: non ſolũ
qualeſ ſunt mureſ et ſtellioneſ: uerum etiam qualeſ locuſte: ſcarabei: muſce deniq;
et pulceſ: utrum non amplioriſ numeri in arca illa fuerint q̃ qui eſt definituſ: cum
hoc imparet deuſ: primũ admonendi ſũt quoſ hec mouent: ſic accipiendum eſſe quod
dictum eſt que repant ſuper terram: ut neceſſe non fuerit conſeruari in arca que
poſſunt in aqſ uiuere: nõ ſolũ merſa ſicut piſceſ: uerũ ſupnatãtia ſicut multe aliteſ.

Deinde cũ dicit̃ maſculuſ & feīa erunt: pfectoītelligit̃ ad repandũ genuſ dici. Ac p hoc nec illa neceſſe fuerat ibi eſſe: que poſſunt ſine cõcubitu de qbuſq; rebuſ uel rerũ corruptõibuſ naſci: uel ſi fuerũt ſicut ī domibuſ eẽ cõſueuerũt: ſine ullo numero definito eſſe potuiſſe. Aut ſi miſteriũ ſacratiſſimũ qd̃ agebatur: et tante rei figura etiã in ueritate facti aliter nõ poſſet īpleri: niſi ut oīa ibi certo illo numero eẽnt que uiuere ī aqſ natura phibente non poſſent: nõ fuit iſta cura illiuſ hoīſ uel illoꝝ hoīm: ſed diuina. Nõ enī ea Noe capta intromittebat: ſed uenientia et intrantia pmittebat. Ad hoc enī ualet quod dictũ eſt: intrabunt ad te: non ſcilicet hoīſ actu ſed dei nutu: ita ſane ut nõ illic fuiſſe credenda ſint que ſexu carent. Preſcptũ ē .n. atq; diffinitũ: maſculuſ et femīa erunt. Alia ſũt qppe que de qbuſq; rebuſ ſĩn cõcubitu ita naſcunt̃: ut poſtea concũbant et generent: ſicut muſce: alia uero in qbuſ nihil ſit mariſ et femine ſicut apeſ. Ea porro que ſic habēt ſexũ ut nõ habeāt fetũ ſicut muli et mule: mirꝝ ſi ibi fuerũt: ac nõ potiuſ parenteſ eoꝝ ibi fuiſſe ſuffecerint: eqnũ uidelicet atq; aſininũ genuſ: et ſiqua alia ſunt que cõmixtõe diuerſi generiſ genuſ aliqd̃ gignunt. Sed & ſi hoc ad miſteriũ pertinebat: ibi erant: habet enī & hoc genuſ maſculũ et feminã. Solet etiã mouere nõnulloſ: genera eſcarũ que illic habere poterant animalia que nõ niſi carne ueſci putant̃: utrũ pter numerum ibi fuerit ſĩn tranſgreſſiõe mandati: que aliorũ alẽdoꝝ neceſſitaſ illic coegiſſet icludi. an uero qd̃ potiuſ ē credẽdũ pter carneſ aliqua alimẽta eẽ potuerũt: que omibuſ conuenirent? Nouimuſ enim q̃m multa aīalia quibuſ caro cibuſ ē frugibuſ pomiſq; ueſcantur: et maxīe fico atq; caſtaneiſ. Quid ergo mirꝝ ſi uir ille ſapienſ & iuſtuſ. etiã diuinituſ admonituſ quid cuiq; congrueret: ſine carnibuſ apta cuiq; generi alimoniã pparauit & cõdidit? Quid ē aũt quo ueſci nõ cogeret fameſ? Aut qd nõ ſuaue aut ſalubre facere poſſet deuſ: qui etiã ut ſine cibo uiuerent diuina facilitate donaret: niſi ut paſcerentur etiã hoc īplende figure tanti miſterii conueniret? Nõ autem ad preſignandã eccleſiam pertinere tam multiplicia rerũ ſigna geſtarũ: niſi fuerit contencioſuſ nemo pmittitur opinari. Iã enī gẽteſ ita eccleſiã repleuerũt: mundiq; & īmundi donec certũ perueniat̃ ad finẽ: ita eiuſ unitatiſ quadã cõpagīe continent̃: ut ex hoc uno manifeſtiſſimo: etiam de ceteriſ que obſcuriuſ aliquanto dicta ſunt et difficiliuſ agnoſci queunt idubitari faſ non ſit. Que cũ ita ſint: ſic nec inaniter iſta eẽ conſcripta putare quiſq̃ uel duruſ audebit: nec nihil ſignificare cũ geſta ſint: nec ſola dicta eẽ ſignificatiua nõ facta: nec aliena eſſe ab eccleſia ſignificanda probabiliter dici poteſt: ſed magiſ credendum ē & ſapienter eſſe memorie litteriſq; mãdata: & geſta eſſe et ſignificare aliqd & ipm aliquid ad prefigurandã eccleſiã ptinere. Iam uſq; ad hunc articulũ pductuſ liber iſte claudẽduſ ē: ut ābaꝝ ciuitatum curſuſ terrene ſcilicet & ſcd̃m hominem uiuentiſ: et celeſtiſ ſcd̃m deũ poſt diluuium et deincepſ in rebuſ conſequentibuſ requirat̃. AVRE. H. AVGVSTINI XVI INCIPIT.

post diluuiũ a Noe usq; ad Abraham ... ſcd̃m deũ uiuentiũ reperiam̃

POſt diluuium procurrentiſ ſancte ueſtigia ciuitatiſ: utrum continuata ſit: an inter currẽtibuſ īpietatiſ īterrupta tpibuſ: ita ut nulluſ hominũ ueri uniuſ dei cultor exiſteret: ad liqdũ ſcripturiſ loquentibuſ inuenire difficile eſt. propterea quia in canoniciſ libriſ poſt Noe q cũ coniuge ac tribuſ filiiſ totidẽq; nuribuſ ſuiſ: meruit per arcam a uaſtatione diluuii liberari: non inuenimuſ uſq; ad Abraam cuiuſq̃m pietatem euidenti

diuino eloquio predicatam: niſi ꝙ Noe duos filios ſuos Sem et Iaphet ꝓphetica
benedictione cōmendat: intuens et preuidens quod longe fuerat poſt futurū. Vñ
factum eſt etiam illud: ut filium ſuū mediū hoc eſt primogenito minorē ultimoq;
maiorem: q̄ peccauerat in patrem: non in ipſo ſed in filio eius ſuo nepote maledi/
ceret his uerbis. Maledictus Chanaan puer: famulus erit fratribus ſuis. Chanaan
porro natus fuerat ex Cham: qui patris dormiētis nec texerat ſed potius ꝓdiderāt
nuditatem. Vnde et conſequtus adiungit benedictionem duoꝝ maximi & minimi
filiorum: dicens. Benedictus dominus deus Sem: et erit Chanaā puer illius. Latificet
deus Iaphet: et habitet in domibus Sem. Sicut ipſa eiuſdem Noe et uinee plātatio:
et ex eius fructu inebriatio: et dormientis nudatio: & que ibi cetera facta atq; cō/
ſcripta ſūt: propheticis ſunt grauidata ſenſibus & uelata tegminibus.

SEd nunc rerum effectu iam in poſteris conſecutis que operta fuerant ſatis
aperta ſunt. Quis enī hoc diligenter & intelligenter aduertens: non agnoſcat
in christo? Sem quippe de cuius ſemine natus eſt christus: interpretatur nominatus.
Quid autē nominatius christo: cuius nomen ubiq; iā flagrat: ſita ut in cantico cāticoꝝ
etiā ipſa precinente prophetia unguento compraret effuſo: in cuius domibus id eſt
eccleſiis habitat gentium latitudo. Nam Iaphet latitudo īterpretatur. Cham porro
qui interpretatur callidus: medius Noe filius tanq̄ ſe ab utroq; diſcernens: et inter
utrumq; remanens: nec in primitiis iſraelitarum nec in plenitudine gentium: quid
ſignificat niſi hereticorū genus callidū non ſpiritu ſapientie: ſed ſpiritu uerſipellis
aſtutie: quo ſolent hereticoꝝ feruere precordia: et pacem conturbare ſanctorum?
Sed hec in uſum cedunt proficientium: iuxta illud apoſtoli. Oportet hereſes eē
ut probati manifeſti fiant ī uobis. Vnde etiā ſcriptū ē: filius eruditus ſapiens erit:
imprudente autem miniſtro utetur. Multa quippe ad fidē catholicam ptinentia:
dum hereticorum callida inquietudine exagitantur: ut aduerſus eos defendi poſſint:
et conſiderantur diligentius: et intelliguntur clarius: et inſtantius predicantur: & ab
aduerſario mota queſtio diſcendi exiſtit occaſio. Quāuis non ſolū q̄ ſunt apertiſſime
ſeparati: uerum omnes qui in xp̄iano uocabulo gloriantur: et perdite uiuunt: non
abſurde poſſunt uideri medio Noe filio figurati. Paſſionē quippe xp̄i que illius
hominis nuditate ſignificata eſt: et annunciant ꝓfitendo: et male agendo exho/
norant. De talibus ergo dictum eſt. Ex fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Ideo Cham
in filio ſuo maledictus ē: tanq̄ in fructu ſuo: id eſt ī opere ſuo. Vnde conuenienter
& ipſe filius eius Chanaan interpretatur motus eorum. Quod aliud quid eſt q̄ opus
eorum? Sem uero et Iaphet tanq̄ circūciſio & preputium uel ſicut alio modo eos
apellat apoſtolus iudei et greci: ſed uocati et iuſtificati: cognita quoquō nuditate
patris qua ſignificabatur paſſio ſaluatoris ſumentes ueſtimentum poſuerunt ſupra
dorſa ſua: et intrauerunt auerſi & operuerūt nuditatem patris ſui: nec uiderūt qd̄
reuerendo texerunt. Quodam enim mō in paſſione xp̄i: et quod pro nobis factū
eſt honoramus: & iudeoꝝ facinus auerſamur. Veſtimentū ſignificat ſacramentū:
dorſum memoriam preteritorum: q̄a paſſionem xp̄i eo ſcilicet iam tempore quo
habitat Iaphet in domibus Sem: et malus frater in medio eoꝝ transactā celebrat
eccleſiam: non adhuc proſpectat futuram. Sed malus frater ī filio ſuo id ē in ope
ſuo: puer id eſt ſeruus eſt fratrum bonorum: cum ad exercitionem patientie: uel ad
profectum ſapientie ſcienter utuntur malis boni. Sunt enī teſte apoſtolo q̄ xp̄m
annunciant non caſte: ſed ſiue occaſione ſiue ueritate christus anūcietur: in hoc

gaudeo:ſed et gaudebo. Ipſe quippe plantauit uineam de qua dicit propheta. Vinea
domini ſabaoth domus iſrael eſt. Et bibit de uino eius. ſiue ille calix hic intelligatur
de quo dicit: poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum: et pater ſi fieri poteſt
tranſeat a me calix iſte: quo ſuam ſine dubio ſignificat paſſionem. ſiue quia uinum
fructus eſt uinee: hoc potius illo ſignificatum eſt: quod ex ipſa uinea hoc eſt ex genere
iſraelitarum carnem pro nobis et ſanguinem ut pati poſſet aſſumpſit: et inebriatus
eſt id eſt paſſus eſt: et nudatus eſt. Ibi namque nudata eſt id eſt apparuit eius infirmitas
de qua dicit apoſtolus. Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate. Vnde item dicit. Infirmum
dei fortius eſt hominibus: et ſtultum dei ſapientius eſt hominibus. Quod uero cum dictum
eſſet et nudatus eſt: addidit ſcriptura in domo ſua: eleganter oſtendit quod a ſue carnis
gente et domeſticis ſanguinis ſui utique iudeis fuerat crucem mortemque paſſurus. Hanc
paſſionem christi foris in ſono tantum uocis reprobi annunciant: non enim quod annunciant
intelligunt. probi autem in interiori homine habent tam grande miſterium: atque honorant
intus in corde infirmum et ſtultum dei: quia fortius eſt et ſapientius hominibus. Huius
rei figura eſt: quod Cham exiens hoc nunciauit foris. Sem uero et Iaphet ut hoc ue-
larent hoc eſt honorarent ingreſſi ſunt: hoc eſt interius id egerunt. Hec ſcripture
ſecreta diuine indagamus ut poſſumus: alius alio magis minuſue congruenter ſed ue-
runtamen fideliter certum tenentes non ea ſine aliqua prefiguratione futurorum geſta
atque conſcripta: neque niſi ad chriſtum et eius eccleſiam que ciuitas dei eſt eſſe referenda:
cuius ab initio generis humani non defuit predicatio quam per omnia uidemus impleri.
Benedictis igitur duobus filiis Noe atque uno in medio eorum maledicto: deinceps
uſque ad Abraam de iuſtorum aliquorum qui pie deum colerent commemoratione
ſilentium eſt: per annos amplius quam mille. Nec eos defuiſſe crediderim: ſed ſi omnes com-
memorarentur nimis longum fieret: et eſſet hec magis hiſtorica diligentia quam prophetica
prouidentia. Illa itaque exequitur litterarum ſacrarum ſcriptor iſtarum uel potius per
eum dei ſpiritus: quibus non ſolum narrentur preterita uerum etiam prenuncientur futura:
que tamen pertinent ad ciuitatem dei: quia et de hominibus qui non ſunt ciues eius quicquid
hic dicitur: ad hoc dicitur ut illa ex comparatione contraria uel proficiat uel emineat.
Non ſane omnia que geſta narrantur aliquid etiam ſignificare putanda ſunt: ſed
propter illa que aliquid ſignificant etiam ea que nihil ſignificant attexuntur. Solo
enim uomere terra proſciditur: ſed ut hoc fieri poſſit etiam cetera aratri membra ſunt
neceſſaria. Et ſoli nerui in cythara atque huiuſmodi uaſis muſicis aptantur ad cantum:
ſed ut aptari poſſint inſunt et cetera in compaginibus organorum: que non percutiuntur
a canentibus: ſed ea que percuſſa reſonant his connectantur. Ita in prophetica hiſtoria
dicuntur et aliqua que nihil ſignificant: ſed quibus adhereant que ſignificant: et
quodammodo religentur. Generationibus trium filiorum Noe.

Generationes ergo filiorum Noe deinceps intuende: et quod de his dicendum
uidetur attexendum eſt huic operi: quo ciuitatis utriuſque terrene ſcilicet et
celeſtis per tempora procurſus oſtenditur. Cepte ſunt autem commemorari a minimo
filio qui uocatus eſt Iaphet: cuius filii octo nominati ſunt: nepotes autem ſeptem de
duobus filiis eius: tres ex uno quatuor ex altero. Fiunt itaque omnes quindecim. Filii
autem Cham hoc eſt medii filii Noe quatuor: et nepotes quinque ex uno eius filio.
pronepotes duo ex nepote uno: fit eorum ſumma undecim. Quibus enumeratis reditur
tanquam ad caput: et dicitur. Chus autem genuit Nemroth. hic cepit eſſe gigas ſuper
terram. Hic erat gigas uenator contra dominum deum. Propter hoc dicunt. ſicut
Nemroth gigas uenator contra dominum. Et factum eſt initium regni eius babilon: et reg-

archad et chalanne: in terra ſenaar. De terra illa exiit Aſſur: et edificauit niniuen
& yoboth ciuitatem: et caleth et daſem inter medium niniueſ et caleth. hec ciuitaſ
magna. Iſte porro Chuſ pater gigantiſ Nemroth: primuſ nominatuſ eſt in filiiſ
Cham: cuiuſ quinq; filii iam fuerant computati et nepoteſ duo. Sed iſtum gigantē
aut poſt nepoteſ ſuoſ natoſ genuit: aut quod eſt credibiliuſ ſeorſū de illo propter
eiuſ eminentiam ſcriptura locuta ē. quando quidem et regnum eiuſ cōmemoratū
eſt: cuiuſ initiū erat illa nobiliſſima babilon ciuitaſ: et que iuxta cōmemorate ſūt
ſiue ciuitateſ ſiue regioneſ. Quod uero dictū ē de terra illa id ē de terra Sennaar
que pertinebat ad regnū Nemroth: exiiſſe Aſſur et edificaſſe niniue et aliaſ quaſ
contexuit ciuitateſ: longe poſtea factū eſt: qđ ex hac occaſione pſtrinxit: ppter
nobilitatem regni aſſyriorum: qđ mirabiliter dilatauit Ninuſ Beli filiuſ cōditor
niniue ciuitatiſ magne: cuiuſ ciuitatiſ nomē ex illiuſ noīe deriuatū eſt: ut a Nino
niniue uocaretur. Aſſur autē unde aſſyrii: non fuit in filiiſ Cham medii filii Noe:
ſed in filiiſ Sem reperitur: qui fuit Noe maximuſ filiuſ. Vnde apparet de pgenie
Sem exortoſ fuiſſe qui poſtea regnū gigantiſ illiuſ optinerent: & inde procederēt
atq; aliaſ conderent ciuitateſ: quarum prima eſt a Nino appellata niniueſ. Hinc
reditur ad alium filium Cham qui uocabatur Meſraim: et cōmemorantur quoſ
genuit nō tanq̄ ſinguli homineſ: ſed nationeſ ſeptem. Et de ſexta uelut de ſexto
filio genſ commemoratur exiiſſe que appellatur philiſtiim: unde fiunt ceto. Inde
iterum ad Chanaā reditur. ī quo mediuſ Noe filiuſ maledictuſ eſt Cham: & quoſ
genuit undecim nominantur. Deinde uſq; ad quoſ fineſ peruenerīt cōmemoratiſ
quibuſdam ciuitatibuſ dicitur. Ac per hoc filiiſ nepotibuſ computatiſ de progenie
Cham: trigintaunuſ genita referuntur. reſtat cōmemorare filioſ Sem maximi filii
Noe. Ad eum quippe gradatim generationum iſtarum puenit a minimo exorta
narratio. Sed unde incipiunt cōmemorari filii Sem: habet quiddam obſcuritatiſ:
quod expoſitione illuſtrandū eſt: quia et multum ad rē pertinet quam requirimuſ.
Sic enim legitur. Et Sem natuſ eſt: etiā ipſi patri omnium filiorum Heber fratri
Iaphet maiori. Ordo uerborum eſt. Et Sem natuſ eſt Heber: qui Sem pater eſt
omnium filiorum ſuorū. Sem ergo patriarcham intelligi uoluit oīm q de ſtirpe
eiuſ exorti ſunt: quoſ cōmēoraturuſ eſt: ſiue ſint filii: ſiue ſint nepoteſ & pnepoteſ:
et deincepſ inde exorti. Non ſane iſtum Heber genuit Sem: ſed ab illo quintuſ
in progenitorum ſerie reperitur. Sem qppe inter alioſ filioſ genuit Arfaxat: Ar/
faxat genuit Caynan. Caynan genuit Sala. Sala genuit Heber. Nō itaq; fruſtra
ipſe primuſ eſt nominatuſ in progenie ueniente de Sem: et prelatuſ eſt etiam filiiſ
cum ſit quintuſ nepoſ: niſi quia uerū eſt q̄ traditū ex illo hebreoſ eſſe cognoīatoſ
tanq̄ hebereoſ: cum et alia poſſit eſſe opinio: ut ex Abraam tanq̄m abraei dicti
eſſe uideantur. Sed nimirum hoc uerum eſt q̄ ex Heber hebrei appellati ſunt: ac
deīde una detracta litera hebrei: quā linguā ſoluſ iſrael populuſ potuit obtinere:
in quo dei ciuitaſ & ī ſanctiſ peregrinata eſt: et ī omnibuſ ſacramento adumbrata.
Igitur filii Sem priuſ ſex nominantur: deinde ex uno eorum nati ſunt quatuor
nepoteſ eiuſ: itemq; alter filiorum Sem genuit eiuſ nepotem. Atq; ex illo itidem
pronepoſ natuſ ē: atq; inde abnepoſ qui ē Heber. Genuit autē Heber duoſ filioſ:
quorum unum appellauit Phalech: quod interpretatur diuidenſ. Deinde ſcptura
ſubiungenſ rationemq; huiuſ nominiſ reddenſ: qa ī diebuſ ingt eiuſ diuiſa ē terra:
Hoc autem quid ſit poſt apparebit. Aliuſ uero qui natuſ ē ex Heber genuit du/
odecim filioſ: ac per hoc fiunt omneſ progeniti de Sem uiginti et ſeptem. In ſūma

igitur om̄ſ progeniti de tribuſ filiiſ Noe: id ē quindecim de Iaphet & triginta unuſ de Cham: uiginti ſeptem de Sem: fiunt ſeptuaginta et treſ. Deinde ſequit̄ ſcriptura dicenſ. Hi filii Sem in tribubuſ ſuiſ ſcd̄m linguaſ ſuaſ: in regionibuſ ſuiſ et ī gētibuſ ſuiſ. Itemq̧ de omnibuſ hec ſequit: tribuſ filiorum Noe ſcd̄m generationeſ eorum. Ab hiſ diſperſe ſunt inſule gentium ſuper terram poſt diluuium. Vnde colligitur ſeptuagintatreſ uel potiuſ quod poſtea demonſtrabitur ſeptuaginta duaſ genteſ tunc fuiſſe non homineſ. Nā et priuſ cū fuiſſent cōmemorati filii Iaphet: ita cōcluſū eſt. ex hiſ ſegregate ſunt inſule gentium ī terra ſua: unuſquiſq̧ ſcd̄m linguam ſuā in tribubuſ ſuiſ et in gentibuſ ſuiſ. Iam uero in filiiſ Cham quodā loco apertiuſ gēteſ cōmemorate ſunt: ſicut ſuperiuſ oſtendi. Meſraim genuit eoſ q dicuntur ludiin: et eodē modo cetere uſq̧ ad ſeptē genteſ. Et enumeratiſ omnibuſ poſtea cōcludenſ: hi filii Cham inquit in tribubuſ ſuiſ ſcd̄m linguaſ ſuaſ: in regionibuſ ſuiſ et ī gētibuſ ſuiſ. Propterea ergo multoꝝ filii non ſunt cōmemorati: quia gentibuſ aliiſ naſcēdo acceſſerunt: ipſi autē genteſ facere nequiuerunt. Nā que alia cauſa extitit: ut cum filii Iaphet octo enumerentur: ex duobuſ eorū tantū filii nati cōmemorant̄: & cū filii Cham quatuor nominentur: ex tribuſ tantum qui nati ſunt adiciunt̄: et cum filii Sem nominentur ſex: duorū tantū poſteritaſ attexitur. Nunquid ceteri ſine filiiſ remanſerūt? Abſit hoc credere. Sed genteſ propter quaſ commemorari digni eſſent non utiq̧ fecerunt: quia ſicut naſcebantur aliiſ gentibuſ addebantur.

CVm ergo in ſuiſ linguiſ iſte genteſ fuiſſe referātur: redit tamē ad illud tēpuſ narratio quādo una lingua omnium fuit: et inde iā exponit quid acciderit ut linguarum diuerſitaſ naſceretur. Et erat inquit omniſ terra labium unū: & uox una omnibuſ. Et factū eſt cum mouerentur ipſi ab oriente: inuenerunt campum in terra Sennaar: et habitauerunt ibi. Et dixit homo proximo ſuo: uenite faciamuſ latereſ et coquamuſ illoſ igni. Et facti ſunt illiſ latereſ in lapidē: & bitumē erat illiſ lutum. Et dixerunt uenite edificemuſ nobiſmetipſiſ ciuitatem: et turrim cuiuſ caput erit uſq̧ ad celum: et faciamuſ nobiſ nomen antequam diſpergamur in faciem omniſ terre. Et deſcendit dominuſ uidere ciuitatē et turrī quā edificauerūt filii hoīm. Et dixit dominuſ deuſ: ecce genuſ unum & labiū unū omnium: & hoc inchoauerunt facere: et nunc non deficient ex illiſ oīa que conati fuerint facere: uenite et deſcendēteſ confundamuſ ibi linguā eoꝝ: ut nō audiat unuſquiſq̧ uocē proximi ſui. Et diſperſit eoſ dominuſ inde ſuper faciem omniſ terre & ceſſauerūt edificanteſ ciuitatem & turrim. Propter hoc appellatum eſt nomē illiuſ confuſio: quia ibi confudit dominuſ labium omniſ terre: & et inde diſperſit eoſ dominuſ deuſ ſuper faciem omniſ terre. Iſta ciuitaſ que appellata eſt confuſio: ipſa eſt babilon: cuiuſ mirabilem conſtructionem gentiū etiā cōmendat hiſtoria. Babilon quippe interpretatur confuſio. Vnde colligitur gigantem illū Nemroth fuiſſe illiuſ cōditorem: quod ſuperiuſ breuiter fuerat intimatū. ubi cū de illo ſcriptura loqueret̄ ait. Initium regni eiuſ fuit babilon: ut cum ciuitatem ceterarū gereret principatū: ibi eſſet tanquā in metropoli habitaculum regni: quiſ perfecta non fuerit uſq̧ in tantum modum quātum ſuperba cogitabat impietaſ. Nā nimia diſponebatur altitudo que dicta eſt uſq̧ in celum: ſiue uniuſ turriſ eiuſ quā precipuā moliebāt̄ inter aliaſ: ſiue omnium turrium que per numerum ſingularem ita ſignificate ſunt: ut dicitur mileſ & intelliguntur milia milium: ut rana & locuſta. Sic enim appellata eſt multitudo ranarum et locuſtarum in plagiſ quibuſ egiptii percuſſi ſunt per

Moyſen. Quid aũt factura fuerat hũana et uana preſumptio? Que ſi cuiuſlibet in celum aduerſuſ deum altitudinem moliſ extolleret: quãdo monteſ traſcenderet uniuerſoſ? Quãdo ſpatiũ nebuloſi aeriſ huiuſ euaderet? Quid denique noceret deo quantacũq; uel ſpiritualiſ uel corporaliſ elatio? Tutã ueramq; ĩ celum uiã molit̃ humilitaſ: ſurſum leuanſ cor ad dominum: non contra dominum: ſicut dictuſ eſt gigaſ iſte uenator contra dominum. Quod non intelligenteſ nonnulli ambiguo greco decepti ſunt: ut nõ interpretarent̃ contra dñm: ſed ante dominũ. Enantion quippe et contra et ante ſignificat. Hoc enim uerbũ eſt etiã in pſalmo. et ploremuſ ante dñm qui fecit noſ. Et hoc uerbum eſt etiã in libro Iob: ubi ſcriptũ eſt in fu/rorem erupiſti contra dominũ. Sic ergo intelligenduſ eſt gigaſ iſte uenator cõtra dñm. Quid autem hic ſignificatur hoc nomine quod eſt uenator: niſi animalium terrigenarum deceptor: oppreſſor: extinctor? Erigebat ergo cũ ſuiſ populiſ turrẽ cõtra dñm. qua eſt impia ſignificata ſuperbia. Merito aũt maluſ punit̃ affectuſ: etiã cui nõ ſuccedit effectuſ. Genuſ uero ipſiũ pene quale fuit? Quoniã enĩ dñatio imperantiſ in lingua eſt: ibi damnata eſt ſuperbia: ut non intelligeret̃ iubenſ hoĩ: qui noluit intelligere ut obediret deo iubenti. Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt: cũ quiſq; ab eo quem non intelligebat abſcederet: nec ſe niſi ei cum quo loqui poterat aggregaret: et per linguaſ diuiſe ſunt genteſ diſperſeq; per terraſ: ſicut deo placuit qui hoc modiſ occultiſ nobiſq; incomprehenſibilibuſ fecit.

Quod enim ſcriptum eſt: & deſcendit dominuſ uidere ciuitatem & turrĩ quam edificauerunt filii hoĩm: hoc ẽ nõ filii dei: ſed illa societaſ ſcd̃m hoĩem uiuenſ quã terrenam dicimuſ ciuitatem: non loco mouet̃ deuſ qui ſemper eſt ubiq; totuſ: ſed deſcendere dicitur cum aliqd facit ĩ terra: quod preter uſitatum nature curſũ mirabiliter factũ preſentiã quodãmõ eiuſ oſtendat. Nec uidendo diſcit ad tẽpuſ qui nunq̃ poteſt aliquid ignorare: ſed ad tempuſ uidere et cognoſcere dicitur: qđ uideri & cognoſci facit. Non ſic ergo uidebatur illa ciuitaſ quomõ eam dñſ uideri fecit: quãdo ſibi quantũ diſpliceret oſtendit. Quãuiſ poſſit intelligi deuſ ad illam ciuitatem deſcendiſſe: q2 deſcenderunt ãgeli eiuſ in qbuſ habitat. ut quod adiunc/tum eſt: et dixit dominuſ deuſ ecce genuſ unum & labium unum omnium et cetera: ac deinde additum uenite et deſcendenteſ confundamuſ ibi linguam eorũ: ſit recapi/tulatio sit demonſtranſ queãdmodũ factũ ſit quod dictum fuerat: deſcendit dñſ. Si enim iã deſcenderat: quid ſibi uult uenite et deſcendenteſ cõfundamuſ ibi lĩguã eorũ: qđ intelligit̃ angeliſ dictũ: niſi quia per angeloſ deſcendebat qui in ãgeliſ deſcendentibuſ erat? Et bene non ait uenite et deſcendenteſ confundite: ſed con/fũdamuſ ibi linguam eorum: oſtendenſ ita ſe operari p miniſtroſ ſuoſ: ut ſint etiã ipſi cooperatoreſ dei ſicut apoſtoluſ dicit: dei enim ſumuſ cooperarii.

Poterat & illud quando factuſ eſt homo: de angeliſ intelligi quod dictum eſt. faciamuſ hominẽ: q2 non dixit faciã. Sed quia ſequit̃ ad imaginem noſtrã: nefaſ eſt credere ad imaginem angelorum hoĩem factum: aut eandem eẽ imaginẽ angelorũ et dei. Et ideo recte illic intelligit̃ pluralitaſ trinitatiſ. Que tñ trinitaſ quia unuſ ẽ deuſ: etiã cum dixiſſet faciamuſ: et fecit inquit deuſ hoĩem ad imaginẽ dei: non dixit fecerunt dii: aut ad imaginẽ deorum. Poterat et hic eadem ĩtelligi trinitaſ: tanq̃ pater dixerit ad filium & ſpiritũ ſanctũ: uenite et deſcendẽteſ con/fundamuſ ibi linguam eo2: ſi aliquid eſſet quod angeloſ prohiberet ĩtelligi: qbuſ

potiuſ conuenit uenire ad deum motibuſ ſanctiſ: hoc eſt cogitationibuſ piiſ: qbuſ ab eiſ conſulitur incõmutabiliſ ueritaſ tanq̃ lex eterna ſin illa eorũ curia ſuperna. Neq; enim ſibi ipſi ſunt ueritaſ: ſed creatricis ꝑticipeſ ueritatiſ ad illam mouentur tanquã ad fontem uite: ut q non habent ex ſeipſiſ capiant ex ipſa: et ideo eorum ſtabiliſ eſt iſte motuſ quo ueniunt qui non recedunt. Nec ſic loquitur ãgeliſ deuſ quomodo noſ inuicem loquimur nobiſ: uel deo uel angeliſ: uel ipſi angeli nobiſ: ſiue per illoſ deuſ nobiſ: ſed ineffabili ſuo modo: nobiſ autem hoc indicatur noſtro mõ. Dei quippe ſublimior ante ſuũ factũ locutio: ipſiuſ ſui facti eſt immutabiliſ ratio: que non habet ſonum ſtrepentem atq; tranſeuntem: ſed uim ſempiterne manentẽ & temperaliter operantem. Hac loquitur angeliſ ſanctiſ: nobiſ autẽ aliter longe poſitiſ. Quãdo aũt etiã noſ aliqd tale locutioniſ interioribuſ auribuſ capimuſ: ãgeliſ propinq̃muſ. Non itaq; mihi aſſidue reddenda ẽ ratio in hoc opere de locutõibuſ dei. Aut enim ueritaſ incõmutabiliſ per ſeipſam ineffabiliter loquitur: rationaliſ creature mentibuſ: aut per mutabilem creaturam loquitur: ſiue ſpiritualibuſ ima/ginibuſ noſtro ſpiritui: ſiue corp[or]alibuſ uocibuſ corporiſ ſenſui. Illud ſane qđ dictũ eſt et nunc non deficient ex illiſ omnia que conati fuerint facere: nõ dictum eſt confirmando: ſed tanq̃ interrogando: ſicut ſolet a comminantibuſ dici: quẽadmodũ ait quidam. Num arma expedient totaq; ex urbe ſequentur? Sic ergo accipiẽdũ tanq̃ dixerit. Nonne omnia deficient ex illiſ: que conati fuerint facere? Sed ſi ita dicatur: non exprimit comminãtem. Verũ propter tardiuſculoſ addidimuſ particulã id eſt ne: ut diceremuſ nonne: quoniã uoce pronuntiantiſ pro ne nõ: et pro ni niſi ſcribere ſolemuſ. Ex illiſ igitur tribuſ hõibuſ Noe filiiſ: ſeptuagintatreſ uel potiuſ ut ratio declarata ẽ ſeptuagintadue genteſ totidẽq; lingue per terraſ eẽ ceperũt: que creſcendo et inſulaſ impleuerunt. Auctuſ ẽ aũt numeruſ gentiũ multo ampliuſ q̃ linguarũ. Nã & in africa barbaraſ genteſ in una lingua plurimaſ nouimuſ. Et homineſ quidem multiplicato genere humano: ad inſulaſ inhabitandaſ nauigio tranſire potuiſſe quiſ ambigat? An omne beſtiar[um] genus et remotiſſi[mis] [illegible] in[sulis] [illegible] acceperit q[uod] in arca dilu[vii] [illegible] inundatione ſervat[um] eſt.

vij. Sed queſtio de omni genere beſtiarũ ẽ: que ſub cura hoĩm non ſunt. uel ſicuti rane nõ naſcantur ex terra: ſed ſola cõmixtione mariſ et femine propagãtur: ſicut lupi et huiuſmodi cetera: quomodo poſt diluuiũ quo ea que ĩ arca nõ eſſent cuncta deleta ſunt: etiã in inſuliſ eſſe potuerint: ſi reparata nõ ſunt niſi ex hiſ quorũ genera in utroq; ſexu arca ſeruauit. Poſſunt quidem credi ad inſulaſ natãdo trãſiſſe: ſed proximaſ. Sunt autem quedam tam longe poſite a continentibuſ terriſ: ut ad eaſ nulla uideatur natare potuiſſe beſtiarum. Quod ſi homineſ eaſ captaſ ſecũ ad/uexerũt: & eo modo ubi habitabant earũ genera inſtituerunt: uenãdi ſtudio fieri potuiſſe incredibile non eſt. Quãuiſ iuſſu dei ſiue permiſſu: etiam opere ãgelorum negandum non ſit potuiſſe tranſferri. Si uero ex terra exorte ſunt: ſecũdum originem ꝑmam quando dixit deuſ ꝓducat terra aĩam uiuã: multo clariuſ apparet: nõ tã repã/dorũ aĩaliũ cauſa: q̃ ſignificãdarũ uariarũ gentiũ ꝓpter eccleſie ſacramẽtũ in arca fuiſſe oĩa genera: ſi in inſuliſ quo tranſire nõ poſſent multa aĩalia terra ꝓduxit. An ex propagine Adam [illegible] Noe: genera hoĩm mõſtruoſa ꝓdier[illegible]

Quaeritur etiã utrum ex filiiſ Noe: uel potiuſ ex illo uno homĩe unde etiam ipſi extiterũt propagata eſſe credendum ſit quedam mõſtruoſa hoĩm genera que gentium narrat hiſtoria: ſicut perhibentur quidã unũ habere oculum ĩ frõte mediã: quibuſdã plãtaſ uerſaſ eſſe poſt crura: quibuſdã utriuſq; ſexuſ eẽ naturã: &

dexteram mãmam uirilẽ ſiniſtram muliebrẽ: uicibuſq; alterniſ coeũdo & gignere
& parere: aliiſ ora nõ eſſe: eoſq; per nareſ tantũmõ ſuſcepto et emiſſo halitu uiuere.
Alioſ ſtatura eſſe cubitaleſ: quoſ pigmeoſ a cubitu greci uocãt: alibi quinquenneſ
concipere feminaſ: et octauũ a natiuitate annum non excedere. Item ferunt eſſe
gentem ubi ſingula crura in pedibuſ habent: nec poplitẽ flectunt: et ſunt mirabiliſ
celeritatiſ: quoſ ſciopodaſ uocant: q; p eſtũ in terra iacenteſ reſupini umbra ſe pedũ
protegant: quoſdã ſine ceruice oculoſ habere ĩ humeriſ: et cetera hominum uel q̃ſi
hoĩm genera que ĩ maritima platea cartaginiſ muſiuo picta ſũt: ex libriſ deprõpta
uelut curioſioriſ hiſtorie. Quid dicam de cynocephaliſ: quorum canina capita atq;
ipſe latratuſ magiſ beſtiaſ q̃ hoĩeſ confitet. Sed oĩa genera hominũ que dicunt
eſſe: eſſe credere non ẽ eſſe. Verũ quiſquiſ uſpiam naſcitur homo id eſt animal ra/
tionale et mortale: quãlibet noſtriſ inuſitatam ſenſibuſ gerat corporiſ formã ſeu
colorem: ſiue motum: ſiue ſonũ ſiue quãlibet uim: qualibet parte: qualibet q̃litate
nature: ex illo prothoplauſto uno originem ducere nulluſ fidelium dubitauerit.
Apparet tamẽ quid ĩ pluribuſ natura obtinuerit: et quid ſit ipa raritate mirabile.
Qualiſ aũt ratio reddit̃ de monſtruoſiſ apud noſ hoĩm partubuſ: taliſ de mõſtru/
oſiſ quibuſdam gentibuſ reddi poteſt. Deuſ enim creator ẽ oĩm: qui ubi et quando
creari q̃d oporteat uel oportuerit ipſe nouit: ſciens uniuerſitatiſ pulcritudinẽ: q̃rũ
partium uel ſimilitudine uel diuerſitate contexat. Sed qui totũ inſpicere nõ põt
tanq̃ deformitate partiſ offendit̃: quoniã cui congruat et quo referatur ignorat.
Pluribuſ q̃ quiniſ digitiſ ĩ manibuſ et pedibuſ naſci homineſ nouimuſ: & hec leuior
eſt q̃ illa diſtantia: ſed tñ abſit ut quiſ ita deſipiat: ut exiſtimet ĩ numero hũanoꝝ
digitorum erraſſe creatorem: q̃uiſ neſciens cur hoc fecerit. Ita & ſi maior diuerſitaſ
oriatur: ſcit ille quid egerit cuiuſ opa iuſte nemo reprehendit. Apud yponẽ natuſ
eſt homo quaſi lunataſ habenſ plantaſ: et in eiſ binoſ tantũmodo digitoſ ſimileſ et
manuſ. Si aliqua genſ taliſ eẽt: illi curioſe atq; mirabili adderet̃ hiſtorie. Nũ igit̃
iſtum propter hec negabimuſ ex uno illo qui primuſ creatuſ eſt eſſe propagatũ?
Androgeni quoſ etiã hermafroditoſ nũcupant: quãuiſ admodum rari ſint: difficile
eſt tamen ut tẽporibuſ deſint: in quibuſ ſic uterq; ſexuſ apparet: ut ex quo potiuſ
debeant accipere nomen incertum ſit. A meliore tamen hoc eſt a maſculino ut ap/
pellarentur loquẽdi conſuetudo preualuit. Nam nemo unq̃ androgenaſ aut her/
mafroditaſ nuncupauit. Ante annoſ aliquot noſtra certe mẽoria: in oriẽte duplex
homo natuſ ẽ ſuperioribuſ membriſ: inferioribuſ ſimplex. Nam duo erãt capita:
duo pectora: quatuor manuſ: uenter autem unuſ et pedeſ duo ſicut uni homini: &
tamdiu uixit ut multoſ ad eum uidendum fama contraheret. Quiſ autem omneſ
cõmẽorare poſſit hũanoſ fetuſ longe diſſimileſ hiſ ex q̃buſ eoſ natoſ eſſe certiſſimũ
eſt. Sicut ergo hec ex illo uno negari non poſſunt originem ducere: ita quecũq;
genteſ in diuerſitatibuſ corporum ab uſitato nature curſu quẽ plureſ et prope oẽſ
tenent uelut exorbitaſſe traduntur: ſi diffinitione illa includuntur ut rationalia
animalia ſint atq; mortalia: ab eodem ipſo uno primo patre oĩm ſtirpem trahere
confitendum eſt: ſi tamen uera ſunt que de illarũ nationũ uarietate et tanta ĩter
ſe atq; nobiſcum diuerſitate traduntur. Nam et ſimeaſ & circopeticoſ & ſpingaſ ſi
neſciremuſ nõ homineſ eſſe ſed beſtiaſ: poſſent illi hiſtoria de ſua curioſitate glo/
riãteſ: uelut genteſ aliquaſ hoĩm nobiſ impunita uanitate mentiri. Sed ſi homineſ
ſunt de quibuſ illa mira conſcripta ſũt: quid ſi propterea deuſ uoluit etiã nõnullaſ
genteſ ita creare: ne ĩ hiſ monſtriſ que apud noſ paret ex hoĩbuſ naſci eiuſ ſapiẽtiã

qua naturã fingit humanã uelut artẽ cuiuſpiã minuſ perfecti opificiſ putaremuſ erraſſe: non itaq; nobiſ uideri debet abſurdum: ut quemadmodum in ſingulis quibuſq; gentibuſ quedam monſtra ſunt hominum: ita in uniuerſo genere humano quedam monſtra ſĩt gentium. Quapropter ut iſtã queſtionẽ pedetentim cauteq; concludam: aut illa: aut alia que de quibuſdã gentibuſ ſcripta ſunt omnino nulla ſunt: aut ſi ſunt homineſ non ſunt: aut ex Adam ſunt ſi homineſ ſunt.

QVod uero et antipodaſ eſſe fabulantur: id eſt homineſ a cõtraria parte terre ubi ſol oritur quando occidit nobiſ: aduerſa pedibuſ noſtriſ calcare ueſtigia: nulla ratione credendũ eſt. Neq; hoc ulla hiſtoria cognitiõe didiciſſe ſe affirmãt: ſed q̃ſi ratiocinando coniectant: eo intra conuexa celi terra ſuſpenſa ſit: eũdẽq; locum munduſ habeat et infimũ & medium: et ex hoc opinantur alterã terre ptẽ que infra ẽ habitatione hoĩm carere non poſſe. Nec attendunt etiã ſi figura conglobata et rotunda munduſ eſſe credatur: ſiue aliqua ratione monſtretur: non tñ eſſe conſequenſ ut etiã ex illa parte ab aquarum congerie nuda ſit terra. Deinde etiã ſi nuda ſit: neq; hoc ſtatim neceſſe eſſe ut hoĩeſ habeat: q̃m nullo mõ ſcptura iſta mẽtitur que narratiſ preteritiſ facit fidẽ: eo eiuſ predicta cõplentur. Nimiſq; abſurdum eſt ut dicatur aliquoſ hoĩeſ ex hac in illam partem oceani immenſitate traiecta: nauigare ac peruenire potuiſſe: ut etiã illic ex uno illo primo hoĩe genuſ inſtitueretur hũanũ. Quapropter inter illoſ tũc hoĩm populoſ: q p ſeptuagintaduaſ gẽteſ & totidẽ linguaſ colliguntur fuiſſe diuiſi: queramuſ ſi poſſumuſ inuenire illã in terriſ pegrinantẽ ciuitatẽ dei: que uſq; ad diluuiũ arcãq; perducta ẽ: atq; in filiiſ Noe per eoꝝ benedictioneſ perſeueraſſe mõſtratur: maxime ĩ maximo q ẽ appellatuſ Sem: q̃ndem Iaphet ita bñdictuſ ẽ ut ĩ eiuſdẽ fratriſ ſui domibuſ habitaret.

TEnenda eſt igitur serieſ generationũ ab ipſo Sem: ut ipſa oſtendat poſt diluuiũ ciuitatem dei: ſicut eam serieſ generationum ab illo qui eſt appellatuſ Seth oſtendebat ante diluuium. Propter hoc ergo ſcriptura diuina cũ terrenã ciuitatẽ in babilone hoc ẽ in confuſione eẽ mõſtraſſet: ad patriarcham Sem recapitulãdo reuertitur: et orditur inde generationeſ uſq; ad Abraam cõmemorato etiã numero annoꝝ quanto quiſq; ad hãc seriem pertinentẽ filium genuiſſet: quãtoq; uixiſſet. Vbi certe agnoſcendum eſt quod ante promiſeram: ut appareat quare ſit dictũ de filiiſ Heber nomen illiuſ Phalech: qa in diebuſ eiuſ diuiſa eſt terra. Quid enim aliud intelligendum eſt terram eſſe diuiſam: niſi diuerſitatem linguarum? Omiſſiſ igitur ceteriſ filiiſ Sem ad hanc rem non pertinentibuſ: illi connectuntur in ordine generationum: per quoſ poſſit ad Abraam perueniri: ſicut illi connectebantur ante diluuium per quoſ peruenitur ad Noe: generationibuſ que propagate ſunt ex illo Adam filio qui appellatuſ ẽ Seth. Sic ergo incipit generationum iſta cõtextio. Et he generationeſ Sem. Sem filiuſ Noe centum ãnoꝝ erat tum genuit Arfaxat ſecundo ãno poſt diluuiũ. Et uixit Sem poſtq̃ genuit Arfaxat qngẽtoſ annoſ: et genuit filioſ & filiaſ: et mortuuſ eſt. Sic exequitur ceteroſ: dicenſ quoto quiſq; anno uite ſue filium genuerit ad iſtum generationũ ordinem pertinentem: qui pertendit ad Abraam: et quot annoſ poſtmodum uixerit: intimanſ eum filioſ filiaſq; genuiſſe: ut intelligamuſ unde potuerint populi accreſcere: ne in paucis qui cõmemorantur hoĩbuſ occupati pueriliter heſitemuſ unde tanta ſpatia terrarum atq; regnoꝝ repleri potuerĩt de genere Sem: maxime pp ter aſſyrioꝝ regnũ: unde

Ninuſ ille orientaliũ dñator uſqquaq; populoꝝ ingenti proſperitate regnauit ¶ & latiſſimum ac fundatiſſimũ regnum quod diuturno tempore ducerẽt ſuiſ poſteriſ propagauit ¶ Sed noſ ne diutiuſ q̃ opuſ eſt immoremur: non quot annoſ quiſq; ĩ iſta generationũ ſerie uixerit: ſed quoto anno uite ſue genuerit filium bocordie memorandum tantummõ ponimuſ: ut et numerum annoꝝ a tranſacto diluuio uſq; ad Abraam colligamuſ: et pter illa in quibuſ noſ cogit neceſſitaſ immorari: breuiter alia curſimq; tangamuſ ¶ Secundo igitur anno poſt diluuium Sem cũ eſſet cẽtum annorum genuit Arfaxat ¶ Arfaxat autẽ cũ eſſet centũ trigintaquinq; ãnoꝝ genuit Chaynam ¶ Qui cum eſſet centum triginta annorum genuit Sala ¶ Porro etiã ipſe Sala totidem annoꝝ erat quando genuit Heber ¶ Centũ uero et triginta & q̃tuor agebat annoſ Heber cum genuit Phalech: ĩ cuiuſ diebuſ diuiſa eſt terra ¶ Ipſe aũt Phalech uixit centum triginta annoſ et genuit Ragau ¶ et Ragau centum et triginta duoſ: et genuit Seruch ¶ et Seruch centũ & trigĩta ¶ et genuit Nachor ¶ & Nachor ſeptuagintanouẽ: et genuit Tharam ¶ Thara autẽ ſeptuaginta et genuit Abram: quem poſtea noĩauit deuſ mutato uocabulo Abraam ¶ Fiunt itaq; anni a diluuio uſq; ad Abraam mille ſeptuagĩta et duo ſcd'm uulgatum editionẽ: hoc ẽ interptũ ſeptuagintaduorũ ¶ In hebreiſ aũt codicibuſ longe pauciores ãnoſ phibent fuiſſe: de quibuſ rationem aut nullã aut difficillimam reddunt ¶ Cum ergo querimuſ in illiſ ſeptuagintaduabuſ gentibuſ ciuitatẽ dei: non poſſumuſ affirmare illo tempore quo erat illiſ labium unum id eſt loquela una ſ: tũc iam genuſ hũanum alienatum fuiſſe a cultu ueri dei: ita ut in ſoliſ iſtiſ generationibuſ pietaſ uera remaneret: que deſcendunt de ſemine Sem per Arfaxat ¶ et tendũt ad Abraam ¶ Sed ab illa ſupbia edificande turriſ uſq; ad celũ: qua ĩpia ſignificatur elatio ſ terrena apparuit ciuitaſ: hoc eſt ſocietaſ impiorũ ¶ Vtrũ itaq; ante Noe fuerit an latuerit: an potiuſ utraq; permanſerit: pia ſcilicet in duobuſ filiiſ Noe qui benedicti ſũt eorũq; poſteriſ ſ ĩpia uero in eo qui maledictuſ eſt atq; eiuſ progenie ſ ubi etiã exortuſ ẽ gigaſ uenator contra dñm: non ẽ diiudicatio faciliſ ¶ Fortaſſiſ enim quod profecto ẽ credibiliuſ: & in filiiſ duoꝝ illorũ iã tũc anteq̃ babilonia cepiſſet inſtitui fuerũt contẽptoreſ dei ¶ & in filiiſ Cham cultoreſ dei: utrumq; tamẽ hoĩm genuſ terriſ nunq̃m defuiſſe credendum ẽ ¶ Siquidem et qñ dictum eſt omneſ declinauerũt ſimul inutileſ facti ſunt: non eſt qui faciat bonũ nõ eſt uſq; ad unum ſ ĩ utroq; pſalmo ubi hec uerba ſunt: et hec leguntur ſ nonne cognoſcent omneſ qui operãtur iniquitatẽ ſ q deuorãt plebem meam ſicut eſcam paniſ ſ erat ergo etiã tunc populuſ dei: unde illud quod dictum eſt ſ non eſt q faciat bonũ non ẽ uſq; ad unũ: de filiiſ hoĩm dictũ eſt non de filiiſ dei ¶ Nam premiſſum ẽ: deuſ de celo proſpexit ſuper filioſ hoĩm: ut uideret ſi ẽ intelligenſ aut requirenſ deũ ¶ Ac deinde illa ſubiuncta: que omſ filioſ hoĩm id eſt ad ciuitatẽ ptinẽteſ que uiuit ſcd'm hoĩem ſ et nõ ſcd'm deũ: reproboſ eẽ demõſtrãt.

Qvamobrem ſicut lingua una cũ eſſet oĩm ſ non ideo filii peſtilẽtie defuerũt: nam ante diluuium una erat lingua ſ et tamen omneſ preter unã Noe iuſti domũ deleri diluuio meruerunt ſ ita quãdo merito elationiſ ĩpietatiſ gẽteſ ſ liguarũ diuerſitate punite atq; diuiſe ſunt ſ et ciuitaſ impiorum confuſioniſ nomen accepit: hoc eſt appellata eſt babilon ſ non defuit domuſ Heber ubi ea que antea fuit oĩm lingua remaneret ¶ Vnde ſicut ſupra memorati ſunt cum cepiſſent enumerari filii Sem: qui ſinguli genteſ ſingulaſ procrearũt ſ primuſ eſt commemoratuſ Heber ſ cum ſit

abnepoſ ipſiuſ hoc eſt ab illo qntuſ inuenıatur exortuſ ¶ Quia ergo in eiuſ familia
remanſit hec lingua: diuiſiſ per aliaſ linguaſ ceteriſ gẽtibuſ que lĩgua priuſ hũano
generi non immerito creditur fuiſſe communiſ ideo deincepſ hebrea eſt nũcupata.
¶ Tunc enim opuſ erat eam diſtingui ab aliiſ linguiſ noĩe proprio: ſicut alie quoq;
uocate ſunt nominibuſ propriiſ ¶ Quando aũt erat una: nihil aliud q̃ hũana lĩgua
uel humana locutio uocabatur ¶ qua ſola uniuerſum genuſ hominũ loquebatur.
¶ Dixerit aliquiſ. Si in diebuſ Phalech filii Heber diuiſa eſt terra per linguaſ ¶ id eſt
homineſ qui tunc erant ĩ terra: ex eiuſ nomine potiuſ debuit appellari lĩgua illa
que fuit omnibuſ ante cõmuniſ ¶ Sed intelligendum eſt ipm Heber propterea tale
nomen impoſuiſſe filio ſuo: ut uocaretur Phalech quod interpretatur diuiſio ¶ q2
tunc ei natuſ eſt quando per linguaſ terra diuiſa eſt id eſt ipo tempore: ut hoc ſit
quod dictum ẽ ¶ In diebuſ eiuſ diuiſa ẽ terra ¶ Nam niſi adhuc Heber uiueret: qñ
linguarũ facta eſt multitudo ¶ non ex eiuſ noĩe nomẽ acciperet lingua que apud
illum potuit permanere ¶ Et ideo credenda ẽ ipſa fuiſſe prima illa cõmuniſ: qm̃ de
pena uenit illa multiplicatio mutatioq; linguarum ¶ et utiq; preter hanc penã eſſe
debuit populuſ dei ¶ Nec fruſtra linguam iſtam hoc eſt quã tenuit Abraam ¶ nec ĩ
omneſ filioſ ſuoſ tranſmittere potuit ¶ ſed in eoſ tantũ qui propagati per Iacob &
inſigniuſ atq; eminentiuſ ĩ dei populum coaleſcenteſ: dei teſtamenta et ſtirpẽ xp̃i
habere potuerunt ¶ Nec Heber ipſe eandem linguam in uniuerſã progeniem ſuã
refudit: ſed ĩ eam tantũ cuiuſ generationeſ perducuntur ad Abraam ¶ Quapropter
etiã ſi nõ euidenter expreſſũ ẽ: fuiſſe aliquod pium genuſ hoim quando ab impiiſ
babilonia condebatur ¶ nec ad hoc ualuit hec obſcuritaſ: ut querẽtiſ fraudaretur:
ſed potiuſ ut exerceretur intentio ¶ Cum enim legitur unã fuiſſe linguam primituſ
omnium: et ante omneſ filioſ Sem commendatur Heber quãuiſ ab illo quintuſ
oriatur: et hebrea uocatur lingua ¶ quã patriarcharũ et prophetarum nõ ſolum in
ſermonibuſ ſuiſ: uerũ etiã in literiſ ſacriſ cuſtodiuit auctoritaſ ¶ Profecto itaq; cum
queritur in diuiſione linguarum ubi lingua illa remanere potuerit que fuit ante
cõmuniſ ¶ que ſine ulla dubitatione ubi remanſit nõ ibi fuit illa pena que facta ẽ
mutatione linguarum ¶ quid aliud occurrit niſi ꝙ in huiuſmodi gente remanſit a
cuiuſ nomine nomẽ accepit ¶ & hoc iuſtitie gentiſ huiuſ nõ paruũ apparuiſſe ueſti/
gium ¶ ꝙ cum alie genteſ plecterentur mutatione linguarum: ad iſtam nõ peruẽit
tale ſupplicium? ¶ Sed ſi adhuc illud mouet quomõ potuerũt ſingulaſ genteſ facere
Heber et filiuſ eiuſ Phalech ¶ ſi una lingua permanſit ambobuſ. & certe una ẽ he/
brea genſ ex Heber propagata uſq; ad Abraam ¶ et per eũ deincepſ donec magnuſ
fieret populuſ iſrael ¶ Quomodo igitur omneſ filii qui cõmemorati ſũt triũ filiorũ
Noe fecerunt ſingulaſ genteſ ¶ ſi Heber et Phalech ſingulaſ nõ fecerunt ¶ Nimirũ
illud eſt probabiliuſ quod gigaſ ille Nemroth fecerit etiam ipſe gentem ſuam ¶ ſed
propter excellentiam dominationiſ et corporiſ ſeorſum eminentiuſ noĩatuſ eſt: ut
maneat numeruſ ſeptuagintaduaꝝ gentium atq; linguarũ ¶ Phalech aũt ꝓpterea
cõmemoratuſ eſt: non ꝙ gentem fecerit ¶ nã eadẽ ipſa eſt eiuſ genſ hebrea eademq;
lingua: ſed propter tẽpuſ inſigne ꝙ in diebuſ eiuſ terra diuiſa eſt ¶ Nec mouere noſ
debet: quõ potuerit gigaſ Nemroth ad illud tempuſ etatiſ occurrere ¶ quo babilon
condita eſt: et confuſio facta linguarum: atq; ex hac diuiſio gentium ¶ Non enim
quia Heber ſextuſ eſt a Noe ille autem q̃rtuſ ¶ ideo non potuerũt ad idẽ tempuſ
conuenire uiuendo ¶ Hoc enĩ contigit cum pluſ uiuerent ubi pauciores ſunt gene/
rationeſ ¶ minuſ ubi plureſ: aut ſeriuſ nati eſſent ubi paucioreſ ¶ maturiuſ ubi plureſ.

Sane intelligendum eſt: quando terra diuiſa eſt non ſolum iā natoſ fuiſſe ceteroſ filioſ filiorum Noe: qui commemorant̃ patreſ gentiū: ſed etiā eiuſ etatiſ fuiſſe: ut iā uniuerſi familiaſ haberent ſuaſque digne fuiſſent nominibuſ gentiū. unā neq̄ꝗ putādum ꝙ eo fuerint ordine geniti quo cōmemorati legunt̃. Alioquin duodeci filii Iectan qui erat filiuſ aliuſ Heber frater Phalech: quomō potuerūt iā gēteſ facere ſi poſt Phalech fratrem ſuum Iectan natuſ ē: ſicut poſt eum cōmemoratuſ eſt: ſiqn̄ quidē tempore quo natuſ eſt Phalech diuiſa eſt terra. Proinde ītelligendū eſt priorem quidē Phalech nominatū: ſed longe poſt fratrem ſuum Iectan fuiſſe natum: cuiuſ Iectan duodecim filii iā grandeſ iā familiaſ haberent: ut ī linguaſ propriaſ diuidi poſſent. Sic enī potuit prior cōmemorari qui erat etate poſterior: quēadmodū priuſ cōmemorati ſunt ex tribuſ filiiſ Noe procreati filii Iaphet qui erat minimuſ eorum: deinde filii Cham qui erat mediuſ: poſtremo filii Sem qui erat primuſ et maximuſ. Illarum autē gentium uocabula partim manſerunt: ita ut hodie appareat unde fuerint diriuata: ſicut ex Aſſur aſſyrii: & ex heber hebrei: partī tēporiſ uetuſtate mutata ſunt: ita ut uix hoīeſ doctiſſimi antiq̄ſſimaſ hiſtoriaſ perſcrutanteſ: nec oīum ſed aliquantarum ex iſtiſ origineſ gentiū potuerint reperire. Nam ꝙ ex filio Cham q uocabat̃ meſraim ꝑhibent̃ egiptii exorti nulla hic reſonat origo uocabuli: ſicut nec ethiopū q dicunt̃ ad eum filiū Cham ꝑtinere: q Chuſ appellatuſ ē. Et ſi oīa cōſiderētur: plura mutata q̄ꝫ manētia noīa apparēt.

Nunc iā uideamuſ ꝓcurſū ciuitatiſ dei: etiā ab illo articulo temporiſ q factuſ ē in patre Abraam: unū īcipit eſſe noticia eiuſ euidentior: et ubi clariora legunt̃ ꝓmiſſa diuina: que nunc in xp̄o uidemuſ īpleri. Sicut ergo ſcriptura ſācta īdicāte didicimuſ: ī regione caldeorum natuſ eſt Abraam: que terra ad regnum ꝑtinebat aſſyriorum. Apud caldeoſ aūt iā etiam tunc ſuperſtitioneſ impie ꝑualebant: quēadmodū p ceteraſ genteſ. Vna igit̃ Thare domuſ erat de qua natuſ ē Abraam: in qua uniuſ ueri dei cultuſ: et quantum credibile eſt in qua iam ſola etiam hebrea lingua remanſerat: quāuiſ & ipſe ſicut iam manifeſtior dei populuſ in egipto: ita ī meſopotamia ſeruiſſe diīſ alieniſ Ihesu Naue narrante referēt̃: ceteriſ ex ꝓgenie illiuſ Heber in linguaſ paulatī aliaſ & in natōeſ aliaſ poſteriſ defluentibuſ. Proīde ſicut per aquaꝝ diluuiū una domuſ Noe remanſerat ad reparādū genuſ hūanū: ſic ī diluuio multarū ſuperſtitionū per uniuerſū mundū una remanſerat domuſ Thare: ī qua cuſtodita ē plātatio ciuitatiſ dei. Deniq; ſicut illic enumeratiſ ſupra generatōibuſ ab Adam uſq; ad Noe ſimul cū annoꝝ numeriſ: & expoſita diluuii cauſa: ꝑuſ q̄ꝫ deuſ inciperet de arca fabricāda loq ad Noe dicit̃: he aūt generatōeſ Noe: ſita & hic enumeratiſ generationibuſ ab illo q eſt appellatuſ Sem filio Noe uſq; ad Abraam: deinde inſigniſ articuluſ ſimiliter ponitur ut dicatur: he ſūt generationeſ Thare. Thare genuit Abram et Nachor & Aram: & Aram genuit Loth. Et mortuuſ ē Aram corā thare patre ſuo: ī terra in q̄ꝫ natuſ ē in regiōe chaldeorū. Et ſūpſerūt Abram & Nachor ſibi uxoreſ: nomē mulieriſ Abram Saray: & nomē mulieriſ Nachor Melcha filia Aram. Iſte Aram pater Melche fuit: & pater Ieſche: que Ieſcha credit̃ ipa eē etiā Sara uxor Abrae.

Deinde narratur quemadmodū Thare cū ſuiſ regionē reliquerit chaldeorū: & uenerit in meſopotamiam & habitauit ī charram. Tacet̃ aūt de uno filio eiuſ qui uocabatur Nachor: tanq̄ꝫ eū non duxerit ſecum. Nā ita narrat̃. Et ſūpſit

Thare Abram filium ſuum & Loth filiũ Aran filii ſui: & Saray nurũ ſuã uxorẽ Abram filii ſui: & duxit illoſ de regione chaldeorũ ut iret ĩ terrã Chanaan: & uenit in charram et habitauit ibi. Nuſquam hic nominatuſ ẽ Nachor: & uxor eiuſ Melcha. Sed inuenimuſ poſtea cum ſeruum ſuum mitteret Abraam ad accipiendã uxorẽ filio ſuo Yſaac: ita ſcriptũ: Et accepit puer decem cameloſ de camelis domini ſui: & de omnibuſ boniſ domini ſui ſecum: & exurgenſ profectuſ eſt in meſopotamiã in ciuitatem Nachor. Iſto et aliiſ ſacre huiuſ hiſtorie teſtimoniiſ oſtenditur etiam Nachor frater Abrae exiſſe de regione chaldeorum: ſedeſq; conſtituiſſe in meſopotamia: ubi cũ patre ſuo habitauerat Abraã. Cur ergo eũ ſcriptura nõ cõmẽorauit qñ ex gente chaldeorũ cum ſuiſ profectuſ eſt Thare: & habitauit ĩ meſopotamia: ubi non ſolum Abram filiuſ eiuſ: uerum etiam Sara nuruſ eiuſ et Loth nepoſ eiuſ cõmemorantẽ: q eoſ duxerit ſecũ: Cur putamuſ: niſi forte q a paterna et fraterna pietate deſciuerat et ſuperſtitioni adheſerat chaldeorũ: & poſtea ſiue penitẽdo ſiue perſecutionem paſſuſ q ſuſpectuſ haberetẽ: et ipſe emigrauit: In libro enĩ qui inſcribitur Iudith cum quereret Holoferneſ hoſtiſ iſraelitarum: que nam illa genſ eſſet: utrum aduerſuſ eam bellandum fuiſſet: ſic ei reſpõdit Achior dux amonitarũ. Audiat dominuſ noſter uerbũ ex ore pueri ſui: et referã tibi ueritatem de populo q habitat iuxta montanam hanc: et non exibit mendacium de ore ſerui tui. Hec enim progenieſ populi eſt chaldeorum: et antea habitauerũt meſopotamiã: quia noluerunt ſequi deoſ patrum ſuorum qui fuerunt in terra chaldeorũ glorioſi: ſed declinauerunt de uia parentum ſuorum et adorauerunt deum celi quem cognouerunt: et proiecerunt eoſ a facie deorum ſuorum: et fugerunt in meſopotamiam et habitauerunt ibi dieſ multoſ. Dixitq; illiſ deuſ eorũ ut exirent de habitatiõe ſua & irẽt ĩ terrã Chanaan: & illic habitauerũt: & cetera que narrat Achior amoniteſ. Vñ manifeſtũ ẽ domũ Thare pſecutionẽ paſſã fuiſſe a chaldeiſ: p uera pietate q unuſ & ueruſ ab eiſ colebatur deuſ. *De Annis Thare.*

DEfuncto autẽ Thare ĩ meſopotamia: ubi uixiſſe perhibetur ducentoſ quinq; annoſ: iã incipiunt indicari ad Abraam: facte promiſſioneſ dei: q ita ſcriptũ eſt. Et fuerunt dieſ Thare in charra quinq; & ducenti ãni: & mortuuſ eſt ĩ charra. Non ſic aũt accipiendum ẽ quaſi omneſ hoſ dieſ ibi egerit: ſed quia omneſ dieſ uite ſue qui fuerunt ãni ducenti quinq; ibi compleuerit. Alioquin neſciretur quot ãnoſ uixit Thare in charra: quoniã nõ legitur quoto ãno uite ſue in charrã uenerit: ſed abſurdũ eſt exiſtimare in iſta ſerie generationũ ubi diligenter cõmemoratẽ quot annoſ quiſq; uixerit: huiuſ ſoliuſ numerũ annorũ uite non cõmendatũ eẽ in meõrie. Quod enim quorũdam quoſ eadem ſcriptura commemorat tacentur anni: nõ ſunt in hoc ordine in quorum temporũ dinumeratio de ceſſione gignentiũ & genitorũ ſucceſſione contexitur. Iſte aũt ordo qui dirigitur ab Adam uſq; ad Noe: et inde uſq; ad Abraam ſine numero annorum uite ſue neminem continet.

QVod uero cõmemorata morte Thare patriſ Abraam: deinde legitur & dixit dominuſ ad Abram. Exi de terra tua et de cognatione tua et domo patriſ tui: et cetera: non quia hoc ſequitur in ſermone libri: hoc etiã in rerum geſtarũ tpe ſequi exiſtimandum eſt. Erit quippe ſi ita eſt indiſſolubiliſ queſtio. Poſt hec enĩ uerba dei que ad Abram facta ſunt: ſcriptura ſic loquitur. Et exiit Abram quẽadmodum locutuſ eſt illi deuſ: et abiit cum illo Loth. Abram autem erat quinq; et ſeptuaginta ãnorũ cũ exiret ex charra. Quomõ põt hoc uerũ eſſe ſi poſt mortẽ

patriſ ſui exiit de charra. ¶Cum enim eſſet Thare ſeptuaginta annorũ ſicut ſupra intimatum ẽ: genuit Abram. ¶Cui numero additiſ ſeptuaginta quinq; anniſ quoſ agebat Abram quando egreſſuſ eſt de charra: fiunt ãni centum et quadraginta quinq;. ¶Tot igitur annorum erat Thare q̃n exiit Abram de illa meſopotamie ciuitate. ¶Agebat enĩ annũ etatiſ ſue ſeptuageſimumquintũ: ac per hoc pater eiuſ q cũ ſeptuageſimo anno ſuo genuerat agebat ut dictum eſt centeſimum et quadrageſimũ & quintũ annum. ¶Non ergo inde poſt mortem patriſ: id eſt poſt ducentoſ quinq; ãnoſ quibuſ pater eiuſ uixit egreſſuſ eſt: ſed ãnuſ de illo loco progreſſioniſ eiuſ: q̃n ipſiuſ ſeptuageſimuſquintuſ erat: proculdubio patriſ eiuſ q cũ ſeptuageſimo ſuo ãno genuerat centeſimuſ quadrageſimuſquintuſ fuiſſe colligitur. ¶Ac per hoc intelligendũ ẽ more ſuo ſcripturã rediſſe ad tempuſ quod iam narratio illa tranſierat. ¶ſicut ſuperiuſ cũ filioſ filiorum Noe cõmemoraſſet: dixit illoſ in linguiſ fuiſſe et in gentibuſ ſuiſ. & tamẽ poſtea quaſi hoc etiã ĩ ordine ſequeretur tẽporũ & erat inquit omniſ terra labium unũ et uox una omnibuſ. ¶Quomõ ergo ſcđm ſuaſ gẽteſ et ſcđm ſuaſ lĩguaſ erant ſi erat una omnibuſ: niſi qa ad illud qđ iã trãſierat recapitulando ẽ reuerſa narratio? ¶Sic ergo & hic cũ eſſet dictũ & fuerunt dieſ Thare in charra quinq; & ducenti ãni: et mortuuſ ẽ Thare in charra. ¶Deinde ſcriptura redeundo ad id quod ideo pretermiſerat ut priuſ de Thare id quod inchoatũ fuerat cõpleret. ¶Et dixit ĩquit dominuſ ad Abram. exi de terra tua et cetera. ¶Poſt que dei uerba ſubiũgit. Et exiit Abram quẽadmodũ locutuſ ẽ illi dominuſ: et abiit cũ illo Loth. ¶Abram autẽ erat quinq; et ſeptuaginta annorũ cũ exiit ex charra. ¶Tunc itaq; hoc factũ eſt quando pater eiuſ centeſimũ quadrageſimũ & quintũ annũ agebat etatiſ: tũc enĩ fuit huiuſ ſeptuageſimuſ & quintuſ ãnuſ. ¶Soluta eſt aũt iſta queſtio & aliter: ut ſeptuaginta quinq; anni Abre quãdo egreſſuſ eſt de charra: ex illo cõputarent̃ ex quo de igne chaldeoꝝ liberatuſ eſt: nõ ex quo natuſ ẽ: tanq̃ tunc potiuſ natuſ habenduſ ſit. ¶Sed beatuſ Stephanuſ ĩ actibuſ apoſtoloꝝ cũ iſta narraret. Deuſ iqt glorie apparuit Abrae patri noſtro cũ eẽt ĩ meſopotamia p̃uſq̃ habitaret ĩ charra. et ait ad illum. ¶Exi de terra tua & de cognatione tua: & domo patriſ tui: et ueni ĩ terrã quã tibi demõſtrabo. ¶Scđm hec uerba Stephani: nõ poſt mortẽ patriſ eiuſ locutuſ ẽ deuſ Abre: qui utiq; ĩ charra mortuuſ ẽ ubi cũ illo & ipſe filiuſ habitauit: ſed priuſq̃ habitaret in eadẽ ciuitate: iã tamẽ cum eſſet in meſopotamia. ¶Iam ergo exierat a chaldeiſ. ¶Quod itaq; adiũgit Stephanuſ: tũc Abram egreſſuſ ẽ de terra chaldeorũ & habitauit in charra: non demonſtrat q̧ ſit factum poſteaq̃ locutuſ ẽ illi deuſ. ¶Neq; enim poſt illa dei uerba egreſſuſ ẽ de terra chaldeorum: cũ dicat ei locutum deum eſſe ĩ meſopotamia: ſed ad totũ illud tempuſ pertinet quod ait: tũc id eſt ex quo egreſſuſ eſt a chaldeiſ et habitauit ĩ charra. ¶Itẽ quod ſeqtur & inde poſtq̃ mortuuſ ẽ pater eiuſ collocauit illũ in terra hac in qua uoſ nunc habitatiſ & patreſ ueſtri: nõ ait poſtq̃ mortuuſ eſt pater eiuſ exiit de charra: ſed inde poſtq̃ mortuuſ eſt pater eiuſ hic eum collocauit. ¶Intelligendũ ẽ igitur locutũ deũ fuiſſe cũ Abram cum eſſet in meſopotamia priuſq̃ habitaret in charra: ſed eũ in charrã perueniſſe cum patre retento apud ſe precepto dei: et inde exiſſe ſeptuageſimo & quinto ſuo: patriſ aũt ſui centeſimo quadrageſimo quinto ãno. ¶Collocationẽ uero eiuſ in terra Chanaan: non profectionẽ de Charra poſtq̃ mortẽ patriſ eiuſ factam eſſe dicit: quia iã mortuuſ erat pater eiuſ q̃n emit terrã cuiuſ ibi iã ſue rei cepit eſſe poſſeſſor. ¶Quod autẽ iam ĩ meſopotamia conſtituto hoc eſt iam egreſſo de terra chaldeorũ dixit deuſ: exi de terra tua & de cognatione tua et de domo patriſ tui:

non ut corpuſ inde eiceret quod iam fecerat ſed ut animum auelleret dicat. Non enī exierat inde animo ſed ſpe redeūdi et deſiderio tenebatur que ſpeſ et deſideriū deo iubente ac iuuāte et illo obediente fuerat āputandū. Non ſane icredibiliter exiſtimat: cū poſtea ſecutuſ eēt Nachor patrē ſuū: tūc Abram preceptū domini impleuiſſe ut cum Sara cōiuge ſua et Loth filio fratriſ ſui exiret de charra.

IAm conſiderande ſunt p̄miſſioneſ dei facte ad Abraam. In hiſ enim apertiora dei noſtri Iheſu xp̄i hoc ē dei ueri oracula apparere ceperūt de populo pioꝝ quē prophetica prenunciauit auctoritaſ. Harū prima ita legit. Et dixit dominuſ ad Abram: exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patriſ tui et uade in terram quam tibi demōſtrauero et faciā te in gentem magnā: & benedicam te et magnificabo nomē tuū: et eriſ benedictuſ. Et benedicā benedicēteſ te: & maledicā maledicenteſ te & benedicentur in te omneſ tribuſ terre. Aduertendū eſt igit duaſ reſ promiſſaſ Abre. Unam ſcilicet ꝙ terrā Chanaan poſſeſſurum fuerat ſemē eius: quod ſignificatur ubi dictū ē. Uade in terram quā tibi demonſtrauero & faciā te in gentem magnā. Aliam uero longe preſtantiorem nō de carnali ſed de ſpirituali ſemine: per quod pater ē nō uniuſ gentiſ iſraelitice ſed omniū gentiū que fidei eiuſ ueſtigia cōſequunt. Quod promitti cepit hiſ uerbiſ. Et benedicent i te omſ tribuſ terre. Hanc promiſſionē factam arbitrat Euſebiuſ ſeptuageſimoquīto etatiſ āno Abre: tanq̄ mox ut facta ē de charra exierit Abram: quoniā ſcripture contradici nō pōt ubi legitur. Abram erat quinq; et ſeptuaginta annoꝝ cū exiit ex charra. Sed ſi eo anno facta eſt iſta p̄miſſio: iā utiq; in charra cū patre ſuo demorabatur Abram. Neq; enim exire inde poſſet: niſi priuſ ibi habitaſſet. Nunquidnam ergo contradicitur Stephano dicenti: deuſ glorie apparuit Abre patri noſtro cū eēt in meſopotamia priuſq̄ habitaret in charra? Sed intelligendum ē ꝙ eodē āno facta ſunt oīa: et dei promiſſio anteq̄ in charra habitaret Abram: & in charra habitatio eiuſ & inde profectio: non ſolū qa Euſebiuſ in cronicis ab anno huiuſ promiſſionis computat: & oſtendit poſt quadringentoſ & triginta annoſ exitū eē de egipto: qn lex data eſt fuerū etiam quia id commemorat apoſtoluſ Pauluſ.

PEr idem tempuſ eminentia erant regna gentiū in quibuſ terrigenaꝝ ciuitaſ hoc eſt ſocietaſ hoīm ſcd'm hoīem uiuentiū ſub dominatu āgeloꝝ deſertoꝝ inſigniuſ excellebat: regna uidelicet tria: ſicbimorū egiptioꝝ aſſyriorū. Sed aſſyriorum multo erat potentiuſ atq; ſublimiuſ. Nā rex ille Ninuſ Beli filiuſ excepta india uniuerſe aſie populoſ ſubiugauerat. Aſiam uero dico non illam partem que huiuſ maioriſ aſie una prouincia eſt: ſed eam que uniuerſa aſia nūcupatur: quam quidā in alterā duarum: plerīq; autem in tertiā totiuſ orbiſ partē poſuerunt: ut ſint omneſ aſia: Europa: et africa: quod nō equali diuiſione fecerunt. Namq; iſta que aſia nūcupat: a meridie p orientem uſq; ad ſeptentrionē peruenit: europa uero a ſeptentrione uſq; ad occidentē: atq; inde africa ab occidente uſq; ad meridiē. Unī uidentur orbem dimidium due tenere europa et africa: aliud uero dimidium ſola aſia. Sed ideo ille due parteſ facte ſūt: quia īter utrāq; ab oceano ingreditur qdqd aquarum terraſ interluit: & ab hoc mare magnū nobiſ facit. Quapropter ſi ī duaſ parteſ orbem diuidaſ orientiſ & occidentiſ: aſia erit in una in altera uero europa & africa. Quāobrē unū triū regnorū que tunc precellebant regnum ſcilicet ſicbimoꝝ nō erat ſub aſſyriiſ: qam europa erat. Egiptioꝝ autē quomō eiſ non ſubiacebat:

a qbuſ tota aſia tenebat̃ ſoliſ indiſ ut phibet̃ exceptiſ. In aſſyria igit̃ pualuerat
dominatuſ impie ciuitatiſ. Huiuſ caput erat illa babilon cuiuſ terrigine ciuitatiſ
nomē aptiſſimū ē id eſt confuſio. Ibi aūt Ninuſ regnabat poſt mortem patriſ ſui
Beli: qui primuſ illic regnauerat ſexagintaquinq; annoſ. Filiuſ uero eiuſ Ninuſq
defuncto patri ſucceſſit in regnum: quinquagintaduoſ regnauit ānoſ. Et habebat
in regno q̄dragintatreſ annoſ q̄n natuſ eſt Abram q erat annuſ circiter milleſimuſ
ducenteſimuſ ante conditam romā ueluti alteram in occidente babiloniam.

EGreſſuſ eſt ergo Abram de charra ſeptuageſimoquinto anno etatiſ ſue: cen/
teſimo aūt quadrageſimo et q̄nto patriſ ſui cū Loth filio fratriſ ſui et Sara
coniuge: & pertexit in terrā Chanaan & peruenit uſq; ad ſychem ubi rurſuſ diui/
num accepit oraculum: de quo ita ſcriptū eſt. Et apparuit dominuſ Abre et dixit
illi. Semini tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo ſemine ē promiſſum ē: in quo
pater factuſ eſt omnium gentiū: ſed de illo ſolo de quo pater eſt uniuſ iſraelitice
gentiſ. Ab hoc enim ſemine terra illa poſſeſſa eſt.

DEinde edificato ibi altari & innouato deo Abram profectuſ ē inde & ha/
bitauit in heremo: atq; inde ire in egiptum famiſ neceſſitate cōpulſuſ ē: ubi
uxorem ſuam dixit ſororem ſuā nihil mentituſ. Erat enim & hoc quia propinqua
erat ſanguine: ſicut etiam Loth eadem propinquitate cum fratriſ eiuſ eſſet filiuſ
frater eiuſ eſt dictuſ. Itaq; uxorem tacuit non negauit: coniugiſ tuendā pudicitiā
cōmittenſ deo: et humanaſ cauenſ inſidiaſ ut homo. Quoniā ſi periculū quantum
cauere poterat non caueret: magiſ tēptaret deū q̄ ſperaret ī deo. De qua re cōtra
calumniantem Fauſtum manicheum ſatiſ diximuſ. Deniq; factum eſt quod de
domino preſūpſit Abram. Nam Pharao rex egipti qui eā ſibi uxorem acceperat:
grauiter afflictuſ marito reddidit. Vbi abſit ut credamuſ alieno concubitu fuiſſe
pollutam. Quia multo eſt credibiliuſ hoc Pharaonē facere afflictionibuſ magniſ
non fuiſſe permiſſum.

REuerſo igitur Abram ex egipto in locum unde uenerat: tunc Loth fratriſ
filiuſ ab illo ī terram ſodomorum ſalua caritate diſceſſit. Diuiteſ quippe facti
erant paſtoreſq; multoſ pecorum habere ceperant: quibuſ inter ſe rixantibuſ eo mō
familiarum ſuarum pugnantem diſcordiā uitauerunt. Poterat quippe hinc ut ſunt
humana et inter ipſoſ aliqua rixa conſurgere. Proinde hoc malum p̄cauētiſ Abre
uerba iſta ſunt ad Loth. Non ſit rixa inter me et te: & inter paſtoreſ meoſ & paſ/
toreſ tuoſ: quia omneſ noſ fratreſ ſumuſ. Nā ecce tota terra ante te eſt: diſcede a me.
Si tu ī ſiniſtrā ego ī dextrā: uel ſi tu ī dextrā: ego ī ſiniſtrā. Hic fortaſſiſ effecta
ē inter hoīeſ pacifica cōſuetudo. ut q̄n terrenoꝝ aliqd partiēdum ē: maior diuidat:
minor eligat.

CVm ergo digreſſi eſſent ſeparatimq; habitarent Abram et Loth neceſſitate
ſuſtentande familie nō feditate diſcordie: & Abram ī terra Chanaan: Loth
aūt eſſet ī ſodomiſ: oraculo tertio dixit dominuſ ad Abram. Reſpiciens oculiſ tuiſ
uide a loco in quo nunc tu eſ ad aquilonem & africum & orientē & mare: quia omnē
terram quā tu uideſ tibi dabo et ſemini tuo uſq; in ſeculū: et faciā ſemen tuū tanq̄
arenā terre: ſi pōt aliqſ dinumerare arenā terre: & ſemē tuū dinumerabit. Surge &
perambula terram in longitudinem eiuſ & in latitudinem eiuſ: quia tibi dabo eā.
In hac pmiſſiōe utrū ſit etiā illa q̄ pater factuſ ē oīm gētiū: nō euidēter apparet.

Poteſt enim uideri ad hoc pertinere: & faciã ſemen tuũ tanq̃ arenã terre: quod ea
locutione dictum eſt quã greci dicunt yperbolen: que utiq; tropica eſt non ꝓpria.
quo tamen mõ ut ceteris tropis uti ſolere ſcripturam: nullus qui eã didicit ãbigit.
Iſte autem tropus id eſt modus locutionis fit: qñ id quod dicitur longe eſt ãplius q̃
quod eo dicto ſignificat. Quis enĩ non uideat: q̃ ſit incõparabiliter amplior arene
numerus: q̃ poteſt eẽ oĩm hoĩm ab ipſo Adam uſq; ad terminũ ſeculi? Quãto ergo
magis q̃ ſemen Abrae: nõ ſolũ quod pertinet ad iſraeliticam gentem: uerũ etiã qđ
futurũ eſt ſcđm imitationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus. Quod
ſemen ſcilicet Abrae in cõparatione multitudinis impiorũ profecto in paucis eſt:
quãuis et ipſi pauci faciãt innumerabilem multitudinẽ ſuã: que ſignificata ẽ ſcđm
yperbolen per arenam terre. Sane iſta multitudo que promittitur Abrae: nõ deo
eſt innumerabilis ſed hominibus: deo aũt nec arena terre. Proinde quia nõ tantũ
gens iſraelitica ſed uniuerſum ſemen Abrae: ubi eſt expreſſa promiſſio non ſcđm
carnem ſed ſcđm ſpiritum plurimorum filiorum: congruentius arene multitudini
cõparatẽ: põt hic itelligi ut utereẽ prius facta promiſſio. Sed ideo diximus q̇ non
euidenter appareat. q̃a & illius gentis unius multitudo que ſcđm carnem nata eſt
ex Abraam: per eius nepotem Iacob in tantum creuit: ut pene omnes partes orbis
impleuerit. Et ideo potuit & ipſa ſcđm yperbolen arene multitudini cõparari: q̃a
& hec ſola innumera eſt hoĩ multitudo. terrã certe illã ſolã ſignificatã que appel/
lata eſt Chanaan nemo ãbigit. Sed qđ dictũ ẽ tibi dabo eã & ſemini tuo uſq; in
ſeculũ: põt mouere nõnullos: ſi uſq; in ſeculum itelligant ĩeternũ. Si aũt ĩ ſeculũ
hoc loco ſic accipiãt queãdmodũ fideliter tenemus: ſ̃itiũ futuri ſeculi a fine p̃ſetis
ordiri: nihil eos mouebit. q̃a & ſi expulſi ſunt iſraelite de hieroſolimis: manent tñ in
aliis ciuitatibus terre Chanaan: & uſq; in finem manebũt: & uniuerſa terra illa cũ
a chriſtianis inhabitat̃: etiã ipm ſemẽ ẽ Abrae.

XXI.

HOc reſponſo promiſſionis accepto migrauit Abram & manſit in alio eiuſdem
terre loco: id eſt iuxta quercũ Mambre que erat ebron. Deinde ab hoſtibus
q̃ ſodomis irruerant: cum quinq; reges aduerſus quatuor bellum gererent: et uictis
ſodomitis etiã Loth captus eſſet: liberauit eũ Abram adductis ſecũ ĩ preliũ trecẽtis
decẽ et octo uernaculis ſuis: et uictoriã fecit de regibus ſodomorum nihilq; ſpoli/
orum auferre uoluit: cum rex cui uicerat obtuliſſet. Sed plane tunc benedictus eſt
a Melchiſedech qui erat ſacerdos dei excelſi: de quo in epiſtola que inſcribitur ad
hebreos: quam plures Pauli apoſtoli eſſe dicunt: quidam uero negant: multa et
magna conſcripta ſũt. Ibi quippe primum apparuit ſacrificium: quod nũc a xp̄i/
anis offertur deo toto orbe terrarum: impleturq; illud quod lõge poſt hoc factũ
per prophetam dicit̃ ad chriſtũ qui fuerat adhuc uenturus ĩ carnem: tu es ſacerdos
in eternum ſcđm ordinem Melchiſedech: non ſcilicet ſcđm ordinem Aaron q̃ ordo
fuerat auferendus illuceſcentibus rebus que illis umbris prenotabantur.

XXIII.

ETiam tunc factũ eſt uerbum domini ad Abram in uiſu. Qui cũ ei ꝓtectionẽ
mercedemq; promitteret ualde multam: ille de poſteritate ſolicitus quẽdam
Eliezer uernaculum ſuum futurum ſibi dixit heredem. Continuoq; illi promiſſus
eſt heres: non ille uernaculus ſed qui de ipſo Abram fuerat exiturus: ruriſuſq; ſemẽ
innumerabile nõ ſicut arena terre ſed ſicut ſtelle celi: ubi mihi magis uidet̃ ꝓmiſſa

poſteritaſ celeſti felicitate ſublimiſ. Nam quantum ad multitudinem pertinet (quod ſunt ſtelle celi ad arenã terre) niſi quiſ & iſtam cõparationem ĩ tantũ eſſe ſimilem dicat: in quantũ etiã ſtelle dinumerari non ualent (quia nec omneſ eaſ uideri poſſe credendum eſt) Nam quanto quiſq; acutiuſ intuetur: tanto pluꝛeſ uidet. Vnde & acerrime cernentibuſ aliquaſ occultaſ eẽ merito exiſtimatur exceptiſ eiſ ſideribuſ que in alia parte orbiſ a nobiſ remotiſſima oriri et occidere perhibẽtur. Poſtremo quicũq; uniuerſum ſtellarum numerum cõprehendiſſe et conſcripſiſſe iactant: ſicut Aratuſ & Eudoxiuſ uel ſiqui alii ſũt: eoſ libri huiuſ cõtẽpnit auctoritaſ. Hic ſane illa ſententia ponit̃ cuiuſ apoſtoluſ meminit ꝓpter dei gratiã cõmendãdã. Credidit Abraam deo & reputatũ ẽ illi ad iuſticiã: ne circũciſio gloriaret̃: gẽteſq; incircũciſaſ ad fidẽ xp̃i nollet admitti. Hoc enim qñ factũ eſt ut credenti Abrae deputaretur fideſ ad iuſticiam: nondum fuerat circũciſuſ.

IN eodem uiſu cum loqueretur ei deuſ: etiã hoc ait ad illum. Ego deuſ qui te eduxi de regione chaldeorũ: ut dem tibi terram hanc ut hereſ ſiſ eiuſ. Vbi cũ interrogaſſet Abram ſcd̃m quid ſciret ꝙ hereſ eiuſ eẽt: dixit illi deuſ. Accipe mihi iuuẽcam trimam: et capram trimã: et arietẽ trimũ: et turturẽ et columbã. Accepit aũt ille hec omnia et diuiſit illa media: et poſuit ea cõtra faciẽ alterũ alteri. Aueſ aũt non diuiſit. Et deſcenderunt ſicut ſcriptũ eſt aueſ: et ſederũt ſup corpora que diuiſa erãt: et cõſedit illiſ Abrã. Circa ſoliſ autẽ occaſũ pauor irruit ſup Abram et ecce timor tenebroſuſ magnuſ incidit ei. Et dictũ eſt ad Abram. Sciendo ſcieſ quia pegrinũ erit ſemen tuũ in terra non propria: & ĩ ſeruitutẽ redigent eoſ & affligẽt eoſ quadringentiſ anniſ: gentem autem cui ſeruierint iudicabo ego. Poſt hec uero exibunt hinc cũ ſuppellectili multa. Tu autẽ ibiſ ad patreſ tuoſ cũ pace: nutrituſ in ſenecta bona. Quarta uero generatione cõuertent ſe huc. Nondũ enĩ impleta ſunt peccata amorreorũ uſq; adhuc. Cum autẽ iã ſol erat ad occaſũ: facta ẽ flãma: et ecce fornax fumabũda et lãpadeſ ignĩſ: que ptranſierunt per media diuiſa illa. In die illa diſpoſuit dominuſ deuſ teſtamentum ad Abram dicenſ. ſemini tuo dabo terram hanc a flumine egipti uſq; ad flumẽ magnũ eufraten: ceneoſ & cenezeoſ: & cethmoneoſ et cetheoſ: & perezeoſ et raphaim: & amorreoſ et cananeoſ: & eueoſ et gergeſeoſ & iebuſeoſ. Hec omnia in uiſu facta diuinituſ atq; dicta ſũt. de qbuſ ſinguliſ enucleate diſſerere longum eſt: & intentionem operiſ huiuſ excedit. Quod ergo ſatiſ eſt noſſe debemuſ: poſteaq̃ dictũ ẽ credidiſſe Abraam deo et deputatũ eſſe illi ad iuſtitiam: non eum in fide defeciſſe: ut diceret dominator domine ſcd̃m quid ſciam ꝙ hereſ eiuſ ero. Terre quippe illiuſ promiſſa erat hereditaſ. Non enĩ ait unde ſciam quaſi adhuc non crederet: ſed ait ſcd̃m qd ſciam: ut ei rei quã crediderat aliqua ſimilitudo adhiberet̃: q̃ eiuſ moduſ agnoſceretur. Sicut nõ ẽ uirginiſ Marie diffidentia ꝙ ait: quomõ fiet iſtud quoniã uirũ non cognoſco. Quod enĩ futurũ eſſe certa erat: modũ quo fieret inquirebat. Et hoc cum queſiſſet audiuit ſpirituſ ſanctuſ ſuperueniet in te: & uirtuſ altiſſimi obumbrabit tibi. Deniq; & hic ſimilitudo data eſt de tribuſ animalibuſ: iuuenca: capra et ariete: et duabuſ uolucribuſ turture et colũba: ut ſcd̃m hec futurũ ſciret quod futurũ eẽ iã nõ ãbigeret. Siue ergo per iuuẽcam ſignificata ſit plebſ poſita ſub iugo legiſ: per capram eadẽ plebſ etiã peccatrix futura: per arietẽ eadẽ plebſ etiã regnatura: que aĩalia ꝓpterea trima dicunt̃: quia cum ſint inſigneſ articuli tempoꝝ ab Adam uſq; ad Noe: & ide uſq; ad Abraam: & inde uſq; ad dauid: qui reprobato Saule primuſ in regno gẽtiſ

iſraelitice eſt domini uoluntate fūdatus: ī hoc ordine tertio qui tēdit ex Abraam uſq; ad Dauid: tanq̄ tertiā etatem gerens ille populus adoleuit: ſiue aliquid aliud conuenientius iſta ſignificent: nullo mō tñ dubitauerim ſpirituales in ea tipos p̄fi/guratos additamēto turturis et columbe. ¶Et ideo dictum eſt aues autē non diuiſit. q̄m carnales inter ſe diuiduntur: ſpirituales autē nullo modo: ſiue a negotioſis cō/uerſationibus hoīm ſe remoueant ſicut turtur: ſiue īter illas degant ſicut columba. ¶Vtraq; tamen auis eſt ſimplex et innoxia ſignificans & in illo iſraelitico populo cui terra illa danda erat: futuros indiuiduos filios promiſſionis & heredes regni in eterna felicitate manſuros. ¶Aues autē deſcendentes ſuper corpora que diuiſa erāt: non boni aliquid ſed ſpiritus indicant aeris huius paſtū quēdam ſuū de carnalium diuiſione querentes. ¶Quod autem illis cōſedit Abraam: ſignificat etiam inter illas carnaliū diuiſiones ſpirituales eē nonnullos: ueros uſq; in finē ſeculi perſeueraturos fideles. ¶Et circa ſolis occaſū q̄ pauor irruit ī Abraam: & timor tenebroſus magnus: ſignificat circa huius ſeculi finem magnā perturbationē ac tribulationē futuram fidelium: de qua dominus dixit in euangelio. ¶Erit enī tūc tribulatio magna q̄lis non fuit ab initio. ¶Quod uero dictum eſt ad Abraam ſciendo ſcias quia pegrinū erit ſemen tuum in terra non propria: & in ſeruitutem redigent eos et affligent eos q̄dringentis annis: de populo iſrael qui fuerat ī egipto ſeruiturus apertiſſime pphe/tatum eſt. ¶Non q̄ in eadē ſeruitute ſub egiptiis affligentibus quadringentos ānos: ille populus fuerat peracturus: ſed in ipſis quadringentis annis prenunciatum eſt hoc futurum. ¶Quemadmodum enim ſcriptū eſt de Thare patre Abrae et fuerunt dies Thare in charra quinq; et ducenti anni: non q̄a ibi omnes acti ſunt: ſed q̄a ibi completi ſunt: ita et hic propterea interpoſitum eſt & in ſeruitutem redigent eos et affligent eos quadringentis annis: q̄m iſte numerus in eadem afflictione cōpletus eſt. non quia ibi uniuerſus perfectus eſt. ¶Quadringenti ſane dicuntur anni ꝑpter numeri plenitudinem: quāuis aliquāto amplius ſint: ſiue ex hoc tēpore cōputentꝰ quo iſta promittebant̄ Abrae: ſiue ex quo natus eſt Yſaac propter ſemen Abrae de quo iſta predicantur. ¶Computantur enim ſicut ſuperius iā diximus ab anno ſep/tuageſimo & quinto Abrae: quando ad eū facta eſt prima ꝓmiſſio: uſq; ad exitū iſrael ex egipto quadringenti & triginta anni. quoꝝ apoſtolus ita meminit. ¶Hoc autem inquit teſtamentum confirmatū a deo que poſt quadringentos & triginta annos eſt facta lex: non infirmat ad euacuandā promiſſionem. ¶Iam ergo iſti q̄/dringenti & triginta anni: quadringenti poterant nuncupari: quia non ſūt multo amplius. ¶Quāto magis cū aliquot iam ex iſto numero preteriſſent: quando illa in uiſu demonſtrata & dicta ſunt Abrae: ſiuel quādo Yſaac natus eſt centenario patri ſuo a prima promiſſione poſt uigintiquinq; annos: cum iā ex iſtis quadringentis & triginta: quadrīgenti & quinq; remanerent: quos deus q̄dringentos uoluit nolare: & cetera que ſequunt̄ in uerbis prenuntiantis dei: nullus dubitauerit ad iſraeliticū populum pertinere. ¶Quod uero adiūgitur: cum autem ſol erat ad occaſum flāma facta eſt: & ecce fornax fumabunda & lampades ignis que tranſierunt per media diuiſa illa: ſignificat iam in fine ſeculi per ignem iudicandos eſſe carnales. ¶Sicut enī afflictio ciuitatis dei qualis antea nunq̄ fuit que ſub Antichriſto futura ſperatur: ſignificatur tenebroſo timore Abrae circa ſolis occaſum id eſt propinquante iā fine ſeculi: ſic ad ſolis occaſū id eſt ad ipſū iā finē ſeculi ſignificat̄ iſto igne dies iudicii: dirimens carnales per ignē ſaluandos: et in igne damnādos. ¶Deinde teſtamentum factū ab Abraam terram Chanaan ꝓprie manifeſtat: ſic et nolat in ea undecī gētes.

a flumīe egipti uſq; ad flumē magnū eufraten. Nō ergo a flumine magno egipti hoc eſt nilo: ſed a paruo qđ diuidit īter egiptū & paleſtinā: ubi ē ciuitas ryrocura.

IAm hinc tempora conſequunē filiorū Abrae: unius de Agar ancilla: alterius de Sara libera: de quibus in libro ſuperiore iā diximus. Quod autem attinet ad rem geſtam: nullo modo eſt inferendum de hac concubina crimē Abrae. Vſus eſt ea quippe ad generandā prolem nō ad explendam libidinem: nec inſultans ſed potius obediens coniugi: que ſue ſterilitati credidit eſſe ſolatium: ſi fecundū ancille uterū qm̄ natura non poterat uolūtate faceret ſuū: et eo iure quo dicit apoſtolus: ſimiliter & uir nō habet poteſtatē corporis ſui ſed mulier: utens mulier ad pariēdū ex altera quod non poterat ex ſeipſa. Nulla ē hic cupido laſciuie: nulla negtie turpitudo. Ab uxore cauſa plis ācilla marito tradit̄: a marito cauſa prolis accipit̄. ab utroq; non culpe luxus ſed nature fructus exquirit̄. Deniq; cū ancilla grauida domine ſterili ſuperbiret: et hoc Sara ſuſpitione muliebri uiro potius imputaret: etiā ibi demonſtrauit Abraam non ſe amatorem ſeruū: ſed liberū fuiſſe genitorē: & in Agar Sara coniugi pudicitiā cuſtodiſſe: nec uoluptatē ſuā ſed uoluntatē illius impleuiſſe: accepiſſe nec petiſſe: acceſſiſſe nec hęſiſſe: ſeminaſſe nec amaſſe: ait enī. Ecce ancilla tua in manibus tuis: utere ea quomō tibi placuerit. O uirum uiriliter utentem feminis: coniuge temperanter: ancilla obtemperanter: nulla intemperanter.

POſt hec natus eſt Yſmael ex Agar: in quo putare poſſet impletum quod ei promiſſum fuerat: cū ſibi uernaculū ſuū adoptare uoluiſſet: dicente deo nō erit heres tuus hic: ſed qui exiet de te ille erit heres tuus. Hoc ergo promiſſum ne in ancille filio putaret impletum: iam cum eſſet annorū nonaginta & nouem ap/paruit ei dominus et dixit illi. Ego ſum deus: place in conſpectu meo et eſto ſine querela: et ponam teſtamentum meū inter me & inter te: et implebo te ualde. Et procidit Abram ī faciē ſuā: et locutus ē illi deus dicens. Ecce ego: et ecce teſtamētū meū tecum: et eris pater multitudinis gentiū: et non appellabit̄ nomen tuū adhuc Abram: ſed erit nomen tuum Abraam: quia patrem multarum gentiū conſtitui te. Et augebo te ualde: et ponam te in gentes: et reges ex te exibūt. Et ſtatuā teſta/mentū meū inter me & te: et inter ſemē tuū poſt te in generatiōes eorū ī teſtamētū eternum: ut ſim tibi deus et ſemini tuo poſt te. Et dabo tibi et ſemini tuo poſt te terram ī qua incola es: omnem terram Chanaan in poſſeſſionem eternā. et ero illi deus. Et dixit deus ad Abraam. Tu autē teſtamentū meū conſeruabis: tu & ſemen tuū poſt te in progenies ſuas. Et hoc eſt teſtamentū meum quod conſeruabitis īter me & uos & inter ſemen tuū poſt te in generationes ſuas. Circūcidetur omne ueſtrū maſculinum: et circūcidetis carnem preputii ueſtri: et erit in ſignū teſtamenti inter me et uos. Et puer octo dierū circūcidetur: & ueſtrū omne maſculinū ī progenies ueſtras. Vernaculus & emptitius ab omni filio alienigena qui non eſt de ſemīe tuo: circumciſione circūcidet̄: et uernaculus domus tue & emptitius. Et erit teſtamentū meū in carne ueſtra in teſtamentū eternū: & qui nō fuerit circūciſus maſculus: qui nō circumcidet carnem preputii ſui octauo die: interibit anima illa de genere eius quia teſtamentū meū diſſipauit. Et dixit deus ad Abraā. Sarai uxor tua nō appel/labit̄ nomē eius Sarai: ſed Sara erit nomē eius. Benedicā autem illam et dabo tibi ex ea filiū: & benedicam illā et erit ī nationes: et reges gentiū ex eo erūt: & pa[r]die

Abraam ſuper faciē ſuā & riſit: et dixit ī aīo ſuo dicenſ. Si mihi centū ānoſ habēti naſcet̄ filiuſ: & ſi Sara ānorū nonagīta pariet. Dixit autē Abraā ad deū. Yſmael hic uiuat in conſpectu tuo. Deuſ autē dixit ad Abraam. Ita. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filiū et uocabiſ nomen eiuſ Yſaac: & ſtatuā teſtamentū meū ad illū in teſtamentū eternū: ut ſim illi deuſ & ſemini eiuſ poſt illū. De Yſmael aūt ecce audiui te. Ecce benedixi eū & āplificabo & multiplicabo illū ualde. Duodecī gēteſ generabit. & dabo illum in magnam gentē. Teſtamentū autem meum ſtatuā ad Yſaac: quem pariet tibi Sara in tēpore hoc ad annum ſequentem. Hic apertiora promiſſa ſunt de uocatione gentiū Yſaac id eſt in filio promiſſionis: quo ſignificat̄ gratia non natura. quia de ſene & de anu ſterili promittitur filiuſ. Quāuiſ enim & naturalē procreationiſ excurſū deuſ operet̄. ubi tamē euidenſ opuſ dei eſt uitiata & ceſſante natura: ibi euidentiuſ intelligiē gratia. Et qa hoc nō per generationē ſed per regenerationem futurum erat: ideo nunc imperata eſt circumciſio: quando de Sara promiſſuſ eſt filiuſ. Et q̄ omneſ non ſolum filioſ: uerū etiam ſeruoſ uernaculoſ & emptitioſ circumcidi iubet: ad omneſ iſtam gratiā pertinere teſtat̄. Quid enim aliud circumciſio ſignificat: q̄ uetuſtate exuta naturā renouatam. Et quid aliud q̄ chriſtū octauuſ dieſ: qui ebdommoda cōpleta: hoc eſt poſt ſabbatū reſurrexit? Parentū mutantur et nomina. omnia reſonant nouitatem: & in teſtamēto ueteri obumbratur nouum. Quid ē enim quod dicitur teſtamentū uetuſ: niſi noui occultatio. Et qd eſt aliud quod dicitur nouū niſi ueteriſ reuelatio. R. iſuſ Abrae exultatio eſt gartulantiſ: non irriſio diffidētiſ. Verba quoq̄ eiuſ illa ī animo ſuo: ſi mihi centū annoſ habenti naſcetur filiuſ: et ſi Sara annorū nonaginta pariet: nō ſunt dubitantiſ ſed admirantiſ. Si quē uero mouet quod dictū eſt: & dabo tibi & ſemini tuo poſt te terrā in qua tu incola eſ: omnem terram Chanaan ī poſſeſſionē eternam. quō accipiat̄ impletū ſiue adhuc expectetur implendum: cum poſſeſſio quecunq̄ terrena eterna cuilibet gēti eſſe nō poſſit: ſciat eternū a noſtriſ īterp̄tari quod greci appellant aeonion quod a ſeculo deriuatū eſt. Aeon quippe grece ſeculum nuncupatur. Sed non ſunt auſi latini hoc dicere ſeculare: ne longe in aliud mitterent ſenſum. Secularia quippe dicunē multa que in hoc ſeculo ſic agunē: ut breui etiā tp̄e tranſeāt. Aeonion autē qd̄ dicitur aut non habet finem: aut uſq̄ in huiuſ ſeculi tendit̄ finē.

ITem poteſt mouere quomō intelligi oporteat quod hic dictum eſt. maſculuſ q non circumcidet carnem preputii ſui octauo die: interibit anima illa de genere ſuo: quia teſtamentū meum diſſipauit: cum hec nulla culpa ſit paruuli cuiuſ dixit animā perituram. nec ipſe diſſipauerit teſtamentum dei ſed maioreſ qui eū circūcidere non curauerunt: niſi quia etiā paruuli nō ſcd̄m ſue uite proprietatē ſed ſcd̄m cōmunem generiſ humani originē omneſ in illo uno teſtamentū dei diſſipauerūt: in quo omneſ peccauerunt. Multa quippe appellant̄ teſtamenta dei exceptiſ illiſ duobuſ magniſ uetere et nouo: quod licet cuiq̄ legendo cognoſcere. Teſtamentū autem primū quod factum eſt ad hominem primum profecto illud eſt. Qua die ederitiſ morte moriemini. Vnde ſcriptum eſt in libro qui eccleſiaſticuſ appellatur: Omniſ caro ſicut ueſtiſ ueteraſcet. Teſtatū ergo eſt a ſeculo morte mori: eoſ qui tranſgrediuntur precepta dei. Cum enim lex euidentior poſtea data ſit. et dicat apoſtoluſ ubi autē non eſt lex nec preuaricatio. quo pacto in pſalmo qd̄ legitur uerum eſt: preuaricatoreſ exiſtimaui omneſ peccatoreſ terre. niſi quia omneſ legiſ alicuiuſ preuaricate ſunt rei: qui aliquo peccato tenentur obſtricti. Quāobrem ſi

etiam paruuli quod uera fides habet naſcunt̃ non ꝓprie ſed origĩaliter peccatores: unde illis gratiam remiſſionis peccatorum neceſſariam confitemur: profecto eo mõ quo ſunt peccatores ſetiã ꝑuaricatores legis illius que in paradiſo data ẽ agnoſcũt. ut uerum ſit utrumq; quod ſcriptum eſt ſ& ꝑuaricatores extimaui omnes peccatores terre: & ubi lex non eſt ſnec preuaricatio ſAc per hoc quia circumciſio ſignũ regenerationis fuit: non immerito paruulũ propter originale peccatum quo primum dei diſſipatum eſt teſtamentum generatio diſperderet niſi regeneratio liberet ſSed intelligenda ſũt hec uerba diuina tanq̃ dictum ſit q̃ nõ fuerit regeneratus interibit aĩa illa de genere eius: qa teſtamentũ dei diſſipauit qñ in Adam cũ oĩbus etiã ipſe peccauit ſSi enĩ dixiſſet qa hoc teſtamentũ meũ diſſipauit: nõ niſi de iſta circũciſione intelligi cogeret ſNunc uero quoniã non expreſſit cuiuſmodi teſtamentum paruulus diſſipauerit ſliberũ ẽ intelligere de illo teſtamento dictum cuius diſſipatio ꝑtinere poſſit ad ꝑuulũ ſSi autẽ qſquã hoc nõ niſi de iſta circumciſione dictũ eſſe contendit q in ea teſtamentũ dei qui non ẽ circũciſus diſſipauerit ꝑuulus: querat locutionis aliquẽ modũ quo nõ abſurde poſſit itelligi: ideo diſſipaſſe teſtamẽtũ: qa licet non ab illo tñ in illo ẽ diſſipatũ ſVerũ ſic quoq; aĩaduertendũ eſt nulla iſe neglıgẽtia ſua iuſte iterire icircũciſi animã ꝑuuli ſniſi originalis obligatõe peccati.

FActa igit̃ promiſſione tã magna tamq; lucida ad Abraam ſcui euidentiſſime dictum ẽ patrẽ multarũ gẽtium poſui te: & augebo te ualde & ponam te in genteſ ſet reges exibunt ex te: et dabo tibi ex Sara filiũ ſet benedicam illũ et erit in nationes: et reges gentiũ ex eo erũt ſquã promiſſionem nunc i chriſto cernimus reddi ſex illo deinceps illi coniuges non uocant̃ in ſcripturis ſicut antea uocabant̃ Abram et Sarai ſſed ſicut nos eos ab initio uocauimus: qm̃ ſic iã uocãtur ab oĩbus Abraam et Sara ſCur autẽ mutatum ſit nomen Abrae: reddita eſt ratio: qa patrẽ inquit multarum gentiũ poſui te ſHoc ergo ſignificare intelligendum ẽ Abraam. Abram uero quod ante uocabatur interpretatur pater excelſus ſDe nomine autẽ mutato Sare non eſt reddita ratio ſSed ſicut aiunt qui ſcripſerunt interpretatiões nominum hebreorũ que his literis ſacris continentur ſSarai interpretatur princeps mea: ſSara autem uirtus ſVnde ſcriptum eſt in epiſtola ad hebreos: fide et ipa Sara uirtutem accepit ad emiſſionem ſeminis ſAmbo autem ſenes erant ſicut ſcriptura teſtat̃ ſſed illa etiã ſterilis et liquore menſtruo iã deſtituta ſpropter quod iã parere non poſſet etiã ſi ſterilis nõ fuiſſet ſPorro ſi femina ita ſit prouectioris etatis ut ei ſolita mulierũ adhuc fluant: de iuuene parere poteſt ſde ſeniore non pot: quãuis adhuc poſſit ille ſenior ſed de adoleſcentula gignere ſſicut Abraam poſt mortem Sare de Cethura potuit: qa uiuidam eius inuenit etatem ſHoc ergo eſt quod mirꝫ commendat apoſtolus: & ad hoc dicit Abrae iã fuiſſe corpus emortuũ: qm̃ non ex omni femina ſſed ex ea cui eſſet adhuc aliquod pariẽdi tempus extremũ generare: ipe i illa etate adhuc poſſet ſAd aliqd enĩ emortuũ corpus eius itelligere debemus: non ad omnia ſNam ſenectus uiui: nõ iã cadauer eſt mortui ſQuãuis etiã ſic ſolui ſoleat iſta queſtio: ſquod de Chetura poſtea genuit Abraam ſqa donum gignẽdi qd̃ a domino accepit ſetiã poſt obitum manſit uxoris ſSed propterea mihi uidet̃ illa quã ſecuti ſumus queſtionis huius ſolutio preferenda ſqa centenarius qdẽ ſenex ſed temporis noſtri de nulla poteſt femina gignere ſnõ tunc qdem quando adhuc tã diu uiuebant ut centũ anni nondum facerent hominem decrepite ſenectutis.

ITem deus apparuit Abrae ad quercum Mambre ĩ tribus uiris: quos dubitandũ non eſt angelos fuiſſe: quãuis quidã exiſtiment unum in eis fuiſſe dñm chriſtũ: aſſerentes eum etiam ante indumentum carnis fuiſſe uiſibilem: eſſe quidem diuine poteſtatis inuiſibilis incorporalis incõmutabiliſq; nature ſine ulla ſui mutatiõe etiã mortalibus aſpectibus apparere: non per id quod eſt: ſed per aliqd quod ſibi ſubditum eſt. Quid autem illi ſubditum non eſt? Verũtamẽ ſi propterea confirmant horum trium aliquem fuiſſe xp̃m: quia cũ tres uidiſſet ad dominum ſingulariter ẽ locutus: ſic enim ſcriptum eſt: et ecce tres uiri ſtabant ſuper eũ: et uidens procurrit obuiam illis ab oſtio tabernaculi ſui: et adorauit ſuper terram et dixit. Domine ſi inueni gratiã ante te: et cetera: cur nõ etiã illud aduertunt: duos ex eis ueniſſe ut ſodomite delerentur: cum adhuc Abraam ad unũ loqueretur dominum appellans: et intercedens ne ſimul iuſtum cum impio in ſodomis perderet. Illos autem duos ſic ſuſcepit Loth: ut etiã ipſe in colloquio ſuo cum illis ſingulariter dñm appellaret. Nam cũ eis pluraliter dixiſſet ecce domini declinate ĩ domũ pueri ueſtri: et cetera que ibi dicuntur: poſtea tñ ita legitur. Et tenuerunt angeli manum eius & manum uxoris eius: et manus duarum filiarum eius: eo q dominus parceret illis. Et factũ ẽ mox ut eduxerunt illum foras: dixerunt. Saluã fac animam tuã. Ne reſpexeris retro: nec ſteteris in tota regione. In monte ſaluum te fac: nequãdo cõprehendaris. Dixit autem Loth ad illos. Oro domine quia inuenit puer tuus miſericordiã ante te: et que ſequuntur. Deinde poſt hec uerba ſingulariter illi reſpõdit dominus: cum in duobus angelis eſſet: dicens. Ecce miſertus ſum faciem tuã: et cetera. Vnde multo eſt credibilius q et Abraam in tribus & Loth in duobus uiris dominũ agnoſcebãt: cui per ſingularem numerum loquebantur: etiã cum eos homines eſſe arbitrarent. Neq; enim aliam ob cauſam ſic eos ſuſceperunt: ut tanq̃m mortalibus et humana refectione indigentibus miniſtrarent. Sed erat profecto aliqd quo ita excellebãt licet tanq̃ homines: ut in eis eſſe dominum ſicut eſſe aſſolet ĩ prophetis: ſibi q hoſpitalitatem illis exhibebant dubitare non poſſent. atq; ideo et ipſos aliqñ pluraliter ut dominos: aliqñ ſingulariter ut in eis dñm appellabãt. Angelos aũt fuiſſe ſcp̃tura teſtat: nec ſolum in hoc geneſis libro ubi hec geſta narrant: uerũ etiã ĩ epiſtola ad hebreos: ubi cũ hoſpitalitas laudaret: per hãc inquit etiã quidã neſcientes hoſpitio receperunt ãgelos. Per illos igit tres uiros cũ rurſus filius Yſaac de Sara ꝓmitteret Abrae diuinitus: datũ ẽ etiã tale reſponſũ ſut diceret Abraam. erit ĩ magnã gẽtem et multã: et benedicent in eo oms gentes terre. Et hic duo illa breuiſſime pleniſſimeq; ꝓmiſſa ſunt: gens iſrael ſcd̃m carnẽ: et omnes gentes ſcd̃m fidẽ.

XXX. De Loth a Sodomis liberato atq; eiſdem ... igne conſumptis ...

POſt hanc promiſſionem liberato de ſodomis Loth: & ueniente igneo imbre de celo: tota illa regio impie ciuitatis in cinerem uerſa eſt: ubi ſtupra ĩ maſculos in tãtam conſuetudinem conualuerant: quantã leges ſolent aliorũ factorũ prebere licentiam. Verũ et hoc eorum ſuppliciũ: ſpecimẽ futuri iudicii diuini fuit. Nam ad quid pertinet q prohibiti ſunt qui liberabantur ab angelis retro reſpicere: niſi qa nõ eſt animo redeũdũ ad ueterẽ uitã: qua per gratiã regenerati exuimur: ſi ultimũ iudiciũ euadere cogitamus. Deniq; uxor Loth ubi reſpexit remanſit: & in ſalem conuerſa hominibus fidelibus quoddã preſtitit cõdimentum: quo ſapiant aliqd ut illud caueat exẽplũ. Inde rurſus Abraã fecit ĩ geraris apud regẽ ciuitatis illius Abymelech: qd̃ ĩ egipto de cõiuge fecerat: eiq; intacta ſimiliter reddita eſt.

Vbi ſane Abraam obiurgāti ſe regi cur tacuiſſet uxorē ſororemq; dixiſſet: apiens quid timuerit etiam hoc addidit. Etenim uere ſoror mea eſt de patre ſed non de matre. quia de patre ſuo ſoror erat Abrae. de quo propinqua eius erat. ſtāte autē pulcritudinis fuit: ut etiam in illa etate poſſet adamari.

Poſt hec natus eſt Abrae ſcd̄m promiſſionem dei de ſara filius: eumq; nos autē Yſaac quod interpretatur riſus. Riſerat enim et pater quando ei promiſſus ē admirans in gaudio. riſerat et mater: quādo ꝑ illos tres uiros iterum promiſſus eſt dubitans in gaudio. Quāuis exprobrante angelo ꝙ riſus ille etiam ſi gaudii fuit: tamen plene fidei non fuit. Poſt ab eodem āgelo etiā in fide confirmata eſt. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam ꝙ riſus ille non ad irridendum opprobriū: ſed ad celebrādū gaudium ꝑtinebat nato Yſaac et eo noīe uocato Sara mōſtrauit. Ait quippe: riſū mihi fecit deus. Quicumq; enī audierit congaudebit mihi. Sed poſt aliquantū tēpus ancilla de domo eicitur cum filio ſuo: & duo illa ſcd̄m apoſtolum teſtamēta ſignificant uetus & nouū: ubi Sara illius ſuperne hieruſalē hoc ē ciuitatis dei figurā gerit.

Inter hec que omnia cōmemorare nimis longū eſt: temptat Abraā de īmolando dilectiſſimo filio ſuo Yſaac: ut pia eius obedientia ꝓbaretur: ſeculis ī notitiā ꝓferēda non deo. Neq; enim omnis eſt culpanda temptatio: quia & gratulāda eſt qua fit probatio. Et plerunq; aliter animus humanus ſibi ipſi innoteſcere non poteſt: niſi uires ſuas ſibi non uerbo ſed experimento temptatione quodammodo īterrogāte reſpondeat: ubi ſi dei munus agnouerit: tunc pius ē: tunc ſolidat firmitate gratie: nō inflatur inanitate iactantie. Nunq̄ ſane crederet Abraam quia uictimis deus delectaretur humanis: quāuis diuino intonante precepto: obediendum ſit non diſputandum. Fuerunt tamen Abraam confeſtim filiū cū fuiſſet īmolatus: reſurrecturū credidiſſe laudandus ē. Dixerat nāq; illi deus: cū de ācilla & filio eius foras eiciēdis uoluntatem coniugis nollet implere: In Yſaac uocabitē tibi ſemen. Et certe ibi ſeqūr ac dicitur. Filium autem ancille huius in magnā gentem faciam: quia ſemē tuum eſt. Quomodo ergo dictum eſt in Yſaac uocabitur tibi ſemen: cum et Yſmaelem deus ſemen eius uocauerit. Exponens autem apoſtolus quid ſit in Yſaac uocabitē tibi ſemen: id eſt inquit non q filii carnis hi filii dei: ſed filii promiſſionis deputantē in ſemine. Ac per hoc filii promiſſionis ut ſint ſemen Abrae in Yſaac uocantur: hoc eſt in chriſtum uocante gratia congregātur. Hanc ergo promiſſionē pater pius fideliter tenens: quia per hunc oportebat impleri: quem deus iubebat occidi: non heſitauit ꝙ ſibi reddi poterat immolatus: q dari potuit nō ſperatus. Sic intellectū eſt & in epiſtola ad hebreos & ſic expoſitū. Fide inquit preceſſit Abraam in Yſaac temptatus: & unicū obtulit qui promiſſiones ſuſcepit: ad quem dictum ē in Yſaac uocabitur tibi ſemē: cogitans quia & ex mortuis excitare pōt deus. Proinde addit. Pro hoc etiam eum & in ſimilitudinē adduxit. Cuius ſimilitudinē: niſi illū de quo dicit idem apoſtolus: qui proprio filio nō pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Propterea & Yſaac ſicut dominus crucē ſuam: ita ſibi ligna ad uictime locū quibus fuerat imponendus ipſe portauit. Poſtremo qa Yſaac occidi nō oportebat: poſteaq̄ eſt pater eum ferire prohibitus: quis erat ille aries quo immolato īpletum eſt ſignificatiuo ſanguine ſacrificium. Nempe quādo eū uidit Abraam cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur niſi Iheſus xp̄us anteq̄ immolaretur ſpinis iudaicis coronatus. Sed diuina per āgelum uerba potius audiamus. Ait quippe

ſcriptura. Et extendit Abraam manum ſuam ſumere macheram ut occideret filiũ ſuum. Et uocauit illum ãgelus domini de celo: et dixit. Abraam. Ille autem dixit: ecce ego. Et dixit. ne iniciaſ manum tuam ſuper puerũ: neq; faciaſ illi quicq̃. Nũc enim ſciui quia times deum tuum: et non pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter me. Nũc ſciui dictum eſt: nunc ſciri feci. Neq; enim hoc nondum ſciebat deus. Deinde ariete illo immolato pro Yſaac filio ſuo: uocauit ut legitur Abraam nomen loci illius dominus uidit: ut dicatur hodie in monte dominus apparuit. Sicut dictum ẽ nũc ſciui pro eo quod eſt nũc ſciri feci: ita hic dominus uidit pro eo quod eſt dominus apparuit: hoc eſt uideri ſe fecit. Et uocauit angelus domini Abraam ſecundo de celo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dominus: propter quod feciſti uerbũ hoc: et nõ pepercisti filio tuo dilecto propter me: niſi benedicens benedicã tibi: et multiplicans multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi: et tanq̃ arenam que eſt iuxta labium maris. Et hereditate poſſidebit ſemen tuũ ciuitates aduerſariorum ſuorũ: et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terre: quia obaudiſti uocem meã. Hoc mõ eſt illa de uocatione gentiũ ĩ ſemine Abrae: poſt holocauſtũ quo ſignificatus eſt chriſtus: etiam iuratione dei firmata promiſſio. Sepe enim promiſerat ſed nũq̃ iurauerat. Quid aũt ẽ dei ueri ueraciſq; iuratio: niſi ꝓmiſſi confirmatio: & ĩfidelĩũ quedam increpatio? Poſt hec Sara mortua eſt centeſimo & uiceſimo et ſeptimo anno uite ſue: centeſimo autẽ & triceſimo ſeptimo uiri ſui. Decem quippe annis eam precedebat etate: ſicut ipſe q̃n ſibi ex illa promiſſus eſt filius ait. Si mihi annorum centum naſcetur filius: et ſi Sara annoꝝ nonaginta pariet? Tũc emit agrũ Abraã in quo ſepeliuit uxorẽ. Tũc ergo ſcd'm narrationẽ Stephani in terra illa ẽ collocatus: qm̃ cepit ibi eẽ poſſeſſor: poſt mortẽ ſcilicet patris ſui: q̃ colligit̃ ante bienniũ fuiſſe defunctus.

de Rebecca nepte Nachor quã Ysaac accepit uxorem

xxxiiii DEinde Rebeccam neptem Nachor patrui ſui: cum annorũ quadragita eẽt Yſaac duxit uxorem: ſcilicet centeſimo et quadrageſimo ãno uite patris ſui: triennio poſt mortem matris ſue. Sũt autem eam duceret: quãdo ab eius patre ĩ meſopotamiam ſeruus miſſus eſt: quid aliud demonſtratum eſt cum eidem ſeruo dixit Abraam. pone manum tuam ſub femore meo: & adiurabo te per dominũ deũ celi & dñm terre: ut non ſumas uxorẽ filio meo Yſaac de filiabus chananeorũ: niſi dñm celi & dñm terre in carne que ex illo femore trahebatur fuiſſe uenturũ. Nunquid hec parua ſunt prenũtiata indicia ueritatis: que compleri uidemus in chriſto?

[illegible] quod Abraã post mortem [illegible] accepit uxorem [illegible]

xxxv QVid autem ſibi uult: q Abraam poſt mortem Sare Cethuram duxit uxorẽ? Vbi abſit ut incontinentiam ſuſpicemur: preſertim in illa iam etate & in illa fidei ſanctitate. An adhuc procreãdi filii querebantur: cum iam deo promittente tãta multiplicatio filiorum ex Yſaac: per ſtellas celi et arenã terre fide ꝓbatiſſima teneretur? Sed profecto ſi Agar & Yſmael doctore apoſtolo ſignificauerũt carnales ueteris teſtamenti: cur non etiam Cethura & filii eius ſignificent carnales: qui ſe ad teſtamentum nouum exiſtimãt pertinere? Ambe quippe et uxores Abrae & concubine ſunt appellate. Sara uero nunq̃m dicta eſt Abrae concubina ſed uxor tantum. Nã et quando data eſt Agar Abrae ita ſcriptũ eſt: et apprehendit Sarai uxor Abram Agar egiptiam ancillam ſuam: poſt decẽ annos q̃ habitauerat Abrã in terra Chanaan: et dedit eam Abram ſuo uiro uxorem. De Cethura autẽ quam poſt obitum Sare accepit ſic legitur. Adiciens autem Abraam aſſumſit uxorem cui nomen Cethura. Ecce ambe dicunt̃ uxores: ambe porro cõcubine fuiſſe reperiunt̃:

poſtea dicente ſcriptura. Dedit autem Abraam omnē cenſū ſuū Yſaac filio ſuo: et filiis cōcubinarū ſuarum dedit abraam dona: & dimiſit eos ab Yſaac filio ſuo adhuc ſe uiuo ad orientē in terra orientis. Habent ergo nō nulla munera filii cōcubinarū in plaga orientis: ſed non perueniunt ad regnum promiſſum: nec heretici nec iudei carnales: quia preter Yſaac nullus eſt heres: & non qui filii carnis hi filii dei: ſed filii promiſſionis deputantur in ſemine: de quo dictum eſt. In Yſaac uocabitur tibi ſemē. Neq; enim uideo cur etiam Cethura poſt uxoris mortem ducta: niſi propter hoc miſterium dicta ſit concubina. Sed quiſquis hec non uult in iſtis ſignificationibus accipere: nō calumpnietur Abrae. Quid enim ſi et hoc prouiſū eſt cōtra hereticos futuros ſecundarum aduerſarios nuptiarum: ut in ipſo patre multarū gentiū poſt obitum coniugis iterum coniugari: demonſtraretur nō eſſe peccatū. Et mortuus eſt Abraam cum eſſet annorum centum ſeptuagintaquinq;. Annorū ergo ſeptuagintaquinq; Yſaac dereliquit filium: quem centenarius genuit.

IAm ex hoc quemadmodum per poſteros Abrae ciuitatis dei percurrant tempora uideamus. A primo igitur annorū uite Yſaac uſq; ad ſexageſimū quo ei nati ſunt filii: illud memorabile eſt: q cum ille deum rogaret ut pareret uxor eius que ſterilis erat: conceſſiſſet dominus quod petebat: atq; haberet illa cōceptū geſtiebāt gemini adhuc in utero eius incluſi. Qua moleſtia cum angeretur dn̄m interrogauit: accepitq; reſponſum. Due gentes in utero tuo ſūt: et duo populi de uentre tuo ſeparabuntur: et populus populum ſuperabit: et maior ſeruiet minori. Quod Paulus apoſtolus magnum uult intelligi gratie documentum quia nondū illis natis nec aliqd agētibus boni ſeu mali: ſine ullis bonis meritis eligitur minor maiore reprobato: quoniam procul dubio quantum attinet ad originale peccatū ambo pares erant: quantum autem ad propriū nullius eorum ullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius inſtituti operis ratio non ſinit: unde et in aliis iā multa diximus. Quod autē dictū eſt maior ſeruiet minori: nemo fere noſtrorū aliter intellexit: q̄ maiorē populum iudeorum minori populo xp̄iano ſeruiturum. Et reuera quāuis in gēte ydumeorum que nata eſt de maiore cui duo nomina erāt: nā & Eſau uocabatur & Edom: unde et ydumei: hoc uideri poſſit impletū: quia poſtea ſuperanda fuerat a populo q ortus ē ex minore id eſt iſraelitico: eiq; fuerat futura ſubiecta: tamen in aliqd maius intentā fuiſſe iſtā prophetiā qua dictū eſt populus populū ſuperabit & maior ſeruiet minori: conuenientius creditur. Et qd ē hoc: niſi q in iudeis & xp̄ianis euidēter impletur?

ACcepit etiā Yſaac oraculum tale: quale aliquotiens pater eius acceperat: de quo oraculo ſic ſcriptum eſt. Facta eſt autē fames ſuper terram: preter famē que prius facta eſt in tempore Abrae. Abiit autem Yſaac ad Abymelech regē philiſtinorū in gerara. Apparuit autē illi dominus et dixit. Noli deſcendere in egiptū. Habita autem in terra quam tibi dixero: et incole in terra hac: et ego ero tecū & benedicā te. Tibi enim et ſemini tuo dabo omnē terram hāc. Et ſtatuā iuramētū meum quod iuraui Abrae patri tuo: et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi. Et dabo ſemini tuo omnem terrā hanc: & benedicentur in ſemine tuo omnes gētes terre: pro eo q obaudiuit Abraam pater tuus uocem meam: et cuſtodiuit precepta mea: et mandata mea et iuſtificationes meas: et legitima mea. Iſte patriarcha nec uxorem habuit aliam nec aliquam cōcubinam: ſed poſteritate duorum geminorū ex uno concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit ſane etiā ipſe periculū de

pulcritudine coniugiſ: cum habitaret inter alienoſ ſecitq; quod pater: ut eã ſororẽ
diceret taceretq; uxorem. Erat enim ei propinqua et paterno et materno ſãguine.
Sed etiam ipſa ab alienigeniſ cognito ꝙ uxor eſſet: manſit intacta. Nec ideo tamẽ
iſtum patri eiuſ preferre debemuſ: quia iſte nullam feminam preter unam coniugẽ
nouerat. Erant enim proculdubio paterne fidei & obedientie merita potiora: in
tantũ ut propter illum dicat deuſ huic ſe facere bona que fecit. Benedicentur inquit
in ſemine tuo omneſ genteſ terre: pro eo ꝙ obaudiuit Abraam pater tuuſ uocem
meã: ſet cuſtodiuit pcepta mea & mandata mea: et iuſtificationeſ meaſ & legitima
meaſ. Et alio rurſuſ oraculo: ego ſũ inquit deuſ Abraam patriſ tui: noli timere: ſtecũ
enim ſum et benedixi te & multiplicabo ſemen tuum propter Abraam patrẽ tuũ.
Vt intelligamuſ ꝙ caſte Abraam fecerit: quod hominibuſ impudiciſ & nequiſ ſue
de ſcripturiſ ſãctiſ patrocinia requirentibuſ: uidetur feciſſe libidine. Deinde ut etiã
hoc nouerimuſ non ex boniſ ſingulis inter ſe homineſ comparare: ſed in unoquoq;
cõſideremuſ uniuerſa. Fieri enĩ poteſt ut habeat aliquid in uita & moribuſ quiſpiã
quo ſuperet aliũ: idq; ſit longe preſtabiliuſ ꝙ eſt illud unde ab alio ſuperatur. Ac
per hoc ſolo dei uero q; iudicio: cum continentia coniugio preferatur: melior tamen
eſt homo fidelis coniugatuſ: ꝙ continenſ infidelis. Sed cõtinenſ infidelis homo nõ
ſolum minuſ laudanduſ eſt quia ſe continet dum non credat: ſuerum etiam multo
magiſ uituperanduſ quia non credit cum ſe contineat. Conſtituamuſ ergo amboſ
bonoſ. Etiam ſic profecto melior eſt cõiugatuſ fideliſſimuſ et obedientiſſimuſ deo:
ꝙ continenſ minoriſ fidei minoriſq; obedientie. Si uero paria ſint cetera: cõtinentẽ
coniugato preferre quiſ ambigat?

Duo igitur Yſaac filii Eſau et Iacob pariter creſcunt. Primatuſ maioriſ tranſ-
funditur in minorem: ex pacto & placito inter illoſ: ſeo ꝙ lenticulam quem
cibum minor parauerat maior immoderatiuſ concupiuit: eoq; pretio pmogenita
ſua fratri iuratione interpoſita uendidit. Vbi diſcimuſ in ueſcendo nõ ſibi genere
ſed auiditate immodeſta uel immoderata quemq; culpãdũ. Seneſcit Yſaac: eiuſq;
oculiſ per ſenectam uiſuſ aufert. Vult benedicere filiũ maiorem: & pillo neſciens
benedicit minorem: pro fratre maiore qui erat piloſuſ ſe paterniſ manibuſ ſuppo-
nentem ſedinis ſibi pelliculiſ coaptanſ uelut edina peccata portantem. Iſte doluſ
Iacob ne putaretur fraudulentuſ doluſ: ſet in eo magiſ miſterium eſſe quereretur:
ſuperiuſ predixit ſcriptura. Et erat Eſau homo ſcienſ uenari agreſtiſ. Iacob autẽ
homo ſimplex habitanſ domum. Hoc noſtri quidam interpretati ſunt: ſine dolo.
Siue autem ſine dolo ſiue ſimplex: ſiue potiuſ ſine fictione dicatur: quod ẽ grece aplaſtoſ:
quiſ eſt in iſta benedictione percipienda doluſ hominiſ ſine dolo? Quiſ eſt doluſ
ſimplicis? Que fictio non mentientiſ: niſi pfundũ miſterium ueritatiſ? Ipſa autem
benedictio qualiſ eſt? Ecce inquit odor filii mei tanq̃ odor agri pleni: quẽ bñdixit
dñſ. Et det tibi deuſ de rore celi et de pinguedine terre multitudinem frumenti et
uini: et ſeruiant tibi genteſ: et adorant te principeſ: ſet fiaſ dominuſ fratriſ tui: & a-
dorabunt te filii patriſ tui. Qui maledixerit te maledictuſ erit: et qui benedixerit
te bñdictõibuſ repleatur. Benedictio igitur Iacob: predicatio xpi ẽ in omibuſ gẽtibuſ.
Hoc facto igitur lex et prophetia eſt Yſaac. Et per oſ iudeorũ chriſtuſ ab illa be-
nedicitur: uelut a neſciẽte: quia in ea ab eiſ ipſe neſcitur. Odore nominiſ chriſti ſicut
ager munduſ impletur. Eiuſ eſt benedictio de rore celi: hoc eſt de uerborum pluuia
diuinorum: ſet de ubertate terre hoc eſt de congregatione populorum: ſeiuſ eſt & multi-
tudo frumenti et uini. Hoc eſt multitudo quam colligit frumentum et uinum in

ſacramento corporiſ eiuſ & ſanguiniſ eiuſ. Et ſeruiunt genteſ ip̄m adorāt p̄ncipeſ.
Ipſe eſt dominuſ fratriſ ſui: q̄a populuſ eiuſ dominatur iudeiſ. Ipſum adorāt filii
patriſ eiuſ: hoc eſt filii Abrae ſcd̄m fidem: quia & ipſe eſt filiuſ Abrae ſcd̄m carnem.
Ip̄m qui maledixerit maledictuſ: & qui benedixerit benedictuſ eſt. Chriſtuſ inq̄m
noſter etiam ex ore iudeorū quāuiſ errantium ſed tn̄ legem propheraſq; cātantiū
benedicitur: id eſt ueraciter dicitur: et aliuſ benedici putatur qui ab eiſ errantibuſ
expectatur. Ecce benedictionem promiſſam petente maiore expaueſcit Yſaac: &
alium ſe pro alio benedixiſſe agnoſcit. Miratur et quiſ nā ille ſit percunctatur:
nec tamen ſe deceptum eſſe conqueritur: imo confeſtim reuelato ſibi intuſ in corde
magno ſacramento deuitat indignationē: confirmat benedictionē. Quiſ ergo inq̄t
uenatuſ eſt mihi uenationē & itulit mihi: et māducaui de om̄ibuſ anteq̄ tu ueireſ?
Et bn̄dixi eū et benedictuſ ſit. Quiſ nō hic maledictionē potiuſ expectaret irati:
ſi hec non ſuperna inſpiratiōe ſed terreno more gererent? O reſ geſtaſ ſed p̄phetice
geſtaſ: in terra ſed celituſ: per hoīeſ ſed diuinituſ. Si excutiantē ſingula tātiſ fecūda
myſteriiſ: multa ſūt implēda uolumina: ſed huic opi moduſ moderate ſponēduſ: noſ
in alia feſtinare cōpellit.

Mittitur Iacob a parentibuſ in meſopotamiam: ut ibi ducat uxorē. patriſ mit/
tentiſ hec uerba ſunt. Non accipieſ uxorem ex filiabuſ chananeoꝝ. Surgenſ
fuge in meſopotamiam in domū Bathuel patriſ matriſ tue: et ſume tibi īde uxorē
de filiabuſ Laban fratriſ matriſ tue. Deuſ autem meuſ benedicat te et augeat te
& multiplicet te. Et eriſ in congregationeſ gentiū: & det tibi benedictionē Abraā
patriſ tui: et tibi et ſemini tuo poſt te: ut hereſ fiaſ terre incolatuſ tui quam dedit
deuſ Abrae. Hic iam intelligimuſ ſegregatum ſemen Iacob: ab alio ſemine Yſaac
quod factum eſt per Eſau. Quando enim dictum eſt in Yſaac uocabitē tibi ſemē:
pertinenſ utiq; ſemen ad ciuitatē dei: ſeparatū eſt inde aliud ſemen Abrae quod erat
in ancille filio: q̄d futurum erat in filiiſ Cethure. Sed adhuc erat ambiguum de
duobuſ geminiſ filiiſ Yſaac: an ad utrumq; an ad unū eoꝝ illa bn̄dictio ꝑtineret.
Et ſi ad unum: quiſ nam eſſet illorum. Quod nunc declaratum eſt: cum prophetice
a patre benedicitur Iacob: et dicitur ei: et eriſ in congregationeſ gentiū: et det tibi
benedictionem Abrae patriſ tui. Pergenſ itaq; in meſopotamiam Iacob: in ſomniſ
accepit oraculū de quo ſic ſcriptū eſt. Et exiuit Iacob a puteo iurationiſ: & pfectuſ
eſt in charram et inde uenit in locum & dormiuit ibi. Occiderat enim ſol: & ſūpſit
ex lapidibuſ loci & poſuit ad caput ſuū: et dormiuit in loco illo et ſomniauit. Et
ecce ſcala ſtabilita ſuper terram: cuiuſ caput pertigebat ad celū: & angeli dei aſcē/
debant et deſcendebant per illam et dominuſ inītōbebat ſuper illā: et dixit. Ego
ſum deuſ Abraam patriſ tui: et deuſ Yſaac: noli timere: terram in qua dormiſ ſup
eam: tibi dabo illam et ſemini tuo. Et erit ſemen tuū ſicut arena terre: & dilatabitē
ſuper mare: et in africum et in aq̄lonem: & ad orientem: et benedicentur in te om̄ſ
tribuſ terre & in ſemine tuo. & ecce ego ſum tecū cuſtodienſ te ī omni uia quacūq;
ibiſ: et reducam te in terram hanc: q̄a non te derelinquam donec faciam om̄ia que
tecum locutuſ ſum. Et ſurrexit Iacob de ſomno ſuo: & dixit: q̄a dominuſ ē in loco
hoc et ego neſciebā. Et timuit et dixit: q̄ terribiliſ locuſ hic: non eſt hic niſi domuſ
dei et hec porta eſt celi. Et ſurrexit Iacob & ſūpſit lapidē quem ſuppoſuit capiti
ſuo: & ſtatuit illum in titulū: et ſuperfudit oleū in cacumine eiuſ: et uocauit Iacob
nomen loci illiuſ domuſ dei. Hoc ad propheciā ꝑtinet. Nec more idolatrie lapidē

perfudit oleo Iacob: uelut faciens illum deum: neq; enim adorauit eundem lapidē uel ei ſacrificauit: ſed quoniam xp̄i nomen a chriſmate eſt id eſt ab unctione: p/fecto figuratum eſt hinc aliquid quod ad magnum pertineat ſacramentū. Scalā uero iſtam intelligitur ipſe ſaluator nobis in memoriā reuocare in euangelio. Ubi cum dixiſſet de nathanaele: ecce uere iſraelita in quo dolus nō eſt: q̄a iſrael uiderat iſtam uiſionem. Ipſe eſt enī Iacob: eodem loco ait. Amē amē dico uobis: uidebitis celum apertum et angelos dei aſcendentes et deſcendentes ſuper filium hominis. Perrexit ergo Iacob in meſopotamiam: ut inde acciperet uxorem. Unde autem illi acciderit quatuor habere feminas: de q̄bus duodecī filios et unā filiam procreauit: cum earum nullam concupiſceret illicite indicat ſcriptura diuina. Ad unam quippe accipiendam uenerat: ſed cum illi altera p̄ altera ſuppoſita fuiſſet: nec ipſā dimiſit qua neſciens uſus fuerat in nocte: ne ludibrio eā uideretur habuiſſe. Et ex eo tp̄e quoniā multiplicāde poſteritatis cauſa plures uxores lex nulla p̄hibebat: accepit etiam illam cui uni iam futuri coniugii fidem fecerat. Que cum eſſet ſterilis ancillā ſuam de qua filios ipſa ſuſciperet marito dedit: quod etiam maior ſoror eius q̄muis peperiſſet imitata: quoniam multiplicare prolem cupiebat effecit. Nullam igitur Iacob legit̄ petiſſe preter unā: nec uſus plurimis niſi gignēde prolis officio cōiugali iure ſeruato: ſic neq; hoc faceret niſi uxores eius id fieri flagitaſſent: que corporis ſui habebant legitimā poteſtatem.

Genuit ergo duodecim filios & unam filiam ex quatuor mulieribus. Deinde ingreſſus eſt in egiptū per filium ſuum Ioſeph: qui uenditus ab inuidentibus fratribus: eoq; perductus fuit atq; ibidem ſublimatus. Iacob autem etiā iſrael ſicut paulo ante dixi uocabat̄: quod nomē magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomen illi ab angelo impoſitum eſt: qui cum illo fuerat in itinere de meſopotamia redeunte luctatus: typum chriſti euidētiſſime gerens. Nam q̄ ei p̄/ualuit Iacob utiq; uolenti: ut miſterium figuraret: ſignificat paſſionem chriſti: ubi uiſi ſunt ei preualere iudei. Et tamen benedictionem ab eodem angelo quem ſup/auerat impetrauit: ac ſic huius nominis impoſitio benedictio fuit. Interpretatur aūt Iſrael uidens deum: quod erit ī fine premium ſanctorum oīm. Tetigit porro illi idem angelus ueluti preualenti latitudinem femoris: eūq; iſto modo claudum reddidit. Erat itaq; unus atq; idem Iacob: & benedictus et claudus: bn̄dictus in eis q in chriſtum ex eodē populo crediderunt: atq; in infidelibus claudus. Nā femoris latitudo generis multitudo ē. Plures quippe ſūt ī ea ſtirpe de q̄bus p̄phetice p̄dictū eſt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.

Ingreſſi itaq; referunē in egiptum ſimul cū ipſo Iacob ſeptuagintaquīq; hoīes: annumerato ipſo cum ſuis filiis. In quo numero due tantū femine cōmemoranē una filia: neptis altera. Sed res diligenter conſiderata nō indicat q̄ tantus numerus fuerit in progenie Iacob: die uel anno quo ingreſſus eſt egiptū. Commēorati ſunt quippe in eis etiam pronepotes Ioſeph: qui nullo mō iam tunc eſſe potuerunt q̄m tunc centum triginta annorum erat Iacob: filius uero eius Ioſeph triginta nouem. Quem cum accepiſſe triceſimo āno ſuo uel amplius conſtet uxorem: quomō potuit per nouē ānos habere pronepotes de filiis quos ex eadē uxore ſuſcepit. Cum igit̄ nec filios haberent Effrem et manaſſes filii Ioſeph: ſed eos pueros infra q̄ nouēnes Iacob egiptum ingreſſus inuenerit: quo pacto eorum nō ſolum filii ſed etiam ne/potes in illis ſeptuagintaquinq; numerantur: qui tūc egiptū ingreſſi ſūt cū Iacob?

¶Nam commemorat ibi Machir filiuſ manaſſe nepoſ Ioſeph & euiſdem Machir
filiuſ id eſt Galaad nepoſ Manaſſe pronepoſ Ioſeph ¶Ibi eſt & quē genuit Effrē
alter filiuſ Ioſeph: id eſt Vtalaā nepoſ Ioſeph ſibi eſt & Barech filiuſ ipſiuſ Vtalae
id eſt nepoſ Effrem pronepoſ Ioſeph ſqui nullo modo eſſe potuerūt quando uēit
Iacob ī egiptum: et filioſ Ioſeph nepoteſ ſuoſ auoſ iſtorum minoreſ ꝙ nouē ānoꝝ
puerof inuenit ¶Sed nimirum introituſ Iacob in egiptū quando eum in ſeptuagi/
taquinq; hominibuſ ſcriptura commemorat: non unuſ dieſ uel unuſ annuſ ſed totū
illud eſt tempuſ ꝙdiu uixit Ioſeph: per quem factum eſt ut īntrarent ¶Nam de ipo
Ioſeph eadem ſcriptura ſic loqtur et habitauit Ioſeph in egipto ipe et fratreſ eiuſ
et omniſ cohabitatio patriſ eiuſ: et uixit annoſ centum et decem ſet uidit Ioſeph
Manaſſeſ et Effrem filioſ uſq; in tertiam generationem ¶Ipſe ē ille pronepoſ eiuſ
ab Effrem tertiuſ generationem quippe tertiā dicit ſfiliū: nepotem: et pronepotem.
Deinde ſequitur ¶Et filii Machir filii Manaſſe: nati ſunt ſupra femora Ioſeph ¶Et
illic ille ipſe ē nepoſ Manaſſe: pronepoſ Ioſeph ¶Sed pluraliter appellati ſūt ſicut
ſcriptura conſueuit: que unam quoq; filiam Iacob filiaſ nūcupauit ſſicut in latine
lingue conſuetudine liberi dicuntur pluraliter filii ſetiam ſi non ſint uno ampliuſ.
Cur ergo ipſiuſ Ioſeph predicetur felicitaſ: quia potuit uidere pronepoteſ ſꝙ nullo
modo putandi ſunt iā fuiſſe tricesimonono anno patri ſui Ioſeph: quādo ad eum ī
egiptum Iacob pater eiuſ aduenit ¶Illud autem eſt quod fallit minuſ iſta diligēter
intuenteſ ſquoniā ſcriptum eſt: hec autem nomina filiorum iſrael qui intrauerunt
in egiptum ſimul cum Iacob patre ſuo ¶Hoc enim dictū eſt qa ſimul cum illo cō/
putant ſeptuagintaquinq; ſnō quia ſimul iā erāt omneſ quando egiptū īgreſſuſ
eſt ipe ſſed ut dixi totum tēpuſ habet eiuſ ingreſſuſ ſquo uixit Ioſeph p quē eiuſ
uidetur ingreſſuſ.

IGitur propter populum xp̄iānum in quo dei ciuitaſ peregrinatur in terriſ: ſi
chriſti carnem in Abrae ſemine requiramuſ: remotiſ concubinaꝝ filiiſ occurrit
Yſaac: ſi in ſemine Yſaac: remoto Eſau qui eſt etiam Edom occurrit Iacob q eſt
et Iſrael ¶Si in ſemine Iſrael ipſiuſ remotiſ ceteriſ occurrit Iudaſ: quia de tribu Iuda
exortuſ ē Chriſtuſ ¶Ac per hoc cū in egipto moriturus Iſrael filioſ ſuoſ bñdiceret:
quēadmodum Iudam prophetice benedixerit audiamuſ ¶Iuda inquit te laudabūt
fratreſ tui. Manuſ tue ſuper dorſum inimicoꝝ tuorum: te adorabūt filii patriſ tui.
¶Catuluſ leoniſ Iudaſ ¶Ex germinatiōe fili mi aſcēdiſti: recumbenſ dormiſti ut leo:
& ut catuluſ leoniſ ¶Quiſ ſuſcitabit eum ¶Non deficiet princepſ ex Iuda: et dux de
femoribuſ eiuſ: donec ueniant que repoſita ſunt ei: et ipſe erit expectatio gentiū.
¶Alligānſ ad uitē pullum ſuū: et cilicio pullum aſine ſue ¶lauabit in uino ſtolā ſuā:
et in ſanguine uue amictū ſuū ¶Fului oculi eiuſ a uino: et denteſ cādidioreſ lacte.
¶Expoſui hec aduerſuſ manicheum Fauſtum diſputanſ: et ſatiſ eſſe arbitror ꝙtum
ueritaſ prophetie huiuſ elucet: ubi et morſ xp̄i p̄dicta eſt uerbo dormitioniſ: & nō
neceſſitaſ ſed poteſtaſ in mortem nomine leoniſ ¶Quam poteſtatē in euāgelio ipe
predicat: dicenſ poteſtatē habeo ponēdi animam meam & poteſtatē habeo iterū
ſumēdi eam ¶Nemo eam tollit a me: ſed ego eā pono a metipo & iterū ſumo eam.
¶Sic leo fremuit: ſic quod dixit impleuit: ad eam namq; pertinet poteſtatem: quod
de reſurrectione eiuſ adiunctum eſt ¶Quiſ ſuſcitabit eum? Hoc eſt qa nulluſ hoīm
niſi ſe ipſe ſuſcitauit: qui etiā de corpore ſuo dixit ¶Soluite templū hoc & ī triduo
reſuſcitabo illud ¶Ipſū autem genuſ mortiſ hoc eſt ſublimitaſ cruciſ in uno uerbo
intelligitur quod ait aſcendiſti ¶Quod uero addidit recumbenſ dormiſti: euāgeliſta

exponit ubi dicitur: et inclinato capite tradidit ſpiritũ. Aut certe ſepultura eius agnoſcitur in qua recubuit dormiens: et unde illum nullus hominum ſicut prophete aliquos: uel ſicut ipſe alios ſuſcitauit: ſed ſicut a ſomno ipſe ſurrexit. Stola porro eius quã lauat in uino: id ē mundat a peccatis i ſãguine ſuo: cuius ſanguinis ſacramẽtũ baptizati ſciunt. unde et adiungit & in ſanguine uue amictum ſuum quid eſt niſi eccleſia. Et fului oculi eius a uino ſpirituales eius ebriati poculo eius. de quo canit pſalmus. et calix tuus inebrians q̃ preclarus eſt. Et dentes eius cãdidiores lacte: qđ potant apud apoſtolũ paruuli: uerba ſcilicet nutrientia: nondum idonei ſolido cibo. Ipſe igitur eſt i quo repoſita erãt pmiſſa Iude: que donec uenirent nũq̃ principes hoc ē reges iſrael ab illa ſtirpe defuerũt. Et ipſe expectatio gẽtiũ: qđ clarius ē uidẽdo q̃ ſit exponẽdo.

Sicut autẽ duo Yſaac filii Eſau et Iacob: figuram prebuerunt duorum populorum in iudeis et chriſtianis: quãuis quod ad carnis propaginem pertinet: nec iudei uenerũt ex ſemĩe Eſau ſed ydumei: nec xpiane gentes de Iacob: ſed potius iudei. Ad hoc enĩ tantum figura ualuit quod dictum eſt maior ſeruiet minori: ita factum eſt etiam in duobus filiis Ioſeph. Nam maior geſſit typum iudeorum: xpianorum autem minor. Quos cum benediceret Iacob: manum dexterã ponens ſuper minorem quem habebat ad ſiniſtram: ſiniſtram uero ſuper maiorẽ quẽ habebat ad dexteram: graue uiſum eſt patri eoꝝ & admonuit patrẽ uelut corrigens eius errorem: & q̃s nam eſſet eorum maior oſtẽdens. At ille mutare manus noluit: ſed dixit. Scio fili mi ſcio. Et hic erit in populũ: et hic exaltabitur: ſed frater eius minor maior illo erit: & ſemẽ eius erit i multitudinẽ gentiũ. Etiã hic duo illa promiſſa demõſtrãt. nã ille in populũ: iſte i multitudinẽ gentiũ. Quid euidẽtius q̃ his duabus pmiſſiõibus cõtineri populũ iſraelitarũ: orbẽq; terrarũ in ſemĩe Abrae: illũ ſcđm carnẽ: iſtũ ſcđm fidẽ?

xl

Defuncto Iacob: defuncto etiã Ioſeph: per reliquos centũ quadraginta q̃tuor annos donec exiret de terra egipti: in modum incredibilem illa gens creuit: etiam tãtis attrita perſecutionibus: ut quodam tempore nati maſculi necarentur: cũ mirantes egiptios nimia populi illius incrementa terreret. Tũc Moyſes ſubtractus furto trucidatoribus paruulorum: ad domum regiã ingentia pericula per eum deo preparante peruenit: nutrituſq; & adoptatus a filia Pharaonis: quod nomẽ i egipto omnium regum fuit: in tantum peruenit uirum: ut ipſe illam gentem mirabiliter multiplicatã: ex duriſſimo & grauiſſimo qđ ibi ferebat iugo ſeruitutis extraheret: imo per eũ deus qui hoc promiſerat Abrae. Prius quippe ex inde in terrã Madian fugiſſe refertur: q2 cum iſraelitã defenderet egiptium occiderat: et territus fugeret: poſtea diuinitus miſſus in ptãte ſpiritus dei ſuperauit Pharaonis reſiſtentes magos. Tunc per eum egiptus illate ſunt decem mẽorabiles plage: cũ dimittere populum dei nollent: aqua in ſanguinẽ uerſa: rane: ſciniffes: cynomia: mors pecorum: ulcera: grãdo: locuſta: tenebre: mors primogenitorũ. Ad extremum iſraelitas quos plagis tot tantiſq; perfracti tandẽ aliq̃n dimiſerant egiptii in mari rubro dũ pſequuntur extincti ſunt. Illis quippe abeuntibus diuiſũ mare uiã fecit. Hos autẽ inſequẽtes i ſe rediens unda ſubmerſit. Deinde per annos q̃draginta duce Moyſe dei populus per deſertũ actus eſt: quando tabernaculum teſtimonii nuncupatum eſt: ubi deus ſacrificiis futura prenuntiantibus colebatur: cũ ſcilicet iam data lex fuiſſet i mõte multum terribiliter. atteſtabatur enim euidentiſſima mirabilibus ſignis uocibuſq;

Ex Eſau ydumei.
Ex Iacob iudei.

benedictio ... in filios Ioſep q̃d ſignificet

Moyſes

x. plage illate egyptys per moyſen

plage quibus percuſſi fuerũt egypty
Aqua in ſanguinẽ uerſa.
Rane. Ulcera
Scinifes Grando
Cynomia locuſte
mors pecorum tenebre
primogenitorũ mors.

diuinitaſ. Quod factũ eſt mox ut exitũ ẽ de egipto: & ĩ deſerto popupuſ cẽcepit: quinquageſimo die poſt celebratũ paſcha per ouiſ immolationem. Que uſq; adeo typuſ chriſti eſt: prenũcianſ eum per uictimam paſſioniſ de hoc mũdo tranſituꝝ ad patrem. paſcha quippe hebrea lingua tranſituſ iterpretatur: ut tã cũ reuelaret teſtamentum nouum. poſteaq̃ paſcha noſtrum immolatuſ eſt Chriſtuſ: quinquageſimo die ueniret de celo ſpirituſ ſanctuſ. qui dictuſ eſt in euangelio digituſ dei: ut recordationem noſtram ĩ primi prefigurati facti mẽoriã reuocaret. quia et legiſ ille tabule digito dei ſcripte referuntur. Defuncto Moyſe populum rexit Iheſuſ Naue: et in terram promiſſioniſ introduxit: eamq; populo diuiſit. Ab hiſ duobuſ mirabilibuſ ducibuſ bella etiã proſperrime ac mirabiliter geſta ſunt: deo cõteſtãte nõ tam propter merita hebrei populi q̃ propter peccata earum que debellabant gentium: illaſ eiſ proueniſſe uictoriaſ. Poſt iſtoſ duceſ iudiceſ fuerunt iam in terra promiſſioniſ populo collocato: ut inciperet interim reddi Abrae prima promiſſio de gente una id eſt hebrea. et ĩ terra Chanaan nondũ de omibuſ gentibuſ & toto orbe terrarum. q̃ xpi aduentuſ in carne: et non ueteriſ legiſ obſeruationeſ ſed euãgelii fideſ fuerat impletura. Cuiuſ rei prefiguratio facta ẽ: q non Moyſeſ q legẽ populo acceperat in monte ſyna. ſed Iheſuſ cui etiã nomẽ deo precipiente mutatũ fuerat ut uocaretur Iheſuſ: populum in terrã promiſſioniſ introduxit. Tẽporibuſ autẽ iudicum: ſicut ſe habebãt & peccata populi et miſericordia dei: alternauerũt proſpera et aduerſa bellorum. Inde uentum eſt ad regum tẽpora. Quorum ꝑmuſ regnauit Saul. quo reprobato et bellica clade ꝓſtrato. eiuſq; ſtirpe reiecta ne ĩde regeſ orirẽtur: Dauid ſucceſſit ĩ regnũ cuiuſ maxime chriſtuſ dictuſ ẽ filiuſ. In quo articuluſ quidam factuſ eſt et exordium quodamodo iuuentutiſ populi dei: cuiuſ generiſ quedã uelut adoleſcentia ducebat ab ipſo Abraã uſq; ad hũc Dauid. Neq; enim fruſtra Matheuſ euãgeliſta ſic generationeſ commẽorauit: ut hoc primum interuallũ quatuordecim generationibuſ commendaret. ab Abraã ſcilicet uſq; ad Dauid. Ab adoleſcentia quippe incipit homo poſſe generare. ꝓpterea generationũ ſerieſ ab Abraam ſũpſit exordiũ. q etiã pater gentiũ cõſtitutuſ ẽ: qñ mutatũ nomẽ accepit. Ante hũc ergo uelut pueritia fuit huiuſ generiſ populi dei. a Noe uſq; ad ipm Abraã: & ideo ꝑma lingua inuenta ẽ id eſt hebrea. A pueritia nãq; hõ incipit loq poſt infantiã: que hinc appellata ẽ qđ fari non põt. Quã profecto etatẽ ꝑmã demergit obliuio ſicut etaſ prima generiſ humani ẽ deleta diluuio. Quotuſ enĩ qſq; ẽ q ſuã recordetur infantiam? Quãobrẽ ĩ iſto procurſu ciuitatiſ dei ſicut ſuperior unã eandemq; primã. ita duaſ etateſ ſecundam et tertiã liber iſte cõtineat. In qua tertia propter uaccã trimã. capram trimã. arietẽ trimũ: & ĩpoſitũ eſt legiſ iugum: & apparuit abundãtia peccatoꝝ. et regni terreni ſurrexit exordiũ. ubi nõ defuerũt uiri ſpũaleſ quorũ in turture & columba figuratũ eſt ſacramentũ. AV[illegible] AVG.

LIBER.XVII.INC P[illegible]

P

Romiſſioneſ dei que facte ſunt ad Abraam: cuiuſ ſemini et gẽtẽ iſraeliticã ſcđm carnem. et omneſ genteſ deberi ſcđm fidẽ deo pollicente didicimuſ. quemadmodum compleantur: per ordinem temporum procurrenſ dei ciuitaſ indicabit. Quoniã ergo ſuperioriſ libri uſq; ad regnũ Dauid factuſ eſt finiſ. nũc ab eodem regno q̃tum ſuſcepto operi ſufficere uidetur: cetera que ſequunt̃ attingamuſ. Hoc itaq; tempuſ ex quo ſactuſ

Samuel prophetare cepit: et deincepſ donec populuſ iſrael captiuuſ ĩ babiloniam duceretur: atq; inde ſc͞dm ſancti Hieremie prophetiam poſt ſeptuaginta annoſ reuerſiſ iſraelitiſ dei domuſ inſtauraretur: totum tempuſ eſt prophetarum. Quãuiſ enim & ipm̃ Noe patriarchã in cuiuſ diebuſ uniuerſa terra diluuio deleta ẽ: & alioſ ſupra et infra uſq; ad hoc tempuſ quo regeſ in dei populo eſſe ceperunt: propter quedam per eoſ futura ſiue quoquomõ ſignificata ſiue predicta: que pertinent ad ciuitatẽ dei regnumq; celorum: nõ immerito poſſumuſ appellare prophetaſ: preſertim qa nonnulloſ eorum id expreſſiuſ legimuſ nũcupatoſ: ſicut Abraam: ſicut Moyſen: tñ dieſ prophetarum precipue maximeq; hi dicti ſũt ex quo cepit prophetare Samuel: qui et Saulem priuſ et eo reprobato ipſum Dauid deo precipiente unxit in regẽ: de cuiuſ ceteri ſtirpe ſuccederent quouſq; illoſ ſuccedere ſic oporteret. Que igitur a prophetiſ ſint predicta de xp̃o: cõmoriẽdo decedentibuſ et naſcendo ſuccedẽtibuſ ſuiſ membriſ ciuitaſ dei per iſta curreret tempora: ſi omnia uelim commemorare in immenſum pergitur. Primum quia ip̃a ſcriptura que per ordinẽ regeſ eorumq; facta et euenta digereteſ: uidetᵉ tanq̃ hiſtorica diligentia rebuſ geſtiſ occupata eſſe narrandiſ: ſi adiuuante dei ſpiritu conſiderata tractetur: uel magiſ uel certe nõ minuſ prenuntiandiſ futuriſ q̃ preteritiſ enũtiandiſ inuenietᵉ intenta. Et hoc perſcrutãdo indagare ac diſſerendo monſtrare: q̃ ſit operoſũ atq; prolixũ: & q̃m multiſ indigeat uoluminibuſ quiſ ignorat: qui hec uel mediocriter cogitat. Deinde qa ea ip̃a que ad prophetiam non ambigitur pertinere: ita ſunt multa de xp̃o regnoq; celorum que ciuitaſ dei eſt: ut ad hoc aperiendum maior ſit diſputatio neceſſaria: q̃ huiuſ opiſ moduſ flagitat. Proinde ita ſi potuero ſtilo moderabor meo: ut huic operi in dei uoluntate pagendo nec ea que ſuperſunt dicã: nec ea que ſatiſ ſũt p̃termittã.

IN precedente libro diximuſ: ab initio Abraam promiſſionum dei duaſ reſ fuiſſe promiſſaſ. Vnam ſcilicet q̧ terram chanaan poſſeſſurum foret ſemen eiuſ: quod ſignificat ubi dictum eſt: Vade in terram quam tibi demonſtrauero: et faciam te ĩ gentem magnam. Aliam uero longe preſtantiorem nõ de carnali ſed de ſpirituali ſemine: per quod pater eſt nõ uniuſ gentiſ iſraelitice: ſed oĩm gentiũ que fidei eiuſ ueſtigia conſequuntur. Quod promitti cepit hiſ uerbiſ. Et benedicentur in te oẽſ tribuſ terre. Et deinceps aliiſ multiſ admodũ teſtimoniiſ hec duo promiſſa eẽ monſtrauimuſ. Erat igitur iam in terra promiſſioniſ ſemen Abrae id eſt populuſ iſrael ſc͞dm carnem atq; ibi non ſolum tenendo ac poſſidendo ciuitateſ aduerſariorum: uerum etiã regeſ habendo regnare iam ceperant: impletiſ de ipſo populo p̃miſſionibuſ dei magna iam ex parte: non ſolum que tribuſ illiſ patribuſ Abraam Yſaac & Iacob: quibuſcũq; dictiſ uel ſigniſ aut figuriſ temporibuſ eorum facte ſũt: uerũ etiã que per ipſum Moyſen per quem populuſ idem de ſeruitute egiptiaca liberatuſ: et per quem cũcta preterita reuelata ſunt: temporibuſ eiuſ cum populũ p̃ heremũ duceret facte fuerant. Neq; autem per inſignem ducem Iheſum Naue: per quem populuſ ille in promiſſioniſ inductuſ eſt terram: qui expugnatiſ gentibuſ eam duodecim tribubuſ quibuſ deuſ iuſſerat diuiſit: & mortuuſ eſt: neq; poſt illum toto tẽpore iudicum impleta fuerat promiſſio dei de terra Chanaan: q̧ a flumĩe egipti uſq; ad flumen magnum eufraten populuſ ille dominaretur: nec tñ adhuc p̃phetabatur futurum ſed expectabatur implendum. Impletum eſt autem per Dauid & filium eiuſ Salamonem: cuiuſ regnum tanto quanto promiſſum fuerat ſpatio dilatatum ẽ. Vniuerſoſ quippe illoſ ſubdiderũt: tributarioſq; fecerũt. Sic igitᵉ in

terra promiſſionis ſcd̃m carnẽ: hoc ẽ in terra Chanaan ſub his regibus ſemen Abrae fuerat cõſtitutũ: ut nihil deinde ſupereſſet quo terrena illa dei promiſſio cõpleret: niſi ut in eadem terra q̃tum ad proſperitatem attinet tẽporalem: per poſteritatis ſucceſſionẽ in concuſſo ſtatu uſq; ad mortalis huius ſeculi terminũ gens pmaneret hebrea: ſi domini dei ſui legibus obediret. Sed quoniam deus nouerat hoc eam non eſſe facturam: uſus eſt etiam temporalibus penis ad exercendos in ea paucos fideles ſuos: et admonendos qui poſtea futuri erant in omnibus gentibus quas per eos admoneri oportebat: in quibus alteram promiſſionem reuelato nouo teſtamento per incarnationem xpi fuerat impleturus.

Quocirca ſicut oracula illa diuina ad Abraã Yſaac et Iacob: et quecũq; alia ſigna uel dicta pphetica in ſacris literis pcedentibus facta ſũt: ſic etiam cetera ab iſto regum tempore prophetie partim pertinent ad gentem carnis Abrae: partim uero ad illud ſemen illius in quo benedicunt omnes gentes coheredes xpi per teſtamẽtũ nouum: ad poſſidendam uitam eternã regnumq; celorum. Partim ergo ad ancillã que in ſeruitutẽ generat id terrenã hieruſalẽ: que ſeruit cũ filiis ſuis: partim uero ad liberam ciuitatem dei id eſt ueram hieruſalem et eternam in celis: cuius filii omnes ſcd̃m deũ uiuentes peregrinant in terris. Sed ſunt in eis quedã que ad utrãq; ptinere intelliguntur ad ancillã proprie: ad liberam figurate. Tripertita itaq; reperiuntur eloquia prophetarum: ſiquidẽ aliqua ſunt ad terrenã hieruſalem ſpectantia: aliq̃ ad celeſtẽ: nonnulla ad utrãq;. Exemplis uideo probandũ eſſe quod dico. Miſſus eſt Nathan propheta a deo: qui regẽ Dauid argueret de peccato graui: et ea que conſecutura ſunt mala futura prediceret. Hec atq; huiuſmodi ſiue publice id ẽ p ſalute uel utilitate populi: ſiue priuatim cũ pro ſuis quiſq; rebus diuina promeretur eloquia: quibus pro uſu temporalis uite futuri aliquid agnoſceretur: ad terrenam ciuitatem pertinuiſſe quis ambigat? Ubi autem legitur: ecce dies ueniũt dicit dominus: et cõſumabo domui iſrael et domui iuda teſtamentũ nouũ: non ſcd̃m teſtamentũ qd̃ diſpoſui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra egipti: quoniã ipſi non permanſerunt in teſtamento meo: et ego neglexi eos dicit dominus: quia hoc eſt teſtamentum meum quod conſtituã domui iſrael poſt dies illos dicit dominus: dabo leges meas in mentem eorum: et ſuper corda eorũ ſcribã eas: et uidebo eos: et ero illis in deum: et ipſi erunt mihi in plebem: hieruſalem ſine dubio ſuperna prophetatur: cuius deus ipſe premium eſt: eumq; habere atq; ipſius eſſe ſummum illi eſt atq; totũ bonum. Ad utrãq; uero pertinet hoc ipſum q hieruſalem dicitur dei ciuitas: et in ea prophetat futura domus dei: eaq; pphetia uidetur impleri cũ Salamon rex edificat illud nobiliſſimũ templũ. Hec enim et in terrena hieruſalem ſcd̃m hiſtoriam contigerunt: et celeſtis hieruſalẽ figure fuerunt. Quod genus prophetie ex utroq; ueluti compactum atq; commixtũ in libris ueteribus canonicis quibus rerum geſtarum narrationes cõtinentur ualet plurimũ: multoſq; exercuit et exercet ingenia ſcrutantium literas ſacras: ſiũt quod hiſtorice predictum completumq; legitur in ſemine Abrae ſcd̃m carnem: etiã in ſemine Abrae ſcd̃m fidẽ quid implendum allegorice ſignificet inquiratur: in tantum ut quibuſdã uiſum ſit nihil eſſe in eiſdem libris uel prenunciatum et effectum: uel non effectum q̃muis prenunciatum: quod non inſinuet aliquid ad ſupernam ciuitatem dei eiuſq; filios in hac uita peregrinos figurata ſignificatõne referendũ. Sed ſi hoc ita ẽ iã bipertita non tripertita erunt eloquia prophetarum: uel potius illarum ſcripturarum oĩum

que ueteriſ inſtrumenti appellatione cenſetur: nihil iam erit illic quod ad hieruſalem terrenam tantum pertineat: ſed quicquid ibi de illa uel propter illam dicitur atq; complectur: ſignificat aliquid quod etiam ad hieruſalē celeſtē allegorica prefigu/ ratione referatur: ſed erūt ſola duo genera: unū quod ad hieruſalem liberā: alterū quod ad utrāq; pertineat. Mihi autem ſicut multū uidentur errare: qui nullaſ reſ geſtaſ ī eo genere literarum aliquid aliud preter id q̄ eo mō geſte ſunt ſignificare arbitrantſ: ita multum audere: qui prorſuſ ibi omnia ſignificationibuſ allegoriaſ inuoluta eſſe contendūt. Ideo tripatita non bipatita eſſe dixi. Hoc enim exiſtimo: non tñ culpanſ eoſ q̄ potuerint illic de quacūq; re geſta ſenſum ītelligentie ſpūaliſ exculpere: ſeruata primitus dūtaxat hiſtorie ueritate. Ceterū que ita dicuntur ut rebuſ hūanitus ſeu diuinitus geſtiſ ſiue gerendiſ conuenire nō poſſint: qſ fideliſ du/ bitet non eē inaniter dicta? Quiſ ea non ad ītelligentiā ſpiritualē reuocet ſi poſſit: aut ab eo q̄ pōt reuocanda eſſe fateat?

PRocurſuſ igitur ciuitatiſ dei: ubi peruenit ad regū temporaſ quando Dauid Saule reprobato ita regnū primuſ obtinuit: ut euſ deinde poſteri ī terrena hieruſalem diuturna ſucceſſione regnarent: dedit figuram rei geſte: ſignificanſ atq; prenuntianſ quod non eſt pretereundū ſilentio: de rerum mutatione futurarum: quod attinet ad duo teſtamenta: uetuſ & nouum: ubi ſacerdotium regnūq; mutatū eſt per ſacerdotem eundemq; regem nouum ac ſempiternum: qui eſt chriſtuſ iheſuſ. Nam et Hely ſacerdote reprobato: ſubſtitutuſ in dei miniſterium Samuel ſimul officio functuſ ſacerdotiſ & iudiciſ: & Saule abiecto rex Dauid fundatuſ in regno: hoc qđ dico figurauerunt. Mater quoq; ipſa Samueliſ Anna: que priuſ fuit ſterliſ & poſteriore fecunditate letata eſt: prophetare aliud non uidetur cum congratu/ lationem ſuam domino fundit exultanſ: quandoquidem eundem puerum natum & ablactatum deo reddidit: eadem pietate qua uouerat. Dicit enim. Confirmatū eſt cor meum in domino: et exaltatum eſt cor meum in deo meo. Dilatatū eſt ſup inimicoſ meoſ oſ meum: letata ſum in ſalutari tuo: quoniam non eſt ſanctuſ ſicut dominuſ: et non eſt iuſtuſ ſicut deuſ noſter: non eſt ſanctuſ pter te: nolite gloriari & nolite loqui excelſa neq; procedat magniloquium de ore ueſtro: quoniā deuſ ſcientiarum dominuſ: & deuſ preparanſ adinuentioneſ ſuaſ. Arcum potentiū fecit infirmū: & infirmi precincti ſunt uirtute. Pleni panibuſ minorati ſunt: & eſurientes tranſierūt terram. qa ſteriliſ peperit ſeptem & multa ī filiiſ infirmata ē. Dominuſ mortificat & uiuificat: deducit ad inferoſ & reducit. Dñſ pauperem facit & ditat: humiliat et exaltat. Suſcitat a terra pauperē: et de ſtercore erigit inopem: ut col/ locet eum cum potentibuſ populi: et ſedem glorie hereditatem danſ eiſ: danſ uotum uouenti: et benedicenſ annoſ iuſti. Quoniā non in uirtute potenſ eſt uir: dominuſ infirmum facit aduerſarium ſuum: dñſ ſanctuſ. Non glorietur prudenſ ī prudētia ſua: & non glorietur potenſ in potentia ſua: & non glorietur diueſ in diuitiiſ ſuiſ. Sed in hoc glorietur qui gloriatur: ītelligere et ſcire dominū: et facere iudiciū & iuſti/ tiā in medio terre. Dñſ aſcendit in celoſ & tonuit: ipſe iudicabit extrema terre quia iuſtuſ ē: & dat uirtutē regibuſ noſtriſ: et exaltabit cornu chriſti ſui. Ita ne uerba hec uniuſ putabuntur eē mulierculę: de nato ſibi filio gratulātiſ? Tantū ne menſ hoīm a luce ueritatiſ auerſa eſt: ut non ſentiat ſupergredi modum femine huiuſ dicta que fudit? Porro q̄ rebuſ ipſiſ que iam ceperunt etiā et in hac terrena peregrinatōe compleri conuenienter mouet: nōne intendit et aſpicit & agnoſcit: p̄ hāc mulierē

cuius etiam nomē id eſt Anna gratia eius interpretatur ipſam religionem xpianā:
ipſam ciuitatem dei cuius rex eſt & conditor chriſtus ipſam poſtremo dei gratiā p/
phetico ſpiritu ſic locutam ia qua ſuperbi alienantur ut cadant: q̄ humiles implent
ut ſurgāt: quod maxime himnus iſte perſonuit. Niſi quiſq̄ forte dicturus ē nihil
iſtam prophetaſſe mulierem: ſed deū tantummodo propter filium quem precata
impetrauit: exultanti predicatione laudaſſe. Quid ergo ſibi uult quod ait: arcum
potentium fecit infirmū: et infirmi precincti ſunt uirtute: pleni panibus minorati
ſunt: et eſurientes tranſierunt terram: et ſterilis peperit ſeptē: & multa in filiis infir/
mata eſt. Nunquid ſeptem ipſa pepererat: Quāuis ſterilis fuerit: unicum habebat
quando iſta dicebat. Sed nec poſtea ſeptē pep it ſiue ſex: quibus ſeptimus eſſet ipſe
Samuel: ſed tres mares et duas feminas. Deinde ī illo populo cū adhuc nemo reg/
naret: quod in extremo poſuit dat uirtutē regibus noſtris: et exaltauit cornu xpi
ſui: unde dicebat ſi non prophetabat. Dicat ergo eccleſia xpi: ciuitas regis magni:
gratia plena: prole fecūda: dicat qđ tanto ante de ſe prophetatū per hos huius pie
matris agnoſcit. Confirmatum eſt cor meū in domino: et exaltatum ē cornu meū
in deo meo. Vere confirmatum eſt cor: et cornu uere exaltatum: quia nō in ſe ſed
in domino deo ſuo. Dilatatum eſt ſuper inimicos meos os meū: quia et in anguſtiis
preſſurarū ſermo dei non eſt alligatus: nec ī preconibus alligatis. Letata ſum inq̄t
in ſalutari tuo. Xriſtus eſt ipſe iheſus quem Symeon ſicut in euāgelio legitur ſenex
amplectens paruulum: agnoſcens magnum: nūc dimittis inquit domine ſeruū tuū
in pace: quoniam uiderunt oculi mei ſalutare tuū. Dicat itaq̄ eccleſia letata ſum in
ſalutari tuo. Quoniā nō eſt ſanctus ſicut dominus: et nō eſt iuſtus ſicut deus noſter:
tanq̄ ſanctus et ſanctificans: et iuſtus et iuſtificans. Non eſt ſanctus preter te quia
nemo fit niſi abs te. Deniq̄ ſeqtur. Nolite gloriari ſuperbe: et nolite loq̄ excelſa:
neq̄ exeat magniloquium de ore ueſtro: quoniam deus ſciētiarum dominus ipſe:
et nemo ſcit quod ipſe ſcit: quoniam qui putat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit: ſeipſum
ſeducit. Hec dicuntur aduerſariis ciuitatis dei ad babiloniam pertinentibus: de ſua
uirtute preſumentibus: in ſe nō in domino gloriantibus: ex qbus ſunt etiā carnales
iſraelite terrene hieruſalē ciues terrigene: q̄ ut dicit apoſtolus ignorantes dei iuſti/
ciam: id eſt quā dat hominibus deus qui ſolus eſt iuſtus et iuſtificans: et ſuā uolētes
conſtituere: id eſt uelut a ſe ſibi paratam non ab illo impertitā: iuſtitie dei non ſūt
ſubiecti. Itaq̄ quia ſuperbi ſe de ſuo putantes non de dei poſſe placere deo: qui eſt
deus ſcientiarum atq̄ ideo & arbiter conſcientiarum: ibi uidens cogitationes hoīm
quoniā uane ſūt ſi hoīm ſunt & ab illo non ſunt. Et preparans inquit adinuentiones
ſuas. Quas adinuentiones putamus: niſi ut ſuperbi cadant & humiles ſurgant. Has
quippe adinuentiones exequitur dicens. Arcus potentium infirmatus ē: et infirmi
precincti ſunt uirtute. Infirmatus eſt arcus id eſt intentio eorum: qui tā potētes
ſibi uidentur: ut ſine dei dono atq̄ adiutorio humana ſufficientia diuina poſſint
implere mandata. Et precinguntur uirtute: quorū interna uox eſt. Miſerere mei
domine quoniam infirmus ſum. Pleni panibus inquit minorati ſunt: et eſurientes
tranſierunt terram. Qui ſunt intelligendi pleni panibus: niſi idem ipſi quaſi potētes
id eſt iſraelite: qbus credita ſūt eloq̄a dei. Sed in eo populo ancille filii minorati
ſūt. Quo uerbo minus quidem latine bene tamen expreſſum eſt: q̄ ex maioribus
minores facti ſunt: quia et ī ipſis panibus id eſt diuinis eloquiis que iſraelite ſoli tūc
ex omnibus gentibus acceperunt: terrena ſapiunt. Gentes autem quibus lex illa nō
erat data: poſtea q̄ per nouū teſtamentū ad eloq̄a illa uenerūt: et multū eſuriēdo

terram tranſierũt ſq̃a ĩ eiſ non terrena ſed celeſtia ſapuerũt. Et hoc uidelic quereret
cauſa cur factum ſit: quia ſterilis inquit peperit ſeptem & multa in filiis infirmata
eſt. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoſcentibus numerum ſeptenariũ:
quo eſt uniuerſa eccleſie ſignificata pfectio. Propter quod & Iohannes apoſtolus
ad ſeptem ſcribit eccleſias: eo modo ſe oſtẽdens ad unius plenitudinem ſcribere. Et
ĩ prouerbiis Salamonis hoc antea prefigurans ſapientia inq̃t edificauit ſibi domũ:
et ſuffulſit colũpnas ſeptem. Sterilis enĩ erat. ĩ omnibus gentibus dei ciuitas: anteq̃
iſte fetus per quem eam factam fecundam cernimus orireturſ Cernimus etiam que
multa in filiis erat nunc infirmatam hieruſalem terrenam: quoniam quicunq̃ filii
libere in ea erant: uirtus erant eius. Nunc uero ibi quoniam litera eſt et ſpiritus nõ
eſt: amiſſa uirtute infirmata ẽ. Dominus mortificat et uiuificat: mortificauit illã
que multa erat in filiis: & uiuificauit hanc ſterilem que peperit ſeptem. Quãuis cõ/
modius poſſit intelligi eoſdẽ uiuificare quos mortificauerit. Id enĩ uelut repetiuit
addendo deducit ad inferos et reducit. Quibus enim dicit apoſtolus ſi mortui eſtis
cum chriſto: que ſurſum ſunt querite ubi xp̃us eſt in dextera dei ſedens ſalubriter
utiq̃ mortificantur a domino quibus adiungit que ſurſum ſũt ſapite nõ que ſup
terram: ut ipſi ſint illi qui eſurientes tranſierunt terram. Mortui enim eſtis inquit.
Ecce quomodo ſalubriter mortificat deus. Deinde ſequit̃. & uita ueſtra abſcõdita
eſt cum xp̃o in deo. Ecce quomodo eoſdem ipſos uiuificat deus. Sed nũquid eoſdẽ
deduxit ad inferos & reduxit? Hoc utrũq̃ ſine controuerſia fideliũ: in illo potius
uidetur impletum capite ſcilicet noſtro: cum quo uitam noſtram in deo apoſtolus
dixit abſconditam. Nam qui proprio filio nõ pepercit: ſed pro nobis omnibus tra/
didit eũ iſto mõ utiq̃ mortificauit eum. Et quia reſuſcitauit eum a mortuis: eundẽ
rurſus uiuificauit. Et quia in prophetia uox eius agnoſcitur: nõ derelinques aĩam
meam in inferno: eundẽ deduxit ad inferos & reduxit. Hac eius paupertate ditati
ſumus. Dominus enim pauperes facit et ditat. Nam quid hoc ſit ut ſciamus: quod
ſequit̃ audiamus. Humiliat et exaltat utiq̃ ſupbos humiliat: et humiles exaltat.
Quod enim alibi legitur: deus ſuperbis reſiſtit humilibus aũt dat gratiã: hoc totus
habet ſermo huius cuius nomẽ interpretatur gratia eius. Iam uero quod adiungit̃:
ſuſcitat a terra pauperẽ: de nullo melius q̃ de illo intelligo: qui propter nos factus
eſt pauper cum diues eſſet: ut eius paupertate ſicut pauloãte dictum ẽ ditaremur.
Ipſum enim de terra ſuſcitauit tã cito: ut caro eius non uideret corruptionem. Nec
illud ab illo alienabo quod additum eſt: et de ſtercore erigit inopem. Inops q̃ppe
idem eſt quod pauper. Stercus uero unde erectus eſt: rectiſſime itelligunt̃ pſecu/
tores iudei. In quoꝝ numero cũ ſe dixiſſet apoſtolus eccleſiã perſecutum: que mihi
inquit fuerunt lucra: hec propter xp̃m damna: nec ſolum detrimenta uerũ etiam
ſtercora exiſtimaui eſſe: ut xp̃m lucrifacerẽ. De terra ergo ſuſcitatus ẽ ſupra omẽs
diuites ille pauper: et de illo ſtercore erectus eſt ſupra omnes opulentos ille inops:
ut ſedeat cum potentibus populi: qbus ait. Sedebitis ſuper duodecim ſedes. Et ſedẽ
glorie hereditatem dans eis. Dixerant enim potentes illi. Ecce nos reliq̃mus omnia
et ſecuti ſumus te. Hoc uotũ potentiſſimi uouerant. Sed unde hoc eis: niſi ab illo
de quo hic continuo dictum eſt: dans uotum uouenti. Alioquin ex illis eſſent po/
tentibus quorum infirmatus eſt arcus dans inquit uotum uouenti. Non enĩ domino
quiſq̃ quidq̃ ratum uoueret: niſi qui ab illo acciperet quod uoueret. Sequitur. Et
benedixit annos iuſti: ut cum illo ſcilicet ſine fine uiuat cui dictum eſt. Et ãni tui
non deficient. Ibi enim ſtant anni: hic autem trãſeunt: imo pereunt. Anteq̃ enim

uenıant non ſunt[.] cum autem uenerint non erunt[:] ſiquidem cum ſuo fine uenıūt[.] Horū autem duum id eſt danſ uotum uouenti[:] et benedicenſ annoſ iuſti[:] unum eſt quod facimuſ[:] alterum quod ſumimuſ[.] Sed hoc alterum deo largitore non ſumitur: niſi cum ipſo adiutore primum illud efficıatur[.] Quia non in uirtute potenſ eſt uir[.] Dñſ infirmum faciet aduerſarium eiuſ[:] illum ſcilicet qui hoī uouenti inuidet: & reſiſtit ne ualeat implere quod uouit[.] Poteſt ex ambiguo greco intelligi & aduerſarium ſuum. Cum enim dñſ poſſidere noſ ceperit[:] profecto aduerſariuſ qui noſter fuerat ipſiuſ fit: & uincetur a nobiſ[:] ſed non uiribuſ noſtriſ: quia nō in uirtute ſua potenſ eſt uir[.] Dominuſ ergo infirmum facıet aduerſariū ſuum: dominuſ ſāctuſ ut uincatᷓ a ſanctiſ[:] quoſ dominuſ ſanctuſ ſanctorum efficit ſanctoſ[.] Ac per hoc nō glorietur prudenſ in prudentia ſua[:] et non glorietᷓ in diuitiiſ ſuiſ diueſ[:] et non glorietᷓ potenſ in potentia ſua: ſed in hoc glorietur qui gloriatur[:] intelligere & ſcire dominum: et facere iudicium et iuſtitiā in medio terre[.] Nō parua ex parte itelligit et ſcit dñm: qui intelligit[:] et ſcit hoc a domino ſibi dari[:] ut itelligat et ſciat dominum[.] Quid enī habeſ ait apoſtoluſ quod non accepiſti[?] Si autem et accepiſti: quid gloriariſ quaſi non acceperiſ[:] id eſt quaſi a teipſo tibi ſit unde gloriariſ[.] Facit autem iudiciū et iuſtitiam qui recte uiuit[.] Recte autem uiuit qui obtemperat precipienti deo[.] Et finiſ precepti id eſt ad quod referᷓ preceptum caritaſ eſt[:] de corde puro & cōſciētia bona et fide nō ficta[.] Porro iſta caritaſ ſicut Iohanneſ apoſtoluſ teſtatur ex deo eſt[.] Facere igitur iudicium et iuſtitiā ex deo eſt[.] Sed qd eſt in medio terre? Neq enim non debent facere iudicium et iuſtitiam: q habitant in extremiſ terre[.] Quiſ hoc dixerit? Cur ergo additum eſt in medio terre[?] Quod ſi non adderetur: & tātū/modo diceretur facere iudiciū & iuſtitiam[:] magiſ hoc preceptum ad utroſq hoīeſ pertineret: et mediterraneoſ et maritimoſ[.] Sed ne quiſ q̄ putaret poſt finē uite que in hoc agitur corpore[:] ſupereſſe tempuſ iudicium iuſtitiamq faciendi[:] que cū eſſet in carne non fecit: et ſic diuinum euadi poſſe iudicium[:] ī medio terre mihi uidetur dictū[:] cum quiſq uiuit in corpore[.] In hac quippe uita ſuam qſq terram circūfert: quam moriente homine recipit terra communiſ[:] reſurgēti utiq reditura[.] Proinde in medio terre id eſt cum anima noſtra iſto terreno clauditur corpore: faciendum eſt iudiciū et iuſtitiam[:] quod nobiſ proſit in poſterum: quando recipiet qſq ſcḋm ea que per corpuſ geſſit: ſiue bonum ſiue malū[.] Per corpuſ quippe ibi dixit apoſ/toluſ: per tempuſ quo uixit in corpore[.] Non enim ſiquiſ maligna mente atq ipſa cogitatione blaſfemet[:] nec q̄ id ulliſ membriſ corporiſ operetur[:] ideo nō erit reuſ q̄ id non motu corporiſ geſſit[:] cum hoc per illud tempuſ geſſerit quo geſſit et corpuſ. Iſto modo congruenter intelligi poteſt etiam illud quod in pſalmo legitur[.] Deuſ autē rex noſter ante ſecula operatuſ eſt ſalutē in medio terre[:] ut dñſ iheſuſ accipiatᷓ deuſ noſter qui eſt ante ſecula[:] quia per ipſum facta ſūt ſecula[:] operatuſ ē ſalutem noſtram in medio terre: cū uerbum caro factum eſt[:] & terreno habitauit in corpe. Deinde poſteaq̄ propheratum eſt in hiſ uerbiſ Anne quomō gloriari debeat qui gloriatur[:] non in ſe utiq: ſed in dño propter retributionem que ī die iudicii futura eſt[:] dominuſ inqt aſcendit ī celoſ & tonuit: ipſe iudicabit extrema terre: q̄a iuſtuſ eſt[.] Prorſuſ ordinem tenuit confeſſioniſ fideliū[.] Aſcendit enī in celū dominuſ xpūſ: & inde uenturuſ eſt ad uiuoſ et mortuoſ iudicandoſ[.] Nam quiſ aſcendit ſicut dicit apoſtoluſ: niſi qui et deſcendit in inferioreſ parteſ terre[?] Qui deſcendit ipſe ē & qui aſcendit ſuper omneſ celoſ: ut adimpleret omnia[.] Per nubeſ ergo ſuaſ tonuit: quaſ ſpū ſancto cum aſcendiſſet ipleuit[.] De quibuſ ācille hieruſalem hoc eſt īgrate uinee

comminatuſ eſt apud Yſaiam prophetam: ne pluant ſuper eam imbrem. Sic autē dictum eſt ipſe iudicabit extrema terre: ac ſi diceretur: etiam extrema terre. Non enim alias terre parteſ non iudicabit: q omneſ homineſ procul dubio iudicabit. Sed melius intelliguntur extrema terre extrema hominiſ: quoniā nō iudicabunt que in melius uel deterius medio tempore cōmutantur: ſed in quibus extremiſ inuentus fuerit qui iudicabitur. Propter quod dictum eſt: qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. Qui ergo pſeuerāter facit iudiciū & iuſticiā ī medio terre: nō damnabitur cum iudicabuntur extrema terre. Et dat inquit uirtutem regibus noſtris: ut non eos iudicando condemnet. Dat eis uirtutem qua carnem ſicut reges regant: et in illo mundum qui propter eos fudit ſanguinem uincant. Et exaltabit cornu xp̄i ſui. Quomodo xpriſtus exaltabit cornu xp̄i ſui? de quo enim ſupradictum ē dominus aſcendit in celos: et intellectus eſt dominus xpriſtus: ipſe ſicut hic dicit̄ exaltabit cornu xpriſti ſui: qui eſt chriſtus. Xpriſtus ergo xp̄i ſui cornu exaltabit: id eſt uniuſcuiuſq; fidelis ſui: ſicut iſta ipſa in principio huius hymni ait. Exaltatum eſt cornu meum in deo meo. Omnes quippe unctos eius chriſmate recte xp̄os poſſumus dicere. Quod tn̄ totū cum ſuo capite corpus unus ē xpriſtus. Hec Anna pphetauit Samuelis ſancti uiri mater multūq; laudatis. In quo quidem tūc figurata ē mutatio ueteris ſacerdotii: & nūc impleta qn̄ infirmata ē que multa erat in filiis: ut nouum haberet ī xp̄o ſacerdotiū ſterilis que pepit ſeptē.

SEd hoc euidentius ad ip̄m Hely ſacerdotem miſſus loquitur homo dei: cuius quidem nomē tacetur: ſed intelligitur officio miniſterioq; ſuo ſine dubitatōe propheta. Sic enim ſcriptū ē. Et uenit homo dei ad Hely: et dixit. Hec dicit dn̄s. Reuelans reuelatus ſum ad domū patris tui: cum eſſent ī terra egipti ſerui ī domo Pharaonis: & elegi domū patris tui ex om̄ibus ſceptris iſrael mihi ſacerdotio fūgi: ut aſcenderent ad altare meum et incenderēt incenſum: & portarent ephoth. Et dedi domui patris tui omnia que ſunt ignis filiorum iſrael ī eſcā. Et ut quid reſpexiſti incenſum meum et in ſacrificium meum impudenti oculo: et glorificaſti filios tuos ſuper me: benedicere primitias omnis ſacrificii in iſrael in conſpectu meo? Propter hoc hec dicit dominus deus iſrael. Dixi: domus tua et patris tui tranſibūt corā me uſq; ī eternū. Et nūc hec dicit dn̄s. Neq̄q̄ ſed glorificātes me glorificabo: & q ſpernit me ſpernetur. Ecce dies ueniunt & exterminabo ſemen tuum et ſemen domus patris tui: & non erit tibi ſenior in domo mea omnibus diebus: & uirum exterminabo tibi ab altari meo: ut deficiant oculi eius et defluat anima eius. Et omnis qui ſupererit domus tue: decidet in gladio uirorum. Et hoc tibi ſignū quod ueniet ſuper duos filios tuos: Ophni et Finees. Vna die morient̄ ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotē fidelem: q omnia que in corde meo et in aīa mea ſūt faciet: et edificabo ei domum fidelem: et tranſibit coram xp̄o meo omnibus diebus. Et erit q ſupererit in domo tua: ueniet adorare ei obolo argenti dicens. Iacta me in unā partem ſacedotii tui: manducare panem. Non eſt ut dicatur iſtam prophetiā ubi ſacerdotii ueteris tāta manifeſtatione prenunciata mutatio ē in Samuele fuiſſe completa. Quanq̄ enim nō eſſet de alia tribu Samuel: q̄ que conſtituta fuerat a domino ut ſeruiret altari tn̄ nō erat de filiis Aaron: cuius ꝓgenies fuerat deputata ut inde fierent ſacerdotes. Ac per hoc in ea quoq; re geſta eadem mutatio que per xp̄m iheſū fuerat futura adumbrata ēēt ad uetus teſtamentū proprie: figurate uero pertinebat ad nouū: prophetia tam facto etiam ipſo q̄ uerbo: id ſcilicet facto ſignificās: quod uerbo ad

Hely ſacerdotem dictum eſt per prophetam. Nam fuerunt poſtea ſacerdoteſ ex
genere Aaron ſicut Sadoch et Abiathar regnãte Dauid: et alii deinceps anteq̃ tẽpuſ
ueniret quo iſta que de ſacerdotio mutãdo tanto autẽ predicta ſunt effici p xp̃m
oportebat. Quiſ aũt nunc fideli oculo hec intuenſ nõ uideat eſſe cõpleta: q̃nquidẽ
nullum tabernaculum: nullũ templum: nullũ altare: nullum ſacrificiũ: et ideo nec
ulluſ ſacerdoſ remanſit iudeiſ quibuſ ut de ſemine Aaron ordinaretur ĩ dei fuerat
lege mandatum. Quod & hic commemoratum eſt illo dicente propheta: hec dicit
dominuſ deuſ iſrael: dixi: domuſ tua et domuſ patriſ tui tranſibunt corã me uſq; in
eternum. Et nunc dicit dominuſ. Nequaq̃: ſed glorificanteſ me glorificabo: & qui
me ſpernit ſpernetur. Quod enim noiat domũ patriſ eiuſ: nõ eũ de proximo patre
dicere: ſed de illo Aaron q primuſ ſacerdoſ eſt inſtitutuſ: de cuiuſ progenie ceteri ſe/
querentur ſuperiora demonſtrant: ubi ait. Reuelatuſ ſum ad domum patriſ tui:
tũ eſſent ĩ terra egipti ſerui ĩ domo Pharaoniſ: et elegi domũ patriſ tui ex oĩbuſ
ſceptriſ iſrael mihi ſacerdotio fungi. Quiſ pater fuit huiuſ in illa egiptia ſeruitute.
unde cũ liberati fuiſſent electuſ eſt ad ſacerdotiũ niſi Aaron. De huiuſ ergo ſtirpe
iſto loco dixit futurum fuiſſe: ut non eſſẽt ulteriuſ ſacerdoteſ. Quod iã uidemuſ
impletum. Vigilet fideſ: preſto ſunt reſ: cernuntur: tenentur: et uidere uolentium
oculiſ ingeruntur. Ecce inquit dieſ ueniunt: et exterminabo ſemen tuum et ſemen
domuſ patriſ tui: et non erit tibi ſenior in domo mea omnibuſ diebuſ: et uirũ ex/
terminabo tibi ab altari meo: ut deficiãt oculi eiuſ & defluat anima eiuſ. Ecce dieſ
q prenuntiati ſunt iã uenerunt. nulluſ ſacerdoſ eſt ſcd̃m ordinem Aaron. Et q̃cũq;
ex eiuſ genere eſt homo: cum uidet ſacrificiũ xp̃ianoꝝ toto orbe pollere: ſibi aũt
honorẽ illũ magnũ eſſe ſubtractũ: deficiũt oculi eiuſ et defluit aĩa eiuſ tabe me/
roriſ. Proprie autem ad huiuſ domũ Hely cui hec dicebantur quod ſeq̃ pertinet.
et omniſ qui ſupererit domuſ tue decidet in gladio uiroꝝ. Et hoc tibi ſignũ quod
ueniet ſuper duoſ filioſ tuoſ Ophni & fineeſ. Die uno morientur ambo. Hoc ergo
ſignũ factũ eſt mutãdi ſacerdotii de domo huiuſ: quo ſigno ſignificatũ eſt mutan/
dum ſacerdotiũ domuſ Aaron. Morſ q̃ppe filiorũ huiuſ ſignificauit mortem non
hoĩm ſed ipſiuſ ſacerdotii de filiiſ Aaron. Quod aũt ſeq̃ ad illũ iã ptinet ſacerdotẽ:
cuiuſ figuram geſſit huic ſuccedendo Samuel. Proĩn de que ſequunt̃: de xp̃o iheſu
noui teſtamenti uero ſacerdote dicunt̃. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ q oĩa
que in corde meo et que in aĩa mea ſunt faciat: & edificabo ei domũ fidelẽ. Ipa eſt
eterna et ſuperna hieruſalem. Et tranſibit inquit corã xp̃o meo omnibuſ diebuſ.
Tranſibit dixit cõuerſabit̃: ſicut ſupiuſ dixerat de domo Aaron: dixi domuſ tua et
domuſ patriſ tui tranſibunt coram me in eternum. Quod autem ait corã xp̃o meo
tranſibit: de ipſa utiq; domo intelligendũ eſt: nõ de illo ſacerdote qui ẽ xp̃uſ ipe
mediator atq; ſaluator. Domuſ ergo eiuſ coram illo tranſibit. Poteſt et tranſibit
ĩtelligi de morte ad uitam: omnibuſ diebuſ q̃buſ peragit̃ uſq; in finem ſeculi huiuſ
iſta mortaliſ. Quod autẽ ait deuſ: q omnia que in corde meo & que in anima mea
ſunt faciat: non arbitremur habere animã deũ cum ſit conditor aĩe: ſed ita hoc de
deo tropice nõ proprie dicit̃: ſicut manuſ & pedeſ et alia corporiſ membra. Et ne
ſcd̃m hoc credat̃ homo in carniſ huiuſ effigie factuſ ad imaginem dei: adduntur et
ale quaſ utiq; non habet homo: et dicitur deo: ſub umbra alarũ tuarũ protege me:
ut intelligãt hoĩeſ de illa ineffabili natura: nõ ppriiſ ſed tranſlatiſ rerũ uocabuliſ
iſta dici. Quod uero adiungitur: et erit q ſupererit in domo tua ueniet adorare eũ:
nõ proprie dicit̃ de domo huiuſ Hely: ſed illiuſ Aarõ de qua uſq; ad aduentũ xp̃i

homineſ remanſerunt: de quo genere etiā nunc uſq; nō deſunt. Nam de illa domo huiuſ Hely iam ſupradictū erat. Et omiſ q ſupererit domuſ tue decidet in gladio uirorum. Quomō ergo hic uere dici potuit: et erit qui ſupererit in domo tua ueniet adorare ei: ſi illud ē uerū ꝙ ultore gladio nemo inde ſupererit: niſi qa illoſ intelligi uoluit qui pertinent ad ſtirpē: ſed illiuſ totiuſ ſacerdotii ſcdm ordinē Aaron? Ergo ſi eſt de illiſ predeſtinatiſ reliquiiſ de quibuſ aliuſ propheta dixit: reliqe ſalue fient: unde et apoſtoluſ: ſic ergo inquit et in hoc tempore reliquie per electionem gratie ſalue facte ſunt: quia de talibuſ reliquiiſ bene intelligitur eſſe de quo dictū eſt: q ſupererit in domo tua profecto credit in chriſtum: ſicut temporibuſ apoſtolorum ex ipſa gente plurimi crediderunt: neq; nunc deſūt qui licet rariſſime tñ credant: & impletur in eo quod hic iſte homo dei continuo ſecutuſ adiūxit: ueniet adorare ei obolo argenti: cui adorare niſi ſummo illi ſacerdoti qui et deuſ eſt? Neq; enī ī illo ſacerdotio ſcdm ordinē Aaron ad hoc ueniebāt homineſ ad templū uel altare dei: ut ſacerdotē adorarent. Quid eſt aūt ꝙ ait obolo argēti: niſi breuitate uerbi fidei: de quo commēorat apoſtoluſ dictū uerbū conſumanſ et breuianſ faciet dominuſ ſup terram? Argentum aūt ꝑ pro eloquio poni pſalmiſta teſtiſ eſt: ubi cantitur. Eloquia dñi eloquia caſta: argentū igne examīatū. Quid ergo dicit iſte: qui uenit adorare ſacerdoti dei & ſacerdoti deo? Iacta me in partē ſacerdotii tui manducare panem. Nolo in patrū meorū collocari honore q nulluſ eſt: Iacta me in partē ſacerdotii tui. elegi enim abiectuſ eſſe ī domo dñi: qlectiq; et qtulumcūq; membrū eſſe cupio ſacerdotii tui. Sacerdotiū quippe hic ipſā plebem dicit: cuiuſ plebiſ ille ſacerdoſ eſt mediator dei et hoīm homo xpriſtuſ iheſuſ. Cui plebi dicit apoſtoluſ Petruſ: plebſ ſācta regale ſacerdotiū. Quāuiſ nōnulli ſacrificii tui ſic interpretati nō ſacerdotii tui. Quod nihilominuſ eūdē ſignificat populū xpianū: unī dicit Pauluſ apoſtoluſ: unuſ paniſ unū corpuſ multi ſumuſ. Et iterū. exhibeatiſ corpa ueſtra hoſtiā uiuā. Quod ergo addidit manducare panem: etiam ipſum ſacrificii genuſ eleganter expreſſit de quo dicit ſacerdoſ ipſe. paniſ quē ego dedero. caro mea ē pro ſeculi uita. Ipſum eſt ſacrificiū non ſcdm ordinē Aaron: ſed ſcdm ordinem Melchiſedech: qui legit intelligat. Breuiſ itaq; eſt iſta confeſſio & ſalubriter humiliſ: qua dicitur. Iacta me in partem ſacerdotii tui māducare panem. Ipſe eſt oboluſ argenti: quia et breue eſt et eloquiū domini eſt: habitantiſ in corde credentiſ. Quia enī dixerat ſuperiuſ dediſſe ſe domui Aaron ciboſ de uictimiſ ueteriſ teſtamenti ubi ait. dedi domui patriſ tui oīa que ſūt filiorū iſrael ī eſcā: hec qppe fuerant ſacrificia iudeoꝝ: ideo hic dixit māducare panē: qđ eſt ī nouo teſtamēto ſacrificiū xpianorum.

De iudaico ſacerdotio et regno · q cū in eternū dicant̄ [illegible] pmanet [illegible]

CVm igitur hec tanta tūc altitudine ꝓnunciata ſit: quāta nūc manifeſtatiōe clareſcunt: non fruſtra tñ moueri qſpiā pōt ac dicere. Quomō confidimuſ cōuenire oīa que ī libriſ illiſ uētura ꝓdicta ſūt: ſi hoc ipm qđ ibi diuinituſ dictū ē: domuſ tua & domuſ patriſ tui trāſibūt corā me ī eternū: effectū habere nō potuit: quoniā uidemuſ illud ſacerdotiū fuiſſe mutatū: & qđ illi domui promiſſū eſt: nec ſperari aliqñ complendū: qa illud quod ei reprobato mutatoq; ſuccedit: hoc potiuſ predicatur eternū? Hoc q dicit: nondū intelligit aut non recolit etiam ipm ſcdm ordinē Aaron ſacerdotiū: tanq̄ umbrā futuri eterni ſacerdotii cōſtitutum: ac per hoc qñ ei eternitaſ promiſſa eſt: nō ipſi umbre ac figure: ſed ei quod per ipſā adumbrabatur figurabatq; pmiſſum ē. Sed ne putaretꝰ ipſa umbra manſura: ideo etiam mutatio eiuſ debuit prophetari. Regnū quoq; iſto mō etiam Saulis ipſiuſq certe

reprobatuſ atq; reiectuſ ē: futuri regni erat umbra ī eternitate mānſuri. Oleū q̄ppe
illud quo unctuſ ē: et ab eo chriſmate xp̄uſ ē dictuſ: miſtice accipiendū & magnū
ſacramentū intelligendū eſt. Quod in eo tantū ueneratuſ eſt ipſe Dauid: ut pcuſſo
corde pauitauerit: qn̄ in tenebroſo occultatuſ antro: quo etiā Saul urgente intra/
uerat neceſſitate nature: exiguam perticulā ueſtiſ eiuſ retrorſū latenter abſcidit:
ut haberet unde mōſtraret quō ei pepercerit cū poſſet occidere: atq; ita ſuſpitionē
de aīo eiuſ qua ſanctum Dauid putanſ inimicum ſuum uehementer pſequebatur
auferret. Ne itaq; reuſ eſſet tanti ſacramenti in Saule uiolati: quia uel indumentū
eiuſ ſicut attrectauit extimuit. Ita enī ſcriptū eſt: et percuſſit cor dauid ſuper eū:
quia abſtulit pēnulā clamidiſ eiuſ. Viri autē qui cū illo erāt: & ut Saulē ī manuſ
ſuaſ traditū interimeret ſuadebant: nō mihi inq̄t contingat a domino: ſi fecero hoc
uerbū domino meo xp̄o dn̄i: inferre manū meā ſuper eū: q̄a xp̄iſtuſ dn̄i eſt. Huic
ergo umbre futuri: nō propter ipſā ſed ppter illud quod prefigurabat tanta ue/
neratio exhibebatur. Vnde & illud q̄d ait Sauli Samuel: q̄m nō ſeruaſti mādatū
meum quod mandauit tibi dominuſ: quēadmodū nūc pparauerat dominuſ regnum
tuū uſq; in eternū ſuper iſrael: et nunc regnū tuū nō ſtabit tibi. Et queret dn̄ſ nūc
ſibi hominem ſcd̄m cor ſuū: et mandabit ei dominuſ eſſe in principē ſuper populū
ſuum: q̄a nō cuſtodiſti que mādauit tibi dn̄ſ: non ſic accipiendū eſt ac ſi ip̄m Saulē
deuſ in eternū prepauerit regnaturū: et hoc poſtea noluerit ſeruare peccanti. Neq;
enī eū peccaturū eſſe neſciebat: ſed prepauerat regnū eiuſ in quo figura regni eēt
eterni. Ideo addidit: & nūc regnū tuū non ſtabit tibi. Stetit ergo et ſtabit quod ī
illo ſignificatū eſt. Sed nō huic ſtabit: q̄a nō ī eternum ipſe fuerat regnaturuſ nec
progenieſ eiuſ: ut ſaltem per poſteroſ altero alteri ſuccedente uideret̄ implen quod
dictum eſt in eternū. Et queret inquit deuſ ſibi hoīem: ſiue Dauid ſiue ipſū medi/
atorē ſignificanſ teſtamenti noui: qui figurabat̄ in criſmate etiā quo unctuſ ē ipſe
Dauid et progenieſ eiuſ. Non autē quaſi neſciat ubi ſit ita deuſ hoīem ſibi querit:
ſed per hoīem more hoīm loquit̄: q̄a & ſic loquendo noſ querit. Non ſolū enī deo
patri uerum etiā ipſi quoq; unigenito eiuſ qui uenit querere q̄d perierat: uſq; adeo
iā eramuſ noti: ut in ipſo eſſemuſ electi ante conſtitutionē mūdi. Queret ſibi ergo
dixit pro eo ac ſi diceret: quē ſuū eſſe iam nouit: ſibi eſſe familiarem aliiſ oſtendet.
Vnde in latina lingua hoc uerbum ſcilicet querit accipit prepoſitionem: et acq̄rit
dicitur: quod ſatiſ apertū eſt quid ſignificet. Quāq̄ et ſine additamēto ꝓpoſitionis
querere intelligatur acquirere: ex quo lucra uocantur et queſtuſ.

RVrſuſ peccauit Saul per inobedientiā: et rurſuſ Samuel ait illi in uerbo dn̄i.
Quia ſpreuiſti uerbū dn̄i: ſpreuit te dn̄ſ: ut nō ſiſ rex ſup iſrael. Et rurſuſ p eo/
dē peccato cū id cōfiteret̄ Saul: et ueniā p̄caret̄: rogaretq; Samuelē ut reuerteret̄
cū illo ad placandū deum: non reuertar inquit tecū: q̄a ſpreuiſti uerbū domini: et
ſpreuit te dn̄ſ ut nō ſiſ rex ſuper iſrael. Et conuertit Samuel faciē ſuam ut abiret: &
tenuit Saul pennulam diploidiſ eiuſ & dirupit eā: et dixit ad eū Samuel. Dirupit
dn̄ſ regnum iſrael de manu tua hodie: et dabit proximo tuo bono ſup te. Et diui/
detur iſrael in duo: & non conuertet̄ nec penitebit eum: q̄m nō eſt ſicut homo ut
peniteat eum. Ipſe minat̄ & permanet. Iſte cui dicit̄ ſpreuit te dominuſ ut nō ſiſ
rex ſuper iſrael: & dirupit dominuſ regnū ab iſrael de manu tua hodie: q̄draginta
regnauit annoſ ſuper iſrael: tanto ſcilicet ſpatio temporiſ q̄to & ipſe Dauid: & au/
diuit hoc p̄mo tempore regni ſui: ut intelligamuſ ideo dictū: quia nulluſ de ſtirpe

eiuſ fuerat regnaturuſ: & reſpiciamuſ ad ſtirpē Dauid¶ unde exortuſ eſt ſcd̄m carnē
mediator dei & hoīm hō xpiſtuſ iheſuſ¶ Nō autē habet ſcriptura quod in pleriſq;
latiniſ codicibuſ legit¶ dirūpet dn̄ſ regnum iſrael de manu tua: ſed ſicut a nobiſ po/
ſitum ē inuentū in grecis: dirupit dominuſ regnū ab iſrael de manu tua: ſut itelligat
de manu tua quod eſt ab iſrael. ¶Populi ergo iſrael perſonam figurate gerebat hō
iſte: q populuſ regnū fuerat amiſſuruſ xp̄o iheſu dn̄o noſtro p nouū teſtamentū
nō carnaliter ſed ſpūaliter regnaturo. ¶De quo cū dicitur et dabit illud proximo
tuo: ad carniſ cognatōnē id refert. ¶Ex iſrael enī xp̄uſ ſcd̄m carnem: unde et Saul.
¶Quod uero additum eſt bono ſuper te: pōt qdē intelligi meliori te. ¶Nam et qdam
ſic ſunt interpretati: ſed meliuſ ſic accipit̄ bono ſuper te: ſut qa ille bonuſ eſt ideo ſit
ſuper te: iuxta illud aliud ꝓpheticū. ¶Donec ponā omneſ inimicoſ tuoſ ſub pedibuſ
tuiſ. In quibuſ eſt et iſrael cui ſuo perſecutori regnū abſtulit xp̄uſ. ¶Quāuiſ fuerit
illic & iſrael ī quo doluſ non erat: quoddā quaſi frumentū palearū illarū. ¶Nā utiq;
inde erant apoſtoli: inde tot martireſ quorū prior Stephanuſ: inde tot eccleſie quaſ
apoſtoluſ Pauluſ cōmeōrat in conuerſione eiuſ magnificanteſ deū: de qua re non
dubito intelligendū eſſe quod ſequit̄. ¶& diuidet̄ iſrael ī duo: in iſrael ſcilicet inimicū
xp̄i: ſet iſrael adherentē xp̄o: in iſrael ad ancillā: et iſrael ad liberā pertinentē. ¶Nā
iſta duo genera primū ſimul erant: uelut Abraam adhuc adhereret ancille: donec
ſterilis per dei gratiā fecūdata clamaret eiice ancillā et filiū eiuſ. ¶Propter pecca/
tum qdē Salamoniſ: regnante filio eiuſ Roboam ſcimuſ iſrael ī duo fuiſſe diuiſū:
atq; ita perſeueraſſe habentibuſ ſinguliſ partibuſ regeſ ſuoſ: donec illa genſ tota a
chaldeiſ eſſet ingenti uaſtatione ſubuerſa: atq; tranſlata. ¶Sed hoc quid ad Saulē:
cum ſi tale aliquid cōminandū eēt: ipſi Dauid fuerit potiuſ cōminandū cuiuſ erat
filiuſ Salamon? ¶Poſtremo nunc inter ſe genſ hebrea diuiſa non ē: ſed indifferenter
ī eiſdem erroriſ ſocietate diſperſa per terraſ. ¶Diuiſio uero illa: quā deuſ ſub perſona
Saulis illiuſ regni & populi figurā gerentiſ: eidē regno populoq; minatuſ ē: eterna
atq; īmutabiliſ ſignificata eſt: per hoc quod adiunctum ē: & non conuertetur neq;
penitebit eū: qm̄ non eſt ſicut homo ut peniteat eū. ¶Ipſe minat̄ et permanet. Id eſt
homo minat̄ & nō permanet: nō autem deuſ quē nō penitet ſicut hoīem. ¶Ubi .n.
legit̄ q eū peniteat: mutatio rerū ſignificat̄ immutabili preſciētia manēte diuīa.
¶Ubi ergo non penitere dicitur: non mutare intelligitur. ¶Prorſuſ inſolubilem ui/
demuſ per hec uerba prolatam diuinituſ fuiſſe ſententiam de iſta diuiſione populi
iſrael & omnino perpetuam. ¶Quicūq; enī ad xpiſtum tranſierunt uel tranſiūt: uel
tranſibūt inde: ſerāt inde ſcd̄m dei preſcientiā: nō ſcd̄m generiſ hūani unā eandēq;
naturam. ¶Prorſuſ qcūq; ex iſraelitiſ adherenteſ xp̄o perſeuerant in illo: nunq̄ erūt
cum eiſ iſraelitiſ qui eiuſ inimici uſq; in finem uite huiuſ eſſe perſiſtunt: ſed in diui/
ſione que hic prenunciata eſt ꝑpetuo permanebunt. ¶Nihil enī prodeſt teſtamētū
uetuſ de monte ſyna in ſeruitutē generanſ: niſi quia teſtimoniū phibet teſtamēto
nouo. ¶Alioqn q̄diu legit̄ Moyſeſ: uelamē ſuper corda eorum poſitū eſt. ¶Cū autem
inde quiſq; tranſierit ad xp̄m: auferet̄ uelamen. ¶Tranſeuntiū qppe intentio ipſa
mutatur de uetere ad nouū: ut non iam quiſq; intendat accipere carnalē: ſed ſpi/
ritualem felicitatē. ¶Propter qd̄ ipſe manuſ propheta Samuel anteq̄ unxiſſet regē
Saul: qn̄ exclamauit ad dn̄m pro iſrael et exaudiuit eū: et cū offerret holocauſtū
accedentibuſ alienigeniſ ad pugnā contra populū dei: ſonuit dominuſ ſuper eoſ &
confuſi ſunt: & offenderūt corā iſrael atq; ſuperati ſunt: aſſumpſit lapidem unum &
ſtatuit illum iter Maſphat nouā et ueterē: & uocauit nomē eiuſ Abnezer qd̄ eſt

latine lapiſ adiutorii¶ Et dixit. uſq; huc adiuuit noſ dominuſ¶ Maſphat interptatr intentio¶ Lapiſ ille adiutorii medietaſ eſt ſaluatoriſ: per quem tranſeundum eſt a Maſphat uetere ad nouã: hoc ẽ ab intẽtõe q̃ expectabat̃ ĩ carnali regno beatitudo falſa carnaliſ¶ ad intẽtionẽ qua p nouũ teſtamentũ expectat̃ ĩ regno celoꝝ beatitudo ueriſſima ſpũaliſ¶ Qua quoniam nihil ẽ meliuſ: huc uſq; adiuuat deuſ.

IAm nunc uideo eſſe monſtrandũ¶ quid ipi Dauid q Sauli ſucceſſit in regnũ: cuiuſ mutatõe finaliſ¶ illa mutatio figurata ẽ¶ pp̃ter quã diuinituſ cũcta dicta cũcta conſcripta ſunt: deuſ promiſerit quod ad rem de qua agimuſ ptinet¶ Cũ regi Dauid multa proſpera puenĩſſent: cogitauit facere deo domũ¶ tẽplũ illud ſcilicet excellẽtiſſime diffamatũ¶ quod a rege Salamõe filio eiuſ poſtea fabricatũ ẽ¶ Hoc eo cogitãte factũ eſt uerbũ dñi ad Nathan pphetã: quod perferret ad regẽ. Vbi cũ deuſ dixiſſet q nõ ab ipſo Dauid ſibi edificaret̃ domuſ¶ neq; p tantũ tẽpuſ ſe mandaſſe cuiq̃ in populo ſuo: ut ſibi fieret domuſ cedrina¶ et nũc inquit hec diceſ ſeruo meo Dauid. hec dicit dñſ omnipotenſ¶ Accepi te de ouili ouiũ ut eſſeſ ĩ ducẽ ſuper populũ meũ iſrael: et erã tecum in oĩbuſ quibuſ ĩgrediebariſ¶ & exterminaui oĩſ inimicoſ tuoſ a facie tua¶ et feci te noiatũ ſcdm nomen magnoꝝ q ſũt ſuper terrã¶ Et ponã locum populo meo iſrael: & plãtabo illum & inhabitabit ſeorſũ¶ & nõ ſollicituſ erit ultra: & nõ apponet filiuſ iniquitatiſ humiliare eũ¶ ſicut ab initio a diebuſ qbuſ conſtitui iudiceſ ſup populũ meũ iſrael¶ et regem tibi dabo ab oĩbuſ inimiciſ tuiſ. et nũciauit tibi dñſ quoniam domum edificabiſ ipſi¶ Et erit cũ impleti fuerint dieſ tui dormieſ cũ patribuſ tuiſ¶ et ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te q erit de uentre tuo: & reparabo regnum eiuſ¶ Hic edificabit mihi domũ nomini meo: et dirigã thronũ eiuſ uſq; ĩ eternum. Ego ero illi in patrem et ipſe erit mihi in filium¶ Et ſi uenerit iniquitaſ illiuſ: redarguã illũ in uirga uirorũ et in tactibuſ filiorũ hoĩm¶ miſericordiã aũt meam nõ amouẽã ab eo: ſicut amoui a qbuſ amoui a facie meam¶ & fideliſ erit domuſ eiuſ: et regnũ eiuſ erit uſq; in eternũ coram me¶ et thronuſ eiuſ erit erectuſ uſq; in eternum.

¶ Hanc ergo tam grandem promiſſionẽ q putat ĩ Salamone fuiſſe cõpletã: multũ errat¶ Attẽdit enĩ quod dictũ eſt hic edificabit mihi domũ¶ quoniam Salamon templum illud nobile ſtruxit. & nõ attẽdit fidelis erit domuſ eiuſ. & regnũ eiuſ uſq; ĩ eternũ coram me¶ Attẽdat ergo et aſpiciat Salamoniſ domũ plenã mulieribuſ alienigeniſ colentibuſ deoſ falſoſ¶ & ipſum ab eiſ regem aliquando ſapientem in eandem idolatriam ſeductum atq; deiectũ¶ & nõ audeat exiſtimare deũ uel hoc promiſiſſe mẽdaciter: uel talem Salamonẽ domũq; eiuſ futurã nõ potuiſſe preſcire¶ Non hinc aũt deberemuſ ambigere: nec ſi nõ in xp̃o dño noſtro qui factuſ eſt ex ſemine Dauid ſcdm carnẽ iam uideremuſ iſta compleri¶ ne uane atq; inaniter hic aliũ aliquẽ requiramuſ: ſicut carnaleſ iudei¶ Nã & ipſi uſq; adeo filiũ quẽ loco iſto regi Dauid promiſſum legunt intelligũt nõ fuiſſe Salamonẽ¶ ut eo q promiſſuſ ẽ tanta iã manifeſtatiõe declarato¶ adhuc mirabili cecitate aliũ ſperare ſe dicant¶ Facta ẽ quidem nonnulla imago rei future etiã in Salamone: ĩ eo q tẽplũ edificauit & pacem habuit ſcdm nomen ſuũ¶ Salamon quippe pacificuſ eſt latine¶ & in exordio regni ſui mirabiliter laudabiliſ fuit¶ ſed eadem ſua perſona per umbrã futuri prenũciabat etiã ipſe xp̃m dñm noſtrũ: non exhibebat¶ Vnde de illo quedã ita ſcripta ſunt: q̃ſi de ipſo ita pdicta ſint¶ dũ ſcriptura ſancta etiã rebuſ geſtiſ prophetanſ quodãmodo in eo figurã delineat futurorũ¶ Nã preter libroſ diuine hiſtorie ubi regnaſſe narratur: pſalmuſ etiã ſeptuageſimuſ primuſ titulo nominiſ eiuſ inſcriptuſ ẽ ĩ quo tã multa

dicunt̃ que omnino ei conuenire nõ poſſunt: dño aũt chriſto apertiſſiã pſpicuitate conuenniunt:ut euidenter appareat ꝙ in illo figura q̃liſcũq; adumbrata ſit: in iſto aũt ipã ueritas pſentata. Notũ ẽ enĩ qbus terminis regnũ cõcluſũ fuerat Salamõis. Et tñ in eo pſalmo legit̃ ut alia taceã: dñabitur a mari uſq; ad mare: & a flumine uſq; ad terminos orbis terre: qd̃ in xp̃o uidemus impleri. A flumine quippe dominãdi ſũpſit exordiũ: ubi baptizatus a Iohãne: eo demonſtrãte cepit agnoſci a diſcipulis: q eũ non ſolũ magiſtrũ uerum etiã dñm appellauerũt. Nec ob aliud uiuente adhuc patre ſuo Dauid regnare Salamon cepit: qd̃ nulli eorũ regũ contigit: niſi ut hic quoq; ſatis eluceat non eſſe ipm̃ quẽ prophetia iſta preſignat: que ad eius patrem loquit̃ dicens. Et erit cum impleti fuerint dies tui & dormies cum patribus tuis. ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te q erit de uentre tuo: & ꝑparabo regnũ illius. Quõ ergo ꝑpter id quod ſequitur hic edificabit mihi domũ: iſte Salamõ putabitur prophetatus: & non potius propter id quod precedit: cum impleti fuerint dies tui et dormies cũ patribus tuis. ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te: alius pacificus intelligitur eſſe promiſſus: qui non ante ſicut iſte ſed poſt mortem Dauid prenunciatus eſt ſuſcitandus. Quãlibet enĩ longo interpoſito tempore iheſus xp̃us ueniret: proculdubio poſt mortẽ regis Dauid cui ſicut eſt promiſſus eũ uenire oportebat: q edificaret domũ dño non de lignis & lapidibus: ſed de hoĩbus: qualem illũ edificare gaudemus. Huic enĩ domui dicit apoſtolus hoc eſt fidelibus xpriſti: Templũ enĩ dei ſãctũ eſt qd̃ eſtis uos.

PRopter qd̃ & in pſalmo. lxxxviii. cuius eſt titulus itellectus ipſi Ethan iſraelite: commemorantur promiſſiones dei facte regi Dauid: et iſtis que in libro regnorũ ſunt poſita quedã ibi ſimilia dicuntur: ſicut ẽ: iuraui Dauid ſeruo meo uſq; i eternũ ꝑparabo ſemẽ tuũ. Et iterũ. Tunc locutus es in aſpectu filiis tuis et dixiſti: poſui adiutoriũ ſup potentẽ: & exaltaui electũ de plebe mea. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo unxi eum. Manus enĩ mea auxiliabit̃ ei: & brachium meum confortabit eũ. Non ꝓficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. et concidam inimicos eius a facie ipſius: & eos qui oderũt eũ fugabo. Et ueritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & i nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius: et i fluminibus dexteram eius. Ipſe inuocabit me pater meus es tu: deus meus & ſuſceptor ſalutis mee. Et ego primogenitũ ponam illũ: excelſum apud reges terre. In eternũ ſeruabo illi miſericordiã meã: et teſtamentũ meũ fidele ipſi. Et ponã i ſeculũ ſeculi ſemen eius: & thronũ eius ſicut dies celi. Que omnia de dño iheſu intelliguntur ſub noĩe Dauid: propter formã ſerui quã de ſemine Dauid idem mediator dei aſſũpſit ex uirgĩe. Cõtinuo etiã dicitur de peccatis filiorũ eius: tale aliquid quale in regnorũ libro poſitum eſt: et quaſi de Salamone procliuius accipit̃. Ibi nãq; hoc eſt in regnorũ libro: et ſi uenerit inquit ĩiquitas eius redarguã illũ in uirga uirorũ et in tactibus filiorũ hoĩm: miſericordiã autẽ meam non amouẽã ab eo. Tactibus ſignificans plagas correctionis: unde illud ẽ: ne tetigeritis xp̃os meos. Quod quid ẽ aliud q̃ ne leſeritis. In pſalmo uero cum ageret tanquã de Dauid: ut quiddã eiuſmodi etiã ibi diceret: ſi dereliquerint inquit filii eius legẽ meã et in iudiciis meis non ambulauerint: ſi iuſticiãs meas ꝓphanauerĩt: et mãdata mea non cuſtodierint: uiſitabo in uirga iniquitates eorũ: & in flagellis delicta eorum: miſericordiã autẽ meã non diſpergam ab eo. Non dixit ab eis cum loqueretur de filiis eius: non de ipſo ſed dixit ab eo: qd̃ bene intellectũ tandem ualet. Non enim xpriſti ipſius quod eſt caput eccleſie: poſſent inueniri ulla peccata que opus eſſet

humanis correctionibus ſeruata miſericordia diuinitus coerceri|ſed in eius corpore ac membris qđ populus eius ē|Ideo ī libro regnorū iniqtas eius dicit: ī pſalmo aūt filiorum eius:ut intelligamus de ipſo dici quodammodo qđ de eius corpore dicitur. |Propter quod etiam ipſe de celo cum corpus eius qđ ſūt fideles eius perſequeretur Saulus:|Saule inqt Saule qd me pſequeris|Deinde in conſequentibus pſalmi: neq; nocebo inqt in ueritate mea:|neq; pphanabo teſtamentū meū & que procedūt de labiis meis nō reprobabo|Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mētiar: id eſt neq̄q̄ Dauid mētiar|Solet.n. ſic loqui ſcriptura|Quid aūt non mentiat adiūgit & dicit. ſemē eius ī eternū manebit|& ſedes eius ſicut ſol ī cōſpectu meo: & ſicut luna pfecta ī eternū|& teſtis ī celo fidelis.

Poſt hec tante promiſſionis ualidiſſima firmamenta: ne putaret in Salamone cōpleta|tanq̄ id ſperaret nec inueniret:|tu uero inquit repuliſti et ad nihilum deduxiſti dn̄e|Hoc quippe factū eſt de regno Salamonis in poſteris eius: uſq; ad euerſionem ipſius terrene hieruſalem|que regni eiuſdē ſedes fuit: & maxime ipſius templi labem quod fuerat a Salamone conſtructū|Sed ne ob hoc putaretur deus cōtra ſua promiſſa feciſſe: continuo ſubiecit|Diſtuliſti xp̄m tuū. Non eſt ergo ille Salamon: ſed nec ipſe Dauid: ſed dilatus eſt xpiſtus dn̄i. Cū eni xp̄i dicerent oīs reges miſtico illo criſmate conſecrati: non ſolū a rege Dauid et deinceps|ſed ab illo etiā Saule qui populo eidē rex primus ē unctus|Ipſe qppe dauid eū xp̄m domini appellat: erat tn̄ unus xp̄us uerus cuius illi figurā prophetica unctione geſtabat: q ſcd̄m opinionē hoīm q eum putabant in Dauid uel in Salamone intelligendum: differebat in longū|ſcd̄m aūt diſpoſitionem dei uēturus ſuo tp̄e pparabatur|Interea dū ille differt: qd factū ſit de regno terrene hieruſalē ubi ſperabatur utiq; regnaturus: ſecutus iſte pſalmus adiunxit ait|Euertiſti teſtamentū ſerui tui: pphanaſti in terra ſanctitatem eius: deſtruxiſti omnes macerias eius: poſuiſti munitiōes eius in formidinem. Diripuerūt eū omnes tranſeuntes uiam: factus eſt opprobriū uicinis ſuis|Exaltaſti dexteram inimicorum eius: iocūdaſti omnes inimicos eius|Auertiſti adiutoriū gladii eius: & non es opitulatus ei in bello|Diſſoluiſti eū ab emūdatiōe: ſedē eius in terra colliſiſti|Minuiſti dies ſedis eius: perfudiſti eū in confuſione|Hec omnia uenerūt ſuper ancillā hieruſalē: ī qua regnauerūt nōnulli etiā filii libere: regnū illud tenentes in diſpenſatiōe tēporali|regnū aūt celeſtis hieruſalē cuius erāt filii in uera fide hn̄tes: & in uero xp̄o ſperātes|Quō autem iſta uenerint ſup illud regnum: iudex ē rerū geſtarū ſi legat hiſtoria.

Poſt hec aūt iſta pphetata: ad p̄candū deū ppheta cōuertit: ſed & ipſa p̄catio pphetatio ē|Uſquequo dn̄e auertis in finē ſubaudit faciē tuā|ſicut alibi dicit uſquequo auertis faciē tuā a me|Nā ideo qdam codices hic nō hn̄t auertis ſed auerteris: quāq̄ poſſit intelligi auertis miſericordiā tuā quā pmiſiſti Dauid|Quod autem dixit in finē: qd eſt niſi uſq; in finem|Qui finis ītelligendus ē ultimū tēpus: qn̄ in xpiſtum iheſū etiā gens illa ē creditura: ante quē finem illa fieri oportebat que ſuperius erūpnoſa defleuit|propter que & hic ſequitur: exardeſcet ſicut ignis ira tua: memēto que eſt mea ſubſtantia|Nihil hic melius q̄m ipſe iheſus intelligitur ſubſtantia populi eius: ex quo natura ē carnis eius|Non eni uane inqt conſtituiſti oīs filios hoīm: niſi eni eēt unus filius hoīs ſubſtantia iſrael: per quē filiū hominis liberarentur multi filii hoīm|uane utiq; conſtituti eſſent oīs filii hoīm|Nūc uero

omniſ qdem hũana natura per peccatũ primi hõiſ ĩ uanitatẽ de ueritate collapſa ẽ. Propter quod dicit aliuſ pſalmuſ. Homo uanitati ſimiliſ factuſ ẽ: dieſ eiuſ uelut umbra pretereunt. Sed nõ uane deuſ conſtituit omneſ filioſ hoĩm: quia et multoſ a uanitate liberat per mediatorẽ iheſum. Et quoſ liberandoſ non eſſe preſciuit ad utilitatem liberandorũ: & cõparationẽ duarũ inter ſe a contrario ciuitatũ: non utiq; uane ĩ totiuſ rationaliſ creature pulcerrima atq; iuſtiſſima ordinatiõe conſtituit. Deinde ſequitẽ. Quiſ ẽ homo qui uiuet & non uidebit mortẽ: eruet animã ſuam de manu inferi? Quiſ ẽ iſte niſi de ſubſtãtia illa iſrael ex ſemĩe Dauid xpriſtuſ iheſuſ: de quo dicit apoſtoluſ: ꝙ ſurgenſ a mortuiſ iã non morit̃: & morſ ei ultra nõ dñabit̃? Sic enĩ uiuit & nõ uidebit mortẽ: ut tñ mortuuſ fuerit: ſed aĩam ſuã eruent de manu inferi: quo ꝑpter quorũdã ſoluẽda peccata uel infernalia uincula deſcẽderat. Eruit autem poteſtate illa de q̃ in euãgelio dicit: poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meã: & ptãtem habeo iterũ ſumendi eam.

SEd cetera pſalmi huiuſ que ita ſe habẽt: ubi ſũt miſeratõeſ tue antique dñe: q̃ſ iuraſti Dauid ĩ ueritate tua. Memor eſto domine opprobrii ſeruorũ tuorũ: qđ cõtinui ĩ ſinu meo multarũ gentiũ. qđ exprobrauerũt inimici tui dñe: quod exprobrauerunt cõmutationem xp̃i tui: utrũ ex perſona dicta ſint illorũ iſraelitarũ: q deſiderabãt reddi ſibi promiſſionẽ que facta ẽ ad Dauid: an potiuſ ad xp̃ianorũ q non ſcđm carnẽ ſed ſcđm ſpiritũ ſũt iſraelite: merito queri põt. Dicta ſũt quippe iſta uel ſcripta tpe quo fuit Ethan: de cuiuſ nomine titulũ iſte pſalmuſ accepit: et idem tempuſ regni Dauid fuit: ac per hoc non diceretur ubi ſunt miſerationeſ tue antique domine quaſ iuraſti Dauid in ueritate tua: niſi eorũ perſonam ĩ ſe ꝓpheta transfiguraret: q longe poſtea futuri erant: quibuſ hoc tempuſ eſſet antiquum qñ regi Dauid iſta promiſſa ſunt. Poteſt aũt intelligi dictũ hoc eſſe propter multaſ genteſ: qñ xp̃ianoſ perſequebant̃ prophetam exprobraſſe illiſ paſſionem xp̃i: quã ſcriptura cõmutationẽ uocat: qm moriẽdo ĩmortaliſ ẽ factuſ. Poteſt & cõmutatio xp̃i ſcđm hoc accipi exprobrata iſraelitiſ: qa cũ eorũ ſperaret̃ futuruſ factuſ eſt gentiũ: & hoc eiſ nunc exprobrabant multe genteſ: que crediderũt ĩ eũ per teſtamentũ nouũ: illiſ ĩ uetuſtate remanentibuſ: ut ideo dicat̃ memento dñe opprobrii ſeruorũ tuorum: quia nõ eoſ obliuiſcente ſed potiuſ miſerante dño: & ipſi poſt hoc opprobriũ credituri ſunt. Sed ille quẽ priuſ poſui cõuenientior ſenſuſ mihi ui det̃: inimici ſenĩ xp̃i qbuſ exprobrat̃ ꝙ eoſ ad gẽteſ tranſienſ reliquerit xpriſtuſ: icõgrue uox iſta coaptatur: memẽto dñe opprobrii ſeruorũ tuorũ. Non enĩ ſerui dei nũcupandi ſunt taleſ iudei. Sed eiſ uerba iſta competunt qui cũ graueſ humilitateſ perſecutionũ pro xp̃i noĩe paterent̃: recordari potuerũt excellũ regnum ſeminiſ Dauid fuiſſe ꝓmiſſũ: et eiuſ deſiderio dicere non deſperando ſed petendo: querẽdo: pulſando: ubi ſunt miſericordie tue antique dñe: q̃ſ iuraſti Dauid in ueritate tua? Memẽto dñe opprobrii ſeruorũ tuorũ: quod cõtinui ĩ ſinu meo multarũ gentiũ: hoc ẽ in interioribuſ meiſ patienter pertuli: ꝙ exprobrauerũt inimici tui dñe: ꝙ exprobrauerũt cõmutationẽ xp̃i tui: nõ eã putãteſ cõmutationẽ ſed cõſumationẽ. Quid ẽ autẽ memẽto dñe niſi ut miſereariſ: & ꝓ tollerata patienter humilitate mea reddaſ celſitudinem quã iuraſti Dauid in ueritate tua. Si autem iudeiſ aſſignemuſ hec uerba: illi ſerui dei talia potuerũt dicere: q expugnata terrẽa hieruſalẽ anteq̃ iheſuſ xpriſtuſ hũaniituſ naſceret̃ in captiuitatem ducti ſunt intelligenteſ cõmutationẽ xp̃i: qa ſcilicet non per eũ terrena carnaliſq; felicitaſ qualiſ paucaſ anniſ regeſ

Salamoniſ appuit(ſed celeſtiſ eēt ac ſpūaliſ expectāda quā tūc ignoranſ īfidelitaſ gentium cum dei populū exultabat atq; inſultabat eē captiuū(quid aliud q̄ xp̄i cōmutationē ſed ſcientibuſ neſcienſ exprobrabat?(Et ideo quod ſeq̄t: ubi pſalmuſ iſte concluditur: benedictio dn̄i in eternū fiat fiat:(uniuerſo populo dei ad celeſtē hieruſalem pertinenti: ſiue in illiſ q latebant in teſtamento ueteri anteq̄ reuelaret̄ nouū: ſiue in hiſ qui iā teſtamento nouo reuelato manifeſte pertinere cernuntur ad xp̄m ſatiſ congruit.(Benedictio quippe dn̄i in ſemine Dauid: nō ad aliqđ tēpuſ qualiſ diebuſ Salamoniſ apparuit: ſed in eternū ſperāda eſt(in qua certiſſia ſpe dicit̄ fiat fiat. Illiuſ enim ſpei ē confirmatio: uerbi huiuſ iteratio(Hoc ergo intelligenſ Dauid ait in ſecundo regnorum libro: unde ad iſtum pſalmū digreſſi ſumuſ: & locutuſ eſ pro domo ſerui tui in longinquum. Ideo autem poſt paululum ait(Nunc incipe et benedic domum ſerui tui uſq; in eternū etceterā(quia tunc genituruſ erat filiū ex quo ꝓgenieſ eiuſ duceret̄ ad xp̄m: per quē futura erat domuſ eiuſ eterna: eadēq; domuſ dei(Domuſ eñi Dauid propter genuſ Dauid(domuſ autē dei eadē ipſa propter templū dei de hōibuſ factū non de lapidibuſ: ubi habitet in eternum populuſ cum deo & in deo ſuo(& deuſ cū populo atq; ī populo ſuo(ita ut deuſ ſit implenſ populū ſuū: & populuſ plenuſ deo ſuo: cum deuſ erit oīa in oībuſ: ipſe in pace premiū q uirtuſ in bello(Ideo cū in uerbiſ Nathan dictū ſit: & enūciauit tibi dn̄ſ qm̄ domū edificabiſ ipſi: poſtea dictū eſt ī uerbiſ Dauid(qm̄ tu dn̄ſ omīpotenſ deuſ iſrael reuelaſti aurē ſerui tui dicenſ: domū edificabo tibi(Hanc eñi domum & noſ edificamuſ bñ uiuēdo(& deuſ ut bñ uiuamuſ opiculādo(Quia niſi dn̄ſ edificauerit domū: inuanū laborauerunt edificāteſ eā(Cuiuſ domuſ cum uenerit ultima dedicatio: tūc fiet illud quod hic p Nathan locutuſ eſt deuſ dicenſ(Et ponā locum populo meo iſrael: & plātabo illū & ī habitabit ſeorſū(& non ſollicituſ erit ultra et nō apponet filiuſ iīq̄tatiſ humiliare eū(ſicut ab īicio a diebuſ q̄buſ cōſtitui iudiceſ ſup populū meū iſrael.

HOc tam magnū bonū quiſq;ſ ī hoc ſeculo & ī hac terra ſperat(inſipiēter ſapit. An quiſpiam putabit in pace regni Salamoniſ id eſſe completū?(Pacē q̄ppe illam ſcriptam in umbra futuri: excellenti predicatione cōmendat(Sed huic ſuſpitioni uigilanter occurſum ē: cum poſtea q̄ dictum eſt non apponet filiuſ iniq̄tatiſ humiliare eū: continuo ſubiunctū eſt(Sicut ab initio a diebuſ q̄buſ cōſtitui iudiceſ ſuper populū meum iſrael(Iudiceſ nāq; priuſ q̄ ibi regeſ eſſe cepiſſent ſuper illū populū fuerant conſtituti: ex quo terrā promiſſioniſ accepit(Et utiq; humiliabat eum filiuſ iniq̄tatiſ: hoc eſt hoſtiſ alienigena(per interualla temporū q̄buſ legunt̄ paceſ alternaſſe cum belliſ(& inueniuntur illic paciſ tēpora prolixiora q̄ Salamon habuit: qui. xl. regnauit annoſ(Nā ſub eo iudice q eſt appellatuſ Aoth. lxxx. ān paciſ fuerunt. abſit ergo ut Salamoniſ tempora ī hac promiſſione p̄dicta eſſe credantur. Multo minuſ itaq; cuiuſlibet regiſ alteriuſ(Non enim quiſq̄. corū ī tanta quāta ille pace regnauit: nec unq̄ omnino genſ illa ita regnum tenuit: ut ſollicita non fuerit ne hoſtibuſ ſubderetur(quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo conceſſa ē tanta ſecuritaſ: ut huic uite hoſtileſ nō formidaret incurſuſ(Locuſ ergo iſte qui promittitur tam pacate ac ſecure habitationiſ: eternuſ eſt eterniſq; debetur in matre hieruſalem libera: ubi erit ueraciter populuſ iſrael(hoc enim nomen interpretatur uidenſ deum.(Cuiuſ premii deſiderio pia per fidem uita in hac erumpnoſa peregrinatione dicenda eſt.

PRocurrente igitur per tẽpora ciuitate dei: primo in umbra futuri in terrena
ſcilicet hieruſalẽ regnauit Dauid. Erat aũt Dauid uir i cantici ſerudituſ: qui
armoniam muſicam non uulgari uoluptate ſed fideli uolũtate dilexit: eaq; deo
ſuo qui uerus ẽ deuſ miſtica rei magne figuratõne ſeruiens & diuerſorũ noĩe ſonoꝝ
rationabiles moderatuſq; concentuſ cõcordi uarietate compactam bene ordinate
ciuitatiſ inſinuat unitatem. Deniq; omniſ fere propheria eiuſ in pſalmiſ ẽ: quoſ cẽ/
tum quinquaginta liber continet: quẽ pſalmorũ uocamuſ. In quibuſ nõnulli uolũt
eoſ ſoloſ factoſ eſſe a Dauid: qui eius nomine inſcripti ſunt. Sunt item qui putant
non ab eo factoſ niſi q prenotantẽ ipſius Dauid: q uero habent in titulis ipſi Dauid:
ab aliiſ factoſ pſone ipſius fuiſſe coaptatos. Que opinio uoce euãgelica ſaluatoris
ipſius refutatẽ: ubi ait q ipſe Dauid in ſpiritu xp̃m dixerit eſſe ſuũ dñm: qm pſalmus
centeſimuſ nonuſ ſic incipit. Dixit dominuſ dño meo ſede a dextriſ meiſ: donec ponã
inimicoſ tuoſ ſcabellũ pedũ tuorũ. Et certe idem pſalmuſ non habet ĩ titulo ipſius
Dauid: ſed ipſi Dauid: ſicut plurimi. Mihi autẽ credibiliuſ uidentẽ exiſtimare: qui
omneſ illoſ centũ & quinquaginta pſalmoſ eiuſ operi tribuũt: eũq; aliquos pnotaſſe
etiã nõibuſ aliorũ aliqd quod ad rem pertineat figurantibus: ceteroſ autem nulliuſ
hoĩs nomen in titulis habere uoluiſſe: ſicut ei uarietatis huiuſ diſpoſitionem q̃muis
latebroſam nõ tamen inanẽ dñs inſpirauit. Nec mouere debet ad hoc nõ credẽ/
dum: q non nullorũ nomina prophetarum qui longe poſt Dauid regiſ tempora
fuerunt: quibuſdã pſalmiſ ĩ eo libro leguntẽ inſcripta: & que ibi dicũtẽ uelut ab eiſ dici
uidentur. Neq; enĩ non potuit ꝓpheticus ſpiritus ꝓphetanti regi Dauid hec etiam
futurorũ prophetarũ noĩa reuelare: ut rex aliquid qd̃ eorũ perſone cõueniret ꝓ/
phetice cantaret: ſicut rex Ioſias exorturus & regnaturuſ poſt annoſ ampliuſ q̃m
trecentoſ: cuidã prophete q etiã facta eiuſ futura predixit cũ ſuo noĩe reuelatus ẽ.

NVnciam expectari a me uideo: ut hoc loco libri huius aperiã: qd in pſalmis
Dauid de dño iheſu xp̃o uel eiuſ eccleſia prophetauerit. Ego autem ut hoc
non ita faciam ſicut uidetur ipſa expectatio poſtulare: q uãuiſ iam ĩ uno fecerim:
copia q̃ inopia magiſ impedior. Omnia enĩ ponere uitande prolixitatiſ cauſa ꝓ/
hibeor: uereor aũt ne cũ aliq̃ elegero: multiſ q ea nouerũt uidear magiſ neceſſaria
preteriiſſe. Deinde qa teſtimoniũ qd̃ proferẽ de contexione totiuſ pſalmi debet
habere ſuffragiũ: ut certe nihil ſit quod ei refragetẽ ſi non oĩa ſuffragantẽ: ne more
centonũ ad rem quã uolumuſ tanq̃ uerſiculoſ decerpere uideamur: uelut de retro/
grado carmine quod nõ de re illa ſed de alia longeq; diuerſa repiatẽ eẽ cõſcriptum.
Hoc aũt ut in quocũq; pſalmo poſſit oſtendi: exponẽduſ ẽ totus: qd̃ quãti operis
ſit: & aliorũ & noſtra uolumina in quibuſ hoc fecimuſ ſatiſ indicant. Legat ergo
illa qui uoluerit & potuerit: & ĩueniet quot & quãta rex Dauid idẽq; propheta de
xp̃o et eiuſ eccleſia prophetauerit: de rege ſcilicet & ciuitate quã cõdidit.

QVamlibet enĩ de quacũq; re ꝓprie ſint atq; manifeſte prophetice locutioneſ:
neceſſe ẽ ut eiſ etiã tropice miſceantur: que maxime propter tardioreſ ĩgerũt
doctoribuſ laborioſũ diſputãdi exponendiq; negociũ. Quedã tñ xp̃ũ & eccle/
ſiã ipſa p̃ma facie mox ut dicuntẽ oſtendũt: & ſi ex ocio reſtãt exponẽda que in
eiſ minuſ intelligunẽ. Quale illud ẽ in eodẽ pſalmorum libro. Eructauit cor meũ
uerbum bonũ: dico ego opera mea regi: lĩgua mea calamuſ ſcribe uelociter ſcribẽ/
tiſ. Specioſuſ forma pre filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuiſ: propterea

benedixit te deuſ í eternū ¶ Accingere gladium tuū circa femur tuum potentiſſime. ¶ Specie tua & pulcritudine tua: intende proſpere pcede & regna ¶ Propter ueritatē & manſuetudinē & iuſticiā: & deducet te mirabiliter dextera tua ¶ Sagitte tue acute potentiſſie: populi ſub te cadent in corda inimicorū regiſ ¶ Sedeſ tua deuſ in ſeculū ſecula: uirga directioniſ uirga regni tui ¶ Dilexiſti iuſticiā & odio habuiſti iniqtatē: ppterea unxit te deuſ deuſ tuuſ oleo exultationiſ p̄ pticipibuſ tuiſ ¶ Mirra & gutta & caſia a ueſtimentiſ tuiſ a domibuſ eburneiſ: ex quibuſ delectauerunt te filie regū in honore tuo ¶ Quiſ nō hic xpiſtū quē predicamuſ & in quē credimuſ quālibet ſit tardiſ agnoſcat: cū audeat deū cuiuſ ſedeſ ē in ſecula ſeculorū: & unctū a deo utiq; ſicut ungit deuſ: non uiſibili ſed ſpirituali atq; intelligibili criſmate ¶ Quiſ enim tam rudiſ eſt in hac religione uel tam ſurduſ aduerſuſ eiuſ famā longe lateq; diffuſam: ut chriſtū a chriſmate hoc eſt ab unctione appellatū eē nō norit ¶ Agnito autem rege xp̄o iā cetera que hic tropice dicta ſūt: quomodo ſit ſpecioſuſ forma p̄ filiiſ hominum ¶ quadā tanto magiſ amanda atq; miranda quāto minuſ corporea pulcritudine ¶ quiſ gladiuſ eiuſ que ſagitte et cetera iſto modo non proprie ſed tropice poſita ¶ iā ſubdituſ ei q regnat propter ueritatē & manſuetudinē et iuſticiā inqrat ex ocio ¶ Deinde aſpiciat eiuſ eccleſiā tanto uiro ſuo ſpirituali connubio & diuino amore coniunctam de qua dicitur in hiſ que ſequunt ¶ Aſtitit regina a dextriſ tuiſ in ueſtitu deaurato circūamicta uarietate ¶ Audi filia & uide & íclina aurē tuam: et obliuiſcere populū tuum et domū patriſ tui ¶ Quoniā cōcupiuit rex ſpeciē tuā: quia ipſe eſt dn̄ſ deuſ tuuſ ¶ et adorabunt eum filii Tiri in muneribuſ. Vultū tuum deprecabunt omneſ diuiteſ plebiſ ¶ omiſ gloria eiuſ filie regiſ intrinſecuſ in fimbriiſ aureiſ circumamicta uarietate ¶ Afferentur regi uirgineſ poſt eā: proxime eiuſ afferent tibi in leticia et exultatione: adducent in templum regiſ ¶ Pro patribuſ tuiſ nati ſunt tibi filii: conſtitueſ eoſ principeſ ſuper omnē terrā ¶ Memoreſ erunt nōiſ tui dn̄e: in omni generatione & progenie ¶ Propterea populi confitebuntur tibi in eternum & in ſeculum ſeculi ¶ Non opinor quenquā ita deſipere: ut hic aliq̄ muliērculam predicari credat atq; deſcribi: cōiugem uidelicet illiuſ cui dictum eſt ¶ Sedeſ tua deuſ í ſecula ſeculorū: uirga directōiſ uirga regni tui ¶ Dilexiſti iuſticiā & odiſti iniqtatem: propterea unxit te deuſ deuſ tuuſ oleo exultationiſ pre pticipibuſ tuiſ: xpiſtum utiq; pre xp̄ianiſ ¶ Hi ſunt enī pticipeſ eiuſ: ex quorū in oībuſ gentibuſ unitate atq; concordia fit iſta regina ¶ ſicut & in alio pſalmo de illa dicitur: ciuitaſ regiſ magni ¶ Ipſa ē ſyon ſpiritualiter ¶ Quod nomen latine interp̄tatū ē ſpeculatio. ¶ Speculatur enī futuri ſeculi magnum bonum: qm̄ illuc dirigit̄ eiuſ intencio ¶ Ipſa ē & hieruſalem eodē mō ſpiritualiter unde multa iā diximuſ ¶ eiuſ inimica ē ciuitaſ diaboli babilon que confuſio iterpretatur ¶ ex qua tm̄ babilone regina iſta in oīm gentiū generatione liberatur ¶ & a peſſimo rege ad optimū regem id eſt a diabolo tranſit ad xp̄m ¶ Propter quod ei dicit̄: obliuiſcere populum tuum & domū patriſ tui ¶ Cuiuſ ciuitatiſ impie portio ſunt iſraelite ſola carne non fide ¶ inimici etiam ipſi magni huiuſ regiſ eiuſq; regine ¶ Ad ipſoſ enī ueniens & ab eiſ chriſtuſ occiſuſ: magiſ aliorū factuſ ē quoſ non uidit í carne ¶ Vnde p cuiuſdā pſalmi prophetiā dicit ipſe rex noſter ¶ Erueſ me de contradictionibuſ populi: conſtitueſ me in caput gentiū. ¶ Populuſ quem non cognoui ſeruiuit mihi in auditu auriſ obediuit mihi ¶ Populuſ ergo iſte gentium quē non cognouit xp̄uſ preſentia corporali: in quē tamē xp̄m ſibi annunciatum credit ¶ ut merito de illo diceret in obauditu auriſ obediuit mihi: ¶ quia fideſ ex auditu eſt ¶ iſte inquā populuſ addituſ ueriſ & carne & fide iſraelitiſ:

ciuitaſ eſt dei: que ipſum quoq; ſcd̃m carnem peperit chriſtum ſquando in ſoliſ illiſ iſraelitiſ fuit. Inde quippe erat uirgo maria: i qua carnẽ xp̃uſ ut homo eẽt aſſūpſit. ſDe qua ciuitate pſalmuſ aliuſ ait. Mater ſyon dicet homo & homo factuſ ẽ in ea: & ipſe fūdauit eã altiſſimuſ ſQuiſ ẽ altiſſimuſ niſi deuſ? Ac per hoc xp̃uſ deuſ anteq̃ in illa ciuitate per Mariam fieret homo ipſe in patriarchiſ & propheciſ fundauit eam ſCum igitur huic regine ciuitati dei tanto ante dictum ſit per prophetiã qd̃ iam uidemuſ impletum: pro patribuſ tuiſ nati ſunt tibi filii: conſtitueſ eoſ principeſ ſuper omnem terram ſex filiiſ quippe eiuſ ſuper omnẽ terrã ſunt prepoſiti principeſ: cum confiteantur ei populi concurrenteſ ad eam confeſſione laudiſ eterne i ſeculũ ſeculi ſproculdubio quicqd hic tropiciſ locutionibuſ ſubobſcure dictũ eſt: quoquõ intelligat̃ debet hiſ rebuſ manifeſtiſſimiſ conuenire. De his que in sacerdotium xpi in psalmo CIX. et de his que in psalmo XXI. ad passionem eius pertinent

Sicut etiam i illo pſalmo ubi ſacerdoſ xp̃uſ queadmodũ hic rex aptiſſime p̃dicatur: dixit dominuſ domino meo ſede a dextriſ meiſ ſdonec ponã inimicoſ tuoſ ſcabellum pedũ tuorũ ſſedere chriſtuſ ad dexterã dei patriſ creditur nõ uidet̃: ſEiuſ etiam inimicoſ poni ſub pedibuſ eiuſ nondũ apparet. ſId igit̃ apparebit i fine: nũc hoc uere creditur poſt uidebitur ſVerum hoc quod ſequitur uirgam uirtutiſ tue emittet dominuſ ex ſyon. dominare in medio inimicorũ tuorũ ſita clarũ eſt ut nõ ſolũ infideliter & infeliciter: ſed etiã impudenter negetur ſEt ipſi quippe fatẽt inimici ex ſyon miſſam fuiſſe legem xp̃i ſquod euangeliũ noſ uocamuſ: & eã uirgã uirtutiſ eiuſ agnoſcimuſ ſDominari uero eum in medio inimicorũ ſuorũ: idẽ ipſi iter quoſ dominatur dentibuſ & tabeſcendo & nihil aduerſuſ eum ualendo teſtantur. ſDeinde qd̃ paulopoſt dicit. Iurauit dominuſ & nõ penitebit eũ ſquibuſ uerbiſ immutabile futurũ eſſe ſignat quod adiungitur ſTu eſ ſacerdoſ in eternũ ſcd̃m ordinẽ Melchiſedech ſex eo q iam nuſq̃ ẽ ſacerdotium & ſacrificiũ ſcd̃m ordinẽ Aaron: & ubiq; offert̃ ſub ſacerdote xp̃o ſquod protulit Melchiſedech quando benedixit Abraam: quiſ ambigere permittitur de quo & iſta dicant̃ ſAd hec itaq; manifeſta referuntur que paulo obſcuriuſ in eodem pſalmo poſita ſunt ſque quomodo recte intelligãt: in noſtriſ iam popularibuſ ſermonibuſ notum fecimuſ ſSic & in illo ubi paſſioniſ ſue humilitatem per prophetiam xp̃uſ loquitur dicenſ ſFoderũt manuſ meaſ & pedeſ meoſ: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipi uero conſiderauerunt et inſpexerunt me ſQuibuſ utiq; uerbiſ in cruce corpuſ ſignificauit extentũ manibuſ pedibuſq; confixiſ ſ& clauorũ tranſuerberatione cõfoſſiſ ſeoq; modo ſe ſpectaculũ conſiderantibuſ & conſpicientibuſ prebuiſſe ſAddenſ etiã diuiſerũt ſibi ueſtimẽta mea et ſuper ueſtem meã miſerunt ſortem ſQue prophetia queadmodũ impleta ſit euangelica narrat hiſtoria ſTunc profecto alia recte & intelligunt̃ que ibi minuſ aperte dicta ſunt ſcum congruunt hiſ que tanta manifeſtatione claruerunt ſpſertĩ cũ & illa que nõ tranſacta credimuſ ſed preſentia contuemur ſſicut i eodẽ pſalmo leguntur tanto ante predicta ita nunc exhibita iam toto orbe terrarũ cernũtur. ſIbi enĩ paulopoſt dicit̃. cõmemorabunt̃ & cõuertent̃ ad dñm uniuerſi fineſ terre. & adorabũt in conſpectu eiuſ omſ patrie gẽtiũ ſqm dñi ẽ regnũ: & ipſe dñabit̃ gentiũ.
De psalmo iii. et de xl. et de xv. et de lxvii. in quibus mors et resurrectio domini ...

C. xviii.

De reſurrectione quoq; eiuſ neq̃q̃ pſalmorum oracula tacuerũt ſNam qd eſt aliud quod in pſalmo tertio ex perſona eiuſ canit̃: ego dormiui & ſomnum cepi: & exurrexi quoniã dominuſ ſuſcepit me ſAn forte quiſq̃ ita deſipit ut credat ueluti aliqd magnũ nobiſ indagare uoluiſſe prophetã ſq dormierit & exurrexerit:

niſi ſõnuſiſte morſ eēt(et euigilatio reſurrectio: quā de xp̄o ſic oportuit ꝓphetari? Nam et in quadrageſimo multo manifeſtiuſ id oſtenditur ſibi ex perſona eiuſdē mediatoriſ more ſolito tanꝗ preterita narrant̄ que futura prophetabant̄ quoniā que uentura erant iam in predeſtinatione et preſcientia dei uelut facta erant: quia certa erant. Inimici inqt mei dixerūt mala mihi: quādo morietur et peribit nomen eiuſ? Et ſi ingrediebat̄ ut uideret: uana locutū eſt cor eiuſ: congregauit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foraſ & loquebatur ſimul in unū: aduerſum me ſuſurrabāt omſ inimici mei: aduerſū me cogitabant mala mihi: uerbū iniquū conſtituerūt aduerſum me. Nunquid qui dormit non adiciet ut reſurgat? Hec certe ita poſita ſunt uerba: ut nihil aliud dixiſſe intelligat̄ ꝗ ſi diceret: nunquid q moritur nō adiciet ut reuiuiſcat? Superiora quippe demonſtrāt mortem ipſiuſ cogitaſſe & diſpoſuiſſe inimicoſ eiuſ: et hoc actū eſſe per eum qui ingrediebat̄ ut uideret: et egrediebat̄ ut proderet. Cui autē hic non occurrat ex diſcipulo eiuſ factuſ traditor Iudaſ? Quia ergo facturi erant qđ moliebantur: id eſt occiſuri erant eum: oſtendenſ illoſ uana malitia fruſtra occiſuroſ reſurrecturum: ſic adiecit hunc uerſū uelut diceret: Quid agitiſ uani? Quod ueſtrū ē ſceluſ: meuſ ſomnuſ erit. Nunqd qui dormit nō adiciet ut reſurgat? Et tamen tam magnum nefaſ non impune facturoſ: conſequentibuſ indicat uerſibuſ dicenſ: Etenī homo paciſ mee ī quo ſperaui q edebat paneſ meoſ: ampliauit ſuper me calcaneum ſuum: id eſt conculcauit me. Tu autem inquit dn̄e miſerere mei & reſuſcita me: et reddam illiſ. Quiſ hoc iā neget: q iudeoſ poſt paſſionem reſurrectionēq̧ xp̄i de ſedibuſ ſuiſ bellica ſtrage et excidio fūditus eradicatoſ uidet? Occiſuſ enim ab eiſ reſurrexit: et reddidit eiſ interim temporaneam diſciplinā: excepto ꝙ non correctiſ ſeruat quando uiuoſ & mortuoſ iudicabit. Nā dn̄ſ ipſe iheſuſ iſtum ipſum traditorem ſuū per panem porrectum oſtēdenſ apoſtoliſ: hunc etiam uerſum pſalmi huiuſ cōmemorauit & in ſe dixit impletum: Qui edebat paneſ meoſ ampliauit ſuper me calcaneum ſuum. Quod autem ait in quo ſperaui: non congruit capiti ſed corpori. Neq̧ enim neſciebat eum ipſe ſaluator: de quo ante iam dixerat unuſ ex uobiſ diaboluſ eſt: ſed ſolet in ſe membrorū ſuorū tranſferre perſonā: & ſibi tribuere quod eſt illorū: quia caput et corpuſ unuſ eſt xp̄uſ. Unde illud eſt in euangelio. Eſuriui et dediſtiſ mihi manducare. quod exponenſ ait: Quando uni ex minimiſ meiſ feciſtiſ mihi feciſtiſ. Se itaq̧ dixit ſperaſſe: qđ tūc ſperauerunt de Iuda diſcipuli eiuſ quando eſt connumeratuſ apoſtoliſ. Iudei aūt xp̄m quem ſperant moriturum eſſe non ſperant. Ideo quē lex & prophete annūciauerunt: noſtrum eſſe non putant: ſed neſcio quē ſuum: quē ſibi alienū a mortiſ paſſione confingunt. Ideo mirabili uanitate atq̧ cecitate: uerba que poſuimuſ nō mortem & reſurrectionem: ſed ſomnū et euigilationem ſignificare contendūt. Sed clamat eiſ etiā ſextuſdecimuſ pſalmuſ: propter hoc iocundatū eſt cor meū: et exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe: quoniā non derelinqueſ animam meam in inferno: nec dabiſ ſanctum tuum uidere corruptionem. Quiſ in ea ſpe diceret requieuiſſe carnem ſuam: ut non derelicta anima ſua in inferno: ſed cito ad eam redeunte reuiuiſceret: ne corrumperet̄ ſicut cadauera corrumpi ſolent: niſi q die tertio reſurrexit? Quod utiq̧ dicere non poſſūt de ꝓpheta & rege Dauid. Clamat et ſexageſimuſſeptimuſ pſalmuſ: Deuſ noſter deuſ ſaluoſ faciendi: et domini domini exituſ mortiſ. Quid apertiuſ diceretur? Deuſ enim ſaluoſ faciendi: dn̄ſ eſt Iheſuſ quod interpretat̄ ſaluator ſiue ſalutariſ. Nam ratio nōiſ huiuſ hec reddita eſt: quando priuſ ꝗ ex uirgine naſceret̄ dictū eſt: parieſ filiū & uocabiſ nomē eiuſ

Iheſum: ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum a peccatis eorũ. In quorũ peccatorũ remiſſionem quã ſanguis eius effuſus eſt: non utiq; oportuit eum de hac uita exitus alios habere q̃ mortis. Ideo cũ dictum eſſet deus noſter deus ſaluos faciẽdi: cõtinuo ſubiunctum eſt: et domini domini exitus mortis: ut oſtenderetur moriendo ſaluos eſſe facturus. Sed mirando dictum eſt et domini: tanq̃ diceretur. Talis eſt iſta uita mortalium: ut nec ipſe dominus aliter ab illa exiret niſi per mortem.

Sed ut uidei tam manifeſtis huius prophetie teſtimoniis etiã rebus ad effectũ tam clarum certumq; perductis omnino nõ credant: profecto in eis illud implctur quod in eo pſalmo qui hũc ſequitur ſcriptum eſt. Cum enim & illic ex pſona xp̄i que ad eius paſſionem pertinent prophetice dicerentur: commemoratum ẽ qđ in euangelio patuit. Dederunt in eſcam meã fel: et in ſiti mea dederunt mihi potũ aceti. Et uelut poſt tale cõuiuiũ epulaſq; ſibi huiuſcemodi exhibitas mox itulit. Fiat menſa eorum corã ipſis in muſcipulam: & in retributionem & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorũ ne uideant: et dorſum eorum ſemper incurua. Et cetera que non optando ſũt dicta ſed optandi ſpecie prophetando predicta. Quid ergo mirum ſi hec manifeſta non uident: quorũ oculi ſunt obſcurati ne uideant. Quid mirum ſi celeſtia non ſuſpiciunt: qui ut in terrena ſint proni dorſum eorum ſemper incuruatum eſt. His enim uerbis tranſlatis a corpore: uicia ſignificantur animorũ. Iſta de pſalmis hoc eſt de prophetia regis Dauid ſatis dicta ſint. ut aliquis modus ſit. Ignoſcant autem qui hec legunt & cuncta illa nouerũt: et de his que fortaſſe firmiora me pretermiſiſſe uel intelligunt uel exiſtimant non querantur.

Regnauit ergo Dauid in terrena hieruſalem filius celeſtis hieruſalem: diuino multũ teſtimonio predicatus: q̃a et delicta eius tãta pietate ſupata ſũt p ſaluberrimã penitendi humilitatem: ut prorſus inter eos ſit de quibus ipſe ait. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: & quorũ tecta ſunt peccata. Poſt hunc regnauit eidem populo uniuerſo Salamon eius filius: q ut ſupra dictum eſt patre ſuo uiuẽte cepit regnare. Hic bonis ſicut malos exitus habuit. Quippe ſecũde res que ſapiẽtiũ animos fatigant magis huic obfuerunt: q̃ profuit ipſa ſapientia etiã nũc & deīcepſ mẽorabilis: & tunc longe lateq; laudata. Prophetaſſe etiã ipſe repent in ſuis libris: qui tres recepti ſunt ī auctoritatem canonicam. Prouerbia Eccleſiaſtes: Canticum canticorum. Alii uero duo. quorũ unus ſapientia alter Eccleſiaſticus dicitur: pp̄ter eloquii nõnullam ſimilitudinem ut Salamonis dicantur obtinuit conſuetudo: nõ autẽ eſſe ipſius non dubitant doctores: eos tamen in autoritatem maxime occidẽtalis antiquitus recepit eccleſia. Quorum ī uno q appellatur Sapientia Salamõis: paſſio xp̄i apertiſſime prophetatur. Impii quippe īterfectores eius cõmemorant dicentes. Circũuentamus iuſtum quoniam inſuauis ẽ nobis: et cõtrarius ẽ operibus noſtris: & īproperat nobis peccata legis: & infamat ī nos peccata diſcipline noſtre. Promittit ſe ſcientiam dei habere: & filium dei ſe nominat. factus eſt nobis intraductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiã ad uidendũ: quoniam diſſimilis eſt aliis uita illius: & immutate uie eius. Tanq̃m nugaces eſtimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe a uiis noſtris quaſi ab immundiciis. Profert nouiſſima iuſtorũ: et gloriatur patrem ſe deum habere. Videamus ergo ſi ſermones illius ueri ſunt. et temptemus que uentura ſunt illi: & ſciemus que erunt nouiſſima illius. Si enĩ iuſtus ẽ

filiuſ dei: ſuſcipiet illum & liberabit eũ de manu cõtrarioꝝ. Contumelia & tormẽto interrogemuſ illum: ut ſciamuſ reuerentiam illiuſ & probemuſ patientiam ipſiuſ: morte turpiſſima condemnemuſ eũ. Erit enĩ ei reſpectuſ in ſermonibuſ illiuſ. Hec cogitauerunt et errauerunt. excecauit enim illoſ malitia eoꝝ. In eccleſiaſtico aũt fideſ gentiũ futura pdicitur iſto modo. Miſerere noſtri dominator deuſ omnium: & immitte timorem tuum ſuper omneſ genteſ. Extolle manum tuam ſuper genteſ alienaſ: & uideãt potentiã tuam: ut ſicut corã illiſ ſanctificatuſ eſ in nobiſ: ita corã nobiſ magnificeriſ in illiſ: & agnoſcant te ſcd̃m quod noſ agnouimuſ te: qa non eſt deuſ preter te domine. Hanc ſub optandi & precãdi ſpẽ prophetiã per Iheſũ xp̃m uidemuſ impletam ſed aduerſuſ contradictoreſ non tanta auctoritate proferunt que ſcripta nõ ſunt ĩ canone iudeorũ. In tribuſ uero illiſ quoſ Salamõiſ eẽ cõſtat & iudei canonicoſ habent: ut oſtendatur ad xp̃m et eccleſiã pertinere quod in eiſ euiſmodi repentur: operoſa diſputatio neceſſaria ẽ: que noſ ultra q̃ oportet ſi nunc adhibeatur extendit. Tamen ꝙ in prouerbiiſ legit̃ uiroſ impioſ dicere: abſcondamuſ in terra uirum iuſtũ iniuſte: abſorbeamuſ uero eum tanq̃ infernuſ uiuentẽ: et auferamuſ eiuſ memoriã de terra: poſſeſſionem eiuſ precioſam apprehendamuſ: non ita obſcurum eſt: ut de chriſto & poſſeſſione eiuſ eccleſia ſine laborioſa expoſitiõe nõ poſſit intelligi. Tale quippe aliquid etiam dñſ ipſe iheſuſ per euãgelicã pabolã oſtendit dixiſſe maloſ colonoſ. Hic eſt hereſ. Venite occidamuſ eũ: et noſtra erit hereditaſ. Item q̃ illud ĩ eodẽ libro quod iam ante perſtrinximuſ cum ageremuſ de ſterili que peperit ſeptem: non niſi de xp̃o et eccleſia mox ut fuerit pronũciatum conſueuit intelligi ab hiſ qui xp̃m ſapientiam dei eſſe nouerunt. Sapientia edificauit ſibi domum et ſuffulſit columnaſ ſeptem: immolauit ſuaſ uictimaſ: miſcuit in cratere uinũ ſuũ: et parauit menſam ſuam. Miſit ſeruoſ ſuoſ conuocanſ cum excellẽti predicatione ad craterẽ dicenſ. Quiſ eſt inſipienſ diuertat ad me. Et inopibuſ ſenſu dixit. Venite & manducate de meiſ panibuſ: et bibite uinum qđ miſcui uobiſ. Hic certe agnoſcimuſ dei ſapientiam: hoc eſt uerbũ patri coeternũ in utero uirginali domum ſibi edificaſſe corpuſ hũanum: et huic tanq̃ capiti membra eccleſiam ſubiunxiſſe: martirũ uictimaſ immolaſſe: menſam in uino et panibuſ preparaſſe. Ubi apparet etiã ad ſacerdotiũ ſcd̃m ordinem Melchiſedech inſipienteſ & inopeſ ſenſu uocaſſe: quia ſicut dicit apoſtoluſ: infirma huiuſ mundi elegit deuſ ut confunderet fortia. Quibuſ etiam tamen infirmiſ quod ſequitur dicit. Derelinquite inſipientiã ut uiuatiſ: et querite prudentiam ut habeatiſ uitam. Participem autem fieri menſe illiuſ: ipſũ eſt incipere habere uitam. Nam et in alio libro qui uocatur eccleſiaſten ubi ait: nõ ẽ bonũ homini niſi ꝙ mãducabit & bibet: q̃d credibiliuſ dicere ĩtelligit̃: q̃ quod ad pticipationẽ menſe huiuſ ptinet: quã ſacerdoſ ipſe mediator teſtamẽti noui exhibet ſcd̃m ordinem Melchiſedech: de corpore et ſanguine ſuo? Id enĩ ſacrificiũ ſucceſſit omibuſ illiſ ſacrificiiſ ueteriſ teſtamenti: que ĩmolabant in umbra futuri. Propter qđ etiã uocem illã in pſalmo triceſimo et nono euiſdẽ mediatoriſ per prophetiam loquentiſ agnoſcimuſ. Sacrificiũ et oblationem noluiſti: corpuſ aũt pfeciſti mihi: quia pro illiſ omibuſ ſacrificiiſ & oblationibuſ corpuſ eiuſ offert̃ & participantibuſ miniſtratur. Nam iſtũ eccleſiaſten in hac ſententia manducandi & bibẽdi quã ſepe repetit plurimũq; cõmendat: nõ ſapere carnaleſ epulaſ uoluptatiſ ſatiſ illud oſtendit ubi ait. Meliuſ ẽ ire in domũ luctuſ q̃ ad domũ potuſ. Et paulopoſt: cor ĩquit ſapientiũ ĩ domo luctuſ: ſet cor inſipientiũ ĩ domo epularũ. Sed illud magiſ cõmemorandũ exiſtimo de hoc libro: quod pertinet ad ciuitateſ duaſ:

unam diaboli & alterã xp̃i: et earũ reges: diabolũ & xp̃m. Ve tibi terra inq̃t cuius rex adoleſcens: & principes tui mane comedunt. Beata tu terra cuius rex tuus filius ingenuorũ & principes tui in tp̃e comedũt in fortitudine & nõ in confuſione. Adoleſcentem dixit diabolũ: propter ſtulticiã & ſuperbiã & temeritatem & petulãtiam: ceteraq; uicia que huic etati aſſolent abundare. Xp̃m aũt filiũ ĩgenuorũ. ſãctorũ ſcilicet patriarcharũ pertinentiũ ad liberã ciuitatem: ex q̃bus eſt ĩ carne ꝓgenitus. Principes illius ciuitatis mane manducantes id eſt ante horam congruã: q̃a nõ expectant oportunã que uera eſt in futuro ſeculo felicitatem: feſtinãter beari huius ſeculi celebritate cupiẽtes. Principes aũt ciuitatis xp̃i: tẽpus non fallacis beatitudĩs patienter expectant. Hoc ait in fortitudine & nõ in confuſione: q̃a nõ eos fallit ſpes de q̃ dicit apoſtolus. ſpes aũt non confundit. Dicit et pſalmus. Etenim qui te expectant non confundent. Iam uero canticũ canticorũ ſpiritualis quedã ſãctorũ ẽ uoluptas mentiũ: in cõiugio illius regis & regine ciuitatis: q̃d eſt xp̃us & eccleſia. Sed hec uoluptas allegoricis tegminibus ĩuoluta ẽ: ut deſideretur ardẽtius uideatq; iocũdius: & appareat ſponſus cui dicit̃ in eodẽ cãtico: eq̃tas dilexit te: & ſponſa que ibi audit: caritas in deliciis tuis. T acite multa tranſimus cura huius opis terminãdi.

Ceteri poſt Salamonẽ reges hebreorũ uix inueniũt̃ ꝑ aliq̃ enigmata dictorũ ſuorũ rerũ ue geſtarũ: quod ad xp̃m & ad eccleſiã ꝑtineat prophetaſſe: ſiue ĩ iuda ſiue ĩ iſrael. Sic enim appellate ſũt illius populi partes: ex quo ꝓpter Salamonis offenſã tp̃e filii eius Roboam qui patri ſucceſſit in regnum deo uindicante diuiſus ẽ. Proinde tribus decẽ q̃s accepit Ieroboã ſeruus Salamõis rex eius ĩ ſamaria cõſtitutis: ꝓprie uocabãt̃ iſrael: q̃uis hoc uniuerſi illius populi nomẽ eẽt. Duabus uero tribubus Iude ſcilicet & Beniamin: que ꝓpter Dauid ne penitus regnũ ſtirpis eius fuiſſet eradicatũ remanſerant ſubiacentes ciuitati hieruſalem: Iude nomẽ fuit: q̃a ipſa erat tribus unde Dauid. Beniamin uero tribus altera ad idẽ regnum ſicut dixi pertinens erat: unde fuit Saul rex ante Dauid. Sed ſimul iſte due tribus ut dictũ ẽ iuda uocabant̃: & hoc nomine diſcernebant̃ ab iſrael: q appellabant̃ ꝓprie decẽ tribus habẽtes ſuũ regẽ. Nã tribus Leui q̃m ſacerdotalis fuit: dei non regũ ſeruitio mancipata: tertiadecima numerabat̃. Ioſeph quippe unus ex duodecim filiis iſrael: nõ unã ſicut ceteri ſingulas: ſed duas tribus fecit Effrem & Manaſſen. Verũtñ etiã tribus Leui ad regnum hieroſolimitanum ꝑtinebat magis: ubi erat dei tẽplum cui ſeruiebat. Diuiſo igit̃ populo ꝓmus regnauit in hieruſalẽ Roboam rex iuda filius Salamõis: & in ſamaria Ieroboam rex iſrael ſeruus Salamonis. Et cum uoluiſſet Roboã tanq̃ tirãnidẽ diuiſe partis illius bello ꝑſeq̃: prohibitus ẽ populus pugnare cũ fratribus ſuis dicẽte deo ꝑ prophetã ſe hoc feciſſe. Vñ apparuit nullũ in ea re uel regis iſrael uel populi fuiſſe peccatũ: ſed uolũtatẽ dñi uindicãtis impletã fuiſſe. Qua cognita pars utraq; ĩter ſe pacata cõquieuit: nõ.n. religionis ſed regni fuerat facta diuiſio.

De Ieroboã q impietate idolatrie ſubdidit ſibi populum ... in quo tamen non deſtitit deus et prophetas inſpirare: et multos ſub idolatrie crimin cuſtodire.

A. xxij.

Verum rex iſrael Ieroboam: mente perverſa nõ credens dei quẽ ueracẽ ꝓmiſſio ſibi regno datoq; ꝓbauerat: timuit ne ueniẽdo ad tẽplũ dei q̃d erat ĩ hieruſalẽ: quo ſcd̃m diuinam legem ſacrificãdi cauſa uniuerſi illi genti ueniẽdum fuit: ſeduceretur ab eo populus: & ſtirpi Dauid tanq̃ regio ſemini redderetur: & inſtituit idolatriã in regno ſuo: & populũ dei ſecũ ſimulachrorũ cultu obſtrictum nefanda ĩpietate decepit. Nec tñ omnino ceſſauit deus nõ ſolũ illũ regẽ: uerũ etiã ſucceſſores

et impietatiſ imitatoreſ populūq; ipſum arguere ꝑ prophetaſ. Nā ibi extiterūt et magni illi inſigneſq; prophete: q etiam mirabilia multa fecerunt. Helias & Heliſeus diſcipulus eius. Ibi etiā dicenti Helie dn̄e prophetaſ tuoſ occiderūt: altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus et querunt animā meam. Reſponſum ē illic eſſe ſeptemmilia uirorum: qui non curauerunt genua ante Baal.

Tem q; in regno Iuda ptinente ad hieruſalem: etiā ſuccedentiū regum tēpibus nō defuerūt propheteſ ſicut deo placebat eoſ mittere uel ad prenūciandū qđ opus erat: uel ad corripienda peccata precipiendāq; iuſticiā. Nā & illic et ſi lōge minus q̄ in iſrael: tn̄ extiterunt regeſ q ſuis impietatibuſ deū grauiter offenderēt: & moderatiſ flagelliſ cū populo ſimili plecterentur. Pioꝝ ſane regum merita ibi nō parua laudāt. In iſrael aūt regeſ alioſ magis: alioſ minus: omſ tn̄ reproboſ legimus. Vtraq; igit̄ parſ ſicut iubebat diuīa prouidēcia uel ſinebat: uariiſ et erigebat ꝓſperitatibus: & aduerſitatibuſ premebatur: & ſic affligebat̄ non ſolū externiſ ſuerū etiā inter ſe ciuilibus bellis: ut certiſ exiſtētibuſ cauſiſ miſericordia dei uel ira pateſceret: donec eius indignatione creſcente uniuerſa genſ illa a chaldeiſ debellantibuſ non ſolum ſubuerteretur in ſedibuſ ſuiſ: ſed etiam ex maxima ſui parte transferretur in terras aſſyrioꝝ: prius illa parſ que uocabat̄ iſrael in tribubuſ decē: poſtea uero etiā Iudas euerſa hieruſalē & templo illo nobiliſſimo: i quibuſ terriſ per ānoſ ſeptuagita captiuū egit ociū. Poſt quoſ inde dimiſſa templū quod euerſū fuerat inſtaurauit. Et q̄uis plurimi eius in alienigenarū degerent terriſ: nō habuit tn̄ deinceps duas regni parteſ: & duoſ diuerſoſ in ſingulis partibuſ regeſ: ſed i hieruſalē principeſ eorū unus eoꝝ erat: atq; ad dei tēplū qđ ibi erat omſ undiq; ubicūq; eſſent & undecūq; poſſent: ꝑ certa tpa ueniebant. Sed nec tunc eiſ hoſteſ ex aliiſ gētibuſ expugnatoreſ defuerunt. Nā etiā romanoꝝ iā tributarioſ eoſ xp̄us iuenit.

Oto aūt illo tempore ex quo redierūt de babilonia poſt Malachiā: Aggeū & Zachariā q tunc prophetauerūt & Eſdrā: nō habuerūt ꝓphetaſ uſq; ad ſaluatoris aduentū: niſi aliū Zachariam patrē Iohānis: et Elizabet eius uxorem xp̄i natiuitate iā ꝓxima: & eo iā nato Simeonē ſenē & Annā uiduā iāq; grandeuā: & ipm Iohannē nouiſſimū: q iuueniſ iā iuuenē xp̄m non quidē futurū predixit: ſed tn̄ incognitum ꝓphetica cognitiōe monſtrauit. ꝓpter qđ ipſe dn̄s ait. lex & ꝓphete uſq; ad Iohannē. Sed iſtoꝝ quinq; prophetatio ex euāgelio nobis nota eſt: ubi et ipſa uirgo mater domini ante Iohannem propheta ſſe inuenitur. Sed hāc iſtorum prophetiam iudei reprobi non acceperūt: acceperūt autem qui ex eiſ innumerabiles euāgelio crediderunt. Tunc enī uere iſrael diuiſus eſt in duo: diuiſione illa que per Samuelē prophetam Sauli regi ē immutabiliſ prenūciata. Malachiā uero Aggeū Zachariā & Eſdrā: etiā iudei reprobi i auctoritatē canonicā receptoſ nouiſſimoſ habent. Sūt enim & ſcripta eorum ſicut aliorū: q i magna multitudine ꝓphetarūt ꝑpauci: & ſcripſerunt que auctoritatē canonicā obtinerent. De quorum predictis que ad xp̄m eccleſiāq; eius ptinēt: nōnulla mihi i hoc ope uideo ponēda eē. Quod cōmodius fiet adiuuāte dn̄o ſequēti libro: ne hūc iā ꝓlixū ulterius oneremus. AVRELII.

AVGVSTINI . LI . . . XV . . III INCIPIT

C.A. I.

DE ciuitatum duarum quarũ dei una ſeculi huiuſ eſt altera: in qua nunc ẽ quantũ ad hoĩm genuſ ptinet etiã iſta pegrina: exortu & procurſu & debitiſ finibuſ me ſcripturũ eẽ promiſi: cum priuſ inimicoſ ciuitatiſ dei q cõditori eiuſ xp̃o deoſ ſuoſ preferunt: et liuore ſibi pernicioſiſſimo atrociter inuident xp̃ianiſ: quantum me adiuuaret eiuſ gratia refelliſſem: quod uoluminibuſ decẽ ꝓoribuſ feci. De hac uero mea quã modo cõmemoraui tripertita promiſſione: decimũ ſequentibuſ quatuor libriſ ambarũ eſt digeſtuſ exortuſ. Deinde ꝓcurſuſ ab hoĩe ꝓmo uſq; ad diluuiũ libro uno q ẽ huiuſ operiſ quintuſdecimuſ: atq; ĩ dic uſq; ad Abraam: curſuſ ambe ſicut in tẽporibuſ ita & in noſtriſ literiſ cucurrerunt. Sed a patre Abraam uſq; ad regũ tempuſ iſraelitar: ubi ſextumdecimum uolumen abſoluimuſ: & inde uſq; ad ipſiuſ in carne ſaluatoriſ aduentũ: quouſq; decimuſſeptimuſ liber tenditſ: ſola uidetur in medio ſtilo cucurriſſe dei ciuitaſ: cum ĩ hoc ſeculo nõ ſola cucurrerĩt: ſed ambe utiq; in genere hũano ſicut ab initio ſimul ſuo procurſu tp̃a uariauerint. Verũ hoc ideo feci: ut priuſ ex quo apertioreſ dei promiſſioneſ eſſe ceperunt: uſq; ad eiuſ ex uirgine natiuitatem in quo fuerãt que promittebantur implenda: ſine interpolatione a cõtrario alteriuſ ciuitatiſ iſta que dei eſt procurrenſ diſtinctiuſ appareret: quãuiſ uſq; ad reuelationẽ teſtamẽti noui: nõ in lumĩe ſed ĩ umbra cucurrerit. Nunc ergo qd̃ intermiſerã uideo eẽ faciẽdũ: ut ex Abrae tp̃ibuſ quomõ etiã illa cucurrerit quãtũ ſatiſ uidetẽ attĩgã: ut ambe inter ſe poſſint cõſideratõe legentiũ cõparari.

SOcietaſ igitur uſq;quaq; mortaliũ diffuſa per terraſ: & in locorũ quãtiſlibet diuerſitatibuſ uniuſ tamẽ eiuſdẽq; nature: quadã cõmunione diſtincta: ſuaſ utilitateſ & cupiditateſ ſuaſ quibuſq; ſectantibuſ: dum id quod appetitur aut nemini aut non omnibuſ ſufficit: q̃a non eſt id ipſũ: aduerſũ ſeipſã plerũq; diuiditur: et parſ partem que preualet opprimit. Victrici enim uicta ſuccũbit: dñationi ſcilicet uel etiã libertati qualemcũq; pacẽ preferenſ ac ſalutẽ: ita ut magne fuerĩt admirationi q perire q̃ ſeruire maluerũt. Nã in omnibuſ fere gentibuſ quodãmõ uox nature iſta perſonuit: ut ſubiugari uictoribuſ mallẽt quibuſ contigit uinci: q̃ bellica omniphariã uaſtatione deleri. Hinc factũ eſt: ut nõ ſine dei prouidẽtia in cuiuſ ptate ẽ ut qſq; bello ſubiugetur aut ſubiuget: q̃dam eſſent regniſ prediti: q̃dã regnãtibuſ ſubditi. Sed inter plurima regna terrarũ in que terrene utilitatiſ uel cupiditatiſ eſt diuiſa ſocietaſ: quã ciuitatẽ mũdi huiuſ uniuerſali uocabolo nũcupamuſ: duo regna cernimuſ longe ceteriſ prouenitſſe clariora: aſſiriorũ primũ: deinde romanorum: ut tp̃ibuſ ita lociſ inter ſe ordinata atq; diſtincta. Nã quomõ illud priuſ: hoc poſteriuſ: eo modo illud in oriente hoc in occidente ſurrexit. Deniq; in illiuſ fine huiuſ initiũ cõfeſtim fuit. Regna cetera ceteroſq; regeſ uelut appẽdiceſ iſtorũ dixerim. Ninuſ ergo iã ſecunduſ rex erat aſſiriorũ: qui patri ſuo Belo ſucceſſerat regni illiuſ primo regi: q̃n in terra chaldeorũ natuſ ẽ Abraam. Erat autem tempore illo regnũ ſicihiorũ admodũ paruũ: a quo ille undecũq; doctiſſimuſ Marcuſ Varro ſcribenſ de gente populi romani: uelut antiquo tp̃e exorſuſ eſt. Ab hiſ enĩ ſicihiorũ regibuſ ad athenienſeſ peruenit: a q̃buſ ad latinoſ: inde ad romanoſ: ſed ante conditã romã ĩ cõparatione regni aſſiriorũ perexigua iſta mẽorantr. Quãuiſ athenienſeſ ĩ grecia plurimũ claruiſſe fateatur etiã ſaluſtiuſ romanuſ hiſtoricuſ: pluſ tñ fama q̃ re ipſa. Nam loquenſ de illiſ athenienſium inquit reſ geſte ſicuti ego exiſtimo ſatiſ ample

magnificeq́ꝫ fuerunt. Verum aliquãdo fuerũt minoreſ tñ q̃ fama ferunt. Sed quia prouenere ibi ſcriptorũ magna ingenia per terrarũ orbem: athenienſium facta pro maximiſ celebrant. Ita eorũ qui fecere uirtuſ tanta habetur: quãtum eam uerbiſ potuere extollere preclara ingenia. Accedit huic ciuitati non parua etiam literiſ et philoſophiſ gloria: q̄ ibi potiſſimũ talia ſtudia uiguerunt. Nã quãtum attinet ad īperiũ: nullũ maiuſ primiſ temporibuſ q̃ aſſiriorũ fuit: nec tã lõge lateq́ꝫ diffuſum. Quippe ubi Ninuſ rex Beli filiuſ uniuerſã aſiã que totiuſ orbiſ ad numerũ partiũ tertia dicitur: ad magnitudinem uero dimidia reperitur: uſq́ꝫ ad libie fineſ ſubegiſſe traditᷣ. Soliſ quippe indiſ in partibuſ orientiſ nõ dñabat: quoſ tñ eo defũcto Semiramiſ uxor eiuſ eſt aggreſſa bellando. Ita factum eſt: ut quicũq́ꝫ in illiſ terriſ populi ſiue regeſ erant: aſſiriorũ regno ditioniq́ꝫ parerent: & quidquid imperaretur efficerent. Abraam ergo in eo regno apud chaldeoſ Nini tp̄ibuſ natuſ eſt. Sed qm̄ reſ grece hiſtorie multo ſunt nobiſ q̃ aſſirie notioreſ: et p̄ grecoſ ad latinoſ: ac deīde ad romanoſ qui etiã ipſi latini ſũt tẽporũ ſeriẽ deduxerũt: qui gentẽ populi romãi in originiſ eiuſ antiquitati rimati ſunt: ob hoc debemuſ ubi opuſ ẽ aſſirioſ mẽorare regeſ: ut appareat quemadmodũ babilonia q̃ſi prima roma cum peregrina in hoc mũdo dei ciuitate procurrat. Reſ autẽ quaſ propter cõparationẽ ciuitatiſ utriuſq́ꝫ terrene ſcilicet et celeſtiſ huic operi oportet inſerere: magiſ ex grecis & latiniſ ubi ipſa roma q̃ſi ſecunda babilonia eſt debemuſ aſſumere. Quãdo ergo natuſ ẽ Abraã ſecũdi regeſ erãt: apud aſſirioſ Ninuſ: apud ſichimoſ Cycropſ. Primi autẽ: illic Beluſ hic Agialeuſ fuerunt. Cum uero egreſſo Abraam de babilonia promiſit ei deuſ ex illo magnam futuram gentem: & in eiuſ ſemine oĩm gentium benedictionem: aſſirii quartum regẽ habebãt: ſichimi quintũ. Apud illoſ enim regnabat filiuſ Nini poſt matrem Semiramidem: que ab illo interfecta perhibetur: auſa filiũ mater inceſtare concubitu. Hanc putant nõnulli condidiſſe babilonẽ: quã qdẽ potuit inſtaurare. Quando autẽ uel quomodo condita fuerit in ſextodecimo libro diximuſ. Filiũ porro Nini & Semiramidiſ qui matri ſucceſſit in regnũ: quidã etiã ipſũ Ninũ: qdã uero deriuato a patre uocabolo Niniũ uocãt. Sichimorũ aũt regnũ tũc tenebat Tellexion. Quo regnãte uſq́ꝫ adeo ibi mitia & leta tẽpora fuerũt: ut eũ defũctum uelut colerẽt deũ ſacrificãdo & ludoſ celebrãdo: quoſ ei p̄mituſ iſtitutoſ ferunt. *Quibus regnantibus apud Assirios: atque sicionios Abrae centenario [illegible] promissione sit natus: uel ipsi Ysaac sexagenario Esau et Iacob gemini de Rebecca sit editi.*

HVius tp̄ibuſ etiam Yſaac ex promiſſione dei natuſ eſt: centenario patri filiuſ Abrae: de Sara coniuge que ſterilis & anuſ iam ſpem prolis amiſerat. Tunc & aſſiriis quintuſ erat rex Arabuſ: ipſi uero Yſaac ſexagenario nati ſũt filii gemini Eſau & Iacob: quoſ ei Rebecca uxor peperit auo eorũ Abraam adhuc uiuente: & centũ ſexaginta etatiſ annoſ agente: q expletiſ centũ ſeptuaginta q́ꝫ annis defunctuſ ẽ: regnantibuſ apud aſſirioſ Xerſe illo antiqore qui etiã Baleuſ uocabatur: & apud ſichimoſ Thyriaco: quẽ qdam Thyrimacũ ſcribunt ſeptimis regibuſ. Regnũ aũt arguorum ſimul cũ Abrae nepotibuſ ortũ eſt. ubi primuſ regnauit Ynachuſ. Sane qđ pretereundũ nõ fuit: etiã apud ſepulcrũ ſeptimi ſui regiſ Thyriaci ſacrificare ſichimoſ ſolere Varro refert. Regnantibuſ porro octauiſ regibuſ Armamitre aſſiriorũ: ſichimorũ Leucippo: & p̄mo arguorũ Macho: deuſ locutuſ ẽ ad Yſaac: atq́ꝫ ipſi quoq́ꝫ eadẽ que patri eiuſ duo illa promiſit: ſemini ſcilicet eiuſ terrã Chanaan: & in eiuſ ſemine benedictionẽ cunctarũ gentiũ. Hec ipſa promiſſa ſunt etiã filio eiuſ nepoti Abrae qui eſt appellatuſ primo Iacob: poſt iſraelicũ iam belloniuſ rex

nonuſ aſſirijſ & Phoroneuſ Machi filiuſ ſecũduſ regnaret Argiuiſ. Leucippo apud ſichimoſ adhuc permanente. Hiſ temporibuſ grecia ſub Phoroneo Argolico rege: legum & iudiciorũ quibuſdã clarior ẽ facta inſtitutiſ. Phegouſ tamẽ frater huiuſ Phoronei iunior cũ eſſet mortuuſ ad eiuſ ſepulcrũ templũ eſt conſtitutum in quo coleretur ut deuſ: & ei boueſ immolarent. Credo honore tãto ideo dignũ putarũt: q in regni ſui parte pater quippe loca ambobuſ diſtribuerat in quibuſ eo uiuente regnarent: iſte ſacella cõſtituerat ad colendoſ deoſ: & docuerat obſeruari tempora per menſeſ atq; annoſ: quid eorum quatenuſ metirent atq; numerarent. Hec in eo noua mirãteſ rudeſ adhuc hoieſ: morte ſubita deum eſſe factum ſiue opinati ſũt ſiue uoluerunt. Nam et Yo filia Machi fuiſſe perhibetur: que poſtea Yſiſ appellata ſut magna dea culta ẽ in egipto: quãuiſ alii ſcribãt eam ex ethiopia ĩ egiptũ ueniſſe reginam: & q late iuſteq; imperauerit: eiſq; multa commoda & literaſ inſtituerit: hũc honorem ei habitum eſſe diuinũ poſteaq̃ ibi mortua ẽſet: & tantũ honorẽ ut capitali crimine reuſ exiſteret: ſi quiſ eam fuiſſe hominem diceret.

REgnantibuſ aſſiriorũ decimo rege Baleo: & ſichimoꝝ nono Meſappo: q etiã cephiſoſ a quibuſdam traditur: ſi tñ duum nominum homo unuſ fuit: ac non potiuſ alterũ pro altero putauerunt fuiſſe hoiem: q in ſuiſ poſuerunt ſcriptiſ alterũ nomẽ: cũ rex argiuorũ tertiuſ Apiſ eſſet: mortuuſ ẽ Yſaac annoꝝ centũ .lxxx. et reliquit geminoſ ſuoſ ãnoꝝ cẽtũ et uiginti. Quorũ minor Iacob pertinenſ ad ciuitatẽ dei de q̃ ſcribimuſ maiore uiq; reprobato: habebat duodecim filioſ: quoꝝ illum q uocabat Ioſeph: mercatoribuſ in egiptũ tranſeũtibuſ fratreſ adhuc Yſaac auo eoꝝ uiuẽte uendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioſeph: quãdo ex humilitate quam pertulit ſublimatuſ ẽ cũ triginta ãnorũ eſſet: q̃m ſomnia regiſ diuine interp̃tatuſ: prenuntiauit ſeptem ubertatiſ ãnoſ futuroſ: quorũ abundantiã prepollentem cõſequenteſ alii ſeptẽ ſteriles fuerant conſũpturi: & ob hoc eum rex prefecerat egipto de carcere liberatũ: quo eum coniecerat integritaſ caſtitatiſ: quam fortiter ſeruanſ male amanti dñe & male credulo dño mẽtiture: ueſte etiam derelicta de manibuſ attrahẽtiſ aufugienſ nõ cõſenſit ad ſtuprũ. Secũdo aũt anno ſeptẽ annoꝝ ſterilũ: Iacob ĩ egiptum cũ omnibuſ ſuiſ uenit ad filiũ: agenſ annoſ centũ & triginta ſicut interroganti regi ipſe reſpondit: cum Ioſeph ageret triginta & nouem ad triginta ſcilicet quoſ agebat q̃n a rege honoratuſ ẽ additiſ ſeptem ubertatiſ & duobuſ famiſ.

HIſ tẽpibuſ rex argiuorũ Apiſ nauibuſ tranſuectuſ in egiptum: ibi cũ mortuuſ fuiſſet factuſ ẽ Serapiſ oĩum maximuſ egiptiorum deuſ. Nominiſ aũt huiuſ cur non Apiſ etiã poſt mortẽ ſed Serapiſ appellatuſ ſit: facillimam rationẽ Varro reddidit. Quia enim arca in qua mortuuſ ponĩt q̃d oẽſ iã ſarcofagũ uocant ſoroſ dicitur grece: & ibi eũ ſepultũ uenerari ceperunt priuſ q̃ tẽplum eiuſ eẽt extructũ: ſuelut Soroſapiſ uel Sorapiſ primo: deinde una litera ut fieri aſſolet commutata: Serapiſ dictuſ eſt. Conſtitutũ eſt etiã de illo ut quiſq́ſ eũ fuiſſe hominem dixiſſet: capitalẽ penderet penã. Et q̃m fere in omnibuſ tẽpliſ ubi colebant Yſiſ & Serapiſ: erat etiã ſimulachrũ q̃d digito labiiſ impreſſo admonere uideret ut ſilentiũ fieret: hoc ſignificare idem Varro exiſtimat ut hoieſ eoſ fuiſſe taceret. Ille autẽ boſ quẽ mirabili uarietate decepta egiptuſ in eiuſ honorẽ delitiiſ affluentibuſ alebat: q̃m eũ ſine ſarcofago uiuũ uenerabant: Apiſ nõ Serapiſ uocabat. Quo boue mortuo q̃m querebatur & reperiebat uitulus coloriſ eiuſdẽ: hoc ẽ albiſ q̃buſdã maculiſ ſimiliter

inſignitusſ miru & quiddã diuinitus ſibi procuratũ eſſe credebant ſ Nõ enĩ magnũ
erat demonibus ad eos decipiendos fãtaſiam talis tauri quã ſola cerneret oſtẽtare
uacce concipienti atq; pregnanti ſ unde libido matris attraheret quod in eius fetu
iã corporaliter appareret ſ ſicut Iacob de uirgis uariatis ut oues & capre uarie naſ/
cerentur effecit. Quod enĩ homies coloribus & corporibus ueris ſ hoc demones figuris
fictis facillime poſſunt animalibus concipientibus exhibere.

APis autem rex non egiptiorũ ſed arguiorũ mortuus eſt in egipto ſ Huic filius
Argus ſucceſſit in regnũ ſ Ex cuius nomine Argi et ex hoc Arguui appellati
ſunt. Superioribus aũt regibus nondũ uel locus uel gens habebat hoc nomẽ ſ Hoc
regnãte apud arguios & apud ſichimos Eracho ſ apud aſſirios uero adhuc manente
Baleo: mortuus ẽ Iacob in egipto annorũ centũquadragintaſeptẽ cum moriturus
filios ſuos et nepotes ex Ioſeph bñdixiſſet ſ xp̃mq; apertiſſime pphetaſſet dicens in bñ/
dictione Iude ſ nõ deficiet priceps ex iuda & dux de femoribus eius: donec ueniant
que repoſita ſũt ei ſ et ipſe erit expectatio gẽtiũ ſ Regnãte Argo cepit uti frugibus
grecia & habere ſegetes in agricultura ſ delatis aliunde ſeminibus ſ Argus quoq; poſt
obitũ deus haberi cepit tẽplo & ſacrificiis honoratus ſ Qui honor eo regnãte & ante
illũ delatus ẽ hõi puato & fulmiato cuidã Omogiroſeo q pmus ad aratrum boues
iũxerit.

REgnantibus aſſirioꝝ duodecimo Ermaſco & undecimo ſichimoꝝ Flemmeo
et argis adhuc manẽte Argo ſ mortuus ẽ Ioſeph in egipto ãnoꝝ centũ & decẽ.
ſ Poſt cuius mortẽ populus dei mirabiliter creſcens manſit in egipto cẽtumq̃dragi/
taq; annos ſ tranquille prius donec morerent qbus Ioſeph notus fuerat ſ Deinde
qa inuidebat incremẽtis eius erat q; ſuſpectus quouſq; inde liberaretur pſecutõibus
affligebat inumeris ſ iter quas tamẽ diuinitus fecundata multiplicatione creſcebat:
et laboribus premebatur intolerabilis ſeruitutis ſ In aſſiria uero et grecia per idem
tempus regna eadem permanebant.

CVm ergo regnaret aſſiriis q̃rtus decimus Safrus & ſichimis duodecimus Or/
topolus ſ & Criaſus q̃ntus argiuis ſ natus ẽ in egipto Moyſes per quẽ populus
dei de ſeruitute egyptia liberatus ẽ ſ In q̃ eũ ad deſiderandũ ſui creatoris auxilium
ſic exerceri oportebat ſ Regnantibus mẽoratis regibus fuiſſe a quibuſdam creditur
Promotheus: quem propterea ferunt de luto formaſſe hoies ſ qa optimus ſapientie
doctor fuiſſe perhibetur ſ nec tñ oſtendit q eius tẽporibus fuerit ſapientes ſ Frater
eius Athlas magnus fuiſſe aſtrologus dicit ſ Unde occaſionẽ fabula fuerit: ut eum
celũ portare cõfingeret ſ quãuis mons eius nomie nũcupet: cuius altitudinẽ potius
celi portatio in opinionẽ uulgi ueniſſe uideat ſ Multa quoq; alia ex illis in grecia
tpibus confingi fabuloſa ceperunt ſ ſed uſq; ad Cycropem regem athenienſiũ ſ quo
regnante eadem ciuitas etiã tale nomen accepit ſ & quo regnante deus per Moyſen
perduxit ex egipto populũ ſuũ ſ relati ſunt in deorũ numerũ aliq mortui ceca et
uana conſuetudine ac ſuperſtitione grecorũ ſ In quibus Criaſi regis coniunx me/
lãtomice ſ & Forbas filius eoꝝ q poſt patrẽ rex arguioꝝ ſextus fuit ſ & ſeptimi regis
Triope filius Iaſus ſ & rex nonus Stenelas ſiue Stenelaus ſ uarie q ppe i diuerſis auc/
toribus inuenit ſ His tpibus etiã Mercurius fuiſſe perhibet nepos athlantis ex Vitia
filia eius: quod uulgatiores etiã littere perſonãt ſ multarũ aut artiũ peritus clarruit:
ſ quas & hõibus tradidit quo merito eũ poſt mortẽ deum eſſe uoluerunt ſiue etiam

crediderunt.[Poſterior fuiſſe Herculeſ dicitur: ad ea tñ tpa pertinenſ argiuorum: q̃uiſ nonnulli eum Mercurio preferant tpeſ quoſ falli exiſtimo.ſed quolibet tpe nati ſint: conſtat inter hiſtoricoſ graueſ q hec antiq̃ literiſ mãdauerũt[amboſ hoĩeſ fuiſſe:& ꝙ mortalibuſ ad iſtã uitam cõmodiuſ ducendã beneficia multa cõtulerĩt: honoreſ ab eiſ meruiſſe diuinoſ[Minerua uero lõge hiſ ãtiquior[Nã tpibuſ Ogygii ad locũ q tritoniſ dicit̃ uirginali ferẽ appuiſſe etate: unde et Tritonia nũcupata ẽ multorũ ſane operũ inuentrix[& tãto procliuiuſ dea credita: q̃to minuſ origo eiuſ innotuit[Quod enĩ de capite Iouiſ nata canit̃: poetiſ et fabuliſ nõ hiſtorie rebuſq geſtiſ eſt applicandum[Quãq̃ Ogygiuſ ipſe qñ fuerit: cuiuſ tpibuſ etiam diluuium magnũ factũ eſt[non illud maximũ in quo nulli hoĩeſ euaſerũt niſi qui ĩ arca eẽ potuerunt: ꝙ gentiũ nec greca nec latina nouit hiſtoria[ſed tamẽ maiuſ q̃ poſt ea tpe Deucalioniſ fuit: inter ſcriptoreſ hiſtorie nõ cõuenit[Nã Varro inde exorſuſ ẽ librũ: cuiuſ mentionẽ ſuperiuſ feci[et nihil ſibi ex quo perueniat ad reſ romanaſ proponit antiquiuſ q̃ Ogygii diluuium[hoc eſt Ogygii factũ temporibuſ.[Noſtri autem qui cronicã ſcripſerũt prius Euſebiuſ poſt Hieronimuſ[qui utiq ꝑcedẽteſ aliquoſ hiſtoricoſ in hac opinione ſecuti ſunt[poſt annoſ ampliuſ q̃ trecentoſ iam ſecundo argiuorum Foroneo rege regnante:[Ogygii diluuiũ fuiſſe commẽorat. ſed quolibet tpe fuerit iam tñ Minerua tanq̃ dea colebat[regnãte athenienſibuſ Cycrope[ſub quo rege etiã ipam uel inſtauratam ferũt uel conditam ciuitatem.

Nam ut athene uocarent̃ quod certe nomen a Minerua eſt que grece athena dicit̃[hanc cauſam Varro indicat[Cum appuiſſet illic repente oliue arbor et alio loco aqua erupiſſet: regẽ prodigia iſta mouerunt[Et miſit ad Apollinẽ delphicũ ſciſcitatum: quid intelligendũ eſſet quid ue faciendũ[Ille reſpondit ꝙ olea Minervã ſignaret[unda Neptunũ: et ꝙ eſſet in ciuium poteſtate ex cuiuſ nomĩe potiuſ duoꝝ deorũ quorum ſigna illa eſſent ciuitaſ uocaret̃[Iſto Cycropſ oraculo accepto ciueſ omĩſ utriuſq ſexuſ[moſ enĩ eiſ tũc in eiſdem lociſ erat ut etiam femine publiciſ conſultationibuſ ĩtereſſent[ad ferendum ſuffragiũ conuocauit[Conſulta igit̃ multitudine mareſ ꝑ Neptuno: femine pro Minerua tulere ſententiaſ[Et qa una pluſ inuenta ẽ femĩarũ: Minerua uicit[Tunc Neptunuſ iratuſ marinis fluctibuſ exeſtuãtibuſ terraſ athenienſiũ populatuſ ẽ[q̃m ſpargere latiuſ quolibet aquaſ difficile demonibuſ nõ eſt[Cuiuſ ut iracundia placaret̃: triplici ſupplicio dicit idem auctor ab athenienſibuſ affectaſ eẽ mulireſ[ut nulla ulteriuſ ferrent ſuffragia[ut nulluſ naſcentiũ maternũ nomẽ acciperet[ut ne quiſ eaſ athenaſ uocaret[Ita illa ciuitaſ mater ac nutrix liberaliũ doctrinaꝝ[& tot tantoꝝq philoſophoꝝ q̃ nihil habuit grecia clariuſ atq nobiliuſ: ludificãtibuſ demonibuſ de lite deorum ſuorum mariſ & femĩe[& de uictoria ꝑ feminaſ[femine athenaſ nomẽ accepit[Et a uicto leſa ipam uictriciſ uictoriã puñire cõpulſa ẽ[pluſ aq̃ſ Neptuni q̃ Minerue arma formidãſ[Nã ĩ mulieribuſ que ſic punite ſũt et Minerua que uicerat uicta ẽ[Nec affuit ſuffragatricibuſ ſuiſ: ut ſuffragiorum deinceps ꝑdita ꝑtãte & alienatiſ filiiſ a nõibuſ matrũ: atheneaſ ſaltẽ uocari liceret[& eiuſ dee mereri uocabolũ quã uiri dei uictricem fecerãt ferẽdo ſuffragium de quo ſatiſ apparet que & quãta hinc dici poſſent: niſi ſermo ad alia ꝑperaret.

At tamen Marcuſ Varro non uult fabuloſiſ aduerſuſ deoſ fidẽ adhibere figmentiſ[ne de maieſtatiſ eorũ dignitate indignũ aliqd ſentiat[Et ideo nec ariopagon ubi cũ athenienſibuſ Pauluſ apoſtoluſ diſputauit[ex quo loco ariopagite

appellati ſunt curialeſ urbiſ eiuſdē: uult inde accepiſſe nomē. q Marſ q grece Areſ dicitur· cū homicidii crimine reuſ fieret: iudicantibuſ duodecim diiſ in eo pago ſex ſententiiſ abſolutuſ eſt: & qa ubi pariſ numeri ſententie fuiſſent: preponi abſolutio damnationi ſolebat. Sed contra iſtā que multo eſt āpliuſ celebrata opinionē aliā quādam de obſcurarū noticia literarū cauſā nōiſ huiuſ conat aſtruere: ne ariopagon athenienſeſ de nōie Martiſ & pagi quaſi Martiſ pagum nominaſſe credātur: iniuriā uidelicet nūminū a qbuſ litigia uel iudicia exiſtimat aliena: nō minuſ hoc quod de Marte dicit falſum eſſe aſſeueranſ q̄ illud quod de tribuſ deabuſ Iunone ſcilicet & Minerua et Venere: que pro malo aureo adipiſcēdo apud iudicē Paridē de pulcritudīſ excellentia certaſſe narrant: & ad placandoſ ludiſ deoſ q delectant ſeu ueriſ ſeu falſiſ iſtiſ criminibuſ ſuiſ: inter theatricoſ plauſuſ cantant atq̧ ſaltant. Hec Varro nō credidit: ne deorū nature ſeu moribuſ credat incongrua: & tñ non fabuloſā ſed hiſtoricam rōem de athenarū uocabolo reddenſ tantam Neptuni et Minerue litē ſuiſ literiſ inſerit: de cuiuſ nōie potiuſ illa ciuitaſ uocaret: ut cum pdigiorū oſtentatione cōtenderent: inter eoſ iudicare nec Apollo conſultuſ auderet: ſed deorum iurgiū finiendū ſicut mēoratarū triū dearū ad Paridem Iupiter: ita & iſte ad hoīeſ mitteret: ubi uiceret Minerua ſuffragiiſ: et pena ſuarū ſuffragatricū uinceretur: que i aduerſariiſ ſuiſ uiriſ obtinere athenaſ potuit: & amicaſ ſuaſ feminaſ atheneaſ habere nō potuit. His tēporibuſ ut Varro ſcripſit regnāte athenienſibuſ Cranao ſucceſſore Cycropiſ: ut autē noſtri Euſebiuſ & Hieronimuſ adhuc eodem Cycrope permanēte: diluuiū fuit qđ appellatū eſt Deucaliōiſ: eo q ipe regnabat i earū terrarū ptibuſ ubi maxīe factum eſt. Quo tempore Moyses popu[lum] dei de egipto eduxerit: et Ihesus Naue ... eidem successit quorum regum etate sit mortuus.

Hoc autē diluuiū nequaq̄ ad egiptū atq̧ ad eiuſ uicinia puenit. Eduxit ergo Moyſeſ ex egipto populū dei nouiſſīo tpe Cycropiſ athenienſiū regiſ: cum apud aſſirioſ regnaret Aſcatadeſ: apud ſichioſ Maratuſ: apud argiuoſ Triopaſ. Educto autē populo in monte ſyna diuinituſ acceptā tradidit legem: quod uetuſ dicit teſtamentū qa promiſſioneſ terrenaſ habet: & per Iheſum xp̄m futurū erat teſtamentū nouū quo regnū celorū promitteret. Hunc eñi ordinē ſeruari oportebat: ſicut in unoquoq̧ hoīe q in deū proficit id agit quod ait apoſtoluſ: ut non ſit priuſ qđ ſpūale ē ſed qđ aīale: poſtea ſpūale: q̄m ſicut dicit et uerum eſt: p̄muſ homo de terra terrenuſ: ſecūduſ homo de celo celeſtiſ. Rexit autē populū Moyſeſ per annoſ quadraginta in deſerto: et mortuuſ eſt annorū centū & uiginti: cū xp̄m etiā ipſe propheraſſet per figuraſ obſeruationū carnaliū in tabernaculo: & ſacerdotio & ſacrificiiſ: aliiſq̧ miſticiſ plurimiſq̧ mādatiſ. Moyſi ſucceſſit Iheſuſ Naue: et in terra pmiſſioniſ introductū populū collocauit ex auctoritate diuīa: debellatiſ gētibuſ a qbuſ eadē loca tenebant: q cum populū rexiſſet poſt mortē Moyſi uiginti et ſeptem annoſ: etiā ipe defunctuſ eſt regnante apud aſſirioſ octauodecīo Amintha: apud ſichioſ ſextodecimo Corace: apud argiuoſ decimo Danao: apud athenienſeſ quarto Erictonio. De sacris falsorum deorum q[ue] reges grecie illis temporibus constituerunt ... israel de egipto usq̧ ad obitum Iesu Naue dinumerantur

Poſt hec tpa id eſt ab exitu iſrael ex egipto uſq̧ ad mortem Iheſu Naue: per quē populuſ idem terrā repromiſſioniſ accepit: ſacra ſunt inſtituta diiſ falſiſ a regibuſ grecie: que mēoriā diluuii & ab eo liberationiſ hoīm uiteq̧ tunc erūnoſe: modo ad alta: modo ad plana migrantium: ſolēni celebritate reuocarūt. Nam et lupercorū per ſacram uiā aſcenſū atq̧ deſcenſū ſic interpretant: ut ab eiſ ſignifican·

dicant hoīeſq propter aque inundationē ſumma montiū peruenerūt: & rurſuſ eadē reſidente ad ima redierūt. Hiſ tēpibuſ Dioniſium q etiā liber pater dictuſ ē: & poſt mortē deuſ habituſ: uitē oſtendiſſe ferunt ī actica terra hoſpiti ſuo. Tunc Apollini Delphico inſtituti ſunt ludi muſici: ut placaretur ira eiuſ qua putabāt afflictaſ eē ſterilitate grecę regioneſ: q a nō defenderūt templū eiuſ qđ rex Danauſ cum eaſdē terraſ bello īuaſiſſet incēdit. Hoſ autē ludoſ ut inſtituerent oraculo ſūt eiuſ admoniti. In actica uero rex Erictoniuſ ei ludoſ primuſ inſtituit: nec ei tantum ſed etiā Mineruę: ubi premiū uictoribuſ oleū ponebat: q eiuſ fructuſ inuentricē Mineruā ſicut uini Liberum tradunt. Per eoſ ānoſ a rege Xanto cretenſiū: cuiuſ apud alioſ aliud nomen inuenimuſ: rapta phibet̄ europa: & īde geniti Radamātuſ Sarpedon & Minoſ: quoſ magiſ ex eadē muliere filioſ Iouiſ eſſe uulgatū eſt. Sed taliū deoꝝ cultoreſ illud qđ de rege cretenſiū diximuſ hiſtorice ueritati: hoc autē qđ de Ioue poete cantant: theatra cōcrepant: populi celebrant: uanitati deputant fabularū: ſut eſſet unde ludi fierent placandiſ numinibuſ etiam falſiſ eoꝝ criminibuſ. Hiſ tēpibuſ Herculeſ in tyria habebatur clāruſ. Sed nimirū aliuſ non ille de quo ſupra locuti ſumuſ. Secretiore quippe hiſtoria plureſ fuiſſe dicūtur & Liberi patreſ & Herculeſ. Hunc ſane Herculē cuiuſ ingentia duodecī facta numerant: inter que Antey aſri necem non cōmemorant: q ea reſ ad alterū Herculē pertinet: in oeta monte a ſeipſo incenſū produnt ſuiſ litteriſ: cū ea uirtute qua monſtra ſubegerat: morbū tā quo lāguebat ſuſtinere non poſſet. Illo tempore uel rex uel potiuſ tirānuſ Buſiriſ ſuiſ diiſ ſuoſ hoſpiteſ immolabat: quem filium perhibent fuiſſe Neptuni ex matre Libia filia Epaphi. Verū non credatur hoc ſtuprū perpetraſſe Neptunuſ: ne dii accuſent: ſed poetiſ & theatriſ tribuant̄ iſta: ut ſit unde placentur. Ericthonii regiſ athenienſiū: cuiuſ nouiſſimiſ ānīſ Ieſuſ Naue mortuuſ reperit̄: Vulcanuſ & Minerua parenteſ fuiſſe dicunt̄. Sed qm̄ Mineruā uirginē nolūt ī amborū cōtentōe Vulcanū cōmotū effudiſſe aiunt ſemen in terrā: atq: inde hoīe nato ob eā cauſam tale inditū nomē. Greca enī lingua erix cōtentio et thon terra ē. ex qbuſ duobuſ cōpoſitum uocabolū ē Ericthoniuſ. Verū qđ fatendum eſt refellunt & a ſuiſ diiſ repellunt iſta doctioreſ: q hanc opinionem fabuloſam hinc exortā ferunt: quia in templo Vulcani & Mineruę q ambo unū habebant athenienſeſ expoſituſ inuentuſ ē puer dracone inuolutuſ: q eū ſignificauit magnū futurū: et propter hoc cōe teplū cum eſſent parenteſ eiuſ ignoti: Vulcani et Mineruę dictum eſſe filiū. Nōiſ tā eiuſ originē fabula illa potiuſ q̄ iſta deſignat hiſtoria. Sed quid ad noſ hoc cum iſti in ueracibuſ libriſ hoīeſ inſtruant religioſoſ: illud in fallacibuſ ludiſ demoneſ delectet impuroſ? Quoſ tā illi religioſi tanq̄ deoſ colūt: & cum de illiſ hec negant ab omni eoſ crimine purgare nō poſſunt: qm̄ ludoſ eiſ poſcentibuſ exhibent ubi turpiter aguntur: que uelut ſapienter negant: & hiſ falſiſ ac turpibuſ dii placant̄. ubi etiam ſi fabula cātat tā hoīm crimē q̄ numinū falſū: delectari tā falſo crimīe crimē ē uerū.

P Oſt mortē Ieſu Naue populuſ dei iudiceſ habuit: q̄bus tēpibuſ alternauerūt apud eoſ & humilitateſ laborū p eoꝝ peccatiſ: & proſperitateſ cōſolationum ppter miſeratione dei. Hiſ tēpibuſ fabule facte ſūt de Triptolemo q iubēte Cerere anguibuſ portatuſ alitibuſ indigentibuſ terriſ frumēta uolando cōtulerit. De minotauro q beſtia fuerit īcluſa laberintho: quo cū īntraſſēt hoīeſ īextricabili errore īde exire nō poterāt. De cētauriſ q equoꝝ hoīmq: natura fuerit cōiuncta. De cerbero q ſit triceps īferoꝝ cāiſ. De Frixo & Helle euſ ſorore q uecti ariete uolauerūt.

De Gorgone q̄ fuerit crinita ſerpentibuſ: & aſpicienteſ conuertebat in lapideſ. De Bellorofonte q̄ equo pennis uolante ſit uectuſ. qui equuſ Pegaſuſ dictuſ eſt. De Amphione q̄ cithare ſua uitate lapideſ mulſerit & attraxerit. De fabro Dedalo et eiuſ filio Icaro q̄ ſibi coaptatiſ pennis uolauerint. de edippo: q̄ monſtrū quoddā quod ſpiga dicebat huāna facie q̄drupeſ ſoluta: que ab illa ꝓpōi ſolebat uelut inſolubili queſtione ſuo precipitio perire cōpulerit. De Antheo quē necauit Hercules q̄ filiuſ terre fuerit: ꝓpter qđ cadenſ i terrā fortior ſoleret aſſurgere. Et ſi qua forte alia pretermiſi. He fabule ad bellū uſq; troianū ubi ſecundum librū Marcuſ Varro de populi romani gēte finit ex occaſione hiſtoriarū que reſ ueraciter geſtaſ cōtinent: ita ſūt ingeniis hoīm fictę ut nō ſint opprobriis numinū affixe. Porro aūt quicūq; finxerunt a Ioue ad ſtuprū raptū pulcerrimū puerum Ganimedē: qđ nephaſ rex Tātaluſ fecit: & Ioui fabula tribuit. Vel Danaeſ ꝑ imbrē aureū appetiſſe cōcubitū: ubi intelligit pudicicia mulieriſ auro fuiſſe corruptā: que illiſ temporibuſ uel facta uel ficta ſunt: aut facta ab aliiſ & ficta de Ioue: dici non poteſt quantum mali de hoīm preſumſerūt cordibuſ: q̄ poſſent iſta patienter ferre mendacia: que tn̄ etiam libenter amplexi ſunt. Qui utiq; quāto deuotiuſ Iouem colunt: tanto eoſ q̄ hec de illo dicere auſi ſunt ſeueriuſ punire debuerunt. Nunc uero nō ſolū eiſ q̄ iſta finxerunt irati nō ſunt: ſed niſi talia figmenta etiā in theatriſ agerent: ipſoſ deoſ potiuſ iratoſ habere timuerunt. Hiſ tēporibuſ Latona Apollinē peperit: non illum cuiuſ oracula ſolere conſuli ſuperiuſ loquebamur: ſed illū quē cum Hercule ferūt Ameneti regiſ armēta paiuiſſe. Qui tn̄ ſic ē deuſ creditus: ut plurimi ac pene omneſ unum eundēq; Apollinē fuiſſe opinentē. Tunc & Liber pater bellauit in india: q̄ multaſ habuit i exercitu feminaſ que bache appellate ſūt: non tā uirtute nobileſ q̄ furore. Aliqui ſane & uictū ſcribūt iſtū Liberum & uinctū nōnulli & occiſū in pugna a Perſeo: nec ubi fuerit ſepultuſ tacent. Et tamē eiuſ uelut dei nomine per īmundoſ demoneſ bachanalia ſacra: uel potiuſ ſacrilegia ſunt inſtituta. De quorum rabioſa turpitudine poſt tam multoſ annoſ ſic ſenatuſ erubuit: ut in urbe romana eſſe ꝓhiberet. Per ea tempora Perſeuſ et uxor eiuſ Andromeda poſteaq̄ ſunt mortui: ſic eoſ in celum eſſe receptoſ crediderūt: ut imagineſ eorum ſtelliſ deſignare: eorumq; appellare nōibuſ non erubeſcerent nec timerent. *de theologis poetis*

PEr idem tēporiſ interuallū extiterūt poete q̄ etiā theologi dicerent: q̄m de diiſ carmia faciebāt: ſed talibuſ diiſ q̄ licet magni hoīeſ tamen hoīeſ fuerunt: aut mūdi huiuſ quē uerus deuſ fecit elemēta: Sunt autē i pricipatibuſ & poteſtatibuſ pro uoluntate creatoriſ & non ſuiſ meritiſ ordinati. & ſi quid de uno uero deo inter multa uana & falſa cecinerūt: colendo cū illo alioſ q̄ dii non ſunt: eiſq; exhibendo famulatum qui uni tantū debetur deo: non ei utiq; rite ſeruierunt: nec a fabuloſo deorū ſuorum dedecore etiā ipſi ſe abſtinere potuerūt. Ex quorum numero fuiſſe ꝓhibent Orpheuſ: Muſeuſ: Linuſ. Verū iſti theologi deoſ coluerūt: nō ꝓ diiſ culti ſūt: q̄uiſ Orpheū neſcio quomō infernis ſacriſ uel potiuſ ſacrilegiiſ preficere ſoleat ciuitaſ impiorū. Vxor aūt regiſ Adamātiſ que uocabat Yno: & eiuſ filiuſ Melicerteſ ꝑ puteo ſpōtaneo i mari perierūt: & opinione hominū in deoſ relati ſūt: ſicut & alii hoīeſ eorū tēporū inter quoſ fuerūt Caſtor et Pollux. Illam ſane Melicertiſ matrem Leucotheam greci: maturā latini uocauerūt: utriq; tn̄ putanteſ deam. *... regni Argiuorum quo tpore apud laurentum picus Saturni filius regnū patris primus accepit.*

PEr ea tēpora regnum finitū eſt argiuorū: tranſlatum ad micenaſ unde fuit Agamenon: & exortū eſt regnū laurentium ubi Saturni filiuſ picuſ regnum

primus accepit: iudicante apud hebreos feĩa Delbora: ſed p illã dei ſpiritus id agebat: nã & pphetiſſa erat. Cuius pphetia minus apta ẽ: quã ut poſſimus eã ſine diuturna expoſitione de xp̃o demõſtrare prolatã. Iã ergo regnabãt laurentes utiq; i italia: Ex quibus euidẽtior ducit̃ origo romana poſt grecos: & tñ adhuc regnũ aſſiriorũ permanebat: ubi erat rex uiceſimus & tertius Lampares: cũ primus laurentũ Picus eſſe cepiſſet. De huius pici patre Saturno uiderĩt quid ſentiant taliũ deorũ cultores: q eũ negãt hoĩem fuiſſe. de quo & alii ſcripſerũt: q ante Picũ filiũ ſuũ in italia ipſe regnauerit: & Virgilius notioribus litteris dicit. Is genus indocile & diſperſũ mõtibus altis. Compoſuit legeſq; dedit: latiũq; uocare maluit. His qm̃ latuiſſet tutus i oris. Aurea que perhibẽt illo ſub rege fuere ſecula. Sed hec poetica opinent̃ eẽ figmẽta: & Pici patrem Sterten potius fuiſſe aſſeuerent: a quo peritiſſio agricola inuentum ferũt ut fimo aĩaliũ agri fecũdarent: qđ ab eius nõie ſtercus dictũ eſt: unde & hũc qdã ſtercutiũ uocatũ ferũt. Qualibet aũt ex cauſa eũ Saturnũ appellare uoluerĩt: certũ eſt tñ hũc fuiſſe Sterten ſiue Stercutiũ quẽ merito agriculture fecerũt deũ. Picũ quoq; ſimiliter eius filiũ in taliũ deorũ numerũ receperũt: quẽ pclarũ augurẽ & belligeratorẽ fuiſſe aſſerũt. Picus Faunũ genuit: laurentũ regẽ ſecũdũ. etiã iſte deus illis ſiue eſt uel fuit.

ca. xvi.

Nos ante troianũ bellũ diuinos honores mortuis hoĩbus detulerũt. Troia uero euerſa et excidio illo uſquequaq; cantato pueriſq; notiſſimo: qđ & magnitudine ſui & ſcriptorũ excellẽtibus linguis inſigniter diffamatũ atq; uulgatũ eſt. geſtũq; regnãte iã Latino Fauni filio: ex quo latinorũ regnũ dici cepit: laurentumq; dici ceſſauit. Greci uictores deletã troiã derelinquẽtes: & ad propria remeantes: diuerſis & horrendis cladibus dilacerati atq; cõtriti ſũt: & tñ etiã ex eis deorũ ſuorũ numerũ auxerũt. Nã & Diomedẽ fecerũt deũ: quem pena diuinitus irrogata perhibent ad ſuos non reuertiſſe: eiuſq; ſocios in uolucres fuiſſe conuerſos: nõ fabuloſo poeticoq; mendacio ſed hiſtorica atteſtatione confirmant: quibus nec deus ut putant factus hũanã reuocare naturã: uel ipſe potuit: uel certe a Ioue ſuo rege tanq̃ celicola nouicius impetrauit. Quin etiã tẽplum eius eſſe aiunt in inſula deomedea: nõ longe a monte gargano qui ẽ in apulia: et hoc templum circũuolare atq; incolere alites tã mirabili obſequio: ut roſtrũ aqua impleant & aſpergant: & eo ſi greci uenerint uel grecorum ſtirpe progeniti: non ſolum quietas eſſe uerũ & ſuper adulare: ſi autem alienigenas uiderint ſubuolare: & capita eorũ tanq̃ grauibus ictibus ut etiã pimãt uulnerare. Nã duris & grandibus roſtris ſatis ad hec prelia perhibentur armate.

ca. xvii.

Hoc Varro ut aſtruat cõmemorat alia nõ minus incredibilia: de maga illa famoſiſſima Circe que ſocios quoq; Vlixis in beſtias mutauit: & de archadibus q ſorte ducti tranſnatabãt qđdam ſtagnũ: atq; ibi conuertebant̃ in lupos: & cũ ſimilibus feris p illius regionis deſerta uiuebãt. Si uero carne nõ ueſcerent̃ hũana: rurſus poſt nouẽ annos eodẽ renatato ſtagno reformabant̃ in hoĩes. Deniq; etiã noĩatim expreſſit quendã hoĩem cũ guſtaſſet de ſacrificio qđ Archades immolato puero deo ſuo Lyceo facere ſolent: in lupũ fuiſſe mutatũ: & ãno decio in figurã propriã reſtitutũ: pugilatũ ſeſe exercuiſſe & Olimpiaco uiciſſe certamine. Nec idem propter aliud arbitrat̃ hiſtoricus i archadia tale nomẽ affictũ Panlyceo & Ioui lyceo: niſi propter hãc in lupos hoĩm mutationẽ: q ea niſi ui diuina fieri nõ putaret. Lupus enĩ grece lycos dicit̃: unde Lycei nomẽ apparet inflexũ. Romanos etiã lupercos ex illorũ miſteriorũ ueluti ſemĩe dicit exortos. Sed de iſta tanta ludificatõe demonũ nos quid

dicamuſ; qa hec legēt fortaſſiſ & exſpectāt qd xpiani agere debeāt: qñ inter idola gentiū miracula fieri aſſerunt? Et qd dicemuſ niſi de medio babiloniſ eē fugiēdū? Quod pceptū ppheticū ita ſpūaliter intelligit̄ ut de huiuſ ſeculi ciuitate que pro/fecto & āgeloꝝ & hoim ſocietaſ impioꝝ ē: fidei paſſibuſ que per dilectionē operat̄ in deū uiuū pficiendo fugiamuſ. Quāto qppe ſ hec ima poteſtatē demonū maiorē uidemuſ tanto tenatiuſ mediatori ē inherendū: p quē de imiſ ad ſūma cōcēdimuſ. Sin. dixerimuſ ea nō eē credēda: nō deſunt etiā nunc q eiuſmōi quedā uel certiſſīa audiſſe uel etiā expertoſ ſe eē aſſeuerēt. Nā & noſ cū eſſemuſ in italia: audiebamuſ talia de qdā regiōe illaꝝ partiū: ubi ſtabulariaſ mulereſ imbutaſ hiſ maliſ artibuſ: in caſeo dare ſolere dicebant quibuſ uellēt ſeu poſſent uiatoribuſ: unde in iumenta illico uerterentur & neceſſaria queq; portarent: poſt que perfūcta opera iterum ad ſe redirent: nec tamē in eiſ mentem fieri beſtialem ſed rationalē hūanamq; ſeruari: ſicut Apuleiuſ in libriſ quoſ aſini aurei titulo inſcripſit ſibi ipſi accidiſſe: ut accepto ueneno humano animo permanente aſinuſ fieret: aut indicauit aut finxit.

HEc aūt falſa ſūt aūt tā inuſitata: ut merito nō credant̄. Firmiſſīe tñ credēdū ē oīpotentē deū oīa poſſe facere que uoluerit: ſiue iudicando ſiue preſtando: nec demoneſ aliqd opari ſcdm̄ nature ſue potentiā: qa & ipſa angelica creatura eſt licet proprio ſit uicio maligna: niſi qđ ille pmiſerit cuiuſ iudicia occulta ſūt multa: iniuſta nulla. Nec ſane demoneſ naturaſ creāt: ſi aliqd tale faciūt de qualibuſ factiſ iſta uertit̄ queſtio: ſed ſpecietenuſ que a uero deo ſūt creata cōmutant: ut uideant̄ eē qđ non ſūt. Nō itaq; ſolū animū: ſed nec corpuſ qdē ulla rōe crediderī demonū arte uel poteſtate ī membra uel liniamenta beſtialia ueraciter poſſe cōuerti: ſed fā/taſticū hoīſ quod etiā cogitādo ſiue ſōniando p rerū īnumerabiliū genera uariat̄: & cū corpuſ nō ſit corporū tñ ſimileſ mira celeritate formaſ capit: ſopitiſ aut oppſ/ſiſ corporeiſ hoīſ ſenſibuſ: ad aliorū ſenſuū neſcio quo ineffabili mō figura corpea poſſe pducī: ſic ita ut corpora ipa hoim alicubi iaceāt: uiuētia qdē ſed multo grauiuſ atq; uehemētiuſ q̄m ſomno ſuiſ ſenſibuſ obſeratiſ. Fantaſticum autem illud ueluti corporatū in alicuiuſ aīaliſ effigie apparet ſenſibuſ alieniſ: taliſq; etiā ſibi homo eē uidet̄ ſicut taliſ ſibi uideri poſſet in ſomniſ & portare onera: que onera ſi uera ſunt corpa portant̄ a demonibuſ ut illudat̄ hominibuſ: ptim uera onerū corpa partim iumētorū falſa cernētibuſ. Nā quidā nōīe Preſtantiuſ: patri ſuo cōtigiſſe īdicabat: ut uenenū illud p caſeū in domo ſua ſumeret: & iaceret ī lecto ſuo quaſi dormienſ: q tñ nullo mō poterat excitari. Poſt aliquot autē dieſ eū uelut euigilaſſe dicebat: & q̄ſi ſōnia narraſſe que paſſuſ ē: caballū ſe ſcilicet factū annonā inter alia iumēta baiulaſſe militibuſ que dicitur retia: qm̄ ad retiaſ deportauit. Quod ita ut narrauit factū fuiſſe compertū eſt: que tñ ei ſua ſōnia uidebant̄. Indicauit & aliud ſe domui ſue p noctē anteq̄ requieſceret uidiſſe uenientē ad ſe quēdā philoſophū ſibi notiſſi/mū: ſibiq; expoſuiſſe quedā platonica que antea rogatuſ exponere noluiſſet. Et cū ab eodē philoſopho queſitum fuiſſet cur in domo eiuſ fecerit quod in domo ſua petēti negauerat: nō feci inqt ſed me feciſſe ſomniaui. Ac per hoc alteri p imaginē fātaſticā exhibitū eſt uigilāti: quod alter uidit ī ſomniſ. Hec ad noſ nō qbuſcūq; qualibuſ credere putaremuſ īdignū: ſed eiſ referentibuſ puenerunt: quoſ nobiſ non exiſtimaremuſ fuiſſe mētitoſ. Proinde ꝙ hoīeſ dicunt̄ mādatūq; eſt literiſ diiſ uel potiuſ demonibuſ archadeſ in lupoſ ſolere conuerti: & ꝙ carminibuſ Circe ſocioſ mutauit Vlixiſ: ſcdm̄ iſtū modū mihi uidet̄ fieri potuiſſe qđ dixi: ſi tñ factum eſt.

Deomedeaſ aūt uolucreſ qñdem genuſ earū p ſucceſſionē ꝓpaginiſ durare ꝓhibet nō mutatiſ hōībuſ factaſ: ſed ſubtractiſ credo fuiſſe ſuppoſitaſ: ſicut ceruа p Yfige/nia regiſ Agamēnoniſ filia. Neq; enī demonibuſ iudicio dei ꝑmiſſiſ huiuſmōi ꝑſtigia difficilia eſſe poſſunt. ſed q̄a illa uirgo poſtea uiua repta ē: ſuppoſitā ꝓ illa ceruā eſſe facile cognitū eſt. Socii uero Dyomediſ quia nuſq̄ ſubito comparuerunt: & poſtea nullo loco apparuerūt: perdētibuſ eoſ ultoribuſ angeliſ maliſ: & ꝓ eiſ aueſ occulte ex aliiſ locīſ ubi eſt hoc genuſ auiū ad ea loca perducte ſunt: ac repente ſuppoſite ideo creduntē eſſe conuerſi. Quod aūt Diomediſ ī teplū aquā roſtriſ afferūt & aſpergūt: & q̄ blandiunē grecigeniſ atq; alienigenaſ ꝑſequunē: mirandū non ē fieri demonū īſtinctu: quorū intereſt id eſt ad quoſ perſuadere pertinet deū factū eē Diomedē: ad decipiendoſ homineſ ut falſoſ deoſ cum ueri dei iniuria multoſ colant: & hōībuſ mortuiſ q nec cū uiuerent uere uixerūt: teplíſ: altaribuſ: ſacrificiíſ: ſacerdotibuſq; que omnia cum recta ſunt non niſi uni deo uiuo & uero debentur inſeruiant.

Eneas in italiā uenerit ... Abdon ... iudex ... Ebreis.

a. xix.

EO tpe poſt captā troiā atq; deletā: Eneaſ cū uiginti nauibuſ q̄buſ portabāt relīqe troianorū in italiā uenit: regnāte ibi Latino: & apud athenienſeſ Me/neſteo: apud ſichimoſ Poliufide: apud aſſirioſ Antane. Apud hebreoſ autem iudex Abdon fuit. Mortuo autē Latino regnauit Eneaſ tribuſ ānīſ eiſdē in ſupradictiſ locīſ manētibuſ regibuſ: niſi q̄ ſichimorum iam Pelaſguſ erat: & hebreorum iudex Samſon. Qui cū mirabiliter fortiſ eēt putatuſ ē Herculeſ. Sed & Eneā qm̄ quādo mortuuſ ē non cōparuit: deū ſibi fecerūt latini. Sabini etiā regē ſuū ꝑmū Xantū ſiue ut aliq appellant Xantiū: retulerūt in deoſ. Per idē tēpuſ Codruſ rex atheni/enſiū peloponenſibuſ eiuſdem hoſtibuſ ciuitatiſ ſe interficiendum ignotuſ obiecit: et factū ē. hoc mō eū predicāt patriā liberaſſe. Reſponſū enī acceperāt peloponēſeſ tunc demū ſe ſuperaturoſ: ſi eorum regem nō occidiſſent. Fefellit ergo eoſ habitu pauperiſ apparēdo: & ī ſuā necē per iurgia ꝓuocādo. Vnde ait uirgiliuſ: Et iurgia Codri. Hunc athenienſeſ tanq̄ deū ſacrificiorū honore coluerūt. Quarto latiorū rege Siluio Enee filio non de creuſa de qua fuit Aſcaniuſ q tertiuſ ibi regnauit: ſed de Lauia Latini filia quē poſtumū Eneaſ dicitē habuiſſe. aſſirioꝝ aūt uiceſimo & nono Eneo & Melanto athenienſiū ſexto decimo. Iudice autem hebreorum Hely ſacerdote: regnū ſichimorū conſumptū ē: q̄d per ānoſ nōgentoſ q̄nq̄ginta & nouē traditē fuiſſe porrectū. *De ſucceſſione ordinis regni apud iſraelitas poſt iudices.*

Ca. xx.

MOx eiſdē per longa tpa mēorata regnātibuſ: iſraelitarū regnū finito tēpore iudicū a Saule rege ſūpſit exordiū: quo tpe fuit ꝓpheta Samuel. Ab illo igitē tpe hi regeſ latiorū eē ceperūt quoſ cognoīabāt ſiluioſ: ab eo q filiuſ Enee ꝑmuſ dictuſ eſt Siluiuſ: ceteriſ ſubſecutiſ & ꝓpria nomina imponebant: & hoc non defuit cognomentū: ſicut longe poſtea ceſareſ cognoīati ſunt q ſucceſſerūt Ceſari Iulio. Reprobato autē Saule ne quiſq̄ ex eiuſ ſtirpe regnaret eoq; defūcto Dauid ſuc/ceſſit ī regnū poſt ānoſ a Saulíſ imperio q̄draginta. Tūc athenienſeſ habere deīde regeſ poſt Codri interitū deſtiterūt: & magiſtratuſ habere ceperunt adminiſtrāde reipublice. Poſt Dauid qui etiam ipē. lx. regnauit annoſ: filiuſ eiuſ Salamon rex iſraelitaꝝ fuit: q illud nobiliſſimū dei hieroſolomitanū tēplū condidit. Cuiuſ tpe apud latinoſ cōdita ē alba: ex q̄ deīcepſ nō latinoꝝ: ſed albanoꝝ regeſ appellari in eodē tn̄ Latio ceperūt. Salamoni aūt ſucceſſit filiuſ eiuſ Raboam: ſub quo in duo regna populuſ ille diuiſuſ ē: & ſigule parteſ ſuoſ ſingulos regeſ habere ceperunt.

regibus Lati qui primus Eneas & duodecimus Auentinus ...

LAtium poſt Eneã quẽ deũ fecerãt undeci regeſ habuit: quoꝝ nullus factuſ ẽ deuſ. Auentinuſ aũt q duodeci loco Eneã ſequit͛ ſcũ cẽt proſtratuſ ĩ bello ſepultuſ & in eo monte q etiã nũc eiuſ noĩe nũcupat͛ deorũ taliũ q̃leſ ſibi faciebãt numero ẽ addituſ. Alii ſane uoluerũt eũ in prelio ſcribere occiſũ ſed non cõparuiſſe dixerũt: nec ex eiuſ uocabulo appellatũ mõtẽ: ſe ab aduẽtu auiũ dictũ aduẽtinũ. Poſt hũc nõ eſt deuſ factuſ in latio niſi Romuluſ cõditor rome. Inter iſtũ autem & illũ reperiunt͛ regeſ duo. quoꝝ primuſ ẽ ut Virgiliano eũ uerſu eloquar. Proximuſ ille procaſ troiane gloria gentiſ. Cuiuſ tpe qa iã quodammõ roma pturiebat: illud oĩum regnorũ maximũ aſſiriorum finẽ tãte diuturnitatiſ accepit. Ad medoſ qppe tranſlatũ eſt: poſt annoſ ferme mille trecentoſ qnq͛ ſut etiã Beli qui Ninum genuit: & illic paruo cõtentuſ imperio primuſ rex fuit ſcpa cõputent͛. Procaſ autẽ regnauit ante Amuliũ. Porro Amuliuſ fratriſ ſui Numitoriſ filiã Rẽã nõie: que etiã Ilia uocabat͛: Romuli matrẽ ueſtalẽ uirginẽ fecerat quam uolunt de Marte geminoſ cõcepiſſe: iſto modo ſtuprum eiuſ honorãteſ uel excuſanteſ: & adhibenteſ argumentũ q infãteſ expoſitoſ lupa nutrierit. Hoc enim genuſ beſtie ad Martem exiſtimãt ptinere: ut uidelicet ideo lupa credat͛ admouiſſe ubera puuliſ: qa filioſ dñi ſui Martiſ agnouit. Quãuiſ nõ deſint q dicant cũ expoſiti uagienteſ iacerent a neſcio qua meretrice pmũ fuiſſe collectoſ & pmaſ eiuſ ſuxiſſe mamillaſ. Meretriceſ aũt lupaſ uocabant unde etiã nunc turpia loca earũ lupanaria nũcupant͛. Et eoſ poſtea ad Fauſtulũ perueniſſe paſtorẽ atq͛ ab eiuſ Bacca uxore nutritoſ. Quãq͛ ſi ad arguendũ hominem regẽ q eoſ in aquã proiici crudeliter iuſſerat eiſ infãtibuſ per quoſ tanta ciuitaſ condenda fuerat de aqua diuinituſ liberatiſ per lactantem feram deuſ uoluit ſubuenire quid miꝝ eſt. Amulio ſucceſſit in regnũ latiale frater eiuſ Numitor auuſ Romuli. Cuiuſ Numitoriſ primo anno condita eſt roma: ac p hoc cum ſuo deinceps id ẽ Romulo nepote regnauit.

Q(uod) et eo t(em)p(or)e roma ſit condita q(uo) regnu(m) [illegible] aſſirioru(m) interciderit q(uo) Ezechias regnavit in Iudea:

NAm altiſſima tũc cõdita eſt ciuitaſ roma ueluti altera babilon et uelut prioriſ filia babiloniſ per quã deo placuit orbẽ debellare terrarũ & in unã ſocietatẽ rei publice legumq͛ perductũ longe lateq͛ pacare. Erant enim iam populi ualidi & forteſ & armiſ genteſ exercitate que nõ facile cederent & q̃ opuſ eſſet ingẽtibuſ periculiſ & uaſtatione utriq͛ non parua atq͛ horrendo labore ſuperare. Nã quãdo regnum aſſiriorũ totã pene aſiam ſubiugauit: licet bellando ſit factum: non tamẽ multũ aſperiſ & difficilibuſ belliſ fieri potuit quia rudeſ adhuc ad reſiſtendũ gẽteſ erant: nec tam multe uel magne. Si quidem poſt illud maximum atq͛ uniuerſale diluuium: cum in arca Noe octo ſoli homineſ euaſerunt anni non multo ampliuſ q̃ mille tranſierant quãdo Ninuſ aſiam totam excepta india ſubiugauit. Roma uero tot genteſ orientiſ & occidentiſ quaſ imperio romano ſubditaſ cernimuſ non ea celeritate ac facilitate perdomuit quoniã paulatim increſcendo robuſtaſ eaſ & bellicoſaſ quaquauerſum dilatabatur inuenit. Tempore igitur quo roma condita eſt populuſ iſrael habebat in terra promiſſioniſ annoſ ſeptingentoſ decem & octo. Ex quibuſ uigintiſeptem pertinent ad Ieſũ Naue. deinde ad tempuſ iudicum trecenti uigintinouem. Ex quo aũt regeſ ibi eſſe ceperant ãni erant trecentiſex aginta duo: & rex tunc erat in iuda cuiuſ nomen erat Achaz uel ſicut alii putant q ei ſucceſſit Ezechiaſ: quẽ cõſtat optimũ & piiſſimũ regem Romuli regnaſſe temporibuſ. In ea uero hiſ tpibuſ hebraici populi pte que appellabat͛ iſrael: regnare cepat Oſee.

De Sibilla Erithrea q(ue) inter alias ſibillas cognoſcitur de Chr(ist)o euidentia multa cecinisse

EOdē tpe nōnulli Sibillā erithreā uaticinatā ferunt. Sibillas autē Varro ꝑdit
plureſ fuiſſe nō unā. Hec ſane erithrea Sibilla quedā de xp̄o manifeſta cō/
ſcripſit. que etiā nos prius ī latina līgua uerſibus male latinis & nō ſtātibus legimus
ꝑ neſcio cuius interpretis īperitiā ſicut poſt cognouimus. Nā uir clariſſimus Flac/
cianus q etiā proconſul fuit: homo facillime facundie multeq; doctrine: cū de xp̄o
loqueremur grecū nobis codicē ꝓtulit carmina eſſe dicens Sibille erithree: ubi oſ̄dit
quodā loco ī capitibus uerſuū ordinē literarum ita ſe habentem ut hec in eo uerba
legerent iheſus: chriſtus: theos: yos: ſother. Quod ē latie Iheſus xp̄us dei filius ſalua/
tor. Hi aūt uerſus quoꝝ p̄me litere iſtū ſenſū quē diximus reddunt ſicut eos qdam
latinus extantibus uerſibus ē interpretatus hec cōtinent. Iudicii ſignū: tellus ſudore
madeſcet. E celo rex adueniet per ſecula futurus. Scilicet in carnem p̄ſens ut iudicet
orbē. Vnde deū cernent: incredulus atq; fidelis. Celſū cū ſanctis: eui iam termino in
ipſo. Sic aīe cū carne aderūt: quas iudicet ipſe. Cum iacet incultus: denſis in uepribus
orbis. Reiciēt ſimulacra uiri: cūctā quoq; gazā. Exuret terras ignis pōtūq; polūq;.
Inquirens tetri portos effringet auerni. Sanctorū ſed enī cuncte lux libera carni.
tradent ſontes eterna flāma cremabit. Occultos actus retegens: tunc qſq; loquetur.
Secreta: atq; deus reſerabit pectora luci. Tūc erit & luctus: ſtridebūt dētibus oīs.
Eripitur ſolis iubar: & chorus interit aſtris. Soluetur celū: lunaris ſplendor obibit.
Deiciet colles: ualles extollet ab imo. Non erit in rebus hoīm: ſublime uel altū. Iā
equant campis montes: et cerula pōti. Oīa ceſſabūt: tellus confractā peribit. Sic
pariter fontes torrenē. Fluīaq; igni. Et tuba tunc ſonitum triſtē: dimittet ab alto.
Orbe gemens facinus miſerū uarioſq; labores. Tartareumq; chaos mōſtrabit terra
dehiſcens. Et corā hic dn̄o: reges ſiſtent ad imum. Recidet e celo: ignisq; & ſulfuris
amnis. In his latinis uerſibus de greco utcūq; tranſlatis: ibi nō potuit ille ſenſus oc/
currere q fit cū litere que ſūt in eorū capitibus connectuntur: ubi .y. litera in greco
poſita ē: qa nō potuerunt latia uerba īueniri que ab eadē litera īciperēt & ſētentie
conuenirent. Hi autē ſunt uerſus tres. Quintus & octauus decimus & nonus decimus
deinde literas que ſūt in capitibus oīum uerſuū cōnectētes: hoꝝ triū que ſcripte ſūt
nō legamus ſed ꝑ eis .y. literā tanq̄ ī eiſdē locis ipa ſit poſita recordemur & exp̄mit
in quinq; uerbis Iheſus xp̄us dei filius ſaluator. Sed cū grece hoc dicit non latine.
Et ſunt uerſus uiginti & ſeptē q numerus q̄dratum ternariū ſolidū reddit. Tria enī
ter ducta fiunt nouē: & ipſa nouē ſi ter ducant ut ex lato in altū figura cōſurgat:
ad uiginti & ſeptē ꝑueniūt. Horū autē grecorū quinq; uerborum que ſūt iheſus:
chriſtus: theos: yos: ſoter: q̄d ē latie Iheſus chriſtus dei filius ſaluator: ſi p̄mas literas
iungas: erit ichthis id eſt piſcis. In quo nomie miſtice intelligitur xp̄us: eo q ī huius
mortalitatis abiſſo uelut ī aquaꝝ ꝓfunditate uiuus hoc ē ſine peccato eē potuerit.
Hec autē Sibilla ſiue erithrea ſiue ut quidā magis credūt cumana: ita nihil habet ī
toto carmie ſuo cuius exigua iſta particula ē: q̄d ad deorū falſorū ſiue factorum
cultū ꝑtineat: īmmo ita etiā cōtra eos & cōtra cultores eoꝝ loquit ut ī eoꝝ numero
deputāda uideat: q ꝑtinēt ad ciuitatē dei. Inſerit etiā Lactātius opi ſuo quedā de
xp̄o uaticinia Sibille: q̄uis nō exp̄mat cuius. Sed que ſigillatim ipe poſuit: ego ar/
bitratus ſū cōiuncti eē ponēda: tanq̄ unū ſit prolixū que ille plura cōmēorauit &
breuia. In manus inq̄t infideliū poſtea ueniet & dabūt deo alapas māibus īceſtis:
& īpurato ore expuent uenenatos ſputos. Dabit uero ad uerbera ſīpliciter ſanctū
dorſū & colaphos accipiens tacebit: ne qs agnoſcat q̄d uerbū uel unī uenit ut īferis
loquat: & corona ſpinea coronetur. Ad cibum aūt fel & ad ſitim acetum dederunt.

In hoſpitalitate hanc monſtrabunt menſā. Ipſa eñ inſipienſ genſ tuum deum non intellexiſti. Iudentē mortaliũ mētibuſ: ſed ſpinīſ coronaſti. Et horridum fel miſcuiſti. Templi uero uelum ſcindet. Et medio die nox erit tenebroſa nimiſ in tribuſ horiſ. Et morte morietur tribuſ diebuſ ſomno ſuscepto. Et tūc ab īferiſ regreſſuſ ad lucē letā ueniet. Primuſ reſurrectiōiſ principio reuocatuſ oſtenſo. Iſta Lactantiuſ carptim per interualla diſputatōiſ ſue: ſicut ea poſcere uidebant̃ que probare ītenderat adhibuit teſtimonia Sibillina. Que noſ nihil īterponēteſ ſed in unā ſeriē cōnexa ponenteſ: ſoliſ capitibuſ ſi tñ deſcepſ ea ſcriptoreſ ſeruare nō negligant diſtīguēda curauimuſ. Nonnulli ſane erithreā Sibillā: nō Romuli ſed belli troiani tpe fuiſſe ſcripſerunt.

Eodē Romulo regnāte Thaleſ Mileſiuſ fuiſſe phibet̃ unuſ de ſeptē ſapiētibuſ. q poſt theologoſ poetaſ ī qbuſ Orpheuſ maxīe oīum nobilitatuſ ē. Sophuſ appellatuſ ē quod ē latine ſapienſ. Per idem tēpuſ decē tribuſ que ī diuiſione populi uocate ſunt iſrael debellate a chaldeiſ: & ī eaſ terraſ captiue ducte ſūt. remanētibuſ ī iudea terra duabuſ illiſ tribubuſ que nomīe iude uocabant̃. ſedēq; regni habebāt hieruſalē. Mortuũ Romulũ cũ & ipſe nō comparuiſſet: ī deoſ qđ & uulgo notiſſimũ ē retulere romani. Quod uſq; adeo iā fieri deſierat: nec poſtea niſi adulādo nō errādo factũ eſt temporibuſ ceſarum. ut Cicero magniſ Romuli laudibuſ tribuat: q non rudibuſ & indoctiſ tpibuſ: qñ facile hoīeſ fallebantur: ſed iam expolitiſ & eruditiſ meruit hoſ honoreſ. quāuiſ nōdũ efferbuerat ac pullulauerat philoſophoꝝ ſubtiliſ & acuta loquacitaſ. Sed etiam ſi poſteriora tēpora deoſ hoīeſ mortuoſ non inſtituerūt: tñ ab antiquiſ inſtitutoſ colere ut deoſ & habere nō deſtiterunt. Quin etiam ſimulacriſ que uetereſ non habebāt auxerunt uane atq; impie ſupſtitioniſ illecebrā. id efficientibuſ īmũdiſ ī eoꝝ corde demonibuſ: per fallacia quoq; oracula decipiētibuſ. ut fabuloſa etiā crimīa deorũ que iā urbaniore ſeculo nō fīgebātur: per ludoſ tñ ī eorũdem falſoꝝ numinũ obſequiũ turpiter agerent̃. Regnauit deīde Numa poſt Romulũ. Qui cũ illā ciuitatē putauerit deorũ pfecto falſoꝝ numeroſitate muniendā: in eādē turbā referri mortuuſ ipſe non meruit. tāq̃ ita putatuſ ſit celũ multitudīe numinũ cōſtipaſſe: ut locum ibi repire nō poſſet. Hoc regnāte rome & apud hebreoſ ī initio regni Manaſſe a quo īpio rege pphera Yſaiaſ phibet̃ occiſuſ. ſamiā fuiſſe Sibillā referũt.

Regnante uero apud hebreoſ Sedechia: & apud romanoſ Tarquinio Priſco q ſucceſſerat Anchomartio. ductuſ ē captiuuſ ī babiloniam populuſ iudeorum: euerſa hieruſalē & tēplo illo a Salamone conſtructo. Increpāteſ eñi eoſ pphete de iniqtatibuſ & impietatibuſ ſuiſ: hec eiſ uentura pdixerant: maxīe Hieremiaſ q etiā numerũ definiuit ānoꝝ. Eo tempore Pytacuſ Mitileneuſ aliuſ e ſeptem ſapiētibuſ fuiſſe perhibetur. Et qnq; ceteroſ q ut ſeptē numerent̃: Thaleti quē ſupra cōmēorauimuſ et huic Pytaco addunt̃. eo tēpore fuiſſe ſcribit Euſebiuſ quo captiuuſ dei populuſ ī babilonia tenebat̃. Hi ſūt aũt Salon athenienſiſ: Philon lacedemoniuſ: Periandruſ corinthiuſ: Deoboluſ Liddiuſ: Byaſ Prieneuſ. Oēſ hi ſeptem appellati ſapiēteſ: poſt poetaſ theologoſ claruerũt. q̃a genera uite quedā laudabilia pſtabāt hoīibuſ ceteriſ: & morũ nōnulla precepta ſententiaꝝ breuitate complexi ſunt. Nihil autē monimētorũ qđ ad literaſ attinet poſteriſ reliquerunt. niſi q Salon quaſdā legeſ athenīeſibuſ dediſſe perhibetur. Thaleſ uero phiſicuſ fuit: & ſuoꝝ dogmatum

libroſ reliquit. Eo captiuitatiſ iudaice tp̃e: & Anaximãder & Anaximeneſ: & Zeno/
phaneſ phiſici claruerũt. Tunc & Pitagoraſ ex quo cepũt appellari philoſophi.

PEer idem tẽpuſ Cyruſ rex pſarum q̃ etiã chaldeiſ & aſſirijſ imꝑabat: relaxata
aliquãta captiuitate iudeorũ quinq̃ginta milia hoĩm ex eiſ ad inſtaurandum
templũ regredi fecit. a quibuſ tantũ prima cepta fũdamẽta: & altare conſtructũ eſt.
Incurſantibuſ autẽ hoſtibuſ neq̃q̃ progredi edificando ualuerunt. Dilatũq; opuſ
ẽ uſq; ad Dariũ. Per idem tẽpuſ etiã illa geſta ſũt que cõſcripta ſũt ĩ libro Iudith:
quẽ ſane ĩ canone ſcripturaꝝ iudei nõ recepiſſe dicunt̃. Sub Dario ergo rege pſarꝝ
impletiſ ſeptuagĩta ãniſ quoſ Hieremiaſ propheta ꝑdixerat reddita ẽ iudeiſ ſoluta
captiuitate libertaſ regnãte romanoꝝ ſeptimo rege Tarquinio: qua expulſo etiã ipſi
a regũ ſuorũ dominatione liberi eſſe ceperũt. Uſq; ad hoc tempuſ ꝓphetaſ habuit
populuſ iſrael. qui cũ multi fuerint: paucorum & apud iudeoſ & apud noſ canonica
ſcripta retinent̃. De quibuſ me aliqua poſiturũ ẽẽ promiſi ĩ hoc libro cũ clauderẽ
ſuperiorẽ: quod iam uideo eſſe faciẽdum.

TEmpora igit̃ eorũ ut poſſimuſ aduertere: in anteriora paululũ recurramuſ.
In capite libri Oſee prophete q̃ primuſ in duodecim ponit̃: ita ſcriptum eſt.
Verbũ dñi qd̃ factũ eſt ad Oſee ĩ diebuſ Ozie Ioathan & Achaſ & Ezechie regũ
iuda. Amoſ quoq; diebuſ Ozie regiſ prophetaſſe ſe ſcribit. Addit etiã Ieroboã regẽ
iſrael q̃ per eoſdẽ dieſ fuit. Nec nõ Yſaiaſ filiuſ Amoſ ſiue ſupradicti prophete ſiue
quod magiſ phibet̃ alteriuſ q̃ nõ ꝓpheta eodẽ nomĩe uocabat̃: eoſdẽ regeſ q̃tuor
quoſ poſuit Oſee ĩ capite libri ſui ponit: quoꝝ diebuſ ſe ꝓphetaſſe ꝓloq̃t̃. Micheaſ
etiã eadem ſue prophetie cõmemorat tp̃a: poſt dieſ Oſee. nam treſ q̃ ſequunt̃ regeſ
noĩat: quoſ & Oſee noĩauit. Ioathan & Achaſ & Ezechiã. Hi ſũt quoſ eodem tp̃e
ſimul prophetaſſe ex eorũ literiſ inuenit̃. His adiũgit̃ Ionaſ eodẽ Ozia rege reg/
nante: & Iohel: cũ iã regnaret Ioathan q̃ ſucceſſit Ozie. Sed iſtorũ prophetarum
duorũ tp̃a in cronicis nõ in eorũ libriſ inuenire potuimuſ: q̃m de ſuiſ diebuſ tacent.
Tendunt̃ autẽ hi dieſ a rege latinorũ Proca ſiue ſuperiore Auentino: uſq; ad regẽ
Romulum iã romanum: uel etiam uſq; ad regni primordia ſucceſſoriſ eiuſ Nume
Pompilii. Ezechiaſ q̃ppe rex iuda ad eiuſ tẽpora uſq; regnauit. ac ꝑ hoc ꝑ ea tp̃a
iſti uelut fonteſ prophetie pariter eruperũt. quando regnũ defecit aſſiriorũ: cepitq;
romanorũ: ut ſcilicet quẽadmodum regni aſſiriorum ꝑmo tp̃e extitit Abraam: cui
ꝓmiſſioneſ apertiſſime fierẽt in eiuſ ſemĩe bñdictionis oĩum gentiũ: ita in occidentaliſ
babiloniſ exordio q̃ fuerat xp̃uſ imꝑãte regnaturuſ: ĩ quo implerẽt̃ illa ꝓmiſſa ora
ꝓphetaꝝ nõ ſolũ loquentiũ: uerũ etiã ſcribẽtiũ in tãte rei future teſtioniũ ſolue/
rent̃. Cum enim prophete nunq̃ fere defuiſſent populo iſrael ex quo ibi regeſ eſſe
ceperũt in uſũ tñmmõ eoꝝ fuere non gẽtiũ. q̃n autẽ ſcriptura manifeſtiuſ ꝓphetica
condebat̃ que gẽtibuſ q̃nq; ꝓdeſſet: tũc oportebat incipe q̃n cõdebatur hec ciuitaſ
que gẽtibuſ ĩparet.

OSee igit̃ propheta quãto profũdiuſ q̃dem loq̃tur: tãto op oſiuſ penetrat̃. Sed
aliq̃d inde ſumẽdum eſt & hic ex noſtra ꝓmiſſione ponendũ. Et erit inq̃t in
loco quo dictũ eſt non populuſ meuſ uoſ: uocabunt̃ & ipſi filii dei uiui. Hoc teſti/
moniũ propheticũ de uocatione populi gentiũ q̃ ꝓuſ nõ ptinebat ad deum: etiã
apoſtoli ĩtellexerũt. Et quia ipſe quoq; populuſ gentiũ ſpũaliter ẽ in filiiſ Abrae:
ac per hoc recte dicit̃ iſrael ꝓpterea ſeq̃t̃ & dicit. Et cõgregabunt̃ filii iuda & filii

iſrael in idipſū: & ponent ſibi principatum unum & aſcendēt a terra. Hoc ſi adhuc
uelimuſ exponere: eloqꝫ prophetici obtūdet ſapor. Recolat tn̄ lapiſ ille āgularis
& duo illi parieteſ: unuſ ex iudeiſ alter ex gētibuſ: ille nomīe filioꝝ iuda: iſte nomine
filioꝝ iſrael: eidē uni principatui ſuo in idipſū innitenteſ: & aſcendenteſ agnoſcant ē
terra. Iſtoſ aūt carnaliter iſraelitaſ q nunc nolūt credere ī xp̄m: poſtea crediturōſ
id eſt filioſ eorū: quā utiqꝫ iſti ī ſuū locū moriēdo tranſibūt: idem propheta teſtatur
dicenſ. Quoniā diebuſ multiſ ſedebūt filii iſrael ſine rege: ſine principe: ſine ſacrificio:
ſine altari: ſine ſacerdotio: ſine manifeſtationibuſ. Quiſ non uideat nūc ſine iſtiſ eſſe
iudeoſ? Sed qd adiungat audiamuſ. Et poſtea inqͥt reuertent̄ filii iſrael: & inquirent
dn̄m deū ſuū: & Dauid regē ſuū: & ſtupeſcēt in dn̄o & ī boniſ euſ ī nouiſſīſ diebuſ.
Nihil eſt iſta pphetia manifeſtiuſ: qua Dauid regiſ nōie ſignatuſ ītelligit̄ xp̄uſ: q
factuſ ē ſicut dicit apoſtoluſ ex ſemīe Dauid ſcd̄m carnē. Prenūciauit iſte ppheta
etiā tertio die xp̄i reſurrectionē futurā: ſicut eā prophetica altitudine prenunciari
oportebat ubi ait. Sanabit noſ poſt biduū: in die tertia reſurgemuſ. Scd̄m hoc enī
dicit nobiſ apoſtoluſ: ſi cōſurrexiſtiſ cū xp̄o que ſurſū ſūt querite. Amoſ quoqꝫ de
rebuſ talibuſ ſic prophetat. Prepara inqͥt te ut inuoceſ deū tuum iſrael. qa ecce ego
firmanſ tonitruū & creanſ ſpiritum: & annūtianſ in hōibuſ xp̄m ſuū. Et alio loco.
In illa die inquit reſuſcitabo tabernaculū Dauid quod cecidit: & reedificabo que
ceciderunt euſ: & deſtructa euſ reſuſcitabo: & reedificabo ea ſicut dieſ ſeculi: ita ut
exquirant me reſidui hoīm: & omneſ gēteſ in quibuſ inuocatū ē nomen meū ſuper
eoſ: dicit dominuſ facienſ hec.

Iſaiaſ propheta non ē in libro duodecim pphetaꝝ: q propterea dicunt̄ minoreſ
qa ſermoneſ eorū ſunt breueſ: in eoꝝ cōparatione q ideo maioreſ dicunt̄. qa p/
lixa uolumina cōdiderūt: ex qbuſ hic ē Yſaiaſ: quē propter eadē prophetie tēpora
ſubiungo ſupradictiſ duobuſ. Yſaiaſ ergo inter illa iniqua que arguit & iuſta p̄/
cepta & peccatori populo futura mala p̄dixit: etiā de xp̄o & eccleſia hoc ē de rege
& ea quā cōdidit ciuitate: multo plura. quā ceteri prophetauit: ita ut a quibuſdā
euangeliſta q̄ propheta potiuſ diceret̄. Sed propter rōnem opiſ terminādi unū de
multiſ hoc loco ponā. Ex perſona quippe dei patriſ loquenſ. ecce inqͥt ītelliget puer
meuſ: exaltabitur et glorificabit̄ ualde. Quēadmodū ſuper te ſtupeſcent multi: ita
gloria priuabit̄ ab hōibuſ ſpecieſ tua: & gloria tua ab hōibuſ: ita mirabunt̄ genteſ
multe ſup eū: & cōtinebūt regeſ oſ ſuū: qm̄ quibuſ nō eſt ānunciatū de illo uidebūt
& q nō audierūt intelligēt. Dn̄e quiſ credidit auditui noſtro: & brachiū dn̄i cui re/
uelatū eſt: Annūciauimuſ corā illo: ut infirmuſ ut radix in terra ſitienti. Non eſt
ſpecieſ illi neqꝫ gloria. Et uidimuſ eū & non habebat ſpeciē neqꝫ decorē: ſed ſpecieſ
euſ ſine honore deficienſ pre om̄ibuſ hōibuſ. Homo in plaga poſituſ & ſcienſ ferre
infirmitatē: qm̄ auerſa eſt facieſ euſ. Inhonoratuſ ē: nec magni exiſtimatuſ ē. Hic
peccata noſtra portat & pro nobiſ dolet. Et noſ exiſtimauimuſ illū eſſe in dolore:
& ī plaga: & in afflictione. Ipſe aūt uulneratuſ ē propter iniqͥtateſ noſtraſ: & infir/
matuſ ē ppter peccata noſtra. Eruditio pacis noſtre in eo: liuore euſ ſanati ſumuſ.
Omneſ ut oueſ errauimuſ. Homo a uia ſua errauit: & dn̄ſ tradidit illū p peccatiſ
noſtriſ. & ipſe ppter quod afflictuſ ē nō aperuit oſ. Ut ouiſ ad īmolandū ductuſ
eſt: & ut agnuſ ante eū q ſe tōderet ſine uoce: ſic nō aperuit oſ ſuum. In humilitate
iudiciū euſ ſublatū eſt. generationē euſ quiſ enarrabit? Quoniā tolletr̄ de terra uita
euſ. Ab iniqͥtatibuſ populi mei ductuſ ē ad mortē: & dabo malignoſ pro ſepultura
euſ: & diuiteſ pro morte euſ: qm̄ iniqͥtatē nō fecit nec doluſ īuentuſ ē in ore euſ:

et dñſ uult purgare eũ de plaga. Si dederitiſ p peccato aĩam ueſtrã: uidebitiſ ſemẽ
lõgeuũ. Et dñſ uult auferre a dolore aĩam eiuſ: oſtendere illi lucẽ & formare in/
tellectũ: iuſtificare iuſtum bene pluribuſ ſeruientẽ: & eorũ peccata ipſe portauit.
Propterea ipſe hereditabit pluреſ: & fortiũ diuidet ſpolia. Propter qd̃ tradita eſt
ad mortẽ aĩa eiuſ: & inter iniquoſ extimatuſ ẽ: & ipſe multorum peccata portabit: et
ppter peccata eorũ traditus ẽ. De xp̃o hec. Iã uero de eccleſia qd̃ ſeqẽ audiamuſ.
Letare inqt ſterilis que non pariſ: erumpe & clama que nõ parturiſ: qm̃ multi filii
deſerte magiſq̃ eiuſ que habet uirũ. Dilata locũ tabernaculi tui: & paloſ caularum
tuarum fige. Noli parcere. plonga funiculoſ tuoſ: & paloſ tuoſ conforta. Adhuc in
dexterã & ſiniſtrã partẽ extẽde: & ſemẽ tuũ hereditabit genteſ: & ciuitateſ deſertaſ
inhabitabiſ. Ne timeaſ qm̃ confuſa eſ: neq; reuerearis qa exprobrata eſ. qm̃ cõfuſi/
onem eternã obliuiſceriſ: & opprobrii uiduitatiſ tue non eriſ memor qm̃ dominuſ
faciens te dominuſ ſabaoth nomẽ eiuſ: & qui te eruit ipſe deuſ iſrael uniuerſe terre
uocatur etcetera. Verum iſta ſatiſ: & in eiſ ſunt exponenda nonnulla: ſed ſufficere
arbitror: quia ita ſunt aperta ut etiã intelligere cogantur inimici inuiti.

Micheaſ ppheta xp̃m ĩ figura ponenſ cuiuſdã magni montiſ hec loqẽ. Erit in
diebuſ nouiſſimiſ manifeſtuſ monſ domuſ dñi: pparatuſ ſuper uerticeſ montiũ:
& exaltabitur ſuper colleſ: & feſtinabũt ad eũ plebeſ: & genteſ multe ibũt & dicẽt:
Venite aſcẽdamuſ in montẽ dñi: & in domũ dei Iacob: & oſtendet nobiſ uiã ſuã: et
ibimuſ ĩ ſemitiſ eiuſ: qa ex Syon pcedet lex: & uerbũ dñi de hieruſalẽ. Et iudicabit
inter plebeſ multaſ: & redarguet gẽteſ potẽteſ uſq; ĩ lõginquũ. Predicenſ iſte ppheta
& locũ in quo xp̃uſ ẽ natuſ: & tu inquit bethlehem domuſ ephrata: neq̃q̃ minima eſ
ſiſ in milibuſ iuda. Ex te mihi prodiet dux ut ſit in principẽ iſrael: & egreſſuſ eiuſ ab
initio & ex diebuſ eternitatiſ. ppterea dabit eoſ uſq; ad tẽpuſ: quo parturienſ par/
turiet: & reſidui fratreſ eiuſ cõuertentẽ ad filioſ iſrael. Et ſtabit & uidebit et paſcet
gregẽ ſuũ in uirtute dñi: & in honore nominiſ dñi dei ſui erũt. qm̃ nũc magnifica/
bi uſq; ad ſummũ terre. Ionaſ autẽ propheta nõ tã ſermone q̃ ſua quadã paſſione
pphetauit xp̃m: pfecto aptiuſ q̃ ſi eiuſ mortẽ & reſurrectionẽ uoce clamaret. Vt
quid enĩ exceptuſ eſt uẽtre beluino: & die tertio redditus fuit: ut ſignificaret chriſtũ
de profundo inferni die tertio rediturum. Iohel oĩa que prophetat multiſ uerbiſ
cõpellit exponi. ut que ad xp̃m & eccleſiam pertinent diluceſcãt. Vnũ tñ quod
etiam apoſtoli cõmemorauerũt qñ in cõgregatoſ credenteſ ſpirituſ ſanctuſ ſicut a
chriſto promiſſuſ fuerat deſuper uenit: non pretermittam. Et erit inquit poſt hec:
effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt filii ueſtri & filie
ueſtre: & ſenioreſ ueſtri ſomniabũt ſomnia: & iuueneſ ueſtri uiſa uidebunt. Et qdẽ
in ſeruoſ meoſ & ancillaſ meaſ in diebuſ illiſ effundam de ſpiritu meo.

TReſ prophete de minoribuſ: Abdiaſ: Naum: Abacuc: nec ſua tpa dicũt ipſi: nec
in cronicis Euſebii & Hieronimi qñ prophetauerint inuenit. Abdiaſ qdem
poſituſ eſt ab eiſ cũ Michea: ſed non eo loco ubi notantẽ tpa: qñ Micheã pphetaſſe
ex eiuſ literiſ conſtat: qd̃ errore negligenter deſcribentiũ laboreſ alienoſ exiſtimo
cõtigiſſe. Duoſ alioſ uero cõmẽoratoſ ĩ codicibuſ cronicoꝝ quoſ habuimuſ nõ po/
tuimuſ inuenire: tñ qa ĩ canone cõtinẽtẽ: nec ipſi oportet pretereanẽ a nobiſ. Abdiaſ
quantum ad eiuſ ſcripturam attinet omnium breuiſſimuſ prophetaꝝ: aduerſuſ ydu/
meam gẽtem loquitẽ ſcilicet Eſau uniuſ ex duobuſ geminiſ filiuſ Yſaac nepotibuſ

Abrae maiorſ illiuſ reprobati. Porro ſi ydumeam mó locutionis quo ĩtelligitur a parte totũ accipiamuſ poſitã eſſe pro gẽtibuſ: poſſumuſ de xp̄o agnoſcere qđ dicit ĩter cetera. In monte autẽ ſyon erit ſaluſ: & erit ſanctũ. Et pauloposᷓt ĩ fine ipſiuſ ꝓphetie & aſcendent inqt ſaluati ex monte ſyon ut defendãt montẽ Eſau: & erit dño regnũ. Apparet qppe id eẽ completũ: cũ ſaluati ex monte ſyon id eſt ex iudea credenteſ ĩ chriſtũ: q precipue agnoſcunt apoſtoli: aſcenderũt ut defẽderẽt montẽ Eſau. Quõ defenderũt: niſi per euãgelii ꝑdicationẽ ſaluoſ eoſ faciẽdo q crediderũt ut eruerent de ꝑtãte tenebrarũ: & transferrentur ĩ regnum dei. Quoſ cõſequenter expreſſit addendo: & erit dño regnũ. monſ enĩ ſyon iudeam ſignificat: ubi futura predicta eſt ſaluſ: & ſanctũ qđ ẽ chriſtuſ Iheſuſ. Monſ uero Eſau ydumea eſt: per quã ſignificata ẽ eccleſia gẽtiũ: quã defẽderũt ſicut expoſui ſaluati de mõte ſyon: ut eſſet dño regnũ. Hoc obſcurũ erat anteq̃ fieret: ſed factum quiſ non fidelis ag/noſcat. Naum uero propheta imo per illũ deuſ exterminabo inquit ſculptilia: & conflatilia ponã ſculpturã tuã: qa ecce uelo ceſ ſuper monteſ pedeſ euangelizantiſ & annũtiantiſ pacẽ. Celebra iuda dieſ tuoſ feſtoſ: redde uota tua: qa iã non adiicient ultra ut tranſeant in uetuſtatẽ. Conſumatũ eſt: conſumptũ eſt: ablatũ eſt. Aſcendit q inſufflat in faciẽ tuã: eripienſ te ex tribulatione. Quiſ aſcenderit ab inferiſ & in/ſufflauerit in faciẽ iude: hoc ẽ iudeorũ diſcipulorũ: Spiritum recolit ſanctum qui meminit euãgeliũ. Ad nouũ enĩ teſtamentũ ꝑtinent: quorũ dieſ feſti ita ſpũaliter innouantur: ut in uetuſtatẽ tranſire nõ poſſint. Porro per euãgeliũ exterminata ſculptilia & cõflatilia id ẽ idola deoꝝ falſorũ: & obliuiõe tanq̃ ſepulture tradita iã uidemuſ: & hãc etiã ĩ hac re prophetiã completã eſſe cognoſcimuſ. Abacuc de quo alio q̃ de xp̄i aduentu q futuruſ fuerat intelligit dicere: & reſpõdit dominuſ ad me & dixit: ſcribe uiſum aperte in buxo: ut aſſequat᷑ qui legit ea: quia adhuc uiſio ad tempuſ. & orietᷓ in fine & non in uacuũ: ibi: ſi tardauerit ſuſtine eum: quia ueniens ueniet & non morabit᷑?

IN oratione autẽ ſua cũ cantico cui niſi dño xp̄o dicit: dñe audiui auditionẽ tuã & timui: dñe cõſideraui opa tua & expaui? Quid enĩ hoc ẽ niſi precognite noue ac repẽtine ſaluti hoĩm ineffabiliſ ãmiratio? In medio duorum aĩaliũ cognoſceriſ: qd eſt niſi aut in medio duorũ teſtamẽtoꝝ: aut in medio duorũ latronum: aut in medio Moyſi & Helie cũ eo in monte ſermocinantiũ? Dum appropinquant anni cognoſceriſ in aduẽtu tpiſ oſtenderiſ. hoc qa per ſe patet nõ eſt exponendũ. Quod uero ſequit᷑ exponendũ: in eo dũ conturbata fuerit anima mea ĩ ira miſericordie memor eriſ: quid eſt niſi ꝙ iudeoſ in ſe transfigurauit de quorum gente fuit: q cum magna ira turbati crucifigerent xp̄m: ille miſericordie memor dixit: Pater ignoſce illiſ: qa neſciũt qd faciũt? Deuſ de theman ueniet: & ſanctuſ de monte umbroſo & condenſo. Quod hic dictũ eſt de themã ueniet: alii interpretati ſunt ab auſtro uel ab affrico: per quod ſignificat᷑ meridieſ id eſt feruor caritatiſ & ſplendor ueritatiſ. Montem uero umbroſũ atq̃ cõdenſũ: q̃uiſ multiſ modiſ poſſit intelligi: libentiuſ acceperim ſcripturaꝝ altitudinẽ diuinaꝝ: qbuſ xp̄uſ ꝓphetatuſ eſt. Multa quippe ibi umbroſa atq̃ condenſa ſunt: quẽ mentẽ querẽtiſ exerceant. Inde aũt uenit: cũ ibi eũ qui intelligit inuenit. Operuit celoſ uirtuſ eiuſ: & laudiſ eiuſ plena ẽ terra. Qd eſt niſi quod in pſalmo etiã dicit᷑: exaltare ſuper celoſ deuſ: & ſuper omnem terram gloria tua? Splendor eiuſ ut lumen erit: qd eſt niſi fama eiuſ credenteſ illuminabit? Cornua in manibuſ eiuſ ſunt: qd eſt niſi tropheũ crucis? Et poſuit caritatem firmã fortitudiniſ ſue: nec exponendũ eſt. Ante faciẽ eiuſ ibit uerbũ: & prodiet in campũ

ante pedeſ eiuſ: qđ ē niſi quod & antea q̄ huc ueniret p̄nūtiatuſ eſt: et poſtea q̄ hinc reuerſuſ ē annuntiatuſ eſt: Stetit & terra cōmota ē: quid ē niſi φ ad ſubueniēdum ſtetit: & terra cōmota ē ad credendū: Reſpexit & tabuerūt genteſ hoc ē miſertuſ eſt & fecit populuſ penitenteſ: Contriti ſunt monteſ ui olentia: hoc ē uim facientibuſ miraculiſ elatorū contrita ē ſuperbia. Defluxerūt colleſ eternaleſ: hoc ē humiliati ſunt ad tēpuſ ut erigerent in eternū. Ingreſſuſ eternoſ eiuſ pro laboribuſ uidi: hoc ē nō ſine mercede eternitatiſ laborē caritatiſ aſpexi. Tabernacula ethiopū expaueſcent: tabernacula terre madian: hoc ē genteſ repente perterrite nuntio mirabilium tuorū: etiā que non ſunt in iure romano erūt in populo xp̄iano. Nunqd ī fluminibuſ iratuſ eſ dn̄e. aut ī fluminibuſ furor tuuſ: aut in mari impetuſ tuuſ: Hoc ideo dictū eſt: qa non uenit nunc ut iudicet mundū: ſed ut ſaluet mundus per ip̄m. Qui aſcendeſ ſup equoſ tuoſ: & equitatio tua ſaluſ: hoc eſt euāgeliſte tui portabūt te qui reguntur a te: & euāgelium tuū ſaluſ ē eiſ q credūt in te. Intendenſ intendeſ arcū tuū ſup ſceptra dicit dn̄ſ: hoc ē cōminaberiſ iudiciū tuū etiā regibuſ terre. Fluminibuſ ſcindet terra: hoc ē influentibuſ ſermonibuſ predicantiū te aperientur ad cōfitendum hoīm corda: quibuſ dictū ē ſcindite corda ueſtra & nō ueſtimēta ueſtra. Quid eſt uidebunt te et dolebūt populi: niſi ut luendo ſint beati: Quid eſt diſpergenſ aquaſ inceſſu niſi ambulando in eiſ q te uſquaq; anunciāt: hac atq; hac diſpergiſ flueta doctrine: Quid ē abiſſuſ dedit uocē ſuam: An profunditaſ cordiſ humani: quid ei uideret expreſſit: Altitudo fantaſie ſue. tanq̄ uerſuſ ſuperioriſ eſt expoſitio. Altitudo enī eſt abiſſuſ. Quod aūt ait fantaſie ſue ſubaudiendū eſt uocē dedit. hoc eſt quod diximuſ qđ ei uideret expreſſit. Fantaſia qppe uiſio ē quam nō tenuit: non operuit: ſed confitendo eructauit. Eleuatuſ eſt ſol: & luna ſtetit in ordine ſuo. Hoc eſt aſcendit xp̄iſtuſ in celum: & ordinata eſt eccleſia ſub rege ſuo. In luce iacula tua ibunt: hoc ē non in occultū ſed in manifeſtū tua uerba mittentur. In ſplēdore coruſcationiſ armorū tuoꝝ ſubaudiendū eſt iacula tua ibunt. Dixerat enī ſuiſ: que dico uobiſ in tenebriſ dicite in lumine. In cōminatione terrā minorabiſ id eſt cōminando humiliabiſ hoīeſ: & in furore deicieſ gēteſ. qa eoſ qui ſe exaltant uindicando collideſ. Exiſti in ſalutē populi tui: ut ſaluoſ facereſ xp̄iſtoſ tuoſ. miſiſti in capita inimicorū mortē. nihil horū exponendū eſt. Excitaſti uincula uſq; ad collum. Et bona hic poſſunt intelligi uincula ſapientie: ut uinceant pedeſ in compedeſ eiuſ: & collum in torquem eiuſ. Precidiſti in ſtupore mentiſ: ſubaudiamuſ uincula. Excitauit enī bona: p̄cidit mala: de qbuſ dicit ei: dirupiſti uincula mea. Et hoc ī ſtupore mentiſ id eſt mirabiliter. Capita potentiū mouebunt in ea ſcilicet in ea admiratōe. Adaperient morſuſ ſuoſ: ſicut edenſ pauper abſconſe. Potenteſ enī quidā iudeorum cōueniebāt ad dn̄m: uerba eiuſ & facta mirati: & eſurienteſ panē doctrie māducabant abſconſe propter metū iudeorum: ſicut eoſ prodidit euāgeliū. Et immiſiſti ī mare equoſ tuoſ: turbanteſ aquaſ multaſ: que nihil aliud ſunt q̄ multi populi. Non enī alii timore cōuerterent alii furore pſequerēt: niſi omneſ turbarent. Obſeruaui & expauit uenter meuſ: a uoce orationiſ labiorū meorū. Et introiuit tremor in oſſa mea: & ſubtuſ me turbata ē habitudo mea. Intendit in ea que dicebat: et ipſe ſua ē oratione perterrituſ: quā pphetice effundebat: & ī qua futura cernebat. Turbatiſ enī populiſ multiſ: uidit īminenteſ eccleſie tribulationeſ: cōtinuoq; ſe eiuſ membrū agnouit atq; ait. Requieſcā in die tribulationiſ. Tanq̄ ad eoſ pertinenſ qui ſunt ſpe gaudenteſ: in tribulatione patienteſ. Ut aſcendā inquit ad populū peregrinatōiſ mee. Recedenſ utiq; a populo maligno carnaliſ cognationiſ mee: nō peregrinātem in

hac terra: neq; ſupernã patriam requirente. Quoniam ficuſ ſiqͣ nõ auferet fructuſ: & nõ erũt natiuitateſ in uineiſ. Mentietur opuſ oliue & campi non facient eſcam. Defecerunt ab eſca oueſ: & nõ ſuperſunt in preſepibuſ boueſ. Vidit eam gentẽ que chriſtum fuerat occiſura: ubertatem copiaꝝ ſpiritualiũ perdituram: quã ſ p terrenam fecunditatem more prophetico figurauit. Et qa irã dei talem propterea paſſa eſt illa genſ: quia dei ignoranſ iuſticiam ſuã uoluit conſtituere: iſte continuo ego aũt inquit ĩ domino exultabo: gaudebo in deo ſalutari meo. Domine deuſ uirtuſ mea ſtatuit pedeſ meoſ in conſumationẽ: ſuper excelſa imponet me: ut uincam in cãtico eiuſ ſcilicet illo cantico de quo ſimilia quedã dicunt in pſalmo. Statuit ſupra petrã pedeſ meoſ: & direxit greſſuſ meoſ: & immiſit ĩ oſ meum canticũ nouũ: himnũ deo noſtro. Ipſe ergo uincit in cantico domini: qui placet in eiuſ laude non ſua: ut qui gloriatur in domino glorietur. Meliuſ autem mihi uidentur quidã codiceſ habere gaudebo ĩ deo Ihesu meo. q̃ hi q uolẽteſ id latine ponere: nomẽ ipſũ nõ poſuerũt: quod ẽ nobiſ amiciuſ & dulciuſ nominare.

Hieremiaſ ꝓpheta de maioribuſ ẽ ſicut Yſaiaſ: nõ de minoribuſ ſicut & ceteri: de quorum ſcriptiſ non nulla iam poſui. Prophetauit autem regnãte Ioſia in hieruſalẽ: & apud romanoſ Ancomartio: iã appropinquãte captiuitate iudeorum. Tetendit autẽ prophetiam ſuam uſq; ad quintũ menſem captiuitatiſ: ſicut in eiuſ litteriſ inuenitur. Sophoniaſ autẽ unuſ de minoribuſ adiungit ei. Nã & ipſe ĩ diebuſ Ioſie ꝓphetaſſe ſe dicit: ſed quouſq; nõ dicit. Prophetauit ergo Hieremiaſ nõ ſolũ Ancimartii: uerũ etiã Tarquinii priſci tẽporibuſ: quẽ romani habuerũt qntũ regẽ. Ipſe enim quãdo eſt illa captiuitaſ facta regnare iam ceperat. Prophetanſ ergo de xp̃o Hieremiaſ: ſpirituſ inqͭ oriſ noſtri dominuſ xp̃uſ captuſ ẽ in peccatiſ noſtriſ: ſic breuiter oſtendenſ & dñm noſtrum xp̃m: & paſſum eẽ pro nobiſ. Itẽ alio loco: hic deuſ meuſ inquit & non extimabitur alter ad eum: qui inuenit omnem uiã prudentie & dedit eam Iacob puero ſuo: & iſrael dilecto ſuo. Poſt hec ĩ terriſ uiſuſ eſt: & cũ hominibuſ conuerſatuſ eſt. Hoc teſtimoniũ quidem non Hieremie ſed ſcribe eiuſ attribuunt: qui uocabatur Baruch: ſed Hieremie celebratiuſ habetur. Rurſuſ idem propheta de ipſo. Ecce ĩquit dieſ ueniunt dicit dñſ: & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ: & regnabit rex & ſapienſ erit: & faciet iudicium & iuſticiã in terra. In diebuſ illiſ ſaluabitur iuda: et iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt nomẽ quod uocabũt eũ dñſ iuſtuſ noſter. De uocatione aũt gentiũ que futura fuerat: & eã nũc impletã cernimuſ: ſic locutuſ ẽ. Dñe deuſ meuſ & refugiũ meũ ĩ die maloꝝ: ad te gẽteſ uenient ab extremo terre: & dicent. Vere mendacia coluerũt patreſ noſtri ſimulacra & nõ eſt in eiſ utilitaſ. Quia uero nõ erãt eũ agnituri iudei a qbuſ eũ & occidi oportebat: ſic idẽ propheta ſignificat. Graue cor per omnia: & homo eſt & quiſ cognoſcet eũ? Huiuſ eſt etiã illud qđ in libro. xvii. poſui de teſtamẽto nouo: cuiuſ eſt mediator xp̃uſ. Ipſe qppe Hieremiaſ ait. Ecce dieſ ueniunt dicit dominuſ & cõſumabo ſup domũ Iacob teſtamentum nouum: & cetera que ibi leguntur. Sophonie aũt ꝓphete qui cum Hieremia prophetizabat: hec ꝑdicta interim de xp̃o ĩterponã. Expecta me dicit dominuſ in die reſurrectioniſ mee ĩ futurum: qa iudiciũ meum ut cõgregẽ genteſ: & colligã regna. Et iterum. Horribiliſ inquit dominuſ ſuper eoſ: & exterminabit omneſ deoſ terre: & adorabit eum uir de loco ſuo: omneſ inſule gentium. Et paulopoſt. Tunc inquit tranſuertam in populoſ linguã & progenieſ eiuſ: ut omſ inuocent nomen domini: & ſeruiant ei ſub uno iugo. A finibuſ fluminum ethiopie

afferent mihi hoſtiaſ. in illo die non confunderiſ ex omnibuſ adinuentionibuſ tuiſ: quaſ impie egiſti in me. quia tunc auferam abſ te prauitateſ iniurie tue: & iam non adicieſ ut magnificeriſ ſuper montem ſanctum meū. Et ſubrelinquam ī te populū manſuetum & humilem: & uerebuntur in nomine domini qui reliqui fuerint iſrael. He ſūt reliquie: de quibuſ alibi prophetatur: qḋ apoſtoluſ etiam commemorat. Si fuerit numeruſ filiorum iſrael ſicut arena mariſ: reliquie ſalue fient. He quippe in chriſtum illiuſ gentiſ reliquie crediderunt.

IN ipſa porro captiuitate babilonie Daniel & Ezechiel pphetauerūt primū: alii ſcilicet duo ex pphetiſ maioribuſ. Quorū Daniel etiā tempuſ quo uēturuſ xpūſ fuerat atq; paſſuruſ. numero diffiniuit annorū: qḋ longū eſt cōputādo mōſtrare: & ab aliiſ factitatū eſt ante noſ. De poteſtate uero eiuſ & gloria ſic locutuſ ē. Vi/debam inquit in uiſione noctiſ. & ecce cū nubibuſ celi filiuſ hominiſ ueniens erat: & uſq; ad uetuſtū dierū peruenit. In conſpectu eiuſ ꝑlatuſ ē: & ipſi datuſ ē pricipatuſ & honor & regnū: & omſ populi: tribuſ & līgue ipſi ſeruient. Poteſtaſ eiuſ poteſtaſ perpetua: que non tranſibit: & regnū eiuſ quod non corrumpetur. Ezechiel quoq; more prophetico per Dauid xp̄m ſignificanſ quia carnē de Dauid ſemīe aſſūpſit. propter quā formā ſerui qua factuſ eſt homo etiā ſeruuſ dei dicit̄ idem dei filiuſ. ſic eū prophetando prenūtiat ex perſona dei patriſ. Et ſuſcitabo īquit ſuper pecora mea paſtorē unū: qui paſcat ea ſeruū meum Dauid: & ipſe paſcet ea: & ipſe erit hiſ ī paſtorē. Ego autem dn̄ſ ero eiſ ī deum & ſeruuſ meuſ Dauid princepſ ī medio eorū: ego dn̄ſ locutuſ ſum. Et alio loco: & rex inq̄t unuſ erit omībuſ imperanſ & nō erūt ultra due genteſ nec diuidentur ampliuſ in duo regna: neq; polluentur ultra ī ydoliſ ſuiſ: & abbominationibuſ ſuiſ & in cunctiſ iniquitatibuſ ſuiſ. Et ſaluoſ eoſ faciam de uniuerſiſ ſedibuſ ſuiſ in quibuſ peccauerunt & mundabo eoſ & erūt mihi populuſ: & ego ero eiſ deuſ & ſeruuſ meuſ rex Dauid ſup eoſ & paſtor unuſ erit omniū eoꝝ.

REſtant treſ minoreſ prophete: q̄ prophetauerūt in fine captiuitatiſ. Aggeuſ: Zachariaſ. Malachiaſ. Quoꝝ aggeuſ chriſtū & eccleſiā hac apertuſ breuitate prophetat. Hec dicit dominuſ excercituū. Adhuc unum modicū: & ego cōmouebo celum et terram et mare & aridam & omneſ genteſ mouebo: & ueniet deſideratuſ cunctiſ gentibuſ. Hec prophetia partim iam completa cernitur: partim ſperatur ī fine complenda. Mouit enī celū angelorū & ſiderū teſtimonio: qn̄ chriſtuſ incar/natuſ ē. Mouit terrā ingenti miraculo: de ipſo uirginiſ partu. Mouit mare & aridā: & in inſuliſ & in orbe toto xp̄uſ annūtiat. Ita moueri omſ genteſ uidemuſ ad fidē. Iam uero quod ſequit̄: & ueniet deſideratuſ cunctiſ gentibuſ: de nouiſſimo eiuſ ex/pectatur aduentu. Vt enim deſideratuſ eſſet & expectanduſ cūctiſ gentibuſ: priuſ oportuit eum dilectū eſſe credentibuſ. Zachariaſ de xp̄o & eccleſia exulta inquit ualde filia ſyon: iubila filia hieruſalem. ecce rex tuuſ ueniet tibi iuſtuſ & ſaluator. Ipſe pauper & aſcendenſ ſup aſinū: & ſup pullū filiū aſine. Et poteſtaſ eiuſ a mari uſq; ad mare: et a fluminibuſ uſq; ad fineſ terre. hoc quādo factum ſit: ut dn̄ſ xp̄uſ in itinere iumento huiuſ generiſ uteretur in euāgelio legitur ubi et hec prophetia cōmemoratur ex parte quātū illi loco ſufficere uiſū ē. Alio loco ad ipſum xp̄m in ſpiritu pphetie loquenſ de remiſſione peccatorū per eiuſ ſanguinem: tu quoq; inq̄t in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctoſ tuoſ: de lacu in quo nō eſt aqua. Quid per hunc lacum uelit intelligi poſſunt diuerſa ſentiri: etiam ſcdm rectam fidem.

Mibi tamen uidet̃ non eo ſignificari meliuſ niſi bumane miſerie ſiccam pſũditatẽ
quodammodo et ſterilem ſubi non ſunt fluenta iuſticie: ſed iniquitatiſ lutum. De
hoc quippe lacu in pſalmo etiã dicitur: et eduxit me de lacu miſerie & de luto fecis.
Malachiaſ prophetanſ eccleſiam quam per chriſtum iam cernimuſ propagatam:
iudeiſ dicit apertiſſime ex perſona dei. Non eſt mihi uoluntaſ in uobiſ: & munuſ
non ſuſcipiam de manu ueſtra. Ab ortu enim ſoliſ uſq; ad occaſum magnũ ẽ nomẽ
meũ in gẽtibuſ: & ĩ omni loco ſacrificabitur & offeretẽ nomini meo oblatio mũda:
quia magnũ nomẽ meũ in gentibuſ dicit dominuſ. Hoc ſacrificiũ per ſacerdotium
xp̃i ſcd̃m ordinẽ Melchiſedech: cum ĩ omni loco a ſoliſ ortu uſq; ad occaſum deo iã
uideamuſ offerri. Sacrificiũ autẽ iudeorũ quibuſ dictum eſt: nõ eſt mihi uoluntaſ
in uobiſ: nec accipiã de manibuſ ueſtriſ munuſ: ceſſaſſe negare nõ poſſunt. q adhuc
expectãt alium xp̃m: cũ hoc quod prophetatũ legunt & impletũ uident: impleri
non potuerit niſi per ipſũ. Dicit enĩ paulopoſt ex perſona dei de ipſo. Teſtamẽtũ
meum erit cũ eo uite & pacis: & dedi ei ut timore me timeret: & a facie nominiſ mei
reuereret. Lex ueritatiſ erit ĩ ore eiuſ: in pace dirigenſ ambulabit mecũ: & multoſ
ab iniquitate cõuertet: quoniam labia ſacerdotiſ cuſtodient ſcientiã: et legẽ ingrẽt
de ore eiuſ qm̃ ãgeluſ domini omnipotentiſ ẽ. Nec mirandum ẽ: quia omnipotentiſ
domini angeluſ dictuſ ẽ xp̃uſ Iheſuſ. Sicut enĩ ſeruuſ propter formam ſerui in qua
uenit ad hoĩeſ: ſic angeluſ propter euangelium quod nuntiauit hominibuſ. Nam ſi
grece iſta ita ĩterpretemur: & euãgeliũ bona nũtiatio ẽ et ãgeluſ nuntiuſ. De ipſo
quippe iterũ dicit. Ecce angelum meum mittã: & proſpiciet uiam ante faciem meã:
& ſubito ueniet in templum ſuum dominuſ quem uoſ queritiſ: et angeluſ teſtamenti
quẽ uoſ uultiſ: ecce uenit dicit dominuſ deuſ omnipotenſ. & quiſ ſuſtinebit diẽm in-
troituſ eiuſ? aut quiſ ſiſtet in aſpectu eiuſ? Hoc loco & primum & ſecundũ xp̃iſti
prenuntiauit aduentum. Primũ ſcilicet de quo ait. Et ſubito in templũ ſuũ ueniet
dominuſ id eſt in carnem ſuã: de qua dicit in euangelio: ſoluite templum hoc et in
triduo reſuſcitabo illud. Secũdũ uero ubi ait. Ecce uenit dicit dominuſ omĩpotenſ:
& quiſ ſuſtinebit diem introituſ eiuſ: aut quiſ perſiſtet in aſpectu eiuſ? Quod autem
dixit dominuſ quem uoſ queritiſ: et angeluſ teſtamenti quẽ uoſ uultiſ: ſignificauit
utiq; etiam iudeoſ ſcd̃m ſcripturaſ quaſ legũt chriſtum querere & uelle. Sed multi
eorum quem queſierunt & uoluerunt: ueniſſe nõ agnouerũt: excecati in cordibuſ
ſuiſ p̃cedentibuſ meritiſ ſuiſ. Quod ſane hic nominat teſtamentũ: uel ſupra ubi ait
teſtamentum meum erit cum eo: uel hic ubi dixit eum angelum teſtamenti: nouũ
procul dubio debemuſ accipere teſtamentũ ubi ſempiterna: non uetuſ ubi tẽporalia
ſunt promiſſa: que pro magno hic habenteſ plurimi infirmi: et deo uero taliũ rerũ
mercede ſeruienteſ: quãdo uidẽt impioſ abundare turbant̃. Propterea idẽ pp̃heta:
ut noui teſtamenti eternã beatitudinem que nõ niſi boniſ dabitur: diſtingueret a
ueteriſ terrena felicitate que plerũq; datur & maliſ: ĩgrauaſtiſ ingt ſuper me uerba
ueſtra dicit dominuſ et dixiſtiſ. In quo detraximuſ de te? Dixiſtiſ: uanuſ eſt omniſ
qui ſeruit deo. Et quid pluſ nobiſ quia cuſtodiuimuſ obſeruationeſ eiuſ. et quia am-
bulauimuſ ſupplicãteſ ante faciem domini omnipotentiſ? Et nũc uoſ beatificatiſ
alienoſ: & reedificantur omneſ qui faciunt iniqua: aduerſati ſunt deo & ſalui facti
ſunt. Hec oblocuti ſunt qui timebant dominum: unuſquiſq; ad proximum ſuum.
Et animaduertit dominuſ. & audiuit: & ſcripſit librũ memorie in conſpectu ſuo: eiſ
qui timent dñm et reuerentur nomen eiuſ. per iſtum librum ſignificatũ ẽ teſtamẽtũ
nouum. Deniq; quod ſequit̃ audiamuſ. Et erunt mihi dicit dominuſ omnipotenſ in

die quam ego facio in acquiſitionem: & eligam eoſ ſicut homo eligit filium ſuum ſeruientem ſibi. Et cōuertemini & uidebitiſ inter iuſtum et iniuſtum: & inter ſeruientē deo & nō ſeruiētē. Quoniā ecce dieſ ueniet ardenſ ſicut clibanuſ: & cōcremabit eoſ: & erūt omneſ aligenigene & omneſ facienteſ iniq̄tatem ſicut ſtipula: & incēdet illoſ dieſ qui adueniet dicit dominuſ omnipotenſ: & non derelinquetur eorum radix neq̄ ſermentum: & orietur uobiſ timentibuſ nomen meū ſol iuſticie: & ſanitaſ ī pēniſ eiuſ: & exibitiſ & exultabitiſ ſicut uituli ex uinculiſ reſoluti. Et cōculcabitiſ iniquoſ et erunt cinīſ ſub pedibuſ ueſtriſ in die in quo ego facio: dicit dominuſ omnipotenſ. Hic eſt qui dicitur dieſ iudicii: de quo ſuo loco ſi deuſ uoluerit loquemur uberiuſ.

Poſt hoc treſ prophetaſ: Aggeum: Zachariam: Malachiam: per idem tempuſ liberatōniſ populi ex babilonica ſeruitute ſcripſit etiā Eſdraſ: qui magiſ rerū geſtarum ſcriptor eſt habituſ q̄ prophetaſ ſicuti ē liber qui appellatur Heſter: Cuiuſ reſ geſta in laudem dei non longe ab hiſ tēporibuſ inuenitur. Niſi forte Eſdraſ ī eo xp̄m prophetaſſe ītelligenduſ ē: q̄ inter iuueneſ quoſdā orta queſtione: qd ampliuſ ualeret in rebuſ: cum regeſ unuſ dixiſſet: alter uinum: tertiuſ mulereſ: que plerunq̄ regibuſ imperarent: idē tñ tertiuſ ueritatē ſuper omnia demōſtrauit eſſe uictricē. Conſulto autem euangelio xp̄m cognoſcamuſ eſſe ueritatē. Ab hoc tempore apud iudeoſ reſtituto templo: non regeſ ſed principeſ fuerunt uſq̄ ad Ariſtobolū. Quorū ſupputatio tp̄m nō in ſcripturiſ ſanctiſ que canonice appellant: ſed in aliiſ īuenit. ī qbuſ ſūt & machabeorū libri: quoſ nō iudei ſed eccleſia pro canonicaſ habet: ꝑpter quorūdā martirū paſſiōeſ uehemēteſ atq̄ mirabileſ: q̄ anteq̄ xp̄uſ ueniſſet in carnē: uſq̄ ad mortē ꝑ dei lege certauerūt: & mala grauiſſima atq̄ horribilia ꝑtulerunt.

Tempore igitur noſtrorum prophetarum quorum iam ſcripta ad notitiam fere omnium gentium peruenerunt: philoſophi gentium nondum erant: qui hoc etiā nomīe uocarentur: quod cepit a ſamio Pytagora: qui eo tempore quo iudeorū ſoluta eſt captiuitaſ: cepit excellere atq̄ cognoſci. Multo ergo magiſ ceteri philoſophi: poſt prophetaſ reperiunē fuiſſe. Nam ipſe Socrateſ athenienſiſ magiſter oīm qui tunc maxime claruerunt: tenenſ in ea parte que moraliſ uel actiua dicitur principatum: poſt Eſdram in cronicaſ inuenitur. Non multo poſt etiam Plato ē natuſ: qui longe ceteroſ Socratiſ diſcipuloſ anteiret. Quibuſ ſi addamuſ etiam ſuperioreſ qui nondum philoſophi uocabant: ſeptē ſcilicet ſapienteſ: ac deinde philoſophicoſ qui Thalen ſucceſſerunt: in perſcrutanda natura rerū ſtudium eiuſ imitati: Anaximandrum ſcilicet & Anaximenē & Anaxagoram: alioſq̄ nōnulloſ anteq̄ Pytagoraſ primuſ philoſophiam profiteretur: nec illi prophetaſ noſtroſ uel uniuerſoſ temporū antiquitate precedunt: qn̄ quidem Taleſ poſt quē ceteri fuerūt regnante Romulo eminuiſſe fertur: qn̄ de fontibuſ iſrael in eiſ literiſ que toto orbe manarēt prophetie flumē erupit. Soli igitur illi theologi poete: Orpheuſ: Linuſ: Muſeuſ: & ſi qſ aliuſ apud grecoſ fuit: hiſ prophetiſ hebreiſ quorū ſcripta in auctoritate habemuſ: anniſ reperiuntur prioreſ. Sed nec ipſi uerum theologū noſtrum Moyſen: qui unū deū uerū ueraciter predicauit: cuiuſ nūc ſcripta in auctoritatiſ canone prima ſunt: tp̄e preuenerunt. Ac per hoc quantum ad grecoſ attinet: in qua līgua litere huiuſ ſeculi maxime floruerunt: nihil habent unde ſapientiā ſuā iactent: q̄ quo religione noſtra ubi uera eſt ſapientia: ſi nō ſuperior ſaltem uideatur antiquior. Verum quod fatēdū eſt: non quidem ī grecia ſed in barbariſ gentibuſ ſicut iam in egipto ante Moyſen

nonnulla doctrina fuerat que illorum ſapiētia diceretur. Alioquin nō eſſet ſcriptū
in ſanctiſ libriſ Moyſen eruditū fuiſſe omni ſapientia egiptiorū: tunc utiq; quādo
ibi natuſ eſt & a filia Pharaoniſ adoptatuſ atq; nutritus etiā liberaliter educatuſ ē.
Sed nec ſapientia egiptiorum ſapiētiam prophetarū noſtroꝝ tempore antecedere
potuit: quando quidem & Abraam propheta fuit. Quid autē ſapientie eſſe potuit
in egipto: anteq̄ eiſ Yſiſ quā mortuam tanq̄ magnā deam colendā putarūt literaſ
traderet. Yſiſ porro Ynachi filia fuiſſe proditᷓ q primuſ regnare cepit argiuiſ: qñ
iam Abrae nepoteſ reperiuntur exorti.

Iam uero ſi lōge antiquiora repetam & ante illud grande diluuium noſter erat
utiq; Noe patriarcha: quem prophetam quoq; non immerito dixerim. Siquidem
ipſa arca quā fecit: & in qua cum ſuiſ euaſit: propheta noſtrorū temporꝫ fuit. Quid
Enoch ſeptimuſ ab Adam? Nonne etiam in canonica epiſtola apoſtoli Iude pro-
phetaſſe predicatur? quorum ſcripta ut apud iudeoſ & apud noſ in auctoritate non
eſſent. nimia fecit antiquitaſ: propter quod uidebantur ſuſpecta eſſe habenda: ne
proferrent̄ falſa pro ueriſ. Nam et proferuntur quedam que ipſorum eſſe dicant̄:
ab eiſ q pro ſuo ſenſu paſſim quod uolūt credūt. Sed ea caſtitaſ canoniſ nō recepit.
non ꝙ eorum hominum qui deo placuerunt reprobetur auctoritaſ: ſed ꝙ iſta eſſe
non credātur ipſorum. Nec mirum debet uideri ꝙ ſuſpecta habentur: que ſub tāte
antiquitatiſ nomine proferuntur. quando quidem ī ipſa hiſtoria regū iude & regū
iſrael: que reſ geſtaſ continet: de quibuſ eidem ſcripture canonice credimuſ: cōmē-
rant̄ plurima que ibi non explicātur: et dicunt̄ in libriſ aliiſ inueniri quoſ ꝓphete
ſcripſerunt & alicubi eorum quoq; prophetarum nomina non tacentur: nec tamē
inueniunt̄ in canone quem populuſ dei recepit. Cuiuſ rei fateor cauſa me latet: niſi
ꝙ exiſtimo etiam ipſoſ quibuſ ea que in auctoritate religioniſ eſſe deberent: ſanctuſ
utiq; ſpirituſ reuelabat. alia ſicut homineſ hiſtorica diligentia: alia ſicut propheteſ
inſpiratione diuina ſcribere potuiſſe: atq; hec ita fuiſſe diſtincta: ut illa tanq̄ ipſiſ:
iſta uero tanq̄ deo per ipſoſ loquenti iudicarent̄ eſſe tribuenda: ac ſic illa pertinerēt
ad ubertatē cognitioniſ: hec ad religioniſ auctoritatē in qua auctoritate cuſtodit̄
canon. preter que ſi qua iam etiā ſub nomīe uerorū prophetaꝝ ſcripta proferunt̄:
nec ad ipſam copiā ſciencie ualent. Quoniā utrum eorum ſint quorum eſſe dicunt̄
incertū eſt: & ob hoc eiſ non adhibet̄ fideſ: maxīe hiſ in qbuſ etiā cōtra fidē libroꝝ
canonicorum quedam legunt̄: propter quod ea prorſuſ illorū non eſſe apparet.

Non itaq; credendum ē quod nonnulli arbitrantur hebream tātum linguam
per illum q uocabatur Heber: unde hebreorū uocabulū eſt fuiſſe ſeruatam:
atq; inde ad Abraam perueniſſe: hebreaſ autem literaſ a lege cepiſſe que data eſt p
Moyſen: ſed potiuſ per illam ſucceſſionem patrū memoratā linguam cū ſuiſ literiſ
cuſtoditam. Deniq; in populo dei Moyſeſ conſtituit qui docendiſ literiſ preeſſent:
priuſ q̄ diuīe legiſ ullaſ noſſent literaſ. Hoſ appellat ſcriptura gramatoſ yſagogoſ.
qui latine dici poſſunt literarum inductoreſ uel introductoreſ: eo ꝙ eaſ inducāt id
eſt introducant quodammō in corda diſcentiū. uel in eaſ potiuſ ipſoſ quoſ docent.
Nulla igitur genſ de antiquitate ſapiētie ſue ſuper patriarchaſ & ꝓphetaſ noſtroſ
qbuſ inerat diuina ſapientia: ulla ſe iniqua uanitate iactauerit: quādo nec egiptuſ
inuenitur que ſolet falſo & inaniter de ſuarum doctrinarum antiquitate gloriari:
qualicūq; ſua ſapientia patriarchaꝝ noſtroꝝ tpe ſapiētiā preuiſſe. Neq; enī quiſq̄

dicere audebit[mirabilium diſciplinarum eoſ peritiſſimoſ fuiſſe anteq̃ literaſ noſſēt: [id eſt anteq̃ Yſiſ eo ueniſſet: eaſq; ibi docuiſſet.[Ipſa porro eoꝝ mēorabiliſ doctrīa que appellata ē ſapientia[quid erat niſi maxime aſtronomia: et ſi quid aliud taliū diſciplinarū magiſ ad exercenda ingenia: q̃ ad illuminandaſ menteſ ſapientia uera ualere ſolet:[Nam quod ad philoſophiā attinet: que ſe docere aliquid profitetur unde fiant homineſ beati[circa tempora Mercurii quem Triſmegiſtū uocauerunt: in illiſ terriſ eiuſmodi ſtudia claruerunt[Longe quidē ante ſapienteſ q̃ philoſophoſ habuit grecia. Sed tamen poſt Abraam & Yſaac: & Iacob & Ioſeph[Nimirū etiam poſt ipſum Moyſen. Eo quippe tempore quo Moyſeſ natuſ ē fuiſſe reperit̃[Athlaſ ille magnuſ aſtrologuſ frater Promothei maternuſ[auuſ Mercurii maioriſ: cuiuſ nepoſ fuit Triſmegiſtuſ iſte Mercuriuſ.

FRuſtra itaq; uaniſſima p̃ſumptione garriunt q̇dam dicenteſ[ex quo egiptuſ rationem ſiderum cōprehendit: amplıuſ q̃ centum annorum milia numerari. In quibuſ enim libriſ iſtum collegerunt numerū[qui non multum ante ānorū duo milia literaſ magiſtra Yſide didicerunt?[Non enim paruuſ eſt auctor in hiſtoria Varro qui hoc prodidit[qđ a literarū etiam diuinarum ueritate nō diſſonat[Cū enim ab ipſo primo homine qui appellatuſ eſt Adam[nōdum ſex annorum milia compleantur: quō nō iſti ridendi potiuſ q̃ refellendi ſunt: qui de ſpatio temporū tā diuerſa & huic explorate ueritati tā cōtraria perſuadere conant̃[Cui enim narrāti meliuſ preterita credimuſ[q̃ qui etiā futura p̃dixerit que preſentia iā uidemuſ?[Nā & ipſa hiſtoricorum inter ſe diſſonātia: copiā nobiſ prebet ut eiſ potiuſ credere debeamuſ. qui diuine quam tenemuſ non repugnant hiſtorie[Porro autē ciueſ impie ciuitatiſ diffuſi uſq;quaq; p̃ terraſ: cū legūt hoīeſ doctiſſimoſ quoꝝ nulliuſ cōtēpnēda uideat̃ auctoritaſ[inter ſe de rebuſ geſtiſ ab etatiſ noſtre mēoria remotiſſimiſ diſcrepanteſ: cui potiuſ credere debeant non inueniunt[Noſ uero ī noſtre religiōiſ hiſtoria fulti auctoritate diuina: quicquid ei reſiſtit nō dubitamuſ eſſe falſiſſimū: [quomodolibet ſeſe habeant cetera in ſecularibuſ literiſ[que ſiue uera ſeu falſa ſint: nihil momenti afferunt quo recte beateq; uiuamuſ.

VT autem cognitionem omittamuſ hiſtorie[ipſi philoſophi a q̇buſ ad iſta pgreſſi ſumuſ: q non uidentur laboraſſe in ſtudiiſ ſuiſ[niſi ut inuenirent quomō uiuendum eſſet accommodate ad beatitudinem capeſſendam[cur diſſenſerunt et a magiſtriſ diſcipuli & inter ſe condiſcipuli[niſi q̇a ut hoīeſ humaniſ ſenſibuſ & hūaniſ ratiocinationibuſ iſta queſierunt?[Vbi q̃uiſ eſſe potuerit & ſtudiū gloriādi: quo q̇ſq; alio ſapientior & acutior uideri cupit: nec ſententie quodammō addictuſ alienę[ſed ſui dogmatiſ et opinioniſ inuentor[tamen ut nōnulloſ uel etiam eorum plurimoſ fuiſſe concedam[quoſ a ſuiſ doctoribuſ uel diſcendi ſociiſ amor ueritatiſ abruperit: [ut p̃ ea certarent quā ueritatē putarēt[ſiue illa eēt ſiue nō eſſet: cum aiunt quo uel qua ad beatitudinem perueniatur[hūana ſe porrigit infelicitaſ[ſi diuīa non ducit auctoritaſ[Deniq; auctoreſ noſtri in quibuſ non fruſtra ſacrarū literarum figitur & terminatur canon[abſit ut inter ſe aliqua ratione diſſentiant[Vnde non īmerito cum illa ſcriberent eiſ deum uel per eoſ locutum non pauci ī ſcoliſ atq; gimnaſiiſ litigioſiſ diſputationibuſ garruli[ſed in agriſ atq; in urbibuſ cū doctiſ atq; indoctiſ tot tantiq; populi crediderunt[Ipſi ſane pauci eſſe debuerūt ne multitudine uileſceret[qđ carū religione eē oporteret. nec tñ ita pauci: ut eoꝝ nō ſit mirādi cōſenſio.

Neq; enim ĩ multitudine philoſophoꝝ qui labore etiā literario monimenta ſuoꝝ
dogmatū reliquerunt facile quiſ inuenerit inter quoſ cuncta que ſenſere cōueniāt:
quod oſtendere hoc opere longum eſt. Quiſ autem ſecte cuiuſlibet auctor ſic ē in
hac lacedemonicola ciuitate approbatus: ut ceteri improbarētur qui diuerſa & ad/
uerſa ſenſerunt. Nōne apud athenaſ & epicurei clarebant: aſſerentes res humanaſ
ad deorum curam non pertinere: et ſtoici q contraria ſentienteſ: eaſ regi atq; muniri
diſ adiutoribus atq; tutoribus diſputabant. Vn̄ miror cur Anaxagoraſ reuſ factus
ſit quia ſolem dixit eſſe lapidem ardētem: negans utiq; deum cū in eadem ciuitate
gloria floruerit Epicurus: uixeritq; ſecurus: non ſolū ſolē uel ullum ſiderum deū eē
non credens: ſed nec Iouem nec ullum deoꝝ omnino in mundo habitare concēdens:
ſed ad quē preces hoīm ſupplicationeſq; perueniant. Nonne ibi Ariſtippus ĩ uolup/
tate corporis ſummum bonum ponens: ibi Antiſtenes uirtute animi potius hominē
beatū fieri aſſeuerans: duo philoſophi nobiles et ambo ſocratici in tam diuerſis atq;
inter ſe contrariis finibus uite ſummā locantes: quorum etiam ille fugiendam: iſte
amminiſtrandā ſapienti dicebat eſſe rem publicam: & ad ſuā quiſq; ſectā ſectādam
diſcipulos cōgregabat. Nempe palā in conſpicua & notiſſima porticu: ĩ gimnaſiis:
ac priuatis cateruatim & ĩ ortulis: in locis publicis: pro ſua quiſq; opinione certabāt.
Alii aſſerentes unū: alii ĩnumerabiles mundos. ipſum autem unū alii ortum eē: alii
uero initium nō habere: alii interiturū: alii ſemper futurum: alii mente diuina: alii
fortuitu & caſibus agi. Alii mortales eſſe animas: alii ĩmortales. Et q ĩmortales alii
reuolui ĩ beſtias: alii nequaq̄. Qui uero mortales: alii mox interire poſt corpus: alii
uiuere etiā poſtea uel paululū: uel diutius: non tamen ſemper. Alii conſtituentes ĩ
corpore finem boni: alii in animo: alii in utroq;. Alii extrinſecus poſita etiam bona
ad animā & corpus addentes. Alii ſenſibus corporis ſemper: alii non ſemper. Alii pu/
tantes nunq̄ eē credendū. Has et alias pene ĩnumerabiles diſſenſiones philoſophoꝝ:
quis unq̄ populus: quis ſenatus: que poteſtas uel dignitas publica impie ciuitatis di/
iudicādas: & alias probandas ac recipiendas: alias ĩprobādas repudiādaſq; curauit:
ac nō paſſim ſine ullo iudicio cōfuſeq; habuit ĩ gremio ſuo tot cōtrouerſias hoīm
diſſidentiū: nō de agris & domibus uel quacūq; pecuniaria ratione: ſed de his rebus
q̄bus aut miſere uiuitur aut beate: ubi & ſi uera aliqua dicebantur: eadem et falſa
prorſus licentia dicebantur: ut non fruſtra talis ciuitas miſticū uocabulum babilonis
acceperit. Babilon q̄ppe interpretatur cōfuſio: quod nos iā dixiſſe meminimus. Nec
intereſt diabolo regi eius q̄ cōtrariis inter ſe rixentur erroribus: quos merito multe
uarieq; ĩpietatis pariter poſſidet. At uero ille populus: gens illa: illa ciuitas: illa reſpub/
lica: illi iſraelite quibus credita ſūt eloquia dei: nullo mō pſeudo prophetas cū ueris
prophetis pari licentia confuderūt: ſed concordes inter ſe atq; in nullo diſſentientes:
ſacrarum literarum ueraces ab eis agnoſcebant & tenebant auctores. Ipſi erant eis
philoſophi: hoc eſt amatores ſapientie: ipſi ſapientes: ipſi theologi: ipſi prophete: ipſi
doctores probitatis atq; pietatis. Quicūq; ſcd̄m illos ſapuit & uixit: non ſcd̄m hoīes
ſed ſcd̄m deum qui per illos locutus ē ſapuit et uixit. Ibi ſi prohibitū eſt ſacrilegiū:
deus prohibuit. Si dictum ē honora patrē tuū et matrē tuā: iuſſit deus. ſi dictum ē
non mechaberis: non homicidiū facies: nō furaberis: et cetera huiuſmodi nō hec ora
humana ſed diuina oracula fuderunt. Quidquid philoſophi quidā inter falſa que
opinati ſunt uerū uidere potuerūt: et laborioſis diſputationibus perſuadere moliti
ſunt: q̄ mundum iſtū deus fecerit: eūq; ipſe puidentiſſimus āminiſtret: de honeſtate
uirtutū: de amore patrie: de fide amicitie: de bonis operibus atq; omnibus ad mores

probos pertinentibus rebus: q̃uis neſcientes ad quẽ finẽ & quo nã mõ eſſent iſta oĩa referẽda, ꝓphetiis hoc ẽ diuinis uocibus: q̃uis per hoĩes ĩ illa ciuitate populo commẽdata ſũt: q̃ nõ argumẽtationũ cõcertationibus inculcata: ut nõ hoĩs ingenium ſed dei eloquium cõtempnere formidaret: q illa cognoſceret.

HAs ſacras literas etiã unus Ptolomeorum regum egipti noſſe ſtuduit & habere. Nã poſt Alexãdri macedonis q etiã magnus cognominatus ẽ mirificẽtiſſimã minimeq; diuturnã potentiam: q̃ uniuerſã aſiam imo pene totũ orbem partim ui & armis partim terrore ſubegerat: qñ iter cetera orientis regna etiã iudeam ingreſſus obtinuit. Eo mortuo comites eius cum regnum illud ampliſſimũ non pacifice iter ſe poſſeſſuri diuiſiſſent: uel potius diſſipaſſent bellis oĩa uaſtaturi: Ptolomeos reges habere cepit egiptus: quorũ ꝑmus Lagi filius multos ex iudea captiuos ĩ egiptum tranſtulit. Huic aũt ſuccedẽs Ptolomeus alius q appellatus ẽ Philadelphus: oĩs quos ille adduxerat ſubiugatos liberos redire permiſit: inſuper & dona regia ĩ templum dñi miſit: petiuitq; ab Eleazaro tũc põtifice dari ſibi ſcripturas: quas ꝑfecto fama audierat ꝑdicante diuinas: & ideo cõcupiuerat habere in bibliotera quã nobiliſſimã fecerat. Has ei cũ miſiſſet idẽ pontifex hebreas: poſt etiã ille interpretes poſtulauit: & dati ſũt ei .lxxii. de ſingulis tribubus duo deci ſeni hoĩes lĩgue utriuſq; doctiſſimi hebree ſcilicet atq; grece. Quorum interpretatio ut .lxx. uocetur iam obtinuit cõſuetudo. Traditur ſane tã mirabilem ac ſtupendũ planeq; diuinum in eorũ uerbis fuiſſe conſenſum: ut cum ad hoc opus ſeparatim ſinguli ſederint: ita enim eorũ fidem Ptolomeo placuit explorare: ĩ nullo uerbo quod idem ſignificaret & tantũdẽ ualeret: & in uerborũ ordine alter ab altero diſcreparet: ſed tanq̃ unus eſſet interpres. ita qđ omnes ĩterpretati ſunt unũ erat: quoniam reuera ſpiritus erat unus ĩ oĩbus. Et ideo tam mirabile dei munus acceperant: ut illarum ſcripturarum non tanquã humanarum: ſed ſicut erant tanq̃ diuinarũ etiã iſto mõ cõmendaretur auctoritas: crediturıs quandoq; gentibus profuturas: quod iam uidemus effectum.

NAm cum fuerint & alii interpretes qui ex hebrea ĩ grecam linguam ſacra illa eloqa tranſtulerunt: ſicut Aquila: Simachus: Theodotion: ſicut etiam illa eſt interpretatio cuius auctor non apparet: & ob hoc ſine noĩe interpretis qnta editio nũcupatur: hãc tñ que ſeptuaginta eſt tanq̃ ſola eſſet ſic recipit eccleſia: eaq; utũtẽ greci populi chriſtiani: quorũ pleriq; utrũ alia ſit aliqua ignorant. Ex hac ſeptuaginta interpretatione etiã in latinã linguam interpretatũ eſt quod latine eccleſie tenent: q̃uis non defuerit ĩ noſtris tꝑibus presbiter Hieronimus: homo doctiſſimus & omnium triũ linguarꝫ peritus: qui non ex greco ſed ex hebreo ĩ latinũ eloquium eaſdem conuerterit ſcripturas: ſed eius tantũ literarũ laborem q̃uis iudei fateantur eſſe ueracem: lxx. uero interpretes in multis erraſſe contendãt: tñ eccleſie xp̃i tot hoĩm auctoritati ab Eleazaro tunc pontifice: ad hoc tantum opus electorum neminem iudicant preferendum: qa & ſi non in eis unus apparuiſſet ſpiritus ſine dubitatione diuinus: ſed inter ſe uerba interpretationis ſue lxx. docti more hoĩm cõtuliſſent ut quod placuiſſet oĩbus hoc maneret: nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cũ uero tantum in eis ſignũ diuinitatis apparuit: ꝑfecto q̃ſquis alius illarũ ſcripturarꝫ ex hebrea in quamlibet aliã linguam interpres eſt uerax: aut congruit illis .lxx. interpretibus: aut ſi congruere nõ uidetur: altitudo ibi prophetica eſſe credenda ẽ. Spiritus enĩ qui in prophetis erat quãdo illa dixerunt: idem ipſe erat ĩ .lxx. uiris q̃ñ

illa ſūt interpretati. Qui profecto auctoritate diuina & aliud dicere potuit: tanq̄ ꝓpheta ille utrū𝑞 dixiſſet: quia utrū𝑞 idem ſpiritus diceret: et hoc ipm aliter. ut ſi non eadē uerba: idē tñ ſenſus bene itelligentibus dilucesceret: & aliqd ꝑtermittere & aliquid addere: ut etiā ut hinc oſtenderet nō hūanā fuiſſe in illo ope ſeruitutē quā uerbis debebat iterpres: ſed diuinam potius poteſtatē que mentē replebat & agebat interpretis. Nōnulli aūt codices grecos interpretatiōis .lxx. & ex hebreis codicibus emendādos putarūt: nec tñ auſi ſunt detrahere qd hebrei nō habebāt: &. lxx. poſuerunt: ſed tantūmō addiderunt que i hebreis inuēta apud .lxx. nō erāt: eaq; ſignis qbuſdā in ſtellarū modū factis: ad capita eorūdem uerſuum notauerunt: que ſigna aſteriſcos uocāt. Illa uero que nō habēt hebrei: habēt autē .lxx. ſimiliter ad capita uerſuum iacentibus uirgulis ſicut ſcribunt̄ unrie ſignauerūt. Et multi codices grecas has notas habētes uſquequaq; diffuſi ſūt: & latini. Que aūt non ꝑtermiſſa uel addita: ſed aliter dicta ſūt: ſiue aliū ſenſum faciāt etiā ipſū nō abhorrentē: ſiue alio modo eundem ſenſū explicare mōſtrent̄: niſi utriſq; codicibus inſpectis nequeunt reperiri. Si igit ut oportet nihil aliud intueamur in ſcripturis illis niſi qd per hoies dixerit dei ſpiritus: quidqd ē in hebreis codicibus & nō eſt apud interpretes .lxx. noluit hoc p iſtos: ſed per illos ꝓphetas dei ſpūs dicere: quidqd uero ē apud .lxx. in hebreis aūt codicibus non ē: per iſtos maluit q̄ per illos idem ſpiritus dicere: ſic oſtendens utroſq; fuiſſe prophetas. Iſto enī mō alia per Yſaiā: alia per Hieremiam: alia per aliū atq; aliū ꝓphetā: uel aliter eadē per hūc ac p illū dixit ut uoluit. Quidqd porro apud utroſq; inueniē: p utroſq; dicere uoluit unus atq; idē ſpiritus: ſed ita ut illi ꝑcederent ꝓphetādo: iſti ſequerent̄ ꝓphetice illos interpretando. Quia ſicut i illis uera et cōcordātia dicētibus ſpiritus pacis unus fuit: ſic & in iſtis nō ſecū cōferētibus & tñ tanq̄ ore uno cūcta iterpretātibus: idē ſpiritus unus apparuit. Qd intelligendū ſit et Niniue excidio [illegible] donituro in ebreo .xl. dierum ſpatio tendit: in .lxx.ta aut [illegible] dierum breuitate concludi.

Iſte fuit Origenes.

SEd ait aliquis. Quō ſciā qd Ionas ꝓpheta dixerit niniuitis: utrū triduum et niniue euertet: an .xl. dies? Quis enī nō uideat nō potuiſſe utrū𝑞 tunc dici a ꝓpheta: q miſſus fuerat terrere cōminatione imminentis exitii ciuitatem: cui ſi tertio die fuerat futurus interitus: nō utiq; die quadrageſimo: ſi autē quadrageſimo non utiq; tertio? Si ergo a me queritur qd Ionas horū dixerit: hoc puto potius qd legit i hebreo: q̄dragīta dies & niniue ſubuertet̄. Septuaginta quippe longe poſterius iterpretati aliud dicere potuerūt: qd tñ ad rē pertineret: & in unū eundēq; ſenſum q̄uis ſub altera ſignificatione cōcurreret: ammoneretq; lectorē utriuſq; auctoritate nō ſpreta ab hiſtoria ſeſe attollere: ad ea regrēda propter que ſignificāda hiſtoria ipa cōſcripta ē. Geſta ſunt quippe illa i niniue ciuitate: ſed aliqd etiā ſignificauerūt quod modum illius ciuitatis excedat: ſicut geſtū eſt q ipſe propheta in uentre ceti triduo fuit: & tñ aliū ſignificauit in ꝓfundo inferni triduo futurū: q dñs ē omnium ꝓphetarū. Quapropter ſi per illam ciuitatē recte accipiē eccleſia gentiū: ꝓphetice figurate euerſa ſcilicet per penitētiā: ut qualis fuerat iā non eſſet. Hoc qm̄ p chriſtū factum eſt in eccleſia gentiū: cuius illa niniue figurā gerebat: ſiue per .xl. dies ſiue p triduū idē ipſe ſignificatus eſt xp̄us. Per .xl. ſcilicet qa tot dies peregit cū diſcipulis ſuis poſt reſurrectionē ſuā & aſcēdit i celū: per triduū uero qa die tertio reſurrexit. tanq̄ lectorem nihil aliud q̄ hiſtorie rerum geſtarum inherere cupientē de ſomno excitauerit .lxx. interpretes iidēq; prophete ad perſcrutādū altitudinē prophetie: & quodammō dixerint: in .xl. diebus ipſum quere i quo & triduum poteris inuenire.

illud in aſcenſione hoc in eius reſurrectione reperies. Propter quod utroq numero ſignificari cõuenientiſſime potuit: quorū unū per Ionā prophetā. alterū per .lxx. interpretū prophetiā: tñ unus atq idē ſpiritus dixit. Longitudinē fugio. ut nõ hec p multa demõſtrarē: in qbus ab hebraica ueritate putãt .lxx. iterpretes diſcrepare: & bene intellecti inueniunt eſſe concordes. Vnde etiã ego p meo modulo ueſtigia ſequens apoſtolorū: qa et ipſi ex utriſq id ē ex hebreis & ex .lxx. teſtimonia pphetica poſuerunt: utraq auctoritate utendum putaui: qm utraq una atq diuina eſt. Sed iam que reſtant ut poſſumus exequamur.

Poſteaq̃ gens iudea cepit non habere prophetas: pculdubio deterior facta ē. eo ſcilicet tpe quo ſe ſperabat inſtaurato templo poſt captiuitatē que fuit ī babilonia futuram eē meliorē. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis quod prenunciatū eſt per Aggeū prophetā dicentē. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſime plus q̃ prime. qd de nouo teſtamēto dictū eſſe paulo ſuperius demõſtraui: ubi ait aperte xp̃m promittens: & mouebo omīs gentes: & ueniet deſideratus cūctis gentibus. Quo loco .lxx. interpretes alium ſenſū magis corpi q̃ capiti: hoc ē magis eccleſie q̃ xp̃o conuenientem prophetica auctoritate dixerūt. Venient que electa ſūt dñi de cunctis gētibus: id eſt hoīes de qbus ipſe Iheſus in euangelio: multi inquit uocati: pauci uero electi. Talibus enī electis gentiū: domus dei edificatur per teſtamentū nouū lapidibus uiuis lõge glorioſior q̃ teplū illud fuit qd a rege Salamõe conſtructū ē & poſt captiuitatē inſtauratū. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tpe habuit illa gens: ſed multis cladibus afflicta eſt ab alienigenis regibus: ipſiſq romanis: ne hanc Aggei prophetiā in illa inſtauratione templi opinaretur impletā. Non multo enī poſt adueniente Alexandro ſubiugata eſt: qñ & ſi nulla facta eſt uaſtatio: qm non ſunt auſi ei reſiſtere: & ideo placatū facillime ſubditi receperunt: non erat tñ gloria tanta domus illius: quanta fuit in ſuorū regum libera poteſtate. Hoſtias ſane Alexander immolauit in dei templo: non ad eius cultum uera pietate conuerſus: ſed impia uanitate cum diis eū falſis colendū putans. Deinde Ptolomeus Lagi filius: quod ſupra cõmemoraui poſt Alexandri mortē captiuos inde ī egiptū tranſtulit: quos eius ſucceſſor Ptolomeus Philadelfus beniuolentiſſime inde dimiſit. per quē factum ē qd paulo ante narraui: ut .lxx. interpretū ſcripturas haberemus. Deinde contriti ſunt bellis que in machabeorū libris explicantur. Poſt hec capti a rege alexandrie Ptolomeo q eſt appellatus Epifanes: inde ab Antiocho rege ſyrie multis & grauiſſimis malis ad idola colenda cõpulſi: templūq ipſū repletū ſacrilegis ſupſtitiõibus gentiū: qd tñ dux eorū ſtrenuiſſimus Iudas q etiā Machabeus dictus ē Antiochi ducibus pulſis: ab illa omni idolatrie cõtaminatione mūdauit. Nõ aūt multo poſt Alchimus qdā per ambitionē cū a genere ſacerdotali eēt alienus: quod nefas erat pontifex factus ē. Hinc iā poſt annos fere quīquagita: ī qbus eis tamē pax non fuit: q̃uis aliqua & proſpere geſſerint: primus apud eos Ariſtobolus aſſūpto diademate & rex & pontifex factus eſt. Antea quippe ex quo de babilonie captiuitate reuerſi ſūt: templūq inſtauratū eſt: nõ reges ſed duces uel pricipes habuerūt. q̃uis & qui rex eſt poſſit dici princeps a principatu imperandi: & dux eo q ſit ductor exercitus. Sed non continuo quicunq pricipes uel duces ſunt: etiā reges dici poſſūt: quod iſte Ariſtobolus fuit. Cui ſucceſſit Alexander etiam ipſe rex & pontifex: qui crudeliter in ſuos regnaſſe traditur. Poſt hunc uxor eius Alexandra regina iudeorum

fuit. ex cuius deceps ſtpe mala ſūt eos ſecuta grauiora. Filii qppe huius Alexādri Ariſtobolus & Hircanus inter ſe de imperio dimicantes: uires aduerſus iſraeliticam gentem puocauere romanas. Hircanus nāq; ab eis contra fratrē popoſcit auxiliū. Tūc iam roma ſubiugauerat affricam & greciā: lateq; etiā aliis orbis partibus imperans: tanq̄ ſeipſam ferre non ualens ſe ſua q; quodammō magnitudine fregerat. Peruenerat qppe ad ſeditiones domeſticas graues: atq; īde ad bella ſocialia: moxq; ciuilia. tantumq; ſe comminuerat atq; cōtriuerat: ut ei mutandus rei publice ſtatus quo regeret regibus immineret. Pompeius ergo romani populi pclariſſimus pnceps: iudeam cum exercitu ingreſſus ciuitatem capit: templum reſerat: non deuotione ſupplicis ſed iure uictoris: & ad ſancta ſanctorum quo niſi ſummum ſacerdotē nō licebat intrare: non ut uenerator ſed ut pphanator accedit. Confirmatoq; Hircani pontificatu: & ſubiugate genti impoſito cuſtode Antipatro: quos tunc pcuratores uocabant: uinctum ſecum Ariſtobolum ducit. Et ex illo die iudei etiā tributarii romanorum eſſe ceperunt. Poſtea Caſſius etiam templum expoliauit. Deinde poſt paucos ānos etiam Herodem alienigenam regem habere meruerunt: quo regnāte natus ē chriſtus. Iam enim uenerat plenitudo temporis. ſignificata prophetico ſpū per hos patriarche Iacob: ubi ait. Non deficiet pnceps ex Iuda neq; dux de femoribus eius: donec ueniat cui repoſitum ē: et ipſe erit expectatio gentium. Nō ergo defuit iudeorum princeps ex iudeis uſq; ad iſtum Herodem: quē primū acceperūt alienigenam regem. Tempus ergo erat ut ueniret ille cui repoſitum erat: qd̄ nouo pmiſſum eſt teſtamento: ut ipſe eſſet expectatio gentium. Fieri autem nō poſſet ut expectarent gentes eum uenturum ſicut eum cernimus expectari ut ueniat: ad faciendū iudicium i claritate potentie: niſi prius crederent in eum cū uenit ad patiendū iudicium in humilitate patientie. de Ortu ſalvatoris mei fecit qd̄ verbū caro factū e. et de diſperſione iudeorum p oīs gentes ſicut fuerat pphetatum.

Regnante ergo Herode in iudea: apud romanos aūt iam mutato rei publice ſtatu imperante Ceſare auguſto: & per eū orbe terre pacato: natus ē chriſtus ſcdm precedētem pphetiā in bethlehem Iude: homo manifeſtus ex homine uirgine: deus occultus ex deo patre. Sic enim propheta predixerat. Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filium: & uocabitur nomen eius Emanuel: quod eſt interpretatum nobiſcum deus. Qui ut ſe commēdaret deum multa miracula fecit: ex qbus quedā quātum ad eum pdicandū ſatis uiſum eſt eſſe ſcriptura euangelica continet. Quorum primū eſt q tam mirabiliter natus eſt: ultimum aūt q cum ſuo reſuſcitato corpore a mortuis aſcendit ad celum. Iudei autem qui eum occiderunt & i eum credere noluerunt: qa oportebat eum mori & reſurgere: uaſtati infelicius a romanis fūditusq; a ſuo regno ubi iā eis alienigene dn̄abāt eradicati ſūt: diſperſiq; p terras. Quādoqdē ubiq; non deſunt: per ſcripturas ſuas teſtimonio nobis ſunt pphetias nos nō finxiſſe de xpo. Quas plurimi eorum conſiderantes: & ante paſſionem et maxime poſt eius reſurrectionem crediderunt in eum: de qbus predictū eſt. Si fuerit numerus filiorū iſrael ſicut arena maris. reliquie ſalue fient. Ceteri uero excecati ſūt. de qbus pdictū eſt. Fiat menſa eorum corā ipſis in laqueum et in retributionem & in ſcandalum: obſcurentur oculi eorum ne uideant: & dorſum eorum ſemper incurua. Proinde cū ſcripturis noſtris non credunt: complentur in eis ſue quas ceci legunt. niſi quis forte dixerit illas prophetias xpianos finxiſſe de chriſto: que Sibille nomine uel aliorum pferuntur: ſi que ſunt que non ptinēt ad populū iudeorum. Nobis quidē ille ſufficiūt: que de noſtrorum inimicorum codicibus proferunt: quos agnoſcimus propter hoc

teſtimonium quod nobiſ inuiti perhibent eoſdem codiceſ habendo atq; ſeruādo p omneſ genteſ: etiam ipſoſ eſſe diſperſoſ quaquuerſum chriſti eccleſia dilatatur. Nam pphetia in pſalmiſ quoſ etiā legūt de hac re pmiſſa eſt ubi ſcriptum ē. Deuſ meuſ miſericordia eiuſ preueniet me. Deuſ meuſ demonſtrauit mihi de inimiciſ meiſ. Ne occideriſ eoſ nequādo obliuiſcanē legē tuā. Diſperge eoſ & in uirtute tua. Demonſtrauit ergo deuſ eccleſie in eiuſ inimiciſ iudeiſ gratiam miſericordie ſue. quoniam ſicut dicit apoſtoluſ delictum eorum ſaluſ eſt in gentibuſ. Et ideo non occidit: id ē non in eiſ pdidit q ſūt iudei quāuiſ deuicti et oppreſſi fuerint a romaniſ ſ ne obliti legem dei ad hoc de quo agimuſ teſtimoniū nihil ualeret. Ideo parū fuit ut diceret ne occideriſ eoſ neq̄ obliuiſcantur legē tuā niſi etiā adderet diſperge eoſ. q̄m ſi cum iſto teſtimonio ſcripturarum in ſua tantummodo terra non ubiq; eſſent. profecto eccleſia que ubiq; eſt eoſ prophetiarum que de chriſto premiſſe ſunt teſteſ ī omībuſ gentibuſ habere non poſſet. *An an̄ tpora x̄i aliq fuerit extra iſraeliticum genus qui ad celeſtiſ ciuitatiſ conſortium peruenerint.*

c. xlvij. Quapropter quiſquiſ alienigena id eſt nō ex iſrael progenituſ nec ab illo populo ī canone ſacrarum literaꝝ receptuſ legitur aliquid prophetaſſe de xp̄o: ſi in noſtram notitiam uenit aut uenerit ad cumulum a nobiſ cōmemorari pōt: nō q neceſſariuſ ſit etiā ſi deſit: ſed q̄a non creditur fuiſſe incongrue & ī aliiſ gentibuſ hoīeſ quibuſ hoc miſterium reuelatum eēt qui hoc etiā predicere impulſi ſunt: ſiue participeſ eiuſdē gratie fuerint ſiue expertes: ſiue per maloſ angeloſ docti ſint: quoſ preſentem chriſtum quē iudei nō agnoſcebant ſcimuſ fuiſſe confeſſoſ. Nec ipſoſ iudeoſ exiſtimo audere cōtendere neminem pertinuiſſe ad deum preter iſraelitaſ ex quo propagatio iſrael eē cepit reprobato eiuſ fratre maiore. Populuſ enī reuera q dei populuſ proprie diceret nulluſ aliuſ fuit. Homineſ aūt quoſdā non terrena ſed ſocietate celeſti ad ueroſ iſraelitaſ ſuperne ciueſ patrie pertinētes etiā ī aliiſ gētibuſ fuiſſe negare non poſſunt. Quia ſi negant faciliime conuincuntur de ſancto & mirabili uiro Iob: q nec indigena nec proſelituſ id eſt aduena populi iſrael fuit ſed ex gente ydumea genuſ ducenſ: ibi ortuſ ibidē mortuuſ. Qui diuino ſic laudat eloquio: ut quod ad iuſtitiā pietatēq; attinet etiā nulluſ ei homo ſuorū tēpoꝝ coequetur. Que tēpora eiuſ q̄uiſ non inueniamuſ ī cronicis: colligimuſ tamē ex libro eiuſ quē p ſui merito iſraelite ī auctoritatē canonicā receperunt: tertia generatione poſteriorē fuiſſe q̄ iſrael. Diuinituſ autē fuiſſe puiſū nō dubito: ut ex hoc uno ſciremuſ etiam per aliaſ genteſ eſſe potuiſſe q ſcd̄m deum uixerunt eiq; placuerūt pertinēteſ ad ſpiritualem hieroſolimā. Quod nemini conceſſū fuiſſe credendū eſt: niſi cui diuinituſ reuelatuſ eſt unuſ mediator dei & hoīm homo xp̄uſ Iheſuſ q uenturuſ ī carne ſic antiquiſ ſanctiſ prenuntiabatur: quēadmodum nobiſ uoniſſe nūciatuſ eſt: ut una eademq; fideſ per ipſum omīſ in dei ciuitatem dei domū dei templum predeſtinatoſ pducat ad deū. Sed quecūq; aliorū prophetie de dei p Iheſū xp̄m gratia pferunē: poſſunt putari a xp̄ianiſ eſſe conficte. Ideo nihil ē firmiuſ ad conuincēdoſ quoſlibet alienoſ: ſi de hac re contenderint noſtroſq; fulciendoſ ſi recte ſapuerint: q̄m ut diuina predicta de xp̄o ea proferantur: que ī iudeoꝝ codicibuſ ſunt ſcripta. Quibuſ auulſiſ de propriiſ ſedibuſ: et propter hoc teſtimonium toto orbe diſperſiſ xp̄i eccleſia uſq;q̄q; creuit eccleſia. *Prophetiam Agei q dixit maiorem futuram gloriam domus dei q̄ primū fuiſſet nō in reedificatione templi ſed in eccl̄ia x̄i eſſe completam.*

c. xlviij. Hec domuſ dei maioriſ ē glorie q̄ fuerat illa prima ſ lignis & lapidibuſ ceteriſq; p̄ciosiſ rebuſ metalliſq; conſtructa. Non itaq; Aggei propheta ī templi illiuſ

Populus israel

inſtauratione completa eſt. Ex quo enim inſtauratũ eſt: nunq̃ oſtenditur tantam gloriam habuiſſe quãtam habuit tẽpore Salamonis: immo potius oſtendit̃ primũ ceſſatiõe prophetie fuiſſe domus illius gloriã diminutã: deinde ipſius gẽtis cladibus tantis uſq; ad ultimũ excidium quod factum eſt a romanis: ſicut ea que ſupra ſunt cõmemorata teſtant̃. Hec autẽ domus ad nouum ptinens teſtamentũ: tanto utiq; maioris ẽ glorie: quãto meliores ſunt lapides uiui: qbus credentibus renouatis q; cõſtruitur. Sed ideo per inſtaurationem tẽpli illius ſignificata eſt: qa ipſa renouatio illius edificii ſignificat eloq̃o prophetico alterũ teſtamentũ qd̃ appellat̃ nouum. Quod ergo dixit deus p mẽoratũ pphetã: & dabo pacem i loco iſto: p ſignificantẽ locum ille qui eo ſignificatur eſt intelligendus. Vt qa illo loco inſtaurato ſignata eſt eccleſia que fuerat edificanda per xp̃m: nihil accipiat̃ quod dictũ ẽ dabo pacẽ i loco iſto: niſi dabo pacẽ in loco quem ſignificat locus iſte. Quia quodãmodo oĩa ſignificantia uidentur earũ rerũ quas ſignificant ſuſtinere perſonas: ſicut dictũ eſt ab apoſtolo petra erat chriſtus: quoniã petra illa de qua hoc eſt dictũ ſignificabat utiq; xp̃m. Maior eſt itaq; gloria domus huius noui teſtamenti: q̃ domus prioris ueteris teſtamenti: & tũc apparebit maior cum dedicabitur. Tunc enim ueniet deſideratus cunctis gentibus: ſicut legitur i hebreo. Nam primus aduentus eius nondũ erat deſideratus omnibus gentibus. Non enim quẽ debebant deſiderare ſciebant: in quẽ non crediderãt. Tũc etiã ſcd̃m. lxx. iterpretes: qa & ipſe eſt propheticus ſenſus: uenient que electa ſũt dñi de cunctis gentibus. Tunc enĩ uere nõ uenient niſi electa de qbus dicit apoſtolus: ſicut elegit nos i ipſo ante mũdi conſtitutionem. Ipſe qppe architectus qui dixit multi uocati pauci uero electi: non de his dixit qui uocati ſic uenerunt ut de conuiuio proicerentur: ſed de electis demonſtraturus eſt edificatam domum que nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem et hi quãdo replẽt eccleſias quos tanq̃ i area uẽtilatio ſepabit: nõ apparet tanta gloria domus huius: quanta tunc apparebit quando quiſquis ibi erit ſemper erit. De incremento multiplicatione ecc[lesi]e & q[uod] in hoc seculo multi reprobi miscentur electis. Ca. xx.

IN hoc ergo maligno ſeculo i his diebus malis: ubi per humilitatem preſentẽ futuram comparat eccleſia celſitudinẽ: & timorũ ſtimulis: dolorũ tormentis: laborũ moleſtiis: temptationum periculis eruditur: ſola ſpe gaudens quando ſane gaudet: multi reprobi miſcentur bonis: & utriq; tanq̃ in ſagenam euãgelicam colligunt̃: & i hoc mundo tanq̃ in mari utriq; incluſi rhetibus indiſcrete natãt: donec perueniat̃ ad litus ubi mali ſegregentur a bonis: & in bonis tanq̃ in templo ſuo ſit deus omnia i omnibus. Proinde uocem nunc agnoſcimus eius implen qui loquebatur in pſalmo atq; dicebat. Annunciaui & locutus ſum multiplicati ſunt ſuper numerum. Hoc fit nũc ex quo primũ per os p̃curſoris ſui Iohannis deinde per os propriũ annũciauit: & locutus eſt dicens. Agite penitentiam: appropinquauit enĩ regnum celorũ. Elegit diſcipulos quos & apoſtolos nomiauit: humiliter natos: inhonoratos: illiteratos: ut quidquid magnũ eſſent & facerent: ipſe in eis eſſet & faceret. Habuit iter illos unũ: quo malo uteũs bene: & ſue paſſionis diſpoſitũ impleret: & eccleſie ſue tolerandorũ malorũ preberet exemplum. Seminato quantũ per eius oportebat preſentiã corporalem ſancto euangelio: paſſus eſt: mortuus eſt: reſurrexit: paſſione oſtẽdens qd ſuſtinere pro ueritate: reſurrectione quid ſperare in eternitate debeamus: excepta altitudine ſacramenti qua ſanguis eius in remiſſionẽ peccatorũ fuſus eſt. Cõuerſatus ẽ in terra. xl. dies cũ diſcipulis ſuis: atq; ipſis uidentibus aſcendit i celũ: & poſt dies x. pmiſſũ ſpm̃ ſanctũ miſit patris ſui: cuius aduenientis in eos qui crediderãt tũc erat

ſignū maximū: & maxīe neceſſariū: ut unuſqſq; eoꝝ līguiſ oīum gentiū loqueret. ſita ſignificanſ unitatē catholice eccleſie per oīſ genteſ futuram: ac ſic līguiſ oībuſ locuturā. De pa... Euāge... [illegible]

DEinde ſcd̄m illā propbetiā. lex ſyon lex prodiet et uerbū dn̄i de bieruſalē: ſet ſcd̄m dn̄i ipiuſ chriſti p̄dicta: ubi poſt reſurrectōnē ſtupētibuſ eū diſcipuliſ ſuiſ apperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturaſ: et dixit eiſ qm̄ ſic ſcriptū eſt & ſic oportebat xp̄m pati & reſurgere a mortuiſ die tertia: et p̄dicari in eiuſ nomine penitētiā & remiſſionē peccatorū per omneſ genteſ: incipientibuſ ab bieruſalē. Et ubi rurſuſ eiſ de aduentu eiuſ nouiſſimo regrentibuſ reſpondit atq; ait. Non eſt ueſtrū noſſe tp̄a uel momēta que pater poſuit ī ſua poteſtate. ſed accipietiſ uirtutē ſpirituſ ſācti ſuperuenientiſ in uoſ: et eritiſ teſteſ mibi in bieruſalē: & in tota iudea & ſamaria: et uſq; in fineſ terre. Primū ſe ab bieruſalē diffudit eccleſia: & cū in iudea atq; ſamaria plurimi credidiſſent: & in aliaſ genteſ ſeminatum eſt eiſ annuntiantibuſ euāgelium: quoſ ipſe ſicut luminaria coaptauerat uerbo: et accenderat ſpū ſancto. Dixerat enī eiſ nolite timere eoſ q corpuſ occidunt: aīam autē nō poſſūt occidere. qui ut frigidi timore nō eſſent. igne caritatiſ ardebant. Deniq; per ipſoſ nō ſolū q eum ante paſſionē & poſt reſurrectōnē ſuā uiderāt: & audierant: uerū etiā poſt obitū eorum per poſteroſ eoꝝ inter horrendaſ perſecutioneſ & uarioſ cruciatuſ: ac funera martirum p̄dicatū eſt toto orbe euāgeliū: conteſtāte dn̄o ſigniſ et oſtentiſ & uariſ uirtutibuſ: & ſpirituſ ſancti munenbuſ: ut populi gentiū credenteſ ī eum q p̄ eorū redempnōe crucifixuſ eſt xp̄iano amore uenerarent ſanguinem martirum: quem diabolico furore fuderunt: ipſiq; regeſ quorū legibuſ uaſtabatur eccleſia: eiuſ nomini ſalubriter ſubderentur: quod de terra crudeliter auferri conati ſunt: & falſoſ deoſ inciperent perſequi: quorum cauſa cultoreſ dei ueri fuerant antea perſecuti. Qd et pheticoꝝ diſſenſione fidē catholicā reprobet.

VIdēſ aūt diabolus tēpla demonū deſeri & ad nomē liberātiſ mediatoriſ currere genuſ hūanū: hereticoſ mouit q ſub uocabulo chriſtiano doctrine reſiſterēt xp̄iane: q̄ſi poſſent indifferenter ſine ulla correptione habere ī ciuitate dei: ſicut ciuitaſ confuſioniſ indifferēter habuit philoſophoſ inter ſe diuerſa & aduerſa ſentiēteſ. Qui ergo in dei eccleſia morbidū aliqd prauūq; ſapiunt: ſi correpti ut ſanū rectūq; ſapiāt reſiſtunt cōtumaciter: ſuaq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolūt: ſed defenſare perſiſtunt: heretici fiunt: & foraſ exeunteſ habentur in exercentibuſ inimiciſ: etiā ſic quippiā ueriſ illiſ catholicaſ membriſ xp̄i malo ſuo proſunt. Dū enī deuſ utitur & maliſ bene & diligentibuſ eū oīa cooperant in bonū: inimici oēſ eccleſie quolibet errore cecentur uel malitia deprauentur: ſi accipiunt p̄tātē corporaliter affligendi: exercent eiuſ patientiā: ſi tantūmō male ſentiendo aduerſant: exercent eiuſ ſapiētiā. Ut aūt etiā inimici diligant: exercent eiuſ beniuolentiā: aut etiā beneficentiā: ſiue ſuaſibili doctrina cum eiſ agatur: ſiue terribili diſciplina. Ac per hoc diabolus princepſ impie ciuitatiſ aduerſuſ peregrinantē in hoc mūdo ciuitatem dei uaſa propria cōmouendo: nihil ei nocere permittit: cui procul dubio & rebuſ p̄ſperiſ conſolatio ut non frangat aduerſiſ: exercitatio ut non corrūpat p̄ſperiſ p̄ diuinā prouidentiā procurat: atq; ita temperatur utrunq; ab alterutro: ut in pſalmo illam uocē non aliunde cognoſcamuſ exortā: ſcd̄m multitudinē dolorū meoꝝ in corde meo: cōſolationeſ tue iocūdauerūt aīam meam. Hinc eſt & illud apoſtoli: ſpe gaudenteſ: in tribulatōe patiēteſ. Nā & id qd̄ ait idem doctor: quicunq; uolūt pie uiuere ī xp̄o perſecutionē patiunt: nulliſ putandū eſt deeſſe poſſe tēporibuſ: quia & cum ab eiſ

qui foriſ ſunt nõ ſentientibuſ uidet̃ eſſe tranqllitaſ: & reuera ẽ: plurimũq; cõſolatõiſ aufert infirmiſ maxime: non tñ deſunt imo multi ſunt intuſ: q corda pie uiuentium ſuiſ perditiſ moribuſ cruciãt: qm̃ per eoſ blaſſematur xp̃ianũ & catholicum nomẽ. Quod quãto eſt cariuſ eiſ qui uolunt pie uiuere in chriſto: tanto magiſ dolẽt q̃ p malos ſtuſ poſitoſ fit: ut minuſ q̃ piorũ menteſ deſiderãt diligat̃. Ipſi quoq; heretici cũ xp̃ianũ cogitant̃ habere nomẽ & ſacramenta xp̃iana: & ſcripturaſ & pfeſſionẽ: magnũ dolorem faciunt ĩ cordibuſ piorũ: qa & multi uolenteſ eſſe xp̃iani propter eorum diſſenſioneſ heſitare cogunt̃: & multi maledici etiã in hiſ inueniunt materiã blaſſemãdi xp̃ianũ nomẽ: qa & ipi quoquomõ xp̃iani appellant̃. Hiſ atq; huiuſmodi prauiſ moribuſ & erroribuſ hoĩm perſecutionẽ patiunt̃ qui uolunt in chriſto pie uiuere: etiã nullo infeſtante neq; uexãte corpuſ illorũ. Patiunt̃ qppe hãc pſecutionẽ non in corporibuſ ſed in cordibuſ. Vnde illa uox eſt. ſcdm̃ multitudinem dolorum meorũ in corde meo. Non enĩ ait in corpore meo. Sed rurſuſ qm̃ cogitant̃ immutabilia diuina promiſſa: et qđ ait apoſtoluſ nouit dominuſ q ſũt eiuſ: quoſ enim preſciuit & predeſtinauit conformeſ fieri imaginiſ filii ſui: ex eiſ nulluſ perire põt: ideo ſequitur in illo pſalmo: conſolationeſ tue iocũdauerunt aĩam meã. Dolor autẽ ipſe q fit in cordibuſ piorum: quoſ perſequunt̃ moreſ xp̃ianorũ malorum: ſiue falſorũ: prodeſt dolentibuſ: quoniã de caritate deſcendit qua eoſ perire nolũt: nec impedire ſalutẽ aliorum. Denĩq; magne conſolationeſ fiunt etiã de correctõibuſ eorũ: q piorũ aĩaſ tanta iocunditate perfundũt: quãtiſ de ſua pditione doloribuſ cruciauerant. Sic ĩ hoc ſeculo ĩ hiſ diebuſ maliſ: nõ ſolũ a tẽpore corporaliſ pſentie xp̃i & apoſtolorũ eiuſ ſed ab ipſo Abel quẽ primũ iuſtum impiuſ frater occidit: et deinceps uſq; ad huiuſ ſeculi finẽ: inter pſecutiõeſ mũdi & cõſolatiõeſ dei peregrinãdo procurrit eccleſia.

PRoinde nec illud qdem temere puto eſſe dicendũ ſiue credendũ: qđ nõnulliſ uiſum eſt uel uidetur: non ampliuſ eccleſiã ſuam paſſurã perſecutioneſ uſq; ad tempuſ Antichriſti: q̃ q iã paſſa eſt: id eſt decẽ: & undecima eadẽq; ſit ab Antixp̃o nouiſſima. Primã qppe computant a Nerone: Secundã a domitiano: Tertiam a Traiano: Quartã ab Antonino: Quintã a Seuero: Sextã a Maximino: Septimam a Decio: Octauã a Valeriano: Nonam ab aureliano: Decimã a Diocletiano & Maximiano. Plagaſ enĩ egiptiorũ quoniã decẽ fuerũt antequã inde exire inciperet populuſ dei: putant ad hunc intellectum eſſe referendaſ: ut nouiſſima Antichriſti perſecutio ſimiliſ uideat̃ undecime plage: qua egiptii dũ hoſtiliter perſequerentur hebreoſ: ĩ mari rubro populo dei p ſiccũ tranſeũte perierũt. Sed ego illa re geſta ĩ egipto iſtaſ perſecutioneſ prophetice ſignificataſ eſſe nõ arbitror: quãuiſ ab eiſ q hoc putant exqſite & ingenioſe illa ſingula hiſ ſinguliſ cõpata uideantur: nõ pphetico ſpũ ſed coniectura mentiſ hũane: que aliqñ ad uerum peruenitur: aliqñ fallit. Quid enĩ q hoc ſentiunt dicturi ſunt de perſecutione qua ipſe dñſ crucifixuſ eſt? In quo eã numero poſituri? Si autẽ hac excepta exiſtimãt cõputãdũ: tanq̃ illa numerãde ſint que ad corpuſ pertinent: nõ qua ipſũ caput eſt appetitũ & occiſũ: quid agẽt de illa que poſteaq̃ xp̃uſ aſcendit ĩ celũ hieroſolimiſ facta eſt: ubi beatuſ Stephanuſ lapidatuſ eſt: ubi Iacobuſ frater Iohãniſ gladio trucidatuſ ẽ: ubi apoſtoluſ Petruſ ut occideretur incluſuſ eſt: & per angelũ liberatuſ: ubi fugati atq; diſperſi de hieroſolimiſ fratreſ: ubi Sauluſ q poſtea Pauluſ apoſtoluſ factuſ eſt uaſtabat eccleſiam: ubi ipſe quoq; tã fidẽ quã perſequebat̃ euãgelizanſ: qualia faciebat eſt paſſuſ: ſiue

per iudeam ſiue per aliaſ genteſ: q̄cunq; chriſtū feruentiſſime predicabat{ Cur ergo
ei a Nerone uidetˀ ordiendū:{cū ad Neroniſ tēpora inter atrociſſimaſ perſecutiōeſ
de qbuſ nimiſ ē longū cuncta dicere: eccleſia creſcendo puenerit{ Quod ſi a regibuſ
factaſ perſecutioneſ in numero exiſtimāt eſſe debere{ rex fuit Herodeſ q etiā poſt
aſcenſū dn̄i grauiſſimā fecit{ Deinde qd reſpōdent etiā de Iuliano: quē nō numerāt
in decem{ An ipſe non ē eccleſiam perſecutuſ: qui xp̄ianoſ liberaleſ literaſ docere ac
diſcere uetuit{ ſub quo Valentinianuſ maior q poſt eū tertiuſ imperator fuit: fidei
xp̄iane cōfeſſor extitit: militiaq; priuatuſ ē{ Vt omittam que apud anthiochiam
facere ceperat: niſi uniuſ fideliſſimi & conſtantiſſimi iuueniſ: q cū multiſ app̄henſiſ
ut torquerentˀ per totū diem primuſ eſt tortuſ: inter ungulaſ cruciatuſq; pſallentiſ
libertatē atq; hilaritatē miratuſ exhorruiſſet: & in ceteriſ deformiuſ erubeſcere ti/
muiſſet{ Poſtremo noſtra mēoria Valenſ ſupradicti Valentiniani frater arrianuſ
nonne magna perſecutione per orientiſ parteſ catholicā uaſtauit eccleſiā{ Quale ē
autē non conſiderare eccleſiā per totū mundū fructificantē atq; creſcentē. poſſe i
aliqbuſ gētibuſ pſecutionē pati a regibuſ: et qn̄ in aliiſ nō patitˀ{ Niſi forte non eſt
perſecutio computāda{ qn̄ rex gothorū i ipſa gothia perſecutuſ ē xp̄ianoſ crude/
litate mirabili: cū ibi nō eſſent niſi catholici{ quorū plurimi martirio coronati ſūt:
ſicut a qbuſdā fratribuſ q tūc illic pueri fuerant: & ſe iſta uidiſſe incunctanter re/
cordabantˀ audiuimuſ{ Quid mō in pſide{ Nōne ita i xp̄ianoſ ferbuit perſecutio:
ſi tn̄ iā quieuit: ut fugienteſ inde nonnulli uſq; ad romana opida puenerit{ Hec atq;
huiuſmodi mihi cogitanti non uidetˀ eſſe diffiniendus numeruſ perſecutionū: qbuſ
exerceri oportet eccleſiā{ Sed rurſuſ affirmare aliquaſ futuraſ a regibuſ preter illā
nouiſſimā de q̄ nulluſ ambigit xp̄ianuſ: non minoriſ ē temeritatiſ{ Itaq; hoc i medio
relinquamuſ: neutrā partē queſtioniſ huiuſ aſtruenteſ ſiue deſtruētes: ſed tantūmō
ab affirmandi quodlibet horū audacē preſūptionē reuocāteſ{ Illā ſane nouiſſimam
perſecutionē que ab Antichriſto futura ē: preſentia ſua extinguet ipſe Iheſuſ{ Sic
enī ſcriptū eſt: q̄ eū interficiet ſpū oriſ ſui: & euacuabit illumiatione preſentie ſue.
{ Hic queri ſolet qn̄ iſtud erit: importune omnino{ Si enī hoc nobiſ noſſe prodeſſet: a
quo meliuſ q̄ ab ipſo deo magiſtro interrogantibuſ diſcipuliſ diceretur{ Non enim
ſiluerunt inde apud eum: ſed a preſente queſierunt dicenteſ. Domine ſi hoc tempore
repreſentabiſ regnū iſrael{ At ille nō eſt inqt ueſtrū noſſe tēpora{ que pater in ſua
poſuit poteſtate{ Non utiq; illi de hora: uel die: uel āno: ſed de tpe i terrogauerūt:
qn̄ illud accepere reſponſū{ Fruſtra igitˀ annoſ q huic ſeculo remanēt cōputare ac
diffinire conamur: cū hoc ſcire non eſſe noſtrū ex ore ueritatiſ audiamuſ{ Quoſ tn̄
alii q̄dringētoſ: alii qngentoſ: alii etiā mille: ab aſcenſione dn̄i uſq; ad eiuſ ultimum
aduentū cōpleri poſſe dixerūt{ Quēadmodū aūt qſq; eorū aſtruat opinionē ſuam:
longum ē demonſtrare: & nō neceſſariū.

C Oniecturiſ quippe utuntˀ hūaniſ: nō ab eiſ aliqd certū de auctoritate ſcripture
canonice pfertˀ{ Omniū uero de hac re calculantiū digitoſ reſoluit: & qeſcere
iubet ille q dicit{ Nō eſt ueſtrū ſcire tēpora que pater in ſua poſuit poteſtate{ Sed
hec qa euāgelica ſententia ē: mirū eſt nō ea repreſſoſ fuiſſe deorū multorū falſorūq;
cultoreſ{ quo minuſ fingerent demonum reſponſiſ quoſ tanq̄ deoſ colunt: definitū
eē quāto tpe manſura eēt religio xp̄iana{ Cū enī uiderēt nec tot tātiſq; pſecutōibuſ
eam potuiſſe conſumi{ ſed hiſ potiuſ incremēta mira ſūpſiſſe{ excogitauerūt neſcio
quoſ uerſuſ grecoſ: tanq̄ cōſulēti cuidā diuino oraculo effuſoſ{ Vbi xp̄m quidē ab
huiuſ tanq̄ ſacrilegii crimie faciūt innocētē{ Petrū aūt maleficia feciſſe ſubiūgunt

ut coleret xp̄i nomē per trecentoſ ſexagintaq̄ʒ annoſ. Deinde cōpleto memorato
numero annorū ſine mora ſumeret finē. O hoim corda doctorū: o īgenia literata:
digna credere iſta de chriſto: qui credere non uultis in chriſtum. q̄ eius diſcipulus
Petrus ab eo magicas artes non didicerit: ſed ab ipo innocente tamē eius diſcipulus
maleficus fuerit: nomēq̄ꝫ illius q̄ ſuū coli maluerit magicis ſuis artibus magnis la/
boribus et periculis ſuis poſtremo etiam effuſione ſanguinis ſui. Si Petrus maleficus
fecit ut chriſtum ſic diligeret mundus: quid fecit innocens xp̄us ut eum ſic diligeret
Petrus. Reſpōdeant igitᵉ ſibiipſi: & ſi poſſunt intelligant: illa ſupna gratia factū
eſſe: ut propter eternā uitam chriſtum diligeret mundus: qua gratia factum eſt ut
propter eternā uitam ab illo accipiēdam: et uſq̄ꝫ ad temperariam mortem pro illo
patiendā xp̄m diligeret Petrus. Deinde iſti dii qui ſunt: qui poſſunt iſta predicere:
nec poſſunt auertere ita ſuccumbētes uni malefico et uni ſceleri magico quo puer
ut dicūt anniculus occiſus: et dilaniatus et ritu nefario ſepultus ē: ut ſectā ſibi aduer/
ſariam tam prolixo tempore conualeſcere: tot tantarumq̄ꝫ perſecutionū horrēdas
crudelitates nō reſiſtendo ſed patiendo ſuperare: & ad ſuorum ſimulacrorum: tem/
plorum: ſacrorum: oraculorum: euerſionē peruenire permitterent. Quis poſtremo
eſt deus non noſter uniq̄ꝫ ſed ipſorum: qui uel illectus tanto ſcelere uel impulſus eſt
iſta preſtare. Non enī alicui demoni hoc aſcribitur: ſed dicunt illi uerſus: hec Petrū
arte magica diffiniſſe. Talem deum habent: qui chriſtum non habent.

Hec atq̄ꝫ huiuſmōi multa colligerem: ſi nondū annus iſte trāſiſſet quē diuina/
tio ficta pmiſit: & decepta uanitas credidit. Cum uero ex quo nominis chriſti
cultus per eius in carne preſentiā: & per apoſtolos inſtitutus eſt ante aliquot ānos
anni trecenti ſexagintaquinq̄ꝫ completi ſint: quid aliud querimus unde iſta falſitas
refellatur. Ut enim in chriſti natiuitate huius rei non ponamus initium: qa infans
et puer diſcipulos non habebat: tn̄ quādo habere cepit: proculdubio tūc innotuit
per eius preſentiam corporalem doctrina & religio xp̄iana: id eſt poſteaq̄ in flumio
Iordane miniſterio Iohānis eſt baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa
pceſſerat: dominabitᵉ a mari uſq̄ꝫ ad mare: & a flumie uſq̄ꝫ ad terminos orbis terre.
Sed qm̄ priuſq̄ eſſet paſſus et reſurrexiſſet a mortuis: nondum fides omnibus fuerat
definita: in reſurrectione quippe chriſti definita eſt. Nam ſic apoſtolus Paulus a/
thenienſibus loquitᵉ dicens. Iam nunc ānuntiat hōibus omnes ubiq̄ꝫ agere penitētiā:
eo q̄ ſtatuit diem iudicare orbem in equitate ī uiro quo diffiniuit fidem omnibus:
reſuſcitans illum a mortuis: melius in hac queſtione ſoluenda inde initium ſumimus:
preſertim quia tunc etiā datus ſpiritus eſt ſanctus: ſicut eum dari poſt reſurrectionē
xp̄i oportebat ī ea ciuitate ex qua debuit incipere lex ſecunda: hoc ē teſtamentū
nouum. Prima enim data fuit lex in monte ſyna per Moyſen: quod teſtamentum
uocatur uetus. De hac autem que per chriſtum dāda erat predictum eſt. Ex ſyon
lex prodiet: et uerbum domini ex hieruſalem. Unde et ipſe per omnes gentes dixit
predicari oportere in nomine ſuo penitentiam: ſed tamē incipientibus ab hieruſalē.
Ibi ergo exortus eſt huius nominis cultus: ut ī Ieſum chriſtū qui crucifixus fuerat
& reſurrexerat crederetur. Ubi hec fides tam inſignibus initiis incāduit: ut aliquot
hominum milia in chriſti nomine mirabili alacritate cōuerſa uenditis ſuis rebus ut
egenis diſtribuerētur: propoſito ſācto et ardentiſſima caritate ad paupertatē uo/
luntariā puenirent: atq̄ꝫ inter frementes & ſanguinē ſitientes iudeos ſe uſq̄ꝫ ad mortē

pro ueritate certare nō armata potentia ſed potentiore potentia ꝑpararent. Hoc ſi nulliſ magicis artibuſ factū eſt: cur credere dubitant eadē uirtute diuina per totū mundū idē fieri potuiſſe q̄ hic factū eſt. Si aūt ut i hieroſolimiſ ſic ad cultū huiuſ nominiſ chriſti accenderetur tāta hominum multitudo que illum in cruce uel fix/erat comprehenſum: uel riſerat fixum: iam maleficium illud fecerat Petruſ: ex ipſo anno querendum eſt: quando trecenti ſexagintaquinq; completi ſunt. Mortuuſ eſt ergo xp̄uſ duobuſ geminiſ cōſulibuſ. viii. Kalendaſ Aprilis. Reſurrexit tertio die: ſicut apoſtoli ſui etiam ſenſibuſ probauerūt. Deinde poſt. xl. dieſ aſcendit in celum: poſt decem dieſ id eſt quinquageſimo die poſt ſuam reſurrectionem: miſit ſpiritum ſanctum. Tunc tria milia hominum apoſtoliſ eum predicantibuſ crediderunt. Tūc itaq; noiſ illiuſ cultuſ exortuſ ē: ſicut noſ credimuſ et ueritaſ habet: efficacia ſpirituſ ſācti. Sicut autē finxit uanitaſ impia uel putauit magicis artibuſ Petri. Paulo poſt etiam ſigno mirabili facto quando ad uerbū ipſiuſ Petri quidā mendicuſ ab utero matris ita clauduſ ut ab aliiſ portaretur: & ad portam tēpli ubi ſtipem peteret po/neretur ſin nomine Iheſu chriſti ſaluuſ exilijt: quinq; milia hominum crediderunt. Ac deinde aliiſ atq; aliiſ acceſſibuſ credentium creuit eccleſia. Ac per hoc colligitur etiā dieſ ex quo annuſ ipſe ſumpſit inicium: ſcilicet quando miſſuſ eſt ſpirituſ ſāctuſ id eſt per yduſ mayaſ. Numeratiſ deinde conſulibuſ. ccclxv. āni reperiuntur īpleti per eaſdē yduſ mayaſ: conſulatu Honorii et Euticiani. Porro ſequenti anno cum ſocium accepiſſet Honoriuſ conſulem Mallium Theodorum quādo iam ſecundū illud oraculū demonū aut figmentū hominum nulla debuit eſſe religio chriſtiana: quid per aliaſ terraꝝ parteſ forſitan factum ſit: non fuit neceſſe perquirere. Interi quod ſcimuſ in ciuitate notiſſima et eminentiſſima carthagine africe Gaudentiuſ et Iouiuſ comiteſ imperatoriſ Honorii quartodecimo kalēdaſ Aprilis falſoꝝ deoꝝ templa euerterunt: & ſimulachra fregerūt. Ex quo uſq; ad hoc tempuſ per. xxx. fere annoſ: quiſ nō uideat quātum creuerit cultuſ nominiſ chriſti: preſertim poſteaq̄ multi eorum chriſtiani ſūt facti: qui tanq̄ illa uera diuinatione reuocabant a fide eamq; completo eodem annoꝝ numero inanem irridendamq; uiderunt. Noſ igitū qui ſumuſ uocamurq; chriſtiani: non in Petrū credimuſ ſed in quem credidit Petruſ: Petri de chriſto edificati ſermonibuſ: nō carminibuſ ueneficiiſ nec decepti maleficiis: ſed beneficiiſ eiuſ adiuti. Ille Petri magiſter xp̄uſ in doctrina que ad uitam ducit eternam ipē eſt magiſter noſter. Sed aliquando iam claudamuſ hūc librū huc uſq; diſſerenteſ et quantum ſatiſ uiſum eſt demonſtranteſ quiſ nam ſit duarū ciuitatum celeſtiſ atq; terrene ab inicio uſq; ad finem permixtarū mortaliſ excurſuſ quarum illa que terrena eſt fecit ſibi quoſ uoluit: uel undecūq; uel etiā ex hominibuſ deoſ falſoſ: quibuſ ſacrificādo ſeruiret. Illa autem celeſtiſ que peregrinat in terra: falſoſ deoſ non facit: ſed a uero deo ipa fit: cuiuſ uerū ſacrificium ipſa ſit. Ambe tamen tē/poralibuſ uel boniſ utunt pariter: uel magiſ pariter affligūtur diuerſa fide: diuerſa ſpe: diuerſo amore donec ultimo iudicio ſeparentur: et percipiat unaqueq; ſuum finē cuiuſ nulluſ eſt finiſ. De quibuſ ambarum finibuſ deincepſ diſſerendum eſt.

AVRE II AV[illegible] [illegible]ETR DEC M[illegible]SNONVS

IN[illegible]T

Quod in queſtione quā de finibus bonoꝝ & maloꝝ philoſophica exercuit uentilauit ducentas octuaginta octo ſectas eſſe [illegible] ꝑſpexerit.

QVoniam de ciuitatiſ utriuſq; terrene ſcilicet & celeſtiſ debitiſ finibuſ deinceps mihi uideo diſputandū: priuſ exponēda ſunt quā ēa operiſ huiuſ terminandi ratio patit̄ argumēta morta/lium: qbuſ ſibipſi beatitudinē facere in huiuſ uite infelicitate moliti ſunt: ut ab eorum uaniſ rebuſ ſpeſ noſtra quid differat: quam deuſ nobiſ dedit & reſ ipſa hoc ē uera beatitudo quam dabit: non tantum auctoritate diuina ſed indubitata etiam ratione: qualem propter infideleſ poſſumuſ adhibere clareſcat. De finibuſ .n. maloꝝ et bonoꝝ: multa & multipliciter inter ſe philoſophi diſputarūt. Quam queſtionem maxima intentione uerſanteſ: conati ſunt inuenire quid efficiat hominem beatum. Illud enim ē finiſ boni noſtri propter quod appetenda ſunt cetera: ipſum aūt ꝑpter ſeipſum. Et illud finiſ mali propter quod uitanda ſunt cetera: ipſum autem propter ſeipſum. Finē ergo boni nunc dicimuſ: nō quo conſumat̄ ut nō ſit: ſed quo ꝑficitur ut plenū ſit: & finem mali nō quo eſſe deſinat: ſed quouſq; nocendo perducat. Fineſ itaq; iſti ſunt: ſummū bonū: & ſummū malū: de quibuſ inueniēdiſ atq; ita in hac uita ſummo bono adipiſcendo: uitando aūt ſummo malo: multū ſicut dixi laborauerūt qui ſtudium ſapientie in huiuſ ſeculi uanitate profeſſi ſunt: nec tamē eoſ quāuiſ diuerſiſ errantes modiſ: nature limeſ in tātum ab itinere ueritatiſ deuiare permiſit: ut nō alii in animo: alii in corpore: alii in utroq; fineſ bonorum ponerent & malorū. Ex qua tripertita uelut generalium diſtributione ſectarum: Marcuſ Varro in libro de phi/loſophia tā multam dogmatū uarietatē diligēter & ſubtiliter ſcrutatuſ aduertit: ut ad ducentaſ octogita & octo ſectaſ non que iā eſſent: ſed que eſſe poſſent: adhibenſ quaſdam differētiaſ facillime perueniret. Quod ut breuiter oſtendam inde oportet incipiam: quod ipſe aduertit & poſuit in libro memorato: quatuor eſſe quedam que homineſ ſine magiſtro: ſine ullo doctrine adminiculo: ſine induſtria uel arte uiuēdi que uirtuſ dicitur & ꝓculdubio diſcitur: uelut naturaliter appetunt: aut uoluptatem qua delectabiliter mouetur corporiſ ſenſuſ: aut quietem qua fit ut nullā moleſtiam corporiſ quiſq; patiatur: aut utranq; quam tamē uno nomine uoluptatiſ Epicuruſ appellat: aut uniuerſaliter prima nature in quibuſ & hec ſunt & alia: uel in corpore ut membrorum integritaſ & ſaluſ atq; incolumitaſ eiuſ: uel in animo ut ſunt ea que uel parua uel magna in hoīm reperiuntur ingeniiſ. Hec igit̄ quatuor id ē uoluptaſ: quieſ: utrunq;: ꝑma nature: ita ſunt i nobiſ ut uel uirtuſ quā poſtea doctrina inſerit propter hec appetenda ſit: aut iſta propter uirtutem: aut utraq; propter ſeipſam. Ac per hoc fiunt hinc duodecim ſecte. Per hanc enim rationē triplicant̄ ſingule: quod cum in una demonſtrauero: difficile non erit in ceteriſ id inuenire. Cū ergo uoluptaſ corporiſ animi uirtuti aut ſubditur: aut prefertur: aut iungitur: tripertita uariatur diuerſitate ſectarum. Subditur autem uirtuti quando in uſum uirtutiſ aſſumitur. pertinet quippe ad uirtutiſ officiū: & uiuere patrie: & propter patriā filioſ ꝓcreare: quorum neutrum fieri poteſt ſine corporiſ uoluptate. Nam ſine illa nec cibuſ nec potuſ ſumit̄ ut uiuatur: nec cōcubitur ut generatio ꝓpagetur. Cum uero prefertur uirtuti ipſa appetitur propter ſeipſam: uirtuſ autem aſſumēda creditur ꝓpter illam: id eſt ut nihil uirtuſ agat niſi ad cōſequendā uel conſeruandā corporiſ uoluptatem: que uita deformiſ eſt. Quippe ubi uirtuſ ſeruit domine uoluptati: q̄uiſ nullomō hec dicenda ſit uirtuſ. Sed tamen etiam iſta horribiliſ turpitudo habuit quoſdam philo/ſophoſ patronoſ & defenſoreſ ſuoſ. Virtuti porro uoluptaſ iungitur: quādo eorum neutra ꝓpter alteram: ſed ꝓpter ſeipſaſ ambe appetunt̄. Quapropter ſicut uoluptaſ

uel ſubdita uel prelata uel iuncta uirtuti: treſ ſectaſ facit: ita queſita utraq; ita pꝛima
nature: aliaſ ternaſ inuenitur efficere. Pro uarietate quippe humanarum opinio/
num uirtuti aliquando ſubduntur: aliquando preferuntur: aliquando iunguntur:
ac ſic ad duodenarium ſectarum numerum peruenitur. Sed iſte quoq; numeruſ
duplicatur: adhibita una differentia ſocialiſ uidelicet uite: quoniam quiſquiſ ſectatur
aliquam iſtarum duodecim ſectarum: profecto aut propter ſe tantum id agit: aut
etiam propter ſociū cui debet hoc uelle quod ſibi. Quocirca duodecim ſunt eorum
qui propter ſe tantummō unamquanq; tenendam putant: et alie duodecim eorum
qui non ſolum propter ſe ſi quid uelint philoſophandum eſſe decernunt: ſed etiam
propter alioſ quorum bonum appetūt ſicut ſuum. He autem ſecte uigintiquatuor
iterum geminantur: addita differentia ex achademicis nouis: & fiunt quadraginta/
octo. Illarum quippe uigintiquatuor unamquanq; ſectarū poteſt quiſq; ſic tenere
ac defendere ut certam: quemadmodum ſtoici defenderunt: ꝙ hominiſ bonum quo
beatuſ eſſet in animi tantummodo uirtute conſiſteret. Poteſt aliuſ ut incertam:
quemadmodū defenderunt achademici noui: qđ eiſ et ſi non certū tamen uerisimile
uidebatur. Vigintiquatuor ergo fiūt per eoſ qui uelut eaſ certaſ propter ueritatem:
et alie uigintiquatuor per eoſ qui eaſdem uelut incertaſ propter ueri ſimilitudinem
ſequendaſ putant. Rurſuſ quia unamquanq; iſtarum quadragintaocto ſectarum
poteſt quiſq; ſequi: habitu ceterorum philoſophorum. Itemq; aliuſ poteſt habitu
cynicorum. ex hac etiam differentia duplicantur & nonagintaſex fiunt. Deinde
quia earum ſingulaſ quaſq; tueri homineſ poſſunt atq; ſectari ut aut ociosam di/
ligant uitam: ſicut hi q tantūmō ſtudiiſ doctrine uacare uoluerū tracq; ualuerunt:
aut negocioſam ſicut hi qui cum philoſopharent: tamen amminiſtratiōe reipublice
regendiſq; rebuſ humaniſ occupatiſſimi fuerunt: aut ex utroq; genere temperatam:
ſicut hi qui partim erudito ocio: partim neceſſario negotio: alternantia uite ſue tpa
tribuerunt. Propter haſ differentiaſ poteſt etiā triplicari numeruſ iſte ſectarum:
et ad ducentaſ octogintaocto perduci. Hec de Varroniſ libro quantum potui bre/
uiter ac dilucide poſui ſententiaſ eiuſ meiſ uerbiſ explicanſ. Quomodo aūt refutatiſ
ceteriſ unam eligat: quam uult eſſe achademicoꝝ ueterū: quoſ a Platone inſtitutoſ
uſq; ad Polemonem qui ab illo quartuſ eiuſ ſcolam tenuit que achademia eſt dicta:
habuiſſe certa dogmata uult uideri: et ob hoc diſtinguit ab achademicis nouis qbuſ
incerta ſunt omnia: qđ philoſophie genuſ ab Archeſilao cepit ſucceſſore Polemoniſ:
eamq; ſectā id eſt ueterum achademicoꝝ ſicut dubitatione: ita omni errore carere
arbitretur. Longū eſt per omnia demonſtrare: nec tñ ex omni parte res omittenda
eſt. Remouet igit̄ priuſ omneſ illaſ differentiaſ: que numeꝝ multiplicauere ſectarū:
quaſ ideo remouendaſ putat: qa nō in eiſ eſt finiſ boni. Neq; enim exiſtimat ullam
philoſophie ſectam eſſe dicendam: que non in eo diſtet a ceteris ꝙ diuerſoſ habeat
fineſ bonorum & malorum: quando quidem nulla eſt homini cauſa philoſophandi:
niſi ut beatuſ ſit. Quod autem beatū facit: ipſe eſt boni finiſ. Nulla eſt igitur cauſa
philoſophandi: niſi finiſ boni. Quamobrem que nullum boni finem ſectatur: nulla
philoſophie ſecta dicenda eſt. Cum ergo queritur de ſociali uita utrum tenenda ſit
ſapienti: ut ſummum bonum quo fit homo beatuſ ita uelit & curet amici ſui quem/
admodum ſuum: an ſue tantummodo beatitudiniſ cauſa faciat quicquid facit: non
de ipſo ſummo bono queſtio eſt: ſed de aſſumendo uel non aſſumēdo ſocio ad huiuſ
participationē boni: non propter ſeipſum ſed propter eundem ſocium: ut eiuſ bono
ita gaudeat ſicut ſuo gaudet. Item cum querit̄ de achademicis nouis: quibuſ incerta

ſunt omnia utrum ita ſint res habende in quibus philoſophandum eſt: an ſicut aliis philoſophis placuit certas eas habere debeamus. non queritur quid in fine boni ſectandum ſit: ſed de ipſius boni ueritate quod uidetur ſectandum utrum ſit necne dubitandum. hoc eſt ut id planius eloquar: utrum ita ſectandum ſit: ut qui ſectatur dicat eſſe uerum: an ita ut qui ſectatur dicat uerum ſibi uideri: etiam ſi forte ſit falſum tamen uterque ſectetur unum atque idem bonum. In illa enim differentia que adhibetur ex habitu & conſuetudine cynicorum: non queritur quis nam ſit boni finis: ſed utrum in illo habitu & conſuetudine ſit uiuendum ei qui uerum ſectatur bonum: quodlibet ei uerum eſſe uideatur atque ſectandum. Denique ſunt qui cum bona finalia ſequerentur: alii uirtutem alii uoluptatem: eundem tamen habitum et conſuetudinem tenebant. ex quo cynici appellabantur. Ita illud quidquid eſt unde philoſophi cynici diſcernuntur a ceteris ad eligendum ac tenendum bonum quo beati fierent: utique nil ualebat. Nam ſi ad hoc aliquid intereſſet: profecto idem habitus eundem finem ſequi cogeret: et diuerſus habitus eundem ſequi finem non ſineret.

IN tribus quoque illis uite generibus uno ſcilicet non ſegniter ſed in contemplatione uel inquiſitione ueritatis ocioſo alteto in gerendis rebus humanis negocioſo tertio ex utroque genere temperato: cum queritur quid ſit bonum potius eligendum: non finis boni habet controuerſiam ſed quid horum trium difficultatem uel facilitatem afferat ad conſequendum uel retinendum finem boni id in iſta queſtione uerſatur. Finis enim boni cum ad eum quiſque peruenerit: protinus facit beatum. In ocio autem literato uel in negocio publico: uel quando utrunque uicibus agitur: non continuo quiſque beatus eſt. Multi quippe in quolibet horum trium uiuere poſſunt: et in appetendo boni finem quo fit homo beatus errare. Alia eſt igitur queſtio de finibus malorum et bonorum: que unamquanque philoſophorum ſectam facit. et alie ſunt queſtiones de ſociali uita: de cunctatione achademicorum: & de uictu & ueſtitu cynicorum: de tribus uite generibus: ocioſo actuoſo: ex utroque modificato. Quorum nulla eſt in qua de bonorum et malorum finibus diſputatur. Proinde quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens differentias: id eſt ex uita ſociali: ex achademicis nouis: ex cynicis: ex iſto uite genere tripartito ad ſectas ducentas octogintaocto peruenit: & ſi que alie poſſunt ſimiliter adici: remotis eis omnibus quoniam de ſectando ſummo bono nullam inferunt queſtionem & ideo ſecte non ſunt nec uocande ſunt: ad illas duodecim in quibus queritur quid ſit bonum hominis quo aſſecuto fit beatus: ut ex eis unam ueram ceteras falſas oſtendat eſſe reuertitur. Nam remoto illo tripartito genere uite: due partes huius numeri detrahuntur: & ſecte nonagintaſex remanent. Remota uero differentia ex cynicis addita: ad dimidium rediguntur & quadragintaocto ſiunt. Auferamus etiam quod ex achademicis nouis adhibitum eſt: rurſus dimidia pars remanet: id eſt uiginti quatuor. De ſociali quoque uita quod acceſſerat ſimiliter auferatur & duodecim ſunt relique quas iſta differentia ut uigintiquatuor fierent duplicauerat. De his ergo duodecim nihil dici poteſt cur ſecte non ſunt habende. Nihil quippe aliud in eis queritur: quam fines bonorum & malorum. Inuentis autem bonorum finibus: profecto e contrario ſunt malorum. Hec autem ut ita fiant duodecim ſecte: illa quatuor triplicantur: uoluptas quies utrunque: & prima nature: que primigenia Varro uocat. Hec quippe quatuor dum ſingillatim uirtuti aliquando ſubduntur: ut non propter ſeipſa ſed propter uirtutis officium appetenda uideantur: aliquando preferuntur: ut non propter ſeipſa

ſed propter hec adipiſcenda uel conſeruanda neceſſaria uirtuſ putetur: aliquando iunguntur ut propter ſeipſa & uirtuſ et ipſa appetenda credantur: quaternarium numerum triplum reddunt et ad duodecim ſectaſ perueniunt. Ex illiſ autem quatuor rebuſ treſ Varro tollit uoluptatem ſcilicet et quietem & utrunq; non q eaſ improbet ſed q primigenia illa nature et uoluptatē in ſe habeāt et quietem. Quid ergo opuſ ē ex hiſ duabuſ quedam tria facere duo ſcilicet dum ſingillatim appetuntur uoluptaſ aut quieſ et tercium cum ambe ſimul: quandoquidem prima nature et ipſaſ et preter ipſaſ alia multa contineant? De tribuſ ergo ſectiſ ei placet diligenter eſſe tractandum: que nam ſit potiuſ eligenda. Non enim ueram pluſq̄m unam uera ratio eſſe permittit: ſiue ī hiſ tribuſ ſit ſiue alicubi alibi: quod poſt uidebimuſ. Interim de hiſ tribuſ quomodo unam Varro eligat: quantiſ breuiter aperteq; poſſumuſ diſſeramuſ. Iſte nanq; treſ ſect. ita fiunt: cum uel prima nature propter uirtutem uel uirtuſ propter prima nature uel utraq; id eſt uirtuſ et prima nature propter ſeipſa ſunt expetenda.

QVid ergo iſtorum trium ſit uerum atq; ſectandum: iſto modo perſuadere conatur. Primum quia ſummum bonum in philoſophia non arboriſ nō pecoriſ: non dei ſed hominiſ queritur quid ſit ipſe homo querendum putat. Sentit quippe in eiuſ natura duo eſſe quedam: corpuſ et animam. Et horum quidem duum meliuſ eſſe animam: longeq; preſtabiliuſ omnino non dubitat. Sed utrum anima ſola ſit homo: ut ita ſit ei corpuſ tāquam equuſ equiti: querendum putat. Equeſ enim non homo et equuſ ſed ſoluſ homo eſt. ideo tamen equeſ dicitur q aliquo modo ſe habeat ad equum. An corpuſ ſolum ſit homo aliquo modo ſe habenſ ad animam: ſicut poculum ad potionem. Non enim calix & potio quam continet calix ſimul dicitur poculum: ſed calix ſoluſ ideo tamen q potioni continende ſit accommodatuſ. An uero nec anima ſola nec ſolum corpuſ: ſed ſimul utrunq; ſit homo cuiuſ ſit parſ una ſiue anima ſiue corpuſ ille autem totuſ ex utroq; conſtet ut homo ſit ſicut iunctoſ duoſ equoſ bigaſ uocamuſ quorum ſiue dexter ſiue ſiniſter parſ ſit bigarum unum uero eorum quoquomodo ſe habeat ad alterum bigaſ nō dicimuſ ſed amboſ ſimul. Horum autem trium: hoc eligit tercium: hominemq; nec animam ſolam nec corpuſ ſolum ſed animam ſimul et corpuſ eſſe arbitratur. Proinde ſummū bonum hominiſ quo ſit beatuſ: ex utriuſq; rei boniſ conſtare dicit: et anime ſcilicet et corporiſ. Ac per hoc prima illa nature ꝑpter ſeipſa exiſtimat eſſe appetenda ipſamq; uirtutē quam doctrina inſerit uelut artem uiuendi que in anime boniſ eſt: excellentiſſimum bonum. Quapropter eadem uirtuſ id eſt arſ agende uite: cum acceperit prima nature: que ſine illa erant ſed cū erant etiā q̄ndo eiſ adhuc doctrina deerat: oīa ꝑpter ſeipſā appetit ſimulq; etiam ſeipſam omnibuſq; ſimul et ſeipſa utitur: eo fine ut omnibuſ delectetur atq; perfruatur: magiſ minuſq; ut queq; inter ſe maiora atq; minora ſunt: tamen omnibuſ gaudenſ: et quedam minora ſi neceſſitaſ poſtulat propter maiora uel adipiſcenda uel tenenda contempnenſ. Omnium autem bonorum uel animi uel corporiſ nihil ſibi uirtuſ omnino preponat. hec enim bene utitur et ſeipſa: et ceteriſ que hominem faciunt beatum boniſ. Vbi uero ipſa non eſt: quamlibet bona ſint multa: nō bona eiuſ ſunt cuiuſ ſunt. Ac per hoc nec eiuſ iam bona dicenda ſunt: cum male utenti utilia eſſe non poſſunt. Hec ergo uita hominiſ que uirtute et aliiſ animi & corporiſ boniſ ſine quibuſ eſſe nō poteſt fruitur: beata eſſe dicitur. Si uero & aliiſ ſine quibuſ eē uirtuſ poteſt uel ulliſ uel pluribuſ: beatior. Si autem prorſuſ omnibuſ

ut nullum omnino bonum deſit uel animi uel corporiſ: beatiſſimaſ. Non enim hoc eſt uita quod uirtuſ: quoniam non omniſ uita ſed ſapienſ uita uirtuſ eſt. Et tamen qualiſcumq; uita ſine ulla uirtute poteſt eſſe: uirtuſ uero ſine ulla uita eſſe non poteſt. Hoc et de memoria dixerim atq; ratione: et ſi quid aliud tale eſt in homine. Sunt enim hec et ante doctrinam: ſine hiſ autem non poteſt ulla eſſe doctrina. ac per hoc nec uirtuſ que utiq; diſcitur. Bene autem currere: pulchrum eſſe corpore: uiribuſ preualere ingentibuſ: et cetera huiuſmodi: talia ſunt ut et uirtuſ ſine hiſ eſſe poſſit: & ipſa ſine uirtute. Bona ſunt tamen: et ſecundum iſtoſ etiã ipſa propter ſeipſam diligitur uirtuſ: utiturq; illiſ et fruitur ſicut uirtutem decet. Hanc uitam beatam etiam eſſe perhibent ſocialem: que amicorum bona propter ſeipſa diligat ſicut ſua: eiſq; ꝓpter ſeipſoſ hoc uelit quod ſibi: ſiue ĩ domo ſint ſicut cõiunx et liberi: & quicumq; domeſtici: ſiue in loco ubi domuſ eiuſ eſt ſicut urbſ eſt ut ſunt hi qui ciueſ uocantur: ſiue in orbe toto ut ſunt genteſ quaſ eiſ ſocietaſ humana coniungit: ſiue in ipſo mundo qui cenſetur nomine celi et terre: ſicut dicunt eſſe deoſ quoſ uolunt amicoſ eſſe hominiſ ſapientiſ: quoſ noſ familiariuſ angeloſ dicimuſ. De bonorum autem & econtrario malorum finibuſ negant ullo modo eſſe dubitãdum. et hanc inter ſe et nouoſ achademicoſ affirmant eſſe diſtantiam. Nec eorum intereſt quicquam ſiue cynico ſiue alii quolibet habitu et uictu: in hiſ finibuſ quoſ ueroſ putãt qualiter quiſq; philoſophetur. Ex tribuſ porro illiſ uite generibuſ: ocioſo: actuoſo: et quod ex utroq; eſt compoſitum: hoc tertium ſibi placere aſſeuerant. Hoc ſenſiſſe atq; docuiſſe achademicoſ ueteres Varro aſſerit: Antiocho auctore magiſtro Ciceroniſ et ſuo: quem ſane Cicero in pluribuſ fuiſſe ſtoicum quã achademicum mirabilem uult uideri. Sed quid ad noſ qui potiuſ de rebuſ ipſiſ iudicare debemuſ: quã pro magno de hominibuſ quid quiſq; ſenſerit ſcire.

De ſummo bono & ſummo malo quid chriſtiani ſentiant contra philoſophos qui ſummum bonum in ſe ſibi eſſe dixerunt:

SI igitur queratur a nobiſ quid ciuitaſ dei de hiſ ſinguliſ interrogata reſpondeat: ac primum de finibuſ bonorum malorumq; quid ſentiat: reſpondebit: eternam uitam eſſe ſummũ bonum: eternã uero mortem ſummũ malum. Propter illam proinde adipiſcendam iſtamq; uitãdam: recte nobiſ eſſe uiuendum. propter quod ſcriptum eſt iuſtuſ ex fide uiuit. Quoniam neq; bonum noſtrum iam uidemuſ: unde oportet ut credendo queramuſ. Neq; ipſum recte uiuere nobiſ ex nobiſ eſt: niſi credenteſ adiuuet et oranteſ qui & ipſam fidem dedit: qua noſ ab illo adiuuãdoſ eſſe credamuſ. Illi autem qui in iſta uita fineſ bonorum et malorum eſſe putauerunt: ſiue in corpore ſiue in anima ſiue in utroq; ponenteſ ſummũ bonum: atq; ut id efficaciuſ eloquar: ſiue in uoluptate: ſiue ĩ uirtute: ſiue ĩ utroq;: ſiue ĩ uoluptate ſimul et quiete: ſiue ĩ uirtute: ſiue ĩ utriſq;: ſiue in ꝓmiſ nature: ſiue in uirtute: ſiue ĩ utriſq;. Hic beati eẽ: et a ſeipſiſ beati fieri mira uãitate uoluerũt. Irriſit hoſ ueritaſ per ꝓphetã dicẽtem. Nouit dominuſ cogitationeſ hominũ quoniam uane ſunt. Aut ſicut hoc teſtimonium poſuit apoſtoluſ Pauluſ. Dominuſ nouit cogitationeſ ſapientum quoniam uane ſunt. Quiſ enim ſufficiat quantouiſ eloquentie flumine uite huiuſ miſeriaſ explicare: quam lamẽtatuſ eſt Cicero in conſolatione de morte filie ſicut potuit. Sed quantum eſt quod potuit? Ea quippe que dicuntur prima nature: quando: ubi: quomodo: tã bene ſe in hac uita habere poſſunt: ut non ſub incertiſ caſibuſ fluctuent? Quiſ enim dolor contrariuſ uoluptati: que inquietudo contraria quieti: in corpuſ ſapientiſ cadere non poteſt? Membrorum

certe amputatio uel membrorum debilitaſ hominiſ expugnat incolumitatem:
deformitaſ pulchritudinē: imbecillitaſ ſanitatē: uireſ laſſitudo: mobilitatem torpor
ac tarditaſ. Et quid horum eſt quod nequeat in carnem ſapientiſ irruere? Statuſ
quoq; corporiſ atq; motuſ cum decenteſ atq; congruenteſ ſunt inter nature p/
ma numerantur. Sed quid ſi aliqua mala ualitudo membra tremore concutiat?
Quid ſi uſq; ad ponendaſ manuſ in terram dorſi ſpina curuetur: & hominē quo/
dammodo quadrupedem faciat? Nonne omnem ſtatuendi corporiſ & mouēdi
ſpeciem decuſq; peruertet? Quid ipſiuſ animi primigenia que appellantur bona:
ubi duo prima ponunt propter comprehenſionem perceptionēq; ueritatiſ ſenſū
et intellectum? Sed qualiſ quantuſcunq; ſenſuſ remanet: ut ſi alia taceam fiat
homo cecuſ & ſurduſ? Ratio uero & itelligentia quo recedet ubi ſopitur ſi ali/
quo morbo efficiatur inſanuſ? Frenetici multa abſurda cum dicunt uel faciūt:
plurimumq; a bono ſuo propoſito & moribuſ aliena ſimo ſuo bono propoſito
moribuſq; contraria: ſiue illa cogitemuſ ſiue illa uideamuſ: ſi digne cōſideremuſ
lacrimaſ tenere uix poſſumuſ aut forte nec poſſumuſ. Quid dicam de hiſ qui de/
monum patiuntur incurſuſ? Vbi habent abſconditam & obrutam intelligētiā
ſuam: quando ſecundum ſuam uoluntatem & anima eorum & corpore: malignuſ
utitur ſpirituſ? Et quiſ cōfidit hoc malum in hac uita ſapienti euenire nō poſſe?
Deinde pceptio ueritatiſ in hac carne qualiſ aut quāta eſt: quādo ſicut legimuſ
in ueraci libro ſapientie: corpuſ corruptibile aggrauat animā & deprimit terrena
inhabitatio ſenſum multa cogitantem? Impetuſ porro uel actioniſ appetituſ: ſi
hoc modo recte latini appellant eam quam greci uocāt ormen: quia ipſam pmiſ
boniſ nature deputant: nonne ipſe eſt quo geruntur etiam inſanorū illi motuſ
miſerabileſ et facta que horremuſ: quando peruertitur ſenſuſ: ratioq; ſopitur?
Porro ipſa uirtuſ que non eſt inter prima nature: quoniam eiſ doctrina poſtea
introducente ſuperuenit: cum ſibi bonorum culmen uindicet humanorum: quid
hic agit niſi perpetua bella cum uitiiſ: nec exterioribuſ ſed interioribuſ: nec alieniſ
ſed plane noſtriſ & propriiſ: maxime illa que grece ſophroſ ſiue latine tempe/
rantia nominatur: qua carnaleſ frenantur libidineſ: ne in queq; flagitia mentē
conſentientem trahant. Neq; enim nullum eſt uicium cum ſicut dicit apoſtoluſ
caro concupiſcit aduerſuſ ſpiritum: cui uicio contraria uirtuſ eſt: ſicut dicit idem.
ſpirituſ concupiſcit aduerſuſ carnem. Hec enim inquit ſibi inuicem aduerſantur
ut non ea que uultiſ faciatiſ. Quid autem facere uolumuſ cum perfici uolumuſ
finem ſummi boni: niſi ut caro aduerſuſ ſpiritū non concupiſcat: nec ſit i nobiſ
hoc uicium contra quod ſpirituſ concupiſcat? Quod in hac uita quāuiſ uelimuſ
quoniam facere non ualemuſ: id ſaltem in dei adiutorio faciamuſ: ne carni cō/
cupiſcenti aduerſuſ ſpiritum: ſuccumbente ſpiritu cedamuſ: & ad perpetrandum
peccatum noſtra conſenſione pertrahamur. Abſit autem ut quamdiu i hoc bello
inteſtino ſumuſ: iam noſ beatitudinem ad quam uincendo uolumuſ peruenire
adeptoſ eſſe credamuſ. Et quiſ eſt uſq; adeo ſapienſ: ut contra libidineſ nullum
habeat omnino conflictum? Quid illa uirtuſ que prudentia dicitur? Nōne tota
uigilantia ſua bona diſcernit a maliſ: ut in illiſ appetendiſ iſtiſq; uitandiſ error
nulluſ obrepat? Ac per hoc et ipſa noſ in maliſ: uel in nobiſ eſſe mala teſtatur.
Ipſa enim docet noſ: malum eſſe ad peccandum conſentire: bonumq; eſſe ad
peccandum non conſentire libidini. Illud tamen malum cui noſ non conſentire
prudentia docet: facit temperantia. Nec prudētia nec temperantia omnino uel

imprudentiam uel intemperantiam tollit huic uite. Quid iuſtitia: cuius munus eſt ſua cuiq; tribuere: unde fit in ipſo homine quidam iuſtus ordo nature: ut anima ſubdatur deo & anime caro: ac per hoc deo & anima & caro. Nonne demonſtrat in eo ſe adhuc opere laborare potius ꝙ̃ in huius operis iã fine requieſcere? Tanto quippe minus anima ſubditur deo quanto minus deum in ipſis ſuis cogitationibus concipit: & tanto minus anime ſubditur caro quanto magis aduerſus ſpiritum concupiſcit. Quamdiu ergo nobis ineſt infirmitas hec peſtis hic languor: quomodo nos iam ſaluos: & ſi nondum ſaluos quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam uero illa uirtus cuius nomen eſt fortitudo: in quantacunq; ſapientia euidentiſſima teſtis eſt malorum humanorũ: que compellitur patientia tolerare. Que mala ſtoici philoſophi miror ꝙ̃ fronte mala non eſſe contendant: quibus fatentur ſi tanta fuerint: ut ea ſapiens uel nõ poſſit uel nõ debeat ſuſtinere: eum cogi mortem ſibimet inferre: atq; ex hac uita migrare. Tantus autem ſuperbie ſtupor eſt in his hominibus: hic ſe habere finem boni & a ſeipſis fieri beatos putantibus: ut ſapiens eorum hoc eſt qualem mirabili uanitate deſcribit: etiam ſi cecetur: abſurdeſcat: obmuteſcat: membris debilitetur: doloribus crucietur: & ſi quid aliud talium malorum dici aut cogitari poteſt incidat in eum quo ſibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis uitam conſtitutã eos nõ pudeat uocare beatam. O uita beata: que ut finiatur mortis querit auxilium. Si beata eſt maneatur in ea. Si uero propter iſta mala fugitur ab ea: quõ eſt beata? Aut quomodo iſta non ſunt mala: que uincunt fortitudinis bonum: eandemq; fortitudinem non ſolum ſibi cedere: uerum etiam delirare compellũt: ut et eandem uitam dicant beatam: & perſuadeant eſſe fugiendã. Quis uſq; adeo cecus eſt ut non uideat: ut ſi beata eſſet fugienda nõ eſſet. Sed ſi propter infirmitatis pondus qua premitur hanc fugiendam fatentur. Quid igitur cauſe eſt cur non etiam miſeram fracta ſuperbie ceruice fateantur? Utrum obſecro Cato ille patientia: an potius impatientia ſe peremit? Non enĩ hoc feciſſet niſi uictoriã Cęſaris impatienter tuliſſet. Ubi eſt fortitudo? Nempe ceſſit: nempe ſuccubuit: nempe uſq; adeo ſuperata eſt: ut uitam beatã derelinqueret: deſereret: ac fugeret. An non erat iam beata? Miſera ergo erat. Quomodo ergo mala non erant: que uitam miſeram fugiendamq; faciebãt? Quapropter etiam ipſi qui mala iſta eſſe confeſſi ſunt: ſicut peripatetici: ſicut ueteres achademici: quorum ſectam Varro defendit: tolerabilius quidem loquuntur: ſed eorum quoq; mirus eſt error ꝙ in his malis & ſi tam grauia ſunt ut morte fugienda ſint: ab ipſo ſibimet illata q hec patitur: uitam beatam tamen eſſe contendunt. Mala ſunt inquit tormenta atq; cruciatus corporis: & tanto ſunt peiora quanto potuerunt eſſe maiora: quibus ut careas ex hac uita fugiẽdum eſt. Qua uita obſecro? Hac inquit: que tantis aggrauatur malis. Certe ergo beata eſt in eiſdem ipſis malis propter que dicis eſſe fugiendam. an ideo beatam dicis quia licet tibi ab his malis morte recedere? Quid ſi ergo in eis aliquo diuino tenereris iudicio: nec permittereris mori: nec unq̃m ſine illis eſſe ſinereris? Nempe tunc ſaltem miſeram diceres talem uitam. Non igitur propterea miſera non eſt: quia cito relinquitur: quandoquidem ſi ſempiterna ſit: etiã ab ipſo miſera iudicabitur. Nõ itaq; propterea quia breuis eſt nulla miſeria uideri debet: aut quod eſt abſurdius: quia breuis miſeria ẽ ideo etiam beatitudo appellari. Magna uis eſt in eis malis: que cogunt hominem ſecundum ipſos etiam ſapientem: ſibimet auferre ꝙ homo eſt: cum dicant & uerũ dicãt hanc eẽ nature

primam quodammodo & maximã uirtutem: ut homo cõcilietur deo: & ppterea mortem naturaliter fugiat. ita ſibi amicuſ ut eſſe animal: & in hac coniunctione corporiſ atq; anime uelit uiuere uehementerq; appetat. Magna uiſ eſt i eiſ maliſ quibuſ iſte nature uincitur ſenſuſ quo morſ omnimodo omnibuſ uiribuſ conati/ buſq; uitatur: & ita uincit ut que uitabatur optetur appetat: & ſi non potuerit aliunde contingere: ab ipſo homine ſibimet inferatur. Magna uiſ eſt in eiſ maliſ: que fortitudinem faciunt homicidam: ſi tamen adhuc dicenda eſt fortitudo: que ita hiſ maliſ uincitur: ut hominem quem ſicut uirtuſ regẽdum tuendũq; ſuſcepit: non modo nõ poſſit per patientiam cuſtodire ſed ipſa inſuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem ferre ſapienſ patienter: ſed que accidit aliunde. Secundum iſtoſ autem ſi eam ſibiipſi inferre compellitur: profecto fatẽdum eſt eiſ: non ſolum mala: ſed intolerabilia etiam mala eſſe: que hoc eum perpetrare compellũt. Vita igitur que iſtorum tam magnorum tam grauiumq; malorum aut premitur oneribuſ aut ſubiacet caſibuſ: nullo modo beata diceretur: ſi homi/ neſ qui hoc dicunt: ſicut uicti maliſ ingraueſcentibuſ cum ſibi mortem ingerunt: cedunt infelicitati: ita uicti certiſ rationibuſ cum querunt beatam uitam digna/ rentur cedere ueritati: et non ſibi in iſta mortalitate putarent ſine ſummi boni eſſe gaudendum: ubi ipſe uirtuteſ quibuſ hic nihil certe meliuſ atq; utiliuſ in homine reperitur: quanto maiora ſunt adiutoria contra uim ſqualorum: laborũ: dolorum: tanto fideliora teſtimonia miſeriarum. Si enim uere uirtuteſ ſunt: que niſi in eiſ quibuſ uera ineſt pietaſ eſſe non poſſunt: non ſe profitentur hoc poſſe: ut nullaſ miſeriaſ homineſ patiantur in quibuſ ſunt. Neq; enim mendaceſ ſunt uere uirtuteſ: ut hoc profiteantur: ſed ut uita humana que tot & tantiſ huiuſ ſeculi maliſ cogitur miſera: ſpe futuri ſeculi ſit beata ſicut & ſalua. Quomodo enĩ beata eſt: que nondum ſalua eſt? Unde & apoſtoluſ Pauluſ non de hominibuſ imprudentibuſ: impatientibuſ: intemperantibuſ: & iniquiſ: ſed de hiſ qui ſecundũ ueram pietatem uiuerent: & ideo uirtuteſ quaſ haberent ueraſ haberent ait. Spe enim ſalui facti ſumuſ. Speſ autem que uidetur nõ eſt ſpeſ. Quod enĩ quiſ uidet: quid ſperat? Si autem quod non uidemuſ ſperamuſ: per patientiã expectamuſ. Sicut ergo ſpe ſalui: ita ſpe beati facti ſumuſ. & ſicut ſalutem: ita beatitudinem nõ iam tenemuſ preſentem: ſed expectamuſ futuram: & hoc per patientiam. quia in maliſ ſumuſ que patienter tolerare debemuſ: donec ad illa ueniamuſ bona: ubi omnia erũt quibuſ ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod iam tolerare debeamuſ. Taliſ ſaluſ que in futuro ſeculo erit: ipſa erit etiam finaliſ beatitudo. Quam beatitudinem ipſi philoſophi quoniam non uidenteſ nolunt credere: hic ſibi conantur falſiſſimã fabricare: quãto ſuperbiore tanto mendaciore uirtute.

Quod autem ſocialem uitam eſſe uolunt ſapienteſ: nos multo ampliuſ approbamuſ. Nam unde iſta dei ciuitaſ de qua huiuſ operiſ ecce iam undeuicenſimum librum uerſamuſ in manibuſ: uel inchoa/ retur exortu: uel progrederetur excurſu: uel debitoſ apprehenderet fineſ: ſi non eſſet ſocialiſ uita ſanctorum? Sed in huiuſ mortalitatiſ erumna: quot & quãtiſ abundet maliſ hũana ſocietaſ quiſ enumerare ualeat? Quiſ exiſtimare ſufficiat? Audiant apud amicoſ ſuoſ: hominem cum ſenſu atq; conſenſu omniũ hominum dicere: duxi uxorem. quam ibi miſeriam uidi: nati filii alia cura. Quid idem illa que in amore uitia commemorat idem Terentiuſ: iniurie: ſuſpiciones: inimicitie:

Terentius.

bellum/pax rurſum? Nonne res humanas ubiq; impleuerunt? Nonne hec & in amicorum honeſtis amoribus plerumq; contingunt? Nonne his uſquequaq; plene ſunt res humane: ubi iniurias: ſuſpitiones: inimicitias: bellum certa mala ſentimus: pacem uero incertum bonum: quoniam corda eorum cum quibus eam tenere uolumus ignoramus. et ſi hodie noſſe poſſemus: qualia cras futura eſſent utiq; neſciremus? Qui porro inter ſe amiciores ſolent eſſe uel debent: quam qui una domo etiam continentur? Et tamen quis inde ſecurus eſt: cum tanta ſepe mala ex eorum occultis inſidiis extiterint: tanto amariora quanto dulcior pax fuit: que uera putata eſt cum aſtutiſſime fingeretur? Propter quod omnium pectora ſic attingit: ut cogat in gemitum: quod ait Tullius: Nulle ſunt occultiores inſidie: quam he que latent in ſimulatione officii: aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum qui palam eſt aduerſarius facile cauendo uitare poſſis: hoc uero occultum: inteſtinum ac domeſticum malum: non ſolum exiſtit: uerum etiam opprimit antequam proſpicere atq; explorare potueris. Propter quod etiam diuina uox illa: Et inimici hominis domeſtici eius: cum magno dolore cordis auditur: quia & ſi quiſq; tam fortis ſit ut equo animo perferat: uel tam uigilans ut prouido conſilio caueat que aduerſus eum molitur amicitia ſimulata: eorum tamen hominum perfidorum malo: cum eos eſſe peſſimos experitur: ſi ipſe bonus eſt grauiter excrucietur neceſſe eſt: ſiue ſemper mali fuerint & ſe bonos finxerint: ſiue in iſtam maliciam ex bonitate mutati ſint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta non eſt: quid ciuitas: que quanto maior eſt: tanto forum eius litibus ciuilibus & criminalibus plenius: etiam ſi quieſcant non ſolum turbulente: uerum etiam ſepius & cruente ſeditiones & bella ciuilia: a quorum euentibus ſunt aliquando libere ciuitates: a periculis nunquam?

humanorum iudiciorum cum ueritas latet. Ca. vi.

Quid ipſa iudicia hominum de hominibus: que ciuitatibus etiam quantalibet pace manentibus deeſſe non poſſunt: qualia putamus eſſe: quam miſera: quam dolenda? quandoquidem hi iudicant: qui conſcientias eorum de quibus iudicant cernere nequeunt. Unde ſepe coguntur tormentis innocentium teſtium ad alienam cauſam pertinentem querere ueritatem. Quid cum in ſua cauſa quiſq; torquetur: & cum queritur utrum ſit nocens cruciatur: & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas penas: non quia illud commiſiſſe detegitur: ſed quia non commiſiſſe neſcitur? Ac per hoc ignorantia iudicis plerumq; eſt calamitas innocentis. Sed quod intolerabilius eſt magiſq; plangendum: rigandumq; ſi fieri poſſet fontibus lacrimarum: cum propterea iudex torqueat accuſatum: ne occidat neſciens innocentem: fit per ignorantie miſeriam: ut & tortum & innocentem occidat: quem ne innocentem occideret torſerat. Si enim ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit ex hac uita fugere: quam diutius illa ſuſtinere tormenta: quod non commiſit commiſiſſe ſe dicit. Quo damnato & occiſo: utrum nocentem aut innocentem iudex occiderit adhuc neſcit: quem ne innocentem neſciens occideret torſit: ac per hoc innocentem & ut ſciret torſit: & dum neſciret occidit. In his tenebris uite ſocialis ſedebit iudex ille ſapiens an non audebit? Sedebit ille plane. Conſtringit enim eum & ad hoc officium pertrahit humana ſocietas: quam deſerere nefas ducit. Hoc enim nefas eſſe non ducit: quod teſtes innocentes in cauſis torquentur alienis: quod hi qui arguuntur ui doloris plerumq; ſuperati & de ſe falſa confeſſi: etiam puniuntur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes: Quod & ſi non morte puniantur: in ipſis uel ex ipſis tormentis plerumq; moriuntur: Quod aliquando & ipſi qui arguunt humane ſocietati

fortaſſe ne crimina impunita ſint prodeſſe cupientes: et mentientibus teſtibus reoque ipſo contra tormenta durante immaniter nec fatente: probare quod obiciunt non ualentes quamuis uera obiecerint: a iudice neſciente damnantur. Hec tot & tanta mala non deputat eſſe peccata. Non enim hec facit ſapiens iudex uoluntate nocendi: ſed neceſſitate neſciendi. & tamen quia cogit humana ſocietas iudicandi etiam neceſſitate. Hec eſt ergo quam dicimus miſeria certe hominis: & ſi non malicia ſapientis. An uero neceſſitate neſciendi atque iudicandi torquet inſontes: punit inſontes. & parum eſt illi quod non eſt reus: ſi non ſit inſuper & beatus? Quanto conſideratius & homine dignius & hominem agnoſcit in iſta neceſſitate eamque miſeriam in ſe odit: et ſi pie ſapit clamat ad deum. de neceſſitatibus meis erue me. De neceſſitate linguarum qua ſocietas hominum dirimitur et de miſeria bellorum etiam que iuſta dicuntur.

Ca. vij.

POſt ciuitatem uel urbem ſequitur orbis terre. in quo tercium gradum ponunt ſocietatis humane: incipientes a domo: atque inde ad urbem: deinde ad orbem terre progrediendo uenientes. Qui utique ſicut aquarum congeries quanto maior eſt tanto periculis plenior. In quo primum linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine. Nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam: neque pretereunt ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius: facilius ſibi animalia muta etiam diuerſi generis: quam cum illi ſint homines ambo ſociantur. Quando enim que ſentiunt inter ſe communicare non poſſunt propter ſolam linguarum diuerſitatem: nihil prodeſt ad ſociandos homines tanta ſimilitudo nature: ita ut libentius homo ſit cum cane ſuo: quam cum homine alieno. At enim opera data eſt ut imperioſa ciuitas non ſolum iugum uerum etiam linguam ſuam domitis gentibus per pacem ſocietatis imponeret: per quam nõ deeſſet immo & abundaret etiam interpretum copia. Verum eſt. Sed hoc quam multis & quam grandibus bellis: quanta ſtrage hominum: quanta effuſione humani ſanguinis comparatum eſt? Quibus tranſactis: non eſt tamen eorundem malorum finita miſeria. Quamuis enim non defuerint neque hoſtes deſint exterere nationes: contra quas ſemper bella geſta ſunt & geruntur. tamen etiam ipſa imperii latitudo peperit peioris generis bella: ſocialia ſcilicet atque ciuilia: quibus miſerabilius quatitur genus humanum: ſiue cum belligeratur ut aliquando conquieſcant: ſiue cum timetur ne rurſus exurgant. Quorum malorum multas & multiplices clades: duras & diras neceſſitates: ſi ut dignum eſt eloqui uelim: quamquam nequaquam ſicut res poſtulat poſſim: quis erit prolixe diſputationis modus? Sed ſapiens inquiunt iuſta bella geſturus eſt. Quaſi non ſi ſe hominem meminit: multo magis dolebit iuſtorum neceſſitates ſibi extitiſſe bellorum: quia niſi iuſta eſſent: ei gerenda nõ eſſent. Ac per hoc ſapienti nulla bella eſſent. Iniquitas enim partis aduerſe iuſta bella ingerit gerenda ſapienti: que iniquitas homini utique eſt dolenda quia hominum eſt: & ſi nulla ex ea bellandi neceſſitas naſceretur. Hec itaque mala tã magna: tam horrenda: tam ſeua: quiſquis cum dolore conſiderat: miſeriam neceſſe eſt fateatur. Quiſquis autem uel patitur ea ſine animi dolore uel cogitat: multo utique miſerius ideo ſe putat beatũ quia & humanum perdidit ſenſum. Quod amicicia bonorum ſecura eſſe non poſſit dum a periculis: que in hac uita ſunt trepidari neceſſe eſt.

Ca. viij.

SI autem non contingat quedam ignorantia ſimilis dementie: que tamen in huius uite miſera conditione ſepe contingit: ut credatur uel amicus eſſe qui inimicus eſt: uel inimicus qui amicus eſt: quid nos conſolatur in hac hũana ſocietate

erroribuſ erumniſq; pleniſſima: niſi fides non ficta & mutua dilectio uerorum bonorumq; amicorum? quos quanto plures & in pluribus locis habemus: tanto longius latiuſq; metuimus: ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius ſeculi? Non enim tantummodo ſoliciti ſumus ne fame: ne bellis: ne morbis: ne captiuitatibus affligantur: ne in eadem ſeruitute talia patiantur qualia nec cogitare ſufficimus: uerum etiam ubi timor multo amarior eſt: ne in perfidiam: maliciam: nequiciamq; mutentur. Et quando iſta contingunt: tanto utiq; plura quanto illi ſunt plures: & in pluribus locis: & in noſtram noticiam proferuntur: quibus cor noſtrum flagris uratur: quis poteſt niſi qui talia ſentit aduertere? Mortuos quippe mallemus audire: quamuis & hoc ſine dolore audire non poſſemus. Quorum enim nos uita propter amicicie ſpecialis ſolacia delectabat: unde fieri poteſt ut eorum mors nobis nullam ingerat meſticiam? Quam qui prohibet: prohibeat ſi poteſt amica colloquia: interdicat amicabilem ſocietatem: uel intercidat affectum omnium humanarum neceſſitudinum: uincula mentis immitiſſimo ſtupore dirumpat: aut ſic eis utendum cenſeat: ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod ſi fieri nullo modo poteſt: etiam hoc quo pacto futurum eſt ut eius nobis amara mors non ſit: cuius dulcis eſt uita? Hinc eſt enim & luctus quidam: in humano corde quaſi uulnus aut ulcus: cui ſanando adhibentur officioſe conſolationes. Non enim propterea non eſt quod ſanetur: quoniam quanto eſt animus melior: tanto in eo facilius citiuſq; ſanatur. Cum igitur etiam de cariſſimorum mortibus: maxime quorum ſunt humane ſocietati officia neceſſaria: nunc mitius nunc aſperius affligatur uita mortalium: tamen eos mortuos quos diligimus quam uel a fide uel a bonis moribus lapſos: hoc eſt in ipſa anima mortuos: audire ſeu uidere mallemus. Qua ingenti materia malorum plena eſt terra. propter quod ſcriptum eſt. Nunquid non temptatio eſt uita humana ſuper terram? Et propter quod dominus ipſe ait. ue mundo a ſcandalis. Et iterum. Quoniam abundauit iniquitas refrigeſcet caritas multorum. Ex quo fit ut bonis amicis mortuis gratulemur: & tamen mors eorum nos contriſtet: ipſa nos certius conſoletur: quantum malis caruerunt quibus in hac uita etiam boni homines uel conteruntur: uel deprauantur: uel in utroq; periclitantur. De amicicia angelorum: que homini in hoc mundo non poteſt eſſe manifeſta: propter fallaciam demonum: in quos inciderunt: qui multos [illegible] colendos putauerunt: Ca. viiii.

IN ſocietate uero ſanctorum angelorum: quam philoſophi illi qui nobis deos eſſe amicos uoluerunt quarto conſtituerunt loco: uelut ad mundum uenientes ab orbe terrarum: ut ſic quodammodo complecterentur & celum: nullo modo quidem metuimus: ne tales amici uel morte nos ſua uel deprauatione contriſtent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miſcentur: quod etiam ipſum ad erumnas pertinet huius uite: & aliquando ſathanas ſicut legimus transfigurat ſe in angelum lucis: ad temptandum eos quos ita uel erudiri opus eſt: uel decipi iuſtum eſt: magna dei miſericordia neceſſaria eſt: ne quiſquam cum bonos angelos amicos ſe habere putat: habeat malos demones amicos fictos: eoſq; tanto nocentiores quanto aſtutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magna dei miſericordia iſta eſt neceſſaria: niſi magne humane miſerie: que ignorantia tanta premitur: ut facile iſtorum ſimulatione fallatur? Et illos quidem philoſophos in impia ciuitate qui deos ſibi amicos eſſe dixerunt: in demones malignos incidiſſe certiſſimum eſt: quibus tota ipſa ciuitas ſubditur: eternum cum eis habitura ſupplicium. Ex eorum quippe ſacris

uel potiuſ ſacrilegiiſ quibuſ eoſ colendoſ: & ex ludiſ immundiſſimiſ ubi eorum crimina celebrantur: quibuſ eoſ placandoſ putauerunt: eiſdem ipſiſ auctoribuſ et exactoribuſ talium tantorūq; dedecorum: ſatiſ ab eiſ qui colantur apertum eſt.

Quis fructus sanctis de ...

SEd neq; ſancti & fideleſ uniuſ ueri dei ſummiq; cultoreſ: ab eorum fallaciſ & multiformi temptatiōe ſecuri ſunt. In hoc enī loco infirmitatiſ et diebuſ malignis: etiam iſta ſolicitudo non eſt inutiliſ: ut illa ſecuritaſ ubi pax pleniſſima atq; certiſſima eſt: deſiderio feruentiore queratur. Ibi erūt enim nature munera: hoc eſt que noſtre nature ab omniū naturarum creatore donantur: non ſolū bona uerum etiam ſempiterna: nō ſolū in aīo qui ſanabitur per ſapientiā: uerū etiam in corpore quod reſurrectiōe renouabitur. Ibi uirtuteſ nō cōtra ulla uicia uel mala quecūq; certāteſ: ſed habenteſ uictorie premiū eternā pacē: quā nulluſ aduerſariuſ inquietet. Ipſa ē.n. btītudo finaliſ: ipſa perfectioniſ finiſ: qui conſumentē finē non habet. Hic aūt dicimur beati: qñ pacem habemuſ: q̄ntulacunq; hic haberi pōt in uita bōa. Sed hec btītudo illi quā finalem dicimuſ btītudini cōparata: prorſuſ miſeria reperit. *De beatitudine pacis eterne ... qua sanctis finis est ... vera ...*

HAnc ergo pacem q̄liſ hic poteſt eſſe mortaleſ homineſ in rebuſ mortalibuſ quando habemuſ: ſi uiuimuſ recte bonīſ eiuſ recte utitur uirtuſ: quādo uero eam non habemuſ: etiam maliſ que homo patitur bene utitur uirtuſ. Sed tūc eſt uera uirtuſ: quando & omnia bona quibuſ utitur bene: & quidquid in bono uſu bonorum & malorum facit: & ſe ipſam ad eum finem refert: ubi nobiſ taliſ & tāta pax erit: qua melior & maior eſſe non poſſit. Quapropter poſſumuſ dicere fineſ bonorum noſtrorum eſſe pacem: ſicut eternam diximuſ uitam. preſertim quia ipſi ciuitati dei de qua nobiſ eſt iſta operoſiſſima diſputatio: i ſancto dicitur pſalmo. Lauda hieruſalem dominū: lauda deum tuum ſyon. Quoniam cōfortauit ſeraſ portarum tuarum: benedixit filioſ tuoſ in te. Qui poſuit fineſ tuoſ pacē. Quoniā confirmate fuerunt ſere portaꝝ eiuſ: iam in illā nulluſ intrabit: nec ab illa ulluſ exibit. Ac per hoc fineſ eiuſ eam debemuſ hic intelligere pacem: quam uolumuſ demonſtrare finalem. Nam & ipſiuſ ciuitatiſ miſticū nomen id eſt hieruſalē: qđ ut ante iam diximuſ uiſio paciſ interpretatur. Sed quoniam paciſ nomen etiā in hiſ rebuſ mortalibuſ frequentatur: ubi utiq; nō eſt uita eterna: propterea finem ciuitatiſ huiuſ ubi erit eiuſ ſummū bonū: eternā uitam maluimuſ commemorare q̄ pacem. De quo fine apoſtoluſ ait. Nūc uero a peccato liberati: ſerui aūt facti deo: habetiſ fructum ueſtrū in ſanctificatione: finē uero uitā eternā. Sed rurſuſ quia uita eterna ab eiſ qui familiaritatem nō habent cū ſcripturiſ ſanctiſ: poteſt etiam accipi malorum uita: uel etiam ſcd̄m quoſdam philoſophoſ propter anime immortalitatem: uel etiā ſcd̄m fidem noſtrā propter penaſ intermīabileſ impioꝝ: qui utiq; in eternū cruciari non poterunt: niſi etiam uixerint in eternū: profecto finiſ ciuitatiſ huiuſ in quo ſummū bonū habebit: uel pax in uita eterna: uel uita eterna in pace dicenduſ eſt. ut ab omībuſ faciliuſ poſſit itelligi. Tantū eſt.n. paciſ bonū: ut etiam in rebuſ terrenīſ atq; mortalibuſ nihil gratiuſ ſoleat audiri: nihil deſiderabiliuſ concupiſci: nihil poſtremo poſſit meliuſ inueniri. De quo ſi aliq̄nto diutiuſ loq uoluerimuſ: non erimuſ quantū arbitror oneroſi legentibuſ: & pp̄ter finem ciuitatiſ huiuſ de qua nobiſ ſermo eſt: & propter ipſam dulcedinem paciſ que omnibuſ eſt cara. *Quod et bellantium sententia omniumq; hominum inquietudines ad pacis finem cupiunt peruenire: sine cuius appetitu nullus natus sit.*

Quod enĩ quiſquiſ mecum reſ humanaſ naturamq; communem utcũq; intuetur agnoſcit. Sicut enim nemo eſt q gaudere nolit: ita nemo eſt q pacem habere nolit. Quando quidẽ et ipſi qui bella uolũt nihil aliud q̃ uicere uolũt: ad glorioſã ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam qd aliud eſt uictoria: niſi ſubiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit: pax erit. Pacis ergo intentione geruntur et bella: ab hiſ etiã qui uirtutem bellicã ſtudent exercere: imperãdo atq; pugnãdo. Vnde pacẽ conſtat belli eſſe optabilẽ finem. Omniſ enim homo etiã belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificando. Nam & illi qui pacem in qua ſunt perturbari uolunt: non pacem oderunt: ſed eam pro arbitrio ſuo cupiũt cõmutari. Non ergo ut ſit pax nolunt: ſed ut ea ſit quam uolunt. Deniq; etſi per ſeditionẽ ſe ab aliiſ ſeparauerint: cũ eiſ ipſiſ cõſpiratiſ uel cõiuratiſ ſuiſ niſi qualemcunq; paciſ ſpeciem teneant: non efficiunt qđ intendunt. Proinde latroneſ ipſi ut uehementiuſ et tutiuſ infeſti ſint paci ceterorum: pacem uolunt habere ſociorum. Sed et ſi unuſ ſit tam prepollenſ uiribuſ et conſcioſ ita cauenſ: ut nulli ſocio ſe committat: ſoluſq; inſidiaſ & preualẽſ quibuſ potuerit oppreſſiſ et extinctiſ: predaſ agat cum eiſ certe quoſ occidere non poteſt: et quoſ uult latere quod facit: qualemcunq; umbrã paciſ tenet. In domo autẽ ſua: cũ uxore cum filiiſ et ſi quoſ alioſ illic habet ſtudet pfecto eſſe paccatuſ: eiſ quippe ad nutum obtemperantibuſ ſine dubio delectatur. Nã et ſi non fiat indignatur: corripit: uindicat: et domuſ ſue pacẽ ſi ita neceſſe ſit etiã ſeuiẽdo componit: quam ſentit eſſe non poſſe: niſi cuidam principio quod ipe in domo ſua eſt: cetera in eadem domeſtica ſocietate ſubiecta ſint: ideoq; ſi offerretur ei ſeruituſ plurium: uel ciuitatiſ uel gentiſ: ita ut ſic ei ſeruirent quemadmodum ſibi domi ſue ſeruire uolebat: nõ ſe iam latronẽ latebriſ cõderet: ſed regem conſpicuũ ſublimaret. cum eadem ĩ illo cupiditaſ & malicia permaneret. Pacem itaq; cũ ſuiſ omneſ habere cupiunt: quoſ ad ſuum arbitrium uolunt uiuere. Nam et cum quibuſ bellũ gerũt: ſuoſ facere ſi poſſunt uolunt: eiſq; ſubiectiſ legeſ ſue paciſ imponere. Sed faciamuſ aliquẽ qualẽ canit poetica et fabuloſa narratio. Quem fortaſſe ppter ipſã inſociabilem feritatem: ſemihominem q̃ hominem dicere maluerunt. Quamuiſ ergo huiuſ regnũ dire ſpeluuce fuerit ſolitudo: tãq; malitia fuerit ſingularis: ut ex hac ei nomẽ ſit inuentum: nam maluſ grece cacoſ dicitur: qđ ille uocabatur ut nulla cõiunx ei blande ferret referretq; ſermonẽ: nulliſ filiiſ uel alluderet paruuliſ: uel grãdiuſculiſ imperaret: nullo amici colloquo frueretur: nec Vulcani patriſ: quo uel huic tantum nõ parum felicior fuit: quia tale monſtrum ipe non genuit. nihil cuiq̃ daret: ſed a quo poſſet quicquid uellet et quantũ et quãdo poſſet: & quantũ uellet auferret. Tamẽ in ipſa ſua ſpelũca ſolitaria: cuiuſ ut deſcribitur ſemper recenti cede tepebat humuſ: nihil aliud q̃ pacẽ uolebat in qua nemo illi moleſtuſ eſſet: nec eiuſ quietẽ uiſ ulliuſ terrorq; turbaret. Cum corpore ſuo deniq; pacẽ habere cupiebat. & quãtũ habebat tantum illi bene erat. Quando quidem membriſ obtemperantibuſ imperabat: & ut ſuã mortalitẽ aduerſum ſe ex indigentia rebellantem: ac ſeditiõem famiſ ad diſſociandam atq; excludendã de corpore aĩam concitantem: quanta poſſet feſtinatiõe pacaret: rapiebat: necabat: uorabat. & q̃uiſ immaniſ ac feruſ: paci tamen ſue uite ac ſalutiſ immaniter ac ferociter conſulebat. Ac per hoc ſi pacem quam in ſua ſpelunca atq; ĩ ſeipſo habere ſatagebat: cum aliiſ etiã habere uellet: nec maluſ: nec mõſtrũ: nec ſemihomo uocaretur. Aut ſi eiuſ corporiſ forma & atrorum ignium uomituſ: ab eo deterrebat hoim ſocietatem: forte non nocendi cupiditate ſed uiuendi neceſſitate ſeuiebat. Verum iſte non fuerit: uel qđ magiſ credendũ eſt taliſ non fuerit: qualiſ

uanitate poetica deſcribit. Niſi .n. nimiſ accuſaret Cacuſ: parū Herculeſ laudaret.
Taliſ ergo homo ſiue ſemihomo meliuſ ut dixi creditᷣ nō fuiſſe: ſicut multa figmēta
poetarū. Ipſe enim fere ſeuiſſime unde ille partem habuit feritatiſ nam et ſemiferuſ
dictuſ eſt: genuſ propriū quadā pace cuſtodiūt coeundo: gignendo: pariendo: fetuſ
fouendo atq; nutriēdo: cū ſint plereq; inſociabileſ & ſoliuage. Non ſcilicet ut oueſ:
cerui: columbe: ſturni: apeſ: ſed ut leoneſ: uulpeſ: aquile: noctue. Que enim tigriſ nō
filiiſ ſuiſ mitiſ immurmurat: et pacata feritate blāditur? Quiſ miluuſ & quantū libet
ſolitariuſ rapiniſ circūuolet: non coniugium copulat: nidum congerit: oua cōfouet:
pulloſ alit: et quaſi cum ſua matrefamiliaſ ſocietatem domeſticam quāta pōt pace
conſeruat? Quanto magiſ homo fertur quodāmodo nature ſue legibuſ ad ineūdam
ſocietatem pacemq; cum hominibuſ quantū in ipſo eſt omnibuſ obtinendā: cū etiā
mali pro pace ſuorū belligerent: omneſq; ſi poſſent ſuoſ facere uelint: ut uni cūcti
et cūcta deſeruiāt. quo pacto niſi ut in eiuſ pacē uel amādo uel timēdo cōſentiāt?
Sic enim ſuperbia peruerſe deū imitatur. Deū náq; odit: cū ſuiſ ſociiſ nō equalitatē
ſub illo: ſed imponere uult ſociiſ dominationem ſuam pro illo. Odit ergo iuſtā pacē
dei: et amat iniquā pacem ſuā. Non amare tamen qualemcunq; pacem nullomodo
poteſt. Nullum quippe uiciū ita cōtra naturā eſt: ꝙ ut nature deleat etiā extrema
ueſtigia. Itaq; pacem iniquorū in pacis comparatione iuſtorum: ille uidet nec pacē
eſſe dicendam: qui nouit preponere recta prauiſ: & ordinata peruerſiſ. Quod autem
etiam eſt peruerſum: hoc neceſſe eſt ut ī aliqua et ex aliqua et cū aliqua rerū parte
pacatum ſit: in quibuſ eſt uel ex quibuſ conſtat. Alioquin nihil eſſet omnino. Velut
ſi quiſ ꝗ capite deorſum pendeat: peruerſuſ eſt utiq; ſituſ corporiſ et ordo membrorū.
qꝛ id quod deſuper eſſe natura poſtulat: ſubtuſ eſt. et quod illa ſubter uult eē deſup
factū eſt. Conturbabit carniſ pacē iſta peruerſitaſ. & ideo eſt moleſta. Veruntamē
anima corpori ſuo pacata eſt: et pro eiuſ ſalute ſatagit: et ideo eſt qui doleat. Que ſi
moleſtiiſ eiuſ excluſa diſceſſerit: quā diu manet compago membrorum non eſt ſine
quadam partium pace quod remanet. Et ideo adhuc eſt qui pendeat: et ꝙ terrenū
corpuſ in terram nititur: & uinculo quo ſuſpenſum eſt renititur: in ſue pacis ordinē
tendit: & locum quo requieſcat quodammodo pōderiſ uoce poſcit: iamq; exanīe ſine
ullo ſenſu: a pace tamen naturali ſue ordiniſ non recedit. uel cum tenet eam: uel cum
fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamēta atq; curatio: que formā cadaueriſ
diſſolui dilabiq; non ſinat: adhuc pax quedam parteſ partibuſ iūgit: totamq; molē
applicat terrēo et cōuenienti: ac ꝑ hoc loco pacato. Si aūt nulla adhibeat cura cō/
diēdi: ſed naturali curſu relinquatur: tā diu quaſi tumulatur diſſidētibuſ exalatiōibuſ:
& noſtro ī cōueniētibuſ ſenſui: id .n. ē qd ī putore ſētit: donec mūdi cōueiat elemētiſ:
et ī eoꝝ pacē particulatī paulatimq; diſcedat. Nullo modo tn̄ īde aliqd legibuſ ſūmi
illiuſ creatoriſ ordinatoriſq; ſubtrahitur: a quo pax uniuerſitatiſ adminiſtrat. Quia
et ſi de cadauere maioriſ animantiſ animalia minuta naſcātur: eadem lege creatoriſ
queq; corpuſcula in ſalutiſ pace ſuiſ animalibuſ ſeruiunt. Et ſi mortuorum carneſ ab
aliiſ animalibuſ deuorentur: eaſdē legeſ per cuncta diffuſaſ ad ſalutē generiſ cuiuſq;
mortaliū congrua congruiſ pacificanteſ: quaqua uerſū trahantur: et rebuſ qbuſcūq;
iungantur: et in reſ quaſlibet conuertantur et commutentur inueniunt. De pace uniuerſali q inter quaſlibet perturbationeſ priuari no pot lege nature
dū ſub iuſto iudice ad id qſq; peruenit ordinatione qd meruit uoluntate.

Ca. xiii.

PAx itaq; corporiſ eſt ordinata temperatura partium. Pax anime irrationaliſ
ordinata requieſ appetitionū. Pax aīe rationaliſ: ordinata cognitioniſ actioniſq;

conſenſio¶Pax corporiſ et aie: ordinata uita et ſaluſ animantiſ.¶Pax hoĩſ mortaliſ eſt dei immortaliſ ordinata in fide ſub eterna lege obediẽtia¶Pax hoim: ordinata concordia¶Pax domuſ ordinata imperandi atq; obediẽdi cõcordia cohabitantiũ. ¶Pax ciuitatiſ ordinata iperandi obediendiq; cõcordia ciuiũ¶Pax celeſtiſ ciuitatiſ: ordinatiſſima et concordiſſima ſocietaſ fruendi deo & inuicem uidendi deum¶Pax omnium rerum: trãquillitaſ ordiniſ¶Ordo eſt pariũ diſpariũq; rerum: ſua cuiq; loca diſtribuẽſ diſpoſitio¶Proinde miſeri i q̃tũ miſeri utiq; in pace nõ ſũt¶Trãquillitate quidẽ ordiniſ carent: ubi perturbatio nulla eſt¶Verũtamen qa merito iuſteq; miſeri ſunt: in ea quoq; ipſa ſua miſeria preter ordinem eſſe nõ poſſunt¶nõ qdẽ cõiuncti beatiſ: ſed ab eiſ tamen ordiniſ lege ſeiuncti¶Qui cũ ſine perturbatiõe nõ ſint: rebuſ q̃buſ ſunt quantacunq; cõgruentia coaptant¶Ac per hoc eſt in eiſ ordiniſ nõnulla tranquillitaſ. ineſt ergo nõnulla pax¶Verum ideo miſeri ſunt: quia etſi in aliqua ſecuritate nõ dolent: nõ tamẽ ibi ſunt ubi ſecuri eẽ ac dolere nõ debeãt¶Miſeriores autem ſi pax eiſ cum ipſa lege non eſt: qua naturaliſ ordo adminiſtratur¶Cum aũt dolent: ex qua parte dolent pacis perturbatio facta ẽ¶nulla uero adhuc pax eſt in qua nec dolor urit: nec compago ipſa diſſoluitur¶Sicut ergo eſt quedam uita ſine dolore: dolor autẽ ſine aliqua uita eſſe non poteſt¶ſic eſt quedã pax ſine ullo bello bellum uero ſine aliqua pace eſſe non poteſt¶nõ ſecundum id quod bellum eſt: ſed ſecũdũ id q̃d ab eiſ uel in eiſ geritur¶que alique nature ſunt. quod nullo modo eſſent ſi non qualicunq; pace ſubſiſterent¶Quapropter natura eſt in qua nullum malum eſt: uel etiam in qua nullum malũ eſſe poteſt¶Eſſe autẽ natura in qua nullũ bonũ ſit non poteſt¶Proinde nec ipſiuſ diaboli natura inq̃tum natura eſt malum eſt: ſed peruerſitaſ eam malam facit¶Itaq; in ueritate non ſtetit: ſed ueritatiſ iudicium non euaſit¶Quia in ordiniſ trãquillitate nõ manſit: nec ideo tñ a poteſtate ordinatoriſ effugit¶Bonum dei quod illi eſt in natura: nõ eũ ſubtrahit iuſticie dei: q̃ ordinatur in pena¶nec ibi deuſ inſequitur bonum quod creauit¶ſed malum quod ille cõmiſit. ¶Neq; enim totũ aufert quod nature dedit: ſed aliquid adimit aliquid relinquit¶ut ſit qui doleat q̃ adimit: et ipſe dolor teſtimonium eſt boni adempti: et boni relicti. ¶Niſi enim bonum relictum eſſet: bonum amiſſum dolere nõ poſſet¶Nam q peccat peior eſt ſi letatur in damno equitatiſ¶Qui uero cruciatur: ſi inde nihil boni acqui/rat: dolet damnum ſalutiſ¶Et quoniam equitaſ ac ſaluſ utrumq; bonum eſt¶boniq; amiſſione dolendum eſt potiuſ q̃ letandum¶ſi tamen non ſit compẽſatio melioriſ. ¶Melior eſt autem animi equitaſ q̃ corporiſ ſanitaſ¶Profecto conueniẽtiuſ iniuſtuſ dolet i ſupplicio q̃ letatuſ ẽ i delicto.¶Sicut ergo leticia deſerti boni i peccato: teſtiſ eſt uoluntatiſ maleſita dolor amiſſi boni in ſupplicio teſtiſ ẽ bone nature¶Qui enĩ dolet amiſſam nature ſue pacẽ¶ex aliq̃buſ reliquiiſ paciſ id dolet: q̃buſ fit ut natura ſibi amica ſit¶Hoc autẽ in extremo ſupplicio recte fit ut iniqui et impii naturaliũ bonorum damna in cruciatibuſ defleãt¶ſentienteſ eorum ablatorem iuſtiſſimũ deũ: quẽ contempſerunt benigniſſimũ largitorẽ¶Deuſ ergo naturarũ oĩm ſapiẽtiſſimuſ cõditor et iuſtiſſimuſ ordinator¶q terrenoꝝ ornamẽtorũ maxim ĩſtituit mortale genuſ hũanũ¶dedit hominibuſ quedã bona huic uite cõgrua¶id ẽ pacem temporalẽ ꝓ modulo mortaliſ uite¶ĩ ipſa ſalute & ĩcolumitate ac ſocietate ſui generiſ: et que eq; huic paci uel tuende uel recuperãde ſunt neceſſaria¶ſicut ea que apte ac cõueniẽter adiacẽt ſenſibuſ: lux iſta uiſibiliſ¶aure ſpiraleſ¶aque potabileſ¶& quidquid ad alẽdũ uel tegendum: cũrandum¶ornandũq; corpuſ congruit¶eo pacto equiſſimo: ut q̃uĩq; mortaliſ boniſ talibuſ paci mortaliũ accõmodatiſ recte uſuſ fuerit¶accipiat ãpliora

atq; meliora: ipſam ſcilicet immortalitatis pacē eiq; cōuenientē gloriam et honorē in uitam eternam: ad fruendum deo & proximo in deo. Qui autem perperam id eſt iniuſte: nec illa accipiat et hec amittat.

OMnis igitẽ uſus rerũ tẽporaliũ referẽ ad fructũ terrene pacis in ciuitate terrẽa. in celeſti aũt ciuitate: referẽ ad fructum pacis eterne. Quapropter ſi irratiōabilia eſſemus animantia: nihil appeteremus preter ordinatã temperaturã partium corporis. & requiem appetitionis. Nihil igitẽ preter quietẽ carnis & copiã uoluptatũ: ut pars corporis prodeſſet paci anime. Si enim deſit pax corporis: impeditur etiam rationalis pax anime: quia requiem appetitionum cōſequi nō poteſt. Vtrũq; autem ſimul eius paci prodeſt: quã inter ſe habent anima et corpus: id eſt ordinate uite ac ſalutis. Sicut enĩ pacẽ corporis amare ſe oſtẽdũt animãtia cũ fugiũt dolorẽ: & pacẽ aĩme cum propter explendas indigentias appetitionem uoluptatũ cōſequũtur: ita mortẽ fugiendo ſatis indicant quãtum diligant pacem: qua ſibi cōciliantur anima et corpus. Sed quia homĩ rõnalis aĩa ineſt: totũ hoc quod habet commũe cũ beſtiis: ſubdit paci aĩme ratõnalis: ut mẽte aliquid contempletur: & ſcđm hoc aliquid agat ut ſit ei ordĩata cognitõnis actõnisq; cōſenſio: quã pacẽ ratõnalis aĩme dixeramus. Ad hoc enim uelle debet nec dolore moleſtari: nec deſiderio perturbari: nec morte diſſolui: ut aliquid utile cognoſcat: & ſcđm eam cognitõnem uitã moreſq; cōponat. Sed ne ipſo cognitõis ſtudio propter humãe mentis infirmitatem: ĩ peſtẽ alicuius erroris incurrat: opus habet magiſterio diuino cui certus obtẽperet: & adiutorio ut liber obtemperet. Et quoniã ꝙ̃diu eſt ĩ corpore mortali iſto: peregrinatẽ a domĩo: per fidẽ ambulat non per ſpeciẽ: ac per hoc omnem pacẽ uel corporis uel aĩme: uel ſimul corpis & aĩe refert ad illã pacẽ: que hõi mortali eſt cũ deo ĩmortali: ut ei ſit ordinata ĩ fide ſub eterna lege obediẽtia. Iã uero qa duo ꝑ̃cipua ꝓ̃cepta hoc ẽ dilectõnẽ dei & dilectionẽ ꝓ̃ximi docet magiſter deus: ĩ qbus homo tria inuenit que diligat deum: ſeipſum: & proximũ: atq; ille in ſe diligẽdo nõ errat qui deum diligit: cōſequens eſt ut etiam proximo ad diligendum deum conſulat: quem iubetur ſicut ſeipſũ diligere. Sic uxori: ſic filiis: ſic domeſticis: ſic ceteris hõibus quibus potuerit: et hoc ſibi a proximo ſi forte ĩdiget cōſuli uelit. Ac per hoc pacatus erit quãtum in ipſo ẽ omni homĩ: pace hominũ id eſt ordĩata cōcordia: cuius ordo hic eſt. Primũ ut nulli noceat. Deinde etiã ut proſit cui poterit. Primitus ergo ineſt ei ſuorũ cura. ad eos quippe habet oportuniorẽ faciliorẽq; aditum cōſulendi: uel ordĩe nature: uel ipſius ſocietatis humane. Vñ apoſtolus ait. Quiſqs aũt ſuis & maxĩe domeſticis nõ prouidet: fidem denegat: & eſt infideli deterior. Hĩc itaq; etiam pax domeſtica oritur: id eſt ordinata imperandi obediendiq; cōcordia cohabitãtiũ. Imperant enĩ qui cōſulũt. ſicut uir uxori: parentes filiis: & domini ſeruis. Obediũt autẽ quibus cōſulitẽ. ſicut mulieres maritis: filii parentibus: ſerui dominis. Sed in domo iuſti uiuentis ex fide: et adhuc ab illa celeſti ciuitate peregrinantis: etiã qui imperant ſeruiũt eis quibus imperare uidentẽ. Neq; enĩ dominãdi cupiditate imperãt: ſed officiõ cōſulẽdi: neq; principandi ſuperbia: ſed prouidẽdi miſericordia.

HOc naturalis ordo preſcribit. Ita deus hominem cōdidit. Nã domĩetur inquit piſcium maris & uolatilium celi: & oĩm repentiũ que repũt ſuper terram. Rationalem factũ ad imaginẽ ſuã: noluit niſi irrationabilibus domĩari: nõ hominem homini: ſed hominem pecori. Inde primi iuſti paſtores pecorum magis ꝙ̃ reges hoĩm

cōſtituti ſunt:ut deuſ etiam ſic inſinuaret quid poſtulet ordo creaturarum: & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe ſeruitutiſ iure intelligitur impoſita peccatori. Proinde nuſq̄m ſcripturarum legimuſ ſeruum: anteq̄m hoc uocabulo. Noe iuſtuſ peccatū filii uindicaret. Nomen itaq; iſtud culpa meruit non natura. Origo autem uocabuli ſeruorum in latina lingua inde creditur ducta: q̄ hi qui iure belli poſſent occidi a uictoribuſ: cum ſeruabantur ſerui fiebant a ſeruando appellati: q̄d ipſum etiam ſine merito peccati nō eſt. Nam et cum iuſtum geritur bellum: pro peccato econtrario dimicatur: & omniſ uictoria cum maliſ etiā prouenit: diuino iudicio uictoſ humiliat: uel emendanſ peccata uel puniens. Teſtiſ eſt homo dei Daniel: cū in captiuitate poſituſ peccata ſua & peccata populi ſui confitetur deo: et hanc eſſe cauſam illiuſ captiuitatiſ pio dolore teſtatur. Prima ergo ſeruitutiſ cauſa peccatum eſt: ut homo homini conditioniſ uinculo ſubderetur: quod non fit niſi deo iudicante: apud quem non eſt iniquitaſ: et nouit diuerſaſ penaſ meritiſ diſtribuere delinquētiū. Sicut autē dominuſ ſupernuſ dicit. Omniſ qui facit peccatū ſeruuſ eſt peccati: ac per hoc multi quidē religioſi dominiſ iniquiſ non tamen liberiſ ſeruiunt: a quo enī quiſ deuictuſ eſt: huic et ſeruuſ addictuſ eſt. Et utiq; feliciuſ ſeruitur homini q̄ libidini: cū ſeuiſſimo dominatu uaſtet corda mortaliū: ut aliaſ omittam libido ipſa dominādi. Hominibuſ autē illo paciſ ordine: quo aliiſ aliī ſubiecti ſūt: ſicut prodeſt humilitaſ ſeruiētibuſ: ita nocet ſuperbia dominantibuſ. Nulluſ autē natura in qua deuſ priuſ hominē condidit: ſeruuſ eſt hominiſ aut peccati. Verū et penaliſ ſeruituſ ea lege ordinatur: qua naturalem ordinem conſeruari iubet: et perturbari uetat. Quia ſi contra eā legē factū nō eſſet: nihil eſſet penali ſeruitute coercendū. Ideoq; apoſtoluſ monet ſeruoſ ſubditoſ eſſe dominiſ ſuiſ: & ex animo eiſ cū bona uoluntate ſeruire, ut ſcilicet ſi non poſſunt a dominiſ liberi fieri: ſuā ſeruitutē ipſi quodammō liberā faciant: nō timore ſubdolo ſed ſeruiēdo dilectione fideli: donec tranſeat iniquitaſ & euacuetur omniſ principatuſ & poteſtaſ humana: & ſit deuſ omnia in omnibuſ.

QVocirca etiam ſi habuerunt ſeruoſ iuſti patreſ noſtri: ſic quidē adminiſtrabāt domeſticā pacē: ut ſcd̄m hec tēporalia bona filiorū ſortem a ſeruorū cōditione diſtinguerent: ad deū autē colendū in quo eterna bona ſperāda ſunt: omībuſ domuſ ſue membriſ pari dilectione conſulerēt. Quod naturaliſ ordo ita preſcribit: ut nomē patrūfamiliaſ hinc exortum ſit: & tam late uulgatum ut iniqui etiam dominātes hoc ſe gaudeāt appellari. Qui autē ueri patreſfamiliaſ ſunt: omnibuſ in familia ſua tanquā filiiſ ad colendū & promerēdū deum conſulunt: deſiderantes atq; optantes uenire ad celeſtē domum: ubi neceſſariū non ſit imperandi officiū mortalibuſ: quia nō neceſſariū erit officiū conſulendi: iā in illa immortalitate felicibuſ. Quo donec ueniatur: magiſ debent patreſ q̄ dominātur quam ſerui tolerare q̄ ſeruiunt. Si quiſ autē in domo per inobedientiam domeſtice aduerſatur paci: corripiatur uerbo ſeu uerbere: ſeu quolibet alio genere pene iuſto atq; licito: q̄tū ſocietaſ humana concedit: pro eiuſ qui corripitur utilitate: ut paci unde diſſiluerat coaptetur. Sicut enī nō eſt beneficentie adiuuando efficere ut bonum quod maiuſ eſt amittatur: ita nō eſt innocentie parcēdo ſinere ut in maliū grauiuſ incidatur. Pertinet ergo ad innocētiſ officium: nō ſolum nemini malū inferre: uerum etiam cohibere a peccato uel punire peccatū: ut aut ipſe q̄ plectitur corrigatur experimēto: aut alii terreātur exemplo. Quia igitur omniſ domuſ initiū ſiue particula debet eſſe ciuitatiſ: omne autē initiū ad aliquē ſui generiſ finē: & omniſ parſ ad uniuerſi cuiuſ parſ eſt integritatē refertur:

ſatiſ apparet eſſe conſequenſ ut ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur ¶id eſt
ordinata imperandi obediendiq̄ cōcordia cohabitantium ¶referatur ad ordinatam
imperandi obediēdiq̄ cōcordiā ciuium ¶Ita fit: ut ex lege ciuitatiſ precepta ſumere
patrēfamiliaſ oporteat ¶quibuſ ſuā domū ſic regat: ut ſit paci accōmodata ciuitatiſ.

xvij. SEd domuſ hominū qui nō uiuunt ex fide: pacem terrenā ex huiuſ tēporaliſ
uite rebuſ cōmodiſq̄ ſectat̄ ¶Domuſ ergo hominū ex fide uiuentiū: expectat
ea que in futurum eterna promiſſa ſūt ¶terreniſq̄ rebuſ ac temporalibuſ tanquam
peregrina utitur ¶nō q̄buſ capiat̄ & auertatur quo tēdit in deū ¶ſed q̄buſ ſuſtētetur
ad faciliuſ tolerāda minimeq̄ agēda onera corporiſ corruptibiliſ q̄d aggrauat aīam.
¶Idcirco rerū uite huic mortali neceſſariarū ¶utriſq̄ hominibuſ fidelibuſ & īfidelibuſ et
utriq̄ domui cōmuniſ eſt uſuſ ¶ſed finiſ utēdi cuiq̄ ſuuſ propriuſ: multūq̄ diuerſuſ.
¶Ita etiā terrena ciuitaſ que nō uiuit ex fide: terrenam pacē appetit ¶in eoq̄ defigit
imperādi obediēdiq̄ concordiā ciuiū ¶ut eiſ ſit de rebuſ ad mortalē uitam ptinētibuſ:
humanarū quedam compoſitio uoluntatū ¶Ciuitaſ autē celeſtiſ uel potiuſ parſ eiuſ:
que ī hac pegrinat̄ mortalitate & uiuit ex fide ¶etiā iſta pace neceſſe ē utat̄ ¶donec
ipā cui taliſ pax neceſſaria mortalitaſ tranſeat ¶Ac p hoc dū apud terrenā ciuitatē
uelud captiuā uitam ſue peregrinationiſ agit ¶iam pmiſſiōe redēptioniſ & ſpirituali
dono tanquam pignore accepto ¶legibuſ terrene ciuitatiſ quibuſ hec amminiſtrātur:
que ſuſtētande mortali uite accōmodata ſunt: obtēperare non dubitat ¶Ut quoniā
cōmuniſ ē ipſa mortalitaſ ¶ſeruet̄ in rebuſ ad eam pertinētibuſ inter ciuitatē utrāq̄
concordia ¶Uerum quia terrena ciuitaſ habuit quoſdam ſuoſ ſapienteſ ¶quoſ diuina
improbat diſciplina ¶qui uel ſuſpicati uel decepti a demonibuſ ¶crederēt multoſ deoſ
cōciliandoſ eſſe rebuſ hūaniſ: ¶atq̄ eorū diuerſa quodāmodo officia ¶diuerſa ſubdita
ptinere ad aliū corpuſ ad aliū aīm ¶Inq̄ ipſo corpore ad aliū caput: ad aliū ceruicē:
& cetera ſingula ad ſīguloſ ¶Similiter in aīmo ad alium ingeniū ¶ad aliū doctrinā:
ad aliū irā ¶ad aliū concupiſcentiam ¶inq̄ ipſiſ rebuſ uite adiacētibuſ ¶ad alium pecuſ: ad
aliū triticum ¶ad aliū uinum ¶ad aliū oleum ¶ad aliū ſiluaſ ¶ad aliū nūmoſ ¶ad alium
nauigatiōnem ¶ad aliū bella atq̄ uictoriaſ ¶ad aliū cōiugia ¶ad aliū partū ac fecūditatē:
& ad alioſ alia cetera ¶Celeſtiſ autē ciuitaſ unū deū ſolū colendū noſſet ¶eiq̄ tantūmō
ſeruiēdū ſeruitute illa que grece latria dicit̄ ¶et nō niſi deo debet̄: fideli pietate cēſeret:
¶factum eſt ut religioniſ legeſ cum eterna ciuitate nō poſſet habere cōmuneſ ¶proq̄
hiſ ab ea diſſentire haberet neceſſe ¶atq̄ oneri eſſe diuerſa ſentiētibuſ ¶eorūq̄ iraſ et
odia et perſecutionū impetuſ ſuſtinere ¶niſi cū animoſ aduerſantiū aliquādo terrore
ſue multitudiniſ: ¶et ſemp diuino adiutorio propulſaret ¶Hec ergo celeſtiſ ciuitaſ cū
peregrinat̄ in terra: ex oībuſ gētibuſ ciueſ euocat ¶atq̄ in omnibuſ linguiſ peregrinā
colligit ſocietatē ¶non curanſ quicq̄d in moribuſ: legibuſ īſtitutiſq̄ diuerſum eſt:
¶quibuſ pax terrena uel cōquirit̄ uel tenet̄ ¶nihil eorū reſcindēſ nec deſtruenſ ¶imo etiā
ſeruāſ ac ſequēſ ¶quod licet diuerſū ſit ī diuerſiſ natiōnibuſ: ad unū tamē eūdēq̄ finē
terrene paciſ intendit: ſi religionē qua unuſ ſūmuſ et ueruſ deuſ colēduſ docetur non
īpedit ¶Utit̄ etiā ergo celeſtiſ ciuitaſ in hac ſua pegrinatiōe pace terrena ¶& de rebuſ
ad mortalē hoīſ naturam pertinentibuſ ¶humanarū uolūtatum cōpoſitionē q̄ntum
ſalua pietate ac religiōe cōcedit̄: tuet̄ atq̄ appetit ¶eāq̄ terrenā pacē refert ad celeſtē
pacē ¶que uere ita pax ē ut rationaliſ dūtaxat creature ſola pax habēda atq̄ dicēda
ſit ¶ordinatiſſima ſcilicet atq̄ cōcordiſſima ſocietaſ fruēdi deo ¶et inuicē ī deo. quo cum
uentū fuerit nō erit uita mortaliſ ¶ſed plane certeq̄ uitaliſ ¶nec corpuſ aīmale quod

dum corrumpitur aggrauat animam: ſed ſpiritualē ſine ulla indigentia ex omī pte ſubditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet: atq; ex hac fide iuſte uiuit: cum ad illam pacem adipiſcendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga deum & proximum: quoniam uita ciuitatiſ utiq; ſocialiſ eſt.

Quod aūt attinet ad illā differētiā quā de achademicis nouiſ Varro adhibuit: quibuſ ſunt incerta omnia: oīno ciuitaſ dei talem dubitationē tanq̃ demētiam deteſtat: habēſ de rebuſ quaſ mēte atq; ratione cōprehēdit: etiam ſi paruam propter corpuſ corruptibile quod aggrauat animā: quoniam ſicut dicit apoſtoluſ ex parte ſcimuſ: tamen certiſſimā ſcientiam: creditq; ſenſibuſ in rei cuiuſq; euidētia quibuſ per corpuſ animuſ utit: quoniā miſerabiliuſ fallitur qui nūq̃m eiſ putat eſſe credēdum. Credit etiam ſanctiſ ſcripturiſ et ueteribuſ et nouiſ quaſ canonicaſ appellamuſ: unde fideſ ipſa cōcepta eſt: ex qua iuſtuſ uiuit: per quā ſine dubitatiōe ambulamuſ q̃mdiu peregrinamur a domino: qua ſalua atq; certa de quibuſdā rebuſ quaſ neq; ſenſu neq; ratiōe percipimuſ: neq; nobiſ per ſcripturā canonicā claruerūt: nec per teſteſ quibuſ non credere abſurdū eſt in noſtram notitiam peruenerunt: ſine iuſta reprehenſione dubitamuſ.

Nihil ſane ad iſtam pertinet ciuitatē: quo habitu uel more uiuēdi ſi nō eſt contra diuina p̄cepta: iſtā fidē qua p̄uenitur ad deū quiſq; ſectetur: unde ipſoſ quoq; philoſophoſ q̃ndo fiūt chriſtiani: nō habitū uel cōſuetudinē uictuſ que nihil ipedit religionē ſed falſa dogmata permutare cōpellit. Vnde illam quam Varro adhibuit ex cynicis differētiā: ſi nihil turpiter atq; intēperanter agat: omnino non curat. Ex tribuſ uero uite illiuſ generibuſ: ocioſo: actuoſo: & ex utroq; cōpoſito: q̃muiſ ſalua fide quiſq; poſſit in quo libet uitā eorum ducere: & ad ſempiterna premia p̄uenire: intereſt tamē qd amore teneat ueritatiſ: quid officio caritatiſ impēdat. Nec ſic quiſq; debet eſſe ocioſuſ: ut in eodē ocio utilitatē non cogitet proximi: nec ſic actuoſuſ: ut cōtemplationem nō requirat dei. In ocio non iners uacatio delectare debet: ſed aut inq̃ſitio aut inuētio ueritatiſ: ut in ea quiſq; p̄ficiat: et quod inuenerit teneat & alteri nō inuideat. In actiōe uero nō amanduſ eſt honor in hac uita ſiue potētia: quoniā oīa uana ſub ſole: ſed opuſ ipſum quod p eūdem honorem uel potētiā fit: ſi recte atq; utiliter fit: id eſt ut ad eam ſalutē ualeat ſubditorū que ſcd̄m deum eſt: unde iā ſuperiuſ diſputauimuſ. Propter quod ait apoſtoluſ: Epiſcopatū qui deſiderat bonū opuſ deſiderat. Exponere uoluit quid ſit epiſcopatuſ: quia nomē eſt operiſ nō honoriſ. Grecū ē enī atq; inde ductū uocabulū: quod ille q̄ preficitur ſuperintēdit curā ſcilicet eoꝝ gerēſ. Epi quippe ſup: ſcopoſ uero intētio eſt. Ergo epiſcopin grece latiē ſuperintēdere poſſumuſ dicere: ut intelligat non ſe epiſcopū: qui preeſſe dilexerit nō pdeſſe. Itaq; a ſtudio cognoſcēde ueritatiſ nemo prohibet: q̄d ad laudabile pertinet ocium. Locuſ uero ſuperior ſine quo populuſ regi non poteſt: & ſi ita teneatur atq; aminiſtret ut decet: tamē indecenter appetitur. Quamobrē ocium ſanctum querit caritaſ ueritatiſ: negotiū iuſtum ſuſcipit neceſſitaſ caritatiſ. Quam ſarcinā ſi nulluſ imponit: p̄cipiēde atq; intuēde uacandū eſt ueritati. Si aūt impōitur: ſuſcipiēda eſt propter caritatiſ neceſſitatē. Sed nec ſic oīmodo ueritatiſ delectatio deſerēda eſt: ne ſubtrahatur illa ſuauitaſ: & opprimat iſta neceſſitaſ.

Quamobrem ſūmum bonū ciuitatiſ dei cū pax ſit eterna atq; pfecta: non per quā mortaleſ tranſeāt naſcendo atq; moriēdo: ſed in qua immortaleſ maneāt nihil aduerſi omnimodo patiēdo: quiſ eſt qui illam uitā uel beatiſſimā neget: uel in

eiuſ cōparatiōe iſtā que hic agiť quātālibet āimi & corporiſ externarūq; rerū bōiſ plena ſit: nō miſerrimā iudicet? Quā tamē quicūq; ſic habet: ut eiuſ uſum referat ad illiuſ finē quē diligit ardētiſſiē ac fideliſſime ſperat: nō abſurde dici etiā nūc beatuſ poteſt: ſpe illa potiuſ q̄ re iſta. Re eſt uero iſta ſine ſpe illa: beatitudo falſa & magna miſeria eſt. Non enī ueriſ animi boniſ utitur: quoniam non eſt ſapientia uera: que intētionē ſuā in hiſ que prudenter diſcernit: gerit fortiter: cohibet tēperāter: iuſteq; diſtribuit: nō in illū finē dirigit ubi deuſ erit omnia in omnibuſ: eternitate certa atq; pace pfecta. *An ſecundū diffinitiones Scipionis* …

QVapropter nunc eſt locuſ ut q̄ potero breuiter ac dilucide expediam: quod in ſecūdo libro huiuſ operiſ me demōſtraturū eſſe pmiſi: ſecūdū diffinitioneſ qbuſ apud Ciceronē utiť Scipio in libriſ de republica: nunq̄ rēpublicam fuiſſe romanā. Breuiter enī rempublicam diffinit eſſe rem populi. Que diffinitio ſi uera eſt: nunq̄ fuit romana reſpublica: quia nunquā fuit reſ populi: quam diffinitionē uoluit eſſe reipublice. Populū enī eſſe diffiniuit cetū multitudiniſ iuriſ cōſenſu & utilitatiſ cō/munione ſociatū. Quid autē dicat iuriſ cōſenſum: diſputādo explicat: p hoc oſtēdēſ geri ſine iuſticia rēpublicam nō poſſe. Vbi ergo iuſticia uera non eſt: nec iuſ poteſt eſſe. Quod enī iure fit: profecto iuſte fit. Quod aūt fit iniuſte: nec iure fieri poteſt. Non enī iura dicēda ſunt uel putanda iniqua hominū cōſtituta: cū illud etiam ipſi iuſ eſſe dicant: quod de iuſticie fonte manauerit: falſumq; eſſe quod a quibuſdā nō recte ſentientibuſ dici ſolet: id eſſe iuſ quod ei qui pluſ poteſt utile ē. Quocirca ubi non eſt uera iuſticia: iuriſ conſenſu ſociatuſ cetuſ hominū nō poteſt eſſe: et ideo nec populuſ iuxta illam Scipioniſ diffinitionē uel Ciceroniſ. Et ſi non populuſ nec reſ populi: ſed qualiſcunq; multitudiniſ que populi nomine digna non eſt: ac per hoc ſi reſpublica reſ eſt populi: et populuſ nō eſt qui conſenſu non ſociatuſ eſt iuriſ: nō eſt autē iuſ ubi nulla eſt iuſticia: procūldubio colligiť: ubi iuſticia nō eſt nō eſſe rēpub/licam. Iuſticia porro ea uirtuſ eſt: q ſua cuiq; diſtribuit. Que igiť iuſticia eſt hoīſ: que ipſum hominē deo uero tollit: & immūdiſ demonibuſ ſubdit? Hoc non eſt cuiq; ſua diſtribuere. An qui fundū aufert eiuſ a quo emptuſ eſt: et tradit ei q nihil habet in eo iuriſ: iniuſtuſ eſt: et q ſeipſum aufert dominanti deo a quo factuſ ē: & malignis ſeruit ſpiritibuſ iuſtuſ eſt? Diſputať certe acerrime ac fortiſſime ī eiſdē ipiſ de repub/lica libriſ aduerſuſ iniuſticiā pro iuſticia. Et quoniā cum priuſ ageretur p iniuſticie partibuſ contra iuſticiam: & diceretť niſi per iniuſticiam rempublicam ſtare augeriq; nō poſſe: hoc uelut ualidiſſimū poſitū erat: iniuſtū ut eſſe hoīeſ hominibuſ domi/nantibuſ ſeruiāt: quā tamē iniuſticiam niſi ſequať imperioſa ciuitaſ cuiuſ ē magna reſpublica: nō eam poſſe puinciiſ imperare. Reſpōſū ē a parte iuſticie, ideo iuſtum eſſe q talibuſ hominibuſ ſit utiliſ ſeruituſ: & pro utilitate eorū fieri cū aliquid recte fit: id eſt cum improbiſ aufert iniuriarum licentia: & domiti ſe meliuſ habebunt q̄ indomiti ſe habuerūt. Subditūq; eſt ut iſta ratio firmaretur: ueluti a natura ſūptū nobile exemplum atq; dictū eſt. Cur igitur deuſ hōi: animuſ corpori imperat: ratio libidini ceteriſq; uicioſiſ animi partibuſ? Plane hoc exemplo ſatiſ edoctū eſt: quibuſdam eſſe utilē ſeruitutē: & deo quidē ut ſeruiatur utile eſſe hōibuſ. Seruienſ autē deo ani/muſ: recte corpori imperat: inq; ipſo animo ratio domino deo ſubdita: recte imperat libidini ceteriſq; uitiiſ. Quapropter ubi homo deo non ſeruit: quid in eo putandum eſt eſſe iuſticie? quando quidē deo nō ſeruienſ nullo modo poteſt iuſte animuſ corpori aut humana ratiō uitiiſ imperare. Et ſi ī homine tali nō eſt ulla iuſticia: pculdubio nec ī hominū cetu: q ex talibuſ cōſtat hominibuſ. Nō eſt ergo hic iuriſ ille cōſenſuſ:

qui hoīm multitudinem populū facit: cuius res dicat̄ eſſe reſpublica. Nā de utilitate quid dicā: cuius cōmunióe etiam ſocietatis hominū cetuſ ſic ut ſeſe habet iſta diffinitio populus nuncupat̄. Quamuis enī ſi diligēter attendas: nec utilitas ſit ulla uiuētium qui impie uiuūt ſicut uiuit omnis qui deo nō ſeruit ſeruitq; demonibus tāto magis impiis quāto magis ſibi cū ſint imūdiſſimi ſpiritus tāquā diis ſacrificari uolūt. Tamē quod de iuris cōſenſu diximus ſatis eſſe arbitror unde appareat p̄ hanc diffinitionē nō eſſe populū cuius reſpublica eſſe dicatur ī quo iuſticia nō eſt. Si enī dicunt non imūdis ſpiritibus ſed diis bōis atq; ſāctis in ſua republica ſeruiſſe romanos: nūqd eadē totiens repetenda ſunt: que iam ſatis imo ultraq̄ ſatis eſt diximus. Quis enī ad hunc locum per ſuperiores huius operis libros peruenit: qui dubitare poſſit malis et impuris demōibus ſeruiſſe rōanos: niſi uel nimiū ſtolidus uel impudētiſſime cōtentioſus? Sed ut taceā quales ſint quos ſacrificiis colebāt. in lege dei ueri ſcriptū ē. Sacrificans diis eradicabit̄ niſi domino tantū. Nec bonis igit̄ nec malis diis ſacrificari uoluit: q hec cū tanta cōminatione precepit.

S Ed reſpōderi poteſt. Quis iſte deus eſt: aut unde dignus probat̄ cui deberent obtēperare romāi: ut nullū deorū colerēt ſacrificiis preter ipſum. Magne tarditatis eſt adhuc querere: quis iſte deus ſit. Ipſe eſt deus: cuius prophete p̄dixerūt iſta que cernimus. Ipſe ē deus: a quo reſpōſum accepit Abraam. in ſemie tuo om̄es benedicēt̄ gētes. Quod in xp̄o fieri qui ſcdm̄ carnē de illo ſemie exortus ē: idem ipſi q remanſerunt huius nominis inimici uelint nolint ue cognoſcūt. Ipſe eſt deus: cuius diuinus ſpiritus p̄ eos locutus ē: quorū p̄dicta atq; cōpleta p̄ eccleſiam quā uidemus toto orbe diffuſā ī libris ſuperioribus poſui. Ipſe ē deus quē Varro doctiſſimus romāorū Iouē putat: quāuis neſciēs qd loquat̄. Quod tamē ideo cōmemorandū putaui: quoniam uir tāte ſciētie nec nullū iſtū deū potuit exiſtimare nec uilē. Hūc enim eſſe eū credidit: quem ſummū putauit deū. Poſtremo ipſe ē deus quem doctiſſimus philoſophorū quāuis chriſtianorū acerrimus inimicus: etiam per eorū oracula quos deos putat: deū magnū Porphirius cōfitetur.

N Am in libris quos Theologion philoſophias appellat: ī quibus exegē atq; cōſcribit rerū ad philoſophiam pertinēnium uelut diuīa reſpōſa: ut ipſa uerba eius quemadmodum ex greca līgua ī latinā interp̄tata ſunt ponā. Interrogāti inquit quē deū placādo reuocare poſſit uxorē ſuā a chriſtiāiſmo: hec ait uerſibus Apollo. Deinde uerba uelut Apollinis iſta ſunt. Forte magis poteris ī aqua impreſſis litens ſcribere: aut inflans pēnas leues per aera ut auis uolare: q̄ ſemel pollute reuoces impie uxoris ſenſum. Pergat quomodo uult in uanibus fallaciis pſeuerans: et lamētatióibus fallaciſſimis mortuū deū cātās: quē iudicibus recta ſentiētibus p̄dituū: peſſima in ſpecioſis ferro iuncta mors interfecit. Deinde poſt hos uerſus Apolinis: qui non ſtante metro latie interpretati ſunt ſubiūxit atq; ait. In his quidē irremediabilis ſentētie eorū māifeſtauit dicēs. Quoniā iudei ſuſcipiūt deū magis q̄ iſti. Ecce ubi decolorās chriſtum iudeos prepoſuit xp̄ianis: cōfitēs q iudei ſuſcipiant deū. Sic enī expoſuit uerſus Apollīs: ubi a iudicibus recte ſentientibus chriſtū dicit occiſum. tanquā illis iuſte iudicantibus: merito ſit ille punitus. Viderint quid de chriſto uates mendax Apollinis dixerit, atq; iſte crediderit aut fortaſſe uatē quod nō dixit dixiſſe iſte ipſe cōfinxerit: quam ſibi cōſtet uel ipſa oracula inter ſe faciat cōuenire: poſtea uidebimus. Hic tamen iudeos tanquam dei ſuſceptores recte iudicaſſe dicit de xp̄o: q eum morte peſſima excruciandū eſſe cenſuerint. Deus itaq; iudeorum cui perhibet teſtimoniū: audiendus fuit ſic dicēs. Sacrificans diis eradicabit̄ niſi domino tantū. Sed

ad māifeſtiora ueniamuſ. & audiamuſ q̄ magnū deū dicat ēe iudeoꝝ. Itē ad ea que īterrogauit Apollinē quid melius uerbū: ſiue ratio: an lex. Reſpōdit īquit uerſibus hec dicēſ. Ac deinde ſubiecit Apollinis uerſus in quibuſ et iſti ſunt ſut quantū ſatiſ ē unde decerpam. In deū uerū inquit generatorē: et in regē ante omnia: quem tremet celū & terra atq; mare et infernoꝝ abdita: & ipſa numina pͦhorreſcūt. Quoꝝ lex eſt pater: quē ualde ſancti honorant hebrei. Tali oraculo dei ſui Apollinis Porphirius tam magnū deū eſſe hebreoꝝ dixit: ut deū & ipſa numina pͦhorreſcāt. Cū ergo deus iſte dixerit: ſacrificans diis eradicabit: miror quod ipſe Porphirius nō perhorruerit: & ſacrificās diis eradicari nō formidauerit. Dicit etiam bona de chriſto philoſophus iſte: quaſi oblitus illius de q̄ paulo ante locuti ſumus contumelie ſue: aut q̄ſi i ſomnis dii eius maledixerit chriſto: & euigilātes eū bonū eſſe cognouerit: digneq; laudauerint. Deniq; tanquam aliquid mirabile atq; incredibile prolaturus: preter opinionē inquit pfecto quibuſdam uideat eſſe quid dicturi ſumus. Chriſtum enī dii piiſſimū pͥnūciauerūt: et imortalē factū: et cum bona predicatiōe eius meminerūt. Chriſtiāos autē pollutos inquit et cōtamiatos & errore implicatos eſſe dicunt: & multis talibus aduerſus eos blaſfemiis utunt. Deīde ſubiicit uelut deorū oracula blaſfemātiū chriſtianos. Et poſt hec de chriſto autem inquit interrogantibus ſi eſt deus ait Heccate. Quoniā quidē imortalis anima poſt corpus ut inſidit noſti: a ſapiētia autē abſciſa erat ſemp̄ uiri pietate preſtātiſſimi ē illa aīa: hanc colunt alieni a ueritate. Deinde poſt uerba eius q̄ſi oraculi ſui ipſe contexens. Piiſſimū igiť uirum inquit eum dixit: & eius animam ſicut et aliorum pioꝝ poſt obitum immortalitati donatam: et hāc chriſtiāos colere errātes. Interrogātibus autē īquit. Cur ergo damnatus eſt oraculo reſpōdit dea. Corpus quidē debilitantibus connexū ſemp̄ oppoſitū eſt: anima autem pioꝝ celeſti ſedi inſidet. Illa uero aīa aliis animabus fataliter dedit quibus fata nō anuerūt deoꝝ obtinere dona: neq; habere Iouis imortalis agnitionē errore īplicari. Propterea ergo diis exoſi: q̄a quibus fato nō fuit noſſe deū: nec dona a diis accipere: his fataliter dedit iſte implicari errorē. Ipē uero pius & i celū ſicut pii ceſſit. Itaq; hunc quidem non blaſfemabis: miraberis autē dementiam hominū: ex eo in eis facile precepſq; periculū. Quis ita ſtultus eſt ut nō intelligat aut ab homine callido eoq; chriſtianis inimiciſſimo hec oracula fuiſſe cōficta: aut cōſilio ſimili ab īpuris demonibus ita fuiſſe reſpōſa: ut ſcilicet quoniam laudant chriſtum: propterea credantur ueraciter uituperare xp̄ianos: atq; ita ſi poſſint intercludant uiam ſalutis eterne in qua q̄ſq; fit chriſtianus. Sue quippe nocendi aſtutie milleformi ſentiūt nō eſſe cōtrarium ſi credatur eis laudantibus chriſtū: dū tamen credatur etiam uituperantibus chriſtianos. ut eum q̄ utrūq; crediderit: talē chriſti faciant laudatorem: ne chriſtianus eſſe uelit. Ac ſic quamuis ab illo laudatus: ab iſtoꝝ tamē demonū dominatu eum non liberet xp̄c: preſertim quia ita laudāt chriſtum: ut quiſquis in eum talem crediderit qualis ab ipſis predicatur: chriſtianus uerus nō ſit. Sed Fotinianus hereticus qui tantummodo hominē nō etiā deū nouerit chriſtū: & ideo per eum ſaluus eſſe nō poſſit: nec iſtoꝝ mendaciloquorum demonum laqueos uitare uel ſoluere. Nos autē neq; Apollinem uituperantē xp̄m: neq; Heccatem poſſumus approbare laudantē. Ille autem tanq̄ iniquum chriſtum uult credi: quoniam a iudicibus recta ſentiētibus dicit eſſe occiſū. iſta hominē piiſſimū: ſed hominē tantū. Vna eſt tamen & illis & huius intentio ut nolint homines eſſe chriſtiāos: quia niſi chriſtiani erunt: ab eorum erui poteſtate nō poterunt. Iſte uero philoſophus uel potius q̄ talibus aduerſus chriſtiāos q̄ſi oraculis credūt: prius faciāt ſi poſſūt: ut inter ſe de ipſo xp̄o Heccate atq; Apollo cōcordēt:

eū́q; aut ambo uituperēt aut ābo collaudēt. Quod ſi facere potuiſſent: nihilominuſ
noſ et uituperatoreſ & laudatoreſ chriſti fallaceſ demoneſ uitaremuſ. Cum uero eoꝝ
deuſ & dea inter ſe de chriſto ille uituperādo: iſta laudādo diſſentiant: profecto eiſ
blaſſemantibuſ chriſtianoſ nō credūt hoīeſ: ſi recte ipſi ſentiant: ſiue chriſtū laudanſ
uel Porphiriuſ uel Heccateſ: cū dicāt eū ipm̄ fataliter dediſſe chriſtiāiſ ut īplicarētē
errore: cauſaſ tamē eiuſdē ſicut putat pādit erroriſ: quaſ antē q̄ ex uerbiſ eiuſ exponā:
priuſ quero ſi fataliter dedit chriſtuſ chriſtiāiſ erroriſ implicationē. Vtrū uolenſ aut
nolēſ dederit. Si uolēſ: quomodo iuſtuſ? Si nolenſ: quomodo beatuſ? Sed iam ipiuſ
erroriſ cauſaſ audiamuſ. Sūt inq̄t ſpirituſ terreni minimi loco terrēo quodam: maloꝝ
demonū poteſtati ſubiecti. ab hiſ ſapienteſ hebreorū quoꝝ unuſ etiā iſte Ieſuſ fuit:
ſicut audiſtiſ diuina Apolliniſ oracula que ſuperiuſ dicta ſunt. ab hiſ ergo hebrei de/
monibuſ peſſimiſ & minoribuſ ſpiritibuſ uetabāt religioſoſ & ipſiſ uacare ꝓhibebāt.
uenerari autē magiſ celeſteſ deoſ: ampliuſ autē uenerari deū patrē. Hec autē inquit
& dii precipiūt: & ī ſuperioribuſ oſtēdimuſ quēadmodū animaduertere ad deū monēt
et illū imperant colere ubi. Verum indocti et impie nature: quibuſ uere fatum non
cōceſſit a diiſ dona obtinere: neq; habere Iouiſ immortaliſ notionem: nō audienteſ
& deoſ & diuinoſ uiroſ: deoſ quidē omneſ recuſauerunt: prohibitoſ autē demoneſ nō
ſolū nulliſ odiiſ inſequi: ſed etiam reuereri delegerunt. Deū autē ſimulanteſ ſe colere:
ea ſola per que deuſ adoratē nō agunt. Nam deuſ qdē utpote omniū pater nulliuſ
indiget: ſed nobiſ eſt bene cū eum per iuſtitiā et caſtitatē aliaſq; adoramuſ uirtuteſ:
ipſam uitā precē ad ipſū facienteſ per imitationē & inq̄ſitionē de ipſo. Inquiſitio enī
purgat inq̄t: imitatō deificat affectionē ad ipſū operādo. Bene qdē predicauit deū
patrē & quibuſ moribuſ ſit colēduſ dixit. Quibuſ preceptiſ prophetici libri pleni ſūt
hebreoꝝ quādo ſanctorum uita ſiue laudat ſiue uituperat. Sed in chriſtianiſ tātū
errat aut tantū calumniatē quantū uolunt demoneſ quoſ deoſ opinatē: quaſi cuiquā
difficile ſit recolere que turpia: que dedecora erga deorū obſequū ī theatriſ agebant
& templiſ: & attēdere que legant: dicantur: audiantur in eccleſiiſ: uel deo uero quid
offerat: & hinc itelligere ubi edificiū & ubi ruina ſit morū. Quiſ autē dixit huic uel
inſpirauit: niſi diabolicuſ ſpirituſ tā uanū aptūq; mēdacium: q̄ demoneſ ab hebreiſ
coli prohibitoſ: reuereātur potiuſ q̄ oderint chriſtiani? Sed deuſ ille quē coluerunt
ſapiēteſ hebreorū: etiā celeſtibuſ ſāctiſ āgeliſ & uirtutibuſ dei quoſ beatiſſimoſ tanq̄
ciueſ ī hac noſtra pegrīatiōe mortali ueneramur et amamuſ: ſacrificari uetat ītonāſ
in lege ſua quā dedit populo ſuo hebreo: & ualde minaciter ītulit dicenſ. Sacrificāſ
diiſ eradicabit. Et ne quiſquā putaret demonibuſ peſſimiſ terreniſq; ſpiritibuſ quoſ
iſte dicit minimoſ uel minoreſ: ne ſacrificetur eſſe preceptū: q̄a et in ſcripturiſ ſanctiſ
ipſi dicti ſunt dii: nō hebreoꝝ ſed gentium: quod euidenter in pſalmo ſeptuageſimo
interpreteſ poſuerūt dicēteſ. Quoniam dii gentiū demonia: ne quiſ ergo putaret iſtiſ
quidem demonibuſ prohibitum eſſe: celeſtibuſ autem uel omnibuſ uel aliquibuſ ſa/
crificari ēē permiſſum: mox addidit: niſi domīo ſoli. id eſt niſi domīo tantū: ne forte
q̄ ait domino ſoli: dominum ſolem credat eſſe quiſpiam: cui ſacrificandum putat.
Quod non ita eſſe intelligendum in ſcripturiſ grecaſ faciliime reperitur. Deuſ igitur
hebreorum cui tam magnum tantuſ etiā iſte philoſophuſ perhibet teſtimonium:
legē dedit ſuo populo hebreo: hebreo ſermōe cōſcriptam: nō obſcurā & īcognitā: ſed
omnibuſ iam gentibuſ diffamatam: ī qua lege ſcriptū eſt. Sacrificanſ diiſ eradicabitꝰ:
niſi domino tantum. Quid opuſ eſt in hac eiuſ lege eiuſq; propheiiſ de hac re multa
perquirere: imo nō perquirere: Nō enī obſtruſa uel rara ſunt: ſed aperta et crebra

colligere & ī hac diſputatōne mea ponere quibus luce clarius apparet nulli omnīo niſi tantum ſibi deum uerū & ſūmum ſacrificari uoluiſſe. Ecce hoc unū breuiter imo grādiler: minaciter: ſed ueraciter dictū ab illo deo quē tā excellenter eorū doctiſſimi predicāt: audiat: timeatur: impleat: ne inobedientes eradicatio cōſequatˀ. Sacrificās diis eradicabitur inquit: niſi domino tantū. Non quo rei egeat alicuius: ſed quia nobis expedit ut res eius ſimus. Huic enim cantatur ī ſacris literis hebreorum. Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meoꝝ nō eges. Huius autem preclariſſimū atq; optimum ſacrificiū nos ipſi ſumus. Hec eſt ciuitas eius: cuius rei miſterium celebramus oblationibus noſtris: que fidelibus nota ſunt: ſicut in libris p̄cedentibus diſputauimus. Ceſſaturas enī uictimas quas in umbra futuri offerebant iudei: et unum ſacrificium gentes a ſolis ortu uſq; ad occaſum ſicut iam fieri cernimus oblaturas: per prophetas hebreos oracula increpuerūt diuina. Ex quibus quantum ſatis uiſum eſt nonnulla protulimus & iā huic operi aſperſimus. Quapropter ubi nō eſt iſta iuſticia: ut ſcd̄m ſuam gratiam ciuitati obedienti deus imperet unus et ſummus: ne cuiq̄ ſacrificet niſi ſibi tantū: & per hoc in omnibus hominibus ad eandem pertinentibus ciuitatē: atq; deo obedientibus: animus etiā corpori atq; uitiis ratō ordine legitīo īperet fideliter: ut quemadmodū iuſtus unus: ita cetus populuſq; iuſtoꝝ uiuat ex fide que operatur per dilectionem: qua homo diligit deū ſicut diligendus eſt deus: & proximū ſicut ſe-ipm. Ubi ergo nō eſt iſta iuſticia: pfecto nō eſt cetus hominū iuris cōſenſu & utilitatis communione ſociatus. Quod ſi nō eſt: utiq; populus nō ē: ſi uera eſt hec populi diffinitio, ergo nec reſpublica eſt: quia res populi nō eſt: ubi ipſe populus nō eſt.
diffinitione conſtet popu ...

Si autē populus nō iſto ſed alio diffinitē modo: uelut ſi dicatˀ populus eſt cetus multitudinis rationalis: rerū quas diligit concordi cōmunione ſociatus: pfecto ut uideatur qualiſquiſq; populus ſit: iſta ſunt intuenda que diligit. Quecunq; tamē diligat ſi cetus eſt multitudinis nō pecorum ſed rationaliū creaturarū: & eorum que diligit cōmunione cōcordi ſociatus eſt: non abſurde populus nuncupatˀ. tanto utiq; melior quāto in melioribus: tantoq; deterior quanto eſt ī deterioribus cōcors. Scd̄m iſtā diffinitōnē noſtram: romanus populus ē: et res eius ſine dubitatione reſpublica. Quid autē primis temporibus ſuis quid ue ſequentibus populus ille dilexerit: & quibus moribus ad cruentiſſimas ſeditōes: atq; īde ad ſocialia atq; ciuilia bella perueniēs: ipſam cōcordiā que ſalus ē quodāmodo populi ruperit: atq; corruperit teſtatˀ hiſtoria de q̄ ī precedentibus libris multa poſuimus. Nec ideo tamen uel ipſum nō eſſe populū: uel eius rem dixeri nō eſſe rempublicā: q̄diu manet qualiſcūq; multitudinis ratōalis cetus: rerū quas diligit cōcordi cōmuniōe ſociatus. Quod autem de iſto populo et de iſta republica dixi: hoc de athenienſiū uel quorumcūq; grecorum uel egyptiorum: hoc de illa priore babilone aſſiriorū: quando ī rebus ſuis publicas imperia uel parua uel magna tenuerūt: & de alia quacunq; aliarū gentiū intelligatˀ dixiſſe atq; ſenſiſſe. Generaliter quippe ciuitas impiorū cui nō imperat deus obediēdi ſibi: ut ſacrificiū nō offerat niſi tantūmodo ſibi: et p hoc ī illa et aīus corpori ratioq; uitiis recte ac fideliter imperet: caret iuſticie ueritate.

xxv.

Quam libet enī uideatur animus corpori: et ratio uitiis laudabiliter imperare: ſi deo animus & ratio ipa nō ſeruit ſicut ſibi ſeruiendum eſſe ipe deus precepit: nullo modo corpori uitiiſq; recte imperat. Nam qualis corporis atq; uitiorū poteſt eſſe mens domina: dei ueri neſcia: nec eius īperio ſubiugata: ſed uitioſiſſimis demōibus corrūpentibus proſtituta. Proinde uirtutes quas ſibi habere uidetur: p quas imperat

corpori & uicijs ad quodlibet adipiſcēdū uel tenendum retulerit niſi ad deum: etiam ipſa uicia ſunt potius q̄ uirtutes. nam licet a quibuſdam tunc uere et honeſte putent eſſe uirtutes cū ad ſeipſas referūtur nec ꝓpter aliud expetunt: tunc etiā inflate atq; ſupbe ſūt. et ideo nō uirtutes ſed uicia iudicāda ſunt. Sicut enī nō eſt a carne ſed ſup carnem quod carnem facit uiuere: ſic non eſt ab hoīe ſed ſuper hoīem quod hoīem facit beate uiuere: nec ſolū hominē ſed etiā quamlibet poteſtatē uirtutēq; celeſtem.

QVocirca ut uita carnis anima eſt: ita beata uita hominis deus eſt: de quo dicūt ſacre litere hebreoꝝ. Beatus populus cuius ē dominus deus ipſius. Miſer igit populus ab iſto alienatus deo. Diligit tamē etiā ipſe quandā pacem ſuā nō īprobādā: quam quidem nō habebit in fine: qui non ea bene utit̄ ante finem. Hanc autem ut interi habeat ī hac uita noſtra etiā intereſt: q̄m q̄ diu permixte ſunt ambe ciuitates: utimur et nos pace babilonis. ex qua ita per fidē dei populus liberat̄: ut apud hanc interim peregrinet̄. Propter quod et apoſtolus ammonuit eccleſiam ut oraret pro regibus eius atq; ſublimibus: addens et dicens ut quietā et tranquillā uitam agamus cū omni pietate & caritate. Et propheta Hieremias cū populo ueteri dei uenturam prenunciaret captiuitatē: & diuinitus imperaret ut obediēter in babiloniam irent: deo ſuo etiam iſta patientia ſeruientes: monuit et ipſe ut orarēt pro illa dicens: quia in pace eius eſt pax ueſtra. Vtiq; interi tēporalis pax que bonis maliſq; cōmunis eſt.

PAx autem noſtra propria et hic ē cū deo per fidem: et in eternū erit cū illo per ſpeciē. Sed hic ſiue illa cōmunis: ſiue noſtra ꝓpria talis ē pax: ut ſolatiū miſerie ſit potius q̄ beatitudinis gaudium. Ipſa quoq; noſtra iuſticia quāuis uera ſit: propter ueri boni finem ad quem referēt: tamen tanta eſt in hac uita: ut potius peccatorum remiſſiōe cōſtet q̄ perfectiōe uirtutū. Teſtis ē oratio totius ciuitatis dei que pegrīat in terris. Per omnia quippe mēbra ſua clamat ad deū. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Nec pro eis eſt efficax hec oratio: quorū fides ſine operibus mortua eſt: ſed pro eis quorū fides per dilectionem operat̄. Quia enim deo quidem ſubdita: ī hac tamen cōditione mortali & corpore corruptibili qd̄ aggrauat animā: nō ꝑfecte uicijs ratio imperat: ideo neceſſaria eſt iuſtis talis oratio. Nam profecto quanq̄ imperet: nequaq̄ ſine cōflictu uicijs imperatur. Et utiq; aliqd ſubrepit in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti: ſiue hoſtibus talibus uictis ſubditiſq; domināti: unde ſi non facili operatione certe labili locutione aut uolatili cogitatiōne peccet. Et ideo q̄diu uicijs imperatur plena pax nō eſt: quia et illa que reſiſtūt periculoſo debellant̄ prelio: et illa que uicta ſunt nōdum ſecuro triūphant̄ ocio: ſed adhuc ſolicito ꝓmunt̄ īperio. In his ergo tēptatōibus de q̇bus oībus in diuinis eloqs breuiter ē dictū: nunqd nō tēptatō ē uita hūana ſup terrā: q̇s ita uiuere ſe ꝓſumat ut dicēdo deo dimitte nobis debita noſtra nō neceſſe habeat: niſi hō elatus. nec uero magnus ſed īflatus ac tumidus: cui ꝑ iuſticiā reſiſtit q̇ gratiā largitur humilibus. ꝓpter qd̄ ſcriptū ē deus ſupbis reſiſtit: humilibus autē dat gratiam. Hic itaq; ī unoquoq; fideli iuſticia ē: ut obediētē deus homini: anīus corpori: ratiō aūt uicijs etiam repugnantibus imperet: uel ſubigendo uel reſiſtendo: atq; ut ab ipō deo petat̄ & meritoꝝ gratia et uenia delictorū: ac de acceptis bonis gratiarū actio perſoluat̄. In illa uero pace finali quo referēda & cuius adipiſcēde cauſa habēda ē iſta iuſticia quoniam ſanata immortalitate atq; incorruptione natura uicia non habebit: nec unicuiq; noſtrum ab alio uel a ſeipſo quicq̄ repugnabit: nō opus erit ut ratio uicijs

que nulla erũt ſperet/ſed ſperabit deuſ homĩ/animuſ corpori:tãtaq; obediẽdi ibi erit ſuauitaſ & facilitaſ/q̃ta uiuẽdi regnãdiq; felicitaſ/& hoc illic ĩ omnibuſ hõibuſ atq; in ſingulis eternũ erit:eternũq; eẽ certũ erit/& ideo pax huiuſ beatitudinis:uel beatitudo pacis huiuſ ſummũ bonũ erit.

Eorum autẽ qui non pertinent ad iſtam ciuitatem dei/erit ec ecõtrario miſeria ſempiterna/que etiam ſecũda morſ dicit̃/quia nec anima ibi uiuere dicenda ẽ: que a uita dei alienata erit/nec corpuſ quod eternis doloribuſ ſubiacebit/Ac per hoc ideo durior iſta ſecunda morſ erit/quia finiri morte nõ poterit/Sed quoniam ſicut miſeria beatitudini & morſ uite/ita bellũ paci uidet̃ eſſe cõtrarium/merito queritur ſicut pax in bonorũ finibuſ p̃dicata ẽ atq; laudata/quod uel quale bellũ in finibuſ malorũ ecõtrario poſſit intelligi/Verũ qui hoc querit/attẽdat quid in bello noxiũ perniciosũq; ſit: et uidebit nihil aliud q̃ eſſe inter ſe rerũ aduerſitatem atq; cõflictũ. Quod igitur bellum grauiuſ & amariuſ cogitari poteſt:q̃ ubi uolũtaſ ſic aduerſa ẽ paſſioni/et paſſio uolũtati/ut nulliuſ earũ uictoria taleſ inimicitie finiant̃/& ubi ſic cõfligit cũ ipſa natura corporis uiſ dolorts:ut neutrũ alteri cedat/Hic enim quando contingit iſte cõflictuſ/aut dolor uincit & ſenſum morſ adimit/aut natura uincit & dolorem ſanitaſ tollit/Ibi autẽ & dolor permãet ut affligat: et natura perdurat ut ſentiat/Quia utrunq; ideo nõ deficit:ne pena deficiat/Ad hoſ autem fineſ bonorum malorũ:illoſ expetendoſ iſtoſ cauendoſ/quoniã per iudiciũ tranſibũt ad illoſ boni: ad iſtoſ mali/de hoc iudicio quãtũ deuſ donauerit in cõſequẽti uolumĩe diſputabo.

AVRE[...]I AVGVSTINI LIBER XX [...]NCIPI[...]

De die ultimi iudicii dei quod ipſe donauerit locuturi/eumq; aſſerturi aduerſuſ ĩpioſ et ĩcreduloſ:tanq̃ in edificii fũdamẽto priuſ ponere teſtimonia diuina debemuſ/Quibuſ qui nolunt credere:humaniſ ratiunculiſ falſiſ atq; fallacibuſ cõtrauenire conãtur/ad hoc aut aliud ſignificare contendãt/q̃d adhibet̃ teſtimoniũ de literiſ ſacriſ/aut omĩo diuĩtuſ eſſe dictũ negẽt. Nam nullũ exiſtimo eſſe mortalium/qui cum ea ſicut dicta ſunt ĩtellexerit:et a ſũmo ac uero deo per animaſ ſanctaſ dicta eſſe crediderit/non eiſ cedat atq; cõſentiat.ſiue id ore etiam fateatur/ſiue aliquo uitio fateri erubeſcat aut metuat/uel etiã peruicatia ſimillĩa inſanie id quod falſum eſſe nouit aut credit: etiam contentioſiſſime defendere moliatur/Quod ergo in cõfeſſione ac profeſſione tenet omniſ eccleſia dei ueri/xp̃m de celo eẽ uẽturũ ad uiuoſ ac mortuoſ iudicãdoſ: hunc diuini iudicii ultimum diem dicimuſ:id eſt nouiſſimũ tempuſ/Nã p quod dieſ hoc iudicium tendatur incertũ eſt/ſed more ſanctarũ ſcripturarum diem poni ſolere p tempore/nemo qui illaſ literaſ quãlibet negligẽter legerit neſcit/Ideo autẽ cum diem iudicii dei dicimuſ:addimuſ ultimum uel nouiſſimũ:quia et nũc iudicat: et ab humani generiſ initio iudicauit/dimittenſ de paradiſo et a ligno uite ſeparãſ p̃moſ homineſ:magni peccati perpetratoreſ/Imo etiam qñ angeliſ peccantibuſ nõ pepercit: quorũ princepſ homĩeſ a ſeipſo ſubuerſoſ ĩuidendo ſubuertit/pculdubio iudicauit. nec ſine illiuſ alto iuſtoq; iudicio/et ĩ hoc aereo celo & ĩ terriſ et demonum et hoĩm miſerrima uita ẽ:erroribuſ erumniſq; plẽiſſima/Verum et ſi nemo peccaſſet:nõ ſine bono rectoq; deuſ iudicio uniuerſã creaturã ratiõnalẽ pſeuerantiſſime ſibi domĩo ſuo coherentẽ:in eterna beatitudĩe retineret/Iudicat etiã nõ ſolũ uniuerſaliter de gẽre demonũ atq; hominum:ut miſeri ſint propter primoꝝ meritũ peccatorũ/ſed etiam

de ſingulorum operibuſ proprijſ que gerunt arbitrio uoluntatiſ. Nam et demōeſ ne torqueant̄ precātur: nec iniuſte utiq; uel parcitur eiſ: uel pro ſua quiq; improbitate torquent̄. Et homīeſ plerunq; aperte plerūq; oculte luunt pro ſuiſ factiſ diuinituſ penaſ ſiue in hac uita ſiue poſt mortē: quāuiſ nulluſ hominū agat recte niſi diuino adiuuet̄ auxilio: nulluſ demonū aut hoīm agat inique niſi diuīo eodēq; iuſtiſſimo dei iudicio pmittat̄. Sicut enī ait apoſtoluſ: nō eſt iniquitaſ apud deū. Et ſicut ipſe dicit alibi: inſcrutabilia ſunt iudicia dei: & inueſtigabileſ uie eiuſ. Non igitur in hoc libro de illiſ primiſ: nec de iſtiſ medijſ dei iudicijſ: ſed de ipſo nouiſſimo iudicio quātū ipſe tribuerit diſputabo: quādo xp̄c de celo uēturuſ eſt uiuoſ iudicaturuſ & mortuoſ. Iſte quippe dieſ iudicij proprie uocatur: eo q̄ nulluſ ibi imperite erit querele locuſ: cur iniuſtuſ ille ſit felix: et cur iuſtuſ ille infelix. Omniū nāq; tūc nō niſi bonorū plena et uera felicitaſ: & omniū nō niſi malorū digna et ſūma infelicitaſ apparebit.

NUnc autem et mala equo animo ferre diſcimuſ: que patiūtur et boni: et bona non magnipendere que adipiſcuntur & mali. Ac per hoc etiam in hiſ rebuſ in quibuſ non apparet diuina iuſticia: ſalutariſ eſt diuina doctrina. Neſcimuſ enī quo iudicio dei bonuſ ille ſit pauper: maluſ ille ſit diueſ. Iſte gaudeat quē pro ſuiſ pditiſ moribuſ cruciari debuiſſe meroribuſ arbitramur: contriſtetur ille quē uita laudabiliſ gaudere debuiſſe perſuadet: exeat de iudicio non ſolū inultuſ uerū etiam damnatuſ innocēſ: aut iniqtate iudiciſ preſſuſ: aut falſiſ obrutuſ teſtimonijſ. E cōtrario ſceleſtuſ aduerſariuſ eiuſ nō ſolū impunituſ: uerum etiam uindicatuſ inſultet. Impiuſ optime ualeat: piuſ languore tabeſcat. Latrocinent̄ ſaniſſimi iuueneſ: et q nec uerbo ledere quenq̄ potuerūt diuerſa morborū atrocitate affligant̄: infanteſ utileſ rebuſ humāiſ imatura morte rapiāt̄: et q uident̄ nec naſci debuiſſe diutiſſime ſuper uiuāt: pleniſ criminibuſ ſublimet̄ honoribuſ: et hoīem ſine querela tenebre ignobilitatiſ abſcōdāt. & cetera huiuſmodi. Que quiſ colligit? Quiſ enumerat? Que ſi haberēt uelut in ipſa abſurditate cōſtantiā: ut in hac uita in q̄ ſicut ſacer pſalmuſ eloquit̄ homo uanitati ſimiliſ factuſ ē: & dieſ eiuſ ſicut umbra pretereūt: nō niſi mali adipiſcerētur trāſitoria bona iſta atq; terrena: nec niſi boni talia paterent̄ mala: poſſet hoc referri ad iudicium dei iuſtū: ſiue etiā benignū: ut qui nō erant aſſecuturi bona eterna que beatoſ faciūt: hiſ tēporalibuſ uel deciperent̄ p malitia ſua: uel p dei miſericordia cōſolarent̄ boni. & qui non erant paſſuri eterna tormēta: temporalibuſ uel pro ſuiſ qbuſcunq; uel quantuliſcunq; peccatiſ affligerētur: uel propter implēdaſ uirtuteſ exercerentur mali. Nunc uero quādo nō ſolū in malo ſunt boni & in bono mali: quod uidetur iniuſtū: uerum etiā plerūq; & maliſ mala eueniūt: & boniſ bona prouenīunt: magiſ iſcrutabilia fiūt iuditia dei: et īueſtigabileſ uie eiuſ. Quāuiſ ergo neſciāuſ quo iudicō deuſ iſta uel faciat uel fieri ſinat: apud quē ſumma uirtuſ ē et ſūma ſapiētia ſūmaq; iuſticia: nulla infirmitaſ: nulla temeritaſ: nulla iniqtaſ: ſalubriter tamē diſcimuſ nō magnipendere ſeu bona ſeu mala: que uidemuſ boniſ maliſq; cōmunia: & illa bona querere que bonorū: atq; illa mala maxime fugere que propria ſunt malorū. Cum uero ad illud iudicium dei uenerimuſ: cuiuſ tempuſ iam proprie dicitur dieſ iudicij: & aliquādo dieſ domini nūcupat̄: nō ſolū quecūq; tūc iudicabūtur uerū etiā quecūq; ab initio iudicata: & quecūq; uſq; ad illud tēpuſ adhuc iudicāda ſunt: appebunt eſſe iuſtiſſima: ubi hoc quoq; manifeſtabit̄ q̄ iuſto dei iudicio fiat: ut nūc tam multa ac pene omnia iuſta dei iudicia lateāt ſenſuſ mortaleſq; menteſ: cū tamē in hac re pioꝝ fidem nō lateat eē iuſtū quod latet.

NEmpe Salomō ſapientiſſimuſ rex iſrael qui regnauit ī hieruſalem: librum qui uocatē eccleſiaſteſ & a iudeiſ quoq; habetē ī ſacrarū canōe literarū ſic exorſuſ ē. Vanitaſ uanitatū dixit eccleſiaſteſ. uanitaſ uanitatū & omnia uanitaſ. Que homi abūdātia ex omni labore ſuo quo laborat ſub ſole. Et cū ex hac ſentētia cōnecte/ret cetera: cōmemoranſ erumnaſ erroreſq; huiuſ uite & euaneſcēteſ iterea tēporum lapſuſ: ubi nihil ſolidū nihil ſtabile retinetur in ea rerū uanitate ſub ſole: illud etiā deplorat quodāmodo: q cū ſit abundantia ſapientie ſuper inſipientiā ſicut ē lucis abūdantia ſuper tenebraſ ſapientiſq; oculi ſint in capite ipſiuſ: et ſtultuſ in tenebriſ ābulet: unuſ tamē omībuſ incurrat utiq; in hac uita que agitē ſub ſole ſignificāſ ui/delicet ea mala que boniſ et maliſ uidemuſ eē cōia. Dicit etiā illud q & boni patiātē mala tanq̄ ſit mali: & mali tanq̄ boni ſic adipiſcātē bona: ita loquēſ. Eſt inqt uātaſ que facta ē ſup terrā. qa ſūt iuſti ſup quoſ uenit ſicut factū ī pioꝝ: & ſunt impii ſup quoſ uēit ſicut iuſtoꝝ factū. Dixi qm̄ hoc quoq; ē uātaſ. ī hac uātate cui quantū ſatiſ uiſū ē incumādū iſtū librū totū uir ſapiētiſſiuſ deputauit: nō utiq; ob aliud niſi ut eā uitā deſiderēuſ que uātatē nō habet ſub ſole: ſed ueritatē ſub illo q fecit hūc ſolē. In hac ergo uātate: nūqd niſi iuſto rectoq; dei iudicō ſimiliſ eidē uātati factuſ uaneſceret hō. In diebuſ tamē uātatiſ ſue īterest plurimū: utrū reſiſtat an obtēpet uanitati: & utrū ſit experſ uere pietatiſ an particepſ. Nō ꝓpter uite huiuſ uel bona adquirēda: uel mala uitanda uaneſcēdo tranſeuntia: ſed propter futuꝝ iudiciū: per quod erūt boniſ bona & maliſ mala ſine fine manſura. Denīq; iſte ſapienſ hūc librū ſic cōcluſit ut diceret. Deū time et mādata eiuſ cuſtodi: hoc ē omīſ hō. qa omne hoc opuſ deuſ adducet in iudiciū ī omni deſpecto: ſiue bonū ſiue malum. Quid breuiuſ: ueriuſ: ſalubriuſ dici potuit? Deū īquit time: & eiuſ mādata cuſtodi. qa hoc ē omniſ homo. Quicūq; enī eſt: ē cuſtoſ utiq; mādatorū dei. quoniā qui hoc nō eſt nihil ē. Non enim ad ueritatiſ imaginem reformatur: remanenſ in ſimilitudine uanitatiſ. Quia omne hoc opuſ id eſt qđ ab homine fit in hac uita ſiue bonū ſiue malū: deuſ adducet in iudiciū in omni deſpecto: id ē in omni etiam qui cōtemptibiliſ hic uidetē & ideo nec uidetē: quia deuſ & ipſū uidet nec eū deſpiat: nec cū cū iudicat preterit.

HVius itaq; ultimi iudicii dei teſtimonia de ſanctiſ ſcripturiſ: que ponere inſtitui priuſ eligēda ſunt de libriſ teſtamēti noui: poſtea de ueteri. Quāuiſ enī uetera priora ſint tempore: noua tamen anteponēda ſunt dignitate: quoniam illa uetera preconia ſunt nouorū. Noua igitur ponenda ſunt priuſ. que ut firmiuſ probemuſ a ſumuntur et uetera. In ueteribuſ habentur lex & prophete: in nouiſ euāgeliū & apoſtolice litere. Ait autē apoſtoluſ. Per legem enī cognitio peccati. Nūc autē ſine lege iuſtitia dei manifeſta eſt: teſtificata p legē et propheteſ. Iuſticia autē dei per fidē Ieſu chriſti in omneſ qui credūt. Hec iuſtitia dei ad nouum ptinet teſtamētū: & teſtimoniū a ueteribuſ libriſ habet: hoc ē a lege et propheteſ. Priuſ igitē ipſa cauſa ponēda eſt: & poſtea teſteſ introducēdi. Hūc et ipſe Ieſuſ chriſtuſ ordinem ſeruādū eſſe demōſtranſ: ſcriba īquit eruditūſ in regno dei: ſimiliſ eſt patrifamiliaſ proferēti de ſuo theſauro noua & uetera. Non dixit uetera et noua. qđ utiq; dixiſſet niſi maluiſſet meritorū ordinē ſeruare q̄ temporum.

ERgo ipſe ſaluator cum obiurgaret ciuitateſ in quibuſ magnaſ uirtuteſ fecerat: neq; crediderāt: et eiſ alienigenaſ āteponeret: uerūtamē inqt dico uobiſ. tyro

et ſydoni remiſſiuſ erit in die iudicii q̄ uobiſ. Et paulo poſt alteri ciuitati. Amē inq̄t
dico uobiſ quia terre ſodomorum remiſſiuſ erit in die iudicii q̄ tibi. Hic euidentiſſime
predicat diē iudicii eſſe uenturū. Et alio loco. Viri inquit niniuite ſurgēt in iudiciō
cum iſta generatiōe: et cōdemnabūt eam: quia penitētiā gerūt in predicatiōe Ione.
Et ecce pluſq̄ Iona hic. Regina auſtri ſurget in iudiciō cū generatiōe iſta: et cōdē/
nabit eā: q̄a uenit a finibuſ terre audire ſapiētiā Salamōiſ. & ecce pluſq̄ Salamō hic.
Duaſ hoc loco reſ diſcimuſ. & uenturū eē iudiciū & cū mortuorū reſurrectiōe uēturū.
De niniuitiſ enim & regina auſtri qñ hec dicebat: de mortuiſ ſine dubio loquebat.
quoſ tamē in die iudicii reſurrecturoſ eſſe predixit. Nec ideo dixit condemnabunt:
quia ipſi iudicabunt: ſed quia ex ipſoꝝ cōparatione iſti merito dānabunt. Rurſuſ
alio loco cū de maloꝝ hoīm et bonorū nūc pmixtione poſtea ſeparatiōe: que utiq̄
die iudicii futura ē loqueret: adhibuit ſimilitudinē de tritico ſeiato et ſup ſeminatiſ
zizaniiſ: eamq̄ ſuiſ exponenſ diſcipuliſ. Qui ſeminat inquit bonum ſemen eſt filiuſ
hōiſ: ager autē ē hic mundus. bonū ſemē aūt hi ſunt filii regni. zizania autem filii
ſunt nequā. Inimicuſ autē q ſeminauit ea ē diabolus. Meſſiſ uero cōſumatiō ſeculi eſt.
meſſoreſ autē angeli ſūt. Sicut ergo colligunt zizania & igni cōburūtur: ſic erit in
cōſumatiōe ſeculi. Mittet filiuſ hominiſ angeloſ ſuoſ: & colliget de regno eiuſ omnia
ſcādala. & eoſ q faciūt iniqtatē: & mittet eoſ ī caminū ignis. Ibi erit fletuſ & ſtridor
dētiū. Tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patriſ eorum. Qui habet aureſ audiendi
audiat. Hic quidem iudicium uel diem iudicii non nominauit: ſed cū multo clariuſ
ipſiſ rebuſ expſſit et ī fine ſeculi futuꝝ eē p̄dixit. Item diſcipuliſ ſuiſ Amen inq̄t dico
uobiſ: q uoſ q ſecuti eſtiſ me: ī regeneratiōe cū ſederit filiuſ hōiſ ī ſede maieſtatiſ ſue:
ſedebitiſ et uoſ ſuper ſedeſ duodecim iudicanteſ duodeci tribuſ iſrael. Hinc diſcimuſ
cū ſuiſ diſcipuliſ Ieſū iudicaturū. Vnde & alibi iudeiſ dixit. Si ego ī Beelzebub eiicio
demonia: filii ueſtri in quo eiiciunt. Ideo ipſi iudiceſ ueſtri erunt. Hec quoniā ſuper
duodecim ſedeſ ſeſſuroſ eſſe ait duodecim ſoloſ homineſ cū illo iudicaturoſ debemuſ
putare. Duodenario qppe numero uniuerſa quedā ſignificata ē multitudo iudicā/
tiū propter duaſ parteſ numeri ſeptenarii: quo plerūq ſignificatur uniuerſitaſ: que
due parteſ id eſt tria et quatuor altera per alteram multiplicate duodecim ſunt uel
faciūt. Nam quatuor ter & tria quater duodecim ſūt et ſi qua alia huiuſ duodenarii
numeri que ad hoc ualeat ratio reperit. Alioquin quoniam in loco traditoriſ Iude
apoſtolū Mathiā legimuſ ordinatū. Apoſtoluſ Pauluſ qui pluſ illiſ oībuſ laborauit:
ubi ad iudicandū ſedeat nō habebit: qui profecto cū aliiſ ſanctiſ ad numeꝝ iudicū
ſe pertinere demōſtrat cum dicit. Neſcitiſ quia angeloſ iudicabimuſ. De ipſiſ quoq̄
iudicādiſ: in hoc numero duodenario ſimiliſ cauſa ē. Non eni quia dictū ē iudicāteſ
duodecim tribuſ iſrael. tribuſ Leui que tertiadecima ab eiſ ē iudicanda nō erit. Aut
ſolum illū populū: nō etiā genteſ ceteraſ iudicabunt. Quod autē ait in regeneratiōe:
proculdubio mortuorū reſurrectiōem nomine regeneratiōiſ uoluit intelligi. Sic enim
caro noſtra regenerabit per incorruptiōem: queadmodū anima noſtra regenerata
eſt per fidem. Multa preterea que de ultimo iudicio ita dici uidentur: ut diligenter
conſiderata repeniātur ambigua uel magiſ ad aliud pertinentia: ſiue ſcilicet ad eum
ſaluatoriſ aduentū quo per totū hoc tempuſ in eccleſia ſua uenit: hoc eſt in mēbriſ
ſuiſ particulariter atq̄ paulatim quoniam tota corpuſ eiuſ ē: ſiue ad excidiū terrene
hieruſalem quia et de illo cū loquitur plerūq ſic loquit tanq̄ de fine ſeculi: atq̄ de
illo die iudicii nouiſſimo et magno loquatur: ita ut dinoſci non poſſit omnino: niſi
ea que apud treſ euangeliſtaſ Matheū Marcū et Lucam de hac re ſimiliter dicta

ſunt: inter ſe omnia cōferant. Quedā quippe alter obſcurius: alter explicat planius: ut ea que ad unam rem pertinentia dicūtur appareat unde dicantur. Quod facere utcunq; curaui in quadā epiſtola: quam reſcripſi ad beate memorie uirum Eſychiū ſalonitane urbis epiſcopū: cuius epiſtole titulus eſt de fine ſeculi. Proinde iam illud hic dicā quod ī euangelio ſcd̄m Matheum de ſeparatione bonoꝝ et malorū legitur per iudicium preſentiſſimū atq; nouiſſimū chriſti. Cum autem uenerit inquit filius hominis in maieſtate ſua: et omnes angeli eī eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue. Et cōgregabūtur ante eū omnes gentes: & ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet quidem oues a dextris ſuis: hedos autē a ſiniſtris. Tūc dicet rex his q a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratū uobis regnū a cōſtitutiōe mūdi. Eſuriui. n. et dediſtis mihi mādūcare: ſitiui & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā: et collegiſtis me. Nudus: et cooperuiſtis me. Infirmus: et uiſitaſtis me. In carcere erā: et ueniſtis ad me. Tūc reſpōdebūt ei iuſti dicētes. Domine qn̄ uidimus te eſurientē et pauimus? Sitiētē: et dedimus tibi potū? Quādo autem te uidimus hoſpitē: & collegimus te? Aut nudū: & cooperuimus te? Quādo aūt te īfirmū uidimus aut ī carcere: et uenimus ad te? Et reſpōdēs rex dicet illis. Amē dico uobis. q̄diu feciſtis uni de his fratribus meis minimis: mihi feciſtis. Tunc dicet et his qui a ſiniſtris eius erūt. Diſcedite a me maledicti ī ignē eternū: qui paratus eſt diabolo et angelis eius. Deinde ſimiliter etiā his enumerat: q illa nō fecerit que dexteros feciſſe memorauit. Similiterq; īterrogantibus quādo eum uiderint in eorū indigentia cōſtitutū: qđ minimis ſuis nō ē factū: ſibi factum nō fuiſſe reſpōdet. Sermōemq; cōcludens: et hi inquit ibunt in ſupplicium eternū: iuſti autem ī uitam eternam. Iohānes uero euangeliſta apertiſſime narrat eum in reſurrectiōe mortuorum futurum predixiſſe iudicium. Cum enim dixiſſet neq; enim pater iudicat quenq̄: ſed omne iudiciū dedit filio ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem: qui non honorificat filiū nō honorificat patrem qui miſit illū: protinus addidit. Amen Amen dico uobis: quia qui uerbum meum audit et credit ei q miſit me: habet uitā eternā: & in iudiciū nō ueniet: ſed a morte tranſit in uitam. Ecce hic dixit ſuos etiam fideles in iudicium nō uenire. Quō ergo per iudicium ſeparabūtur a malis: et ad eius dexteram ſtabūt: niſi quia hoc loco iudiciū pro damnatiōe poſuit. In tale enim iudicium nō uenient qui audiunt uerbū eius: et credunt ei q illū miſit.

Deinde adiungit et dicit. Amen amē dico uobis: quia uenit hora & nunc eſt: qn̄ mortui audiēt uocem filii dei: et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitā ī ſemetipſo: ſic dedit et filio uitā habere ī ſemetipſo. Nondū de reſurrectiōe ſcd̄a id eſt corporū loquitur: que in fine futura eſt: ſed de prima que nūc eſt. Hanc quippe ut diſtingueret ait. Venit hora et nunc eſt. Non autē iſta corporū ſed animarū ē. Habent enim et anime mortem ſuam in impietate atq; peccatis: ſcd̄m quā mortem ſunt mortui dē qbus idem dominus ait. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: ut ſcilicet in anima mortui ī corpore mortuos ſepelirēt. Propter iſtos ergo impietate et iniqcate in anima mortuos: uenit inquit hora et nūc eſt: quando mortui audient uocem filii dei: & qui audierint uiuent. Qui audierint dixit: qui obedierint: q crediderint: & uſq; in finem perſeuerauerint. Nec facit hic ullam differentiam bonoꝝ & maloꝝ. Omnibus enī bonū eſt: audire uocem iſtius & uiuere: ad uitam pietatis ex impietatis morte tranſeundo. De qua morte ait apoſtolus Paulus. Ergo omnes mortui ſunt: et pro omnibus mortuus eſt unus: ut qui uiuunt nō iam ſibi uiuāt: ſed ei qui pro ipſis

mortuuſ ē & reſurrexit. Omneſ itaq; mortui ſũt ĩ peccatiſ nemine proſurſ excepto: ſiue originalibuſ ſiue etiam uolũtate additiſ: uel ignorando uel ſciendo nec faciẽdo quod iuſtũ eſt: et pro omnibuſ uiuiſ mortuuſ uiuuſ mortuuſ eſt unuſ: id eſt nullum habenſ omnino peccatũ. ut qui per remiſſiõem peccatorũ uiuũt: iam nõ ſibi uiuant: ſed ei q pro omnibuſ mortuuſ ē ꝓpter peccata noſtra: et reſurrexit ꝓpter iuſtificatiõnẽ noſtram: ut credẽteſ in eum qui iuſtificat impiũ: ex impietate iuſtificati tanq̃ ex morte uiuificati: ad primam reſurrectionem que nunc eſt pertinere poſſimuſ. Ad hanc enim primam non pertinent niſi qui beati erũt ĩ eternum: ad ſecũdam uero de qua mox locuturuſ eſt: & beatoſ docebit pertinere et miſeroſ. Iſta ē miſericordie: illa iudicii: ꝓpter quod ĩ pſalmo ſcriptũ ē. Miſericordiam et iudiciũ cantabo tibi domĩe. De quo iudicio cõſequẽter adiunxit atq; ait. Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere quia filiuſ hominiſ eſt. Hic oſtendit ꝙ in ea carne ueniet iudicaturuſ in qua uenerat iudicanduſ. Ad hoc enim ait quoniam filiuſ hominiſ eſt. Ac deinde ſubiungenſ unde agimuſ. Nolite inquit mirari hoc quod dixi: quia ueniet hora in qua omneſ qui in monumẽtiſ ſunt audient uocẽ filii dei: & ꝓcedent qui bona fecerũt ĩ reſurrectiõem uite: q uero mala egerũt in reſurectiõem iudicii. Hoc eſt illud iudiciũ qđ pauloante ſicut nunc pro damnatiõe poſuerat dicenſ. Qui uerbum meum audit & credit ei qui miſit me: habet uitam eternam: et in iudiciũ non ueniet: ſed tranſiet a morte in uitã id eſt pertinendo ad primam reſurrectiõem qua nunc tranſitur a morte animarũ ad uitã uirtutiſ: in damnatiõem non ueniet quam ſignificauit appellatiõe iudicii. Sicut etiã ĩ hoc loco ubi ait: Qui uero mala egerũt ĩ reſurrectiõem iudicii id ē damnatiõiſ. Reſurgat ergo in prima qui nõ uult in ſecunda reſurrectiõe damnari. Venit ergo hora et nunc eſt: quando mortui audient uocem filii dei: et qui audierint uiuent id eſt in damnatiõem nõ uenient: que ſecũda morſ dicitur: in quam ſecũdam mortẽ poſt ſecundã que corporum futura eſt reſurrectionem p̃cipitabũtur: qui in prima que animarũ eſt non reſurgũt. Veniet enĩ hora. ubi nõ ait et nũc eſt: quia in fine ſeculi erit: hoc eſt in ultimo & maximo dei iudiciõ: quãdo omneſ qui in monumentiſ ſunt audient uocem eiuſ & procedent. Non dixit queadmodũ in prima: et qui audierint uiuent. Nõ. n. omneſ uiuẽt: & uita que ſcilicet quoniam beata ē ſola uita dicenda ē. Nam utiq; nõ ſine qualicũq; uita poſſent audire & de monumẽtiſ reſurgente carne procedere. Quare autẽ nõ omneſ uiuent: in eo quod ſequitur docet. Qui bona inquit fecerũt: in reſurrectiõem uite: q uero mala egerunt in reſurrectionem iudicii. Hi ſũt qui non uiuent: quia ſecũda morte morientur. Mala quippe egerunt: quoniam male uixerunt: male autem uixerũt: quia in prima que nũc eſt animarũ reſurrectiõe nõ reuixerunt: aut in eo ꝙ reuixerant: nõ uſq; in finem manſerunt. Sicut ergo due ſũt regenerationeſ de quibuſ iam ſupra locutuſ ſum: una que ſecũdum fidem eſt que nũc fit per baptiſmũ: altera ſecũdũ carnem que fiet in eiuſ incorruptiõe atq; ĩmortalitate per iudicium magnũ atq; nouiſſimũ: ita ſunt & reſurrectiõeſ due. una prima que nũc ē & eſt animarum: que uenire in mortem ſecundam nõ pmittit: alia ſecũda que nũc nõ eſt: ſed in fine ſeculi futura ē: nec animarũ ſed corporum: ẽſque p ultimũ iudiciũ alioſ mittit in ſecundã mortem: alioſ in eam uitã que nõ habet mortem. *De duabus reſurrectionibus et de mille annis qui in apocalipſi iohannis ſcripti ſunt et quid de eis rationabiliter ſentiatur.*

E his duabuſ reſurrectionibuſ idem Iohanneſ euangeliſta in eo libro qui dicitur apocalipſiſ eo modo locutuſ ẽ: ut prima earũ a quibuſdã noſtriſ nõ intellecta: etiam in quaſdam ridiculaſ fabulaſ uerteretur. Ait quippe in libro memorato Iohãneſ apoſtoluſ. Et uidi angelum deſcendentẽ de celo: habentem clauem abiſſi: & catenã

in manu ſua. & tenuit dracoņē illū ſerpentē antiquū qui cognominatuſ eſt diabóluſ
et ſathanaſ & alligauit illum mille annis. & miſit illū in abiſſū: & clauſit et ſignauit
ſuper eū: ut iam non ſeduceret genteſ donec finiant̄ mille anni. Poſt hec oportet eū
ſolui breui tempore. Et uidi ſedeſ: et ſedenteſ ſuper eaſ: et iudicium datum eſt illiſ &
animaſ occiſorū ꝓpter teſtimonium Ieſu & ꝓpter uerbū dei. Et ſi q̄ nō adorauerūt
beſtiam nec imaginem euiſ neq; acceperūt inſcriptōem in fronte aut in manu ſua: &
regnauerūt cū Ieſu mille annis. Reliqui eoꝝ nō uixerūt: donec mille anni finiant̄.
Hec reſurrectio prima eſt. Beatuſ et ſanctuſ eſt qui habet ī hac prima reſurrectiōe
partem. In iſtiſ ſecūda morſ nō habet poteſtatem. ſed erunt ſacerdoteſ dei & christi:
& regnabūt cū eo annis mille. Qui ꝓpter hec uerba huiuſ libri primā reſurrectiōem
futurā ſuſpicati ſunt corporalem. inter cetera maxime numero annoꝝ mille ꝑmoti
ſūt. tanq̄ oporteret ī ſanctiſ eo modo uelut tanti tēporiſ fieri ſabbatiſmū: uacatōem
ſcilicet ſanctā poſt laboreſ annorum ſex milium ex quo creatuſ eſt homo. & magni
illiuſ peccati merito ī huiuſ mortalitatiſ erūnaſ de paradiſi felicitate dimiſſuſ. ē ſūt q̄m
ſcriptū eſt: unuſ dieſ apud dominū ſicut anni mille. & mille anni ſicut dieſ unuſ: ſex
annorū milibuſ tanq̄ diebuſ ſex impletiſ ſequat̄ uelut ſabbati ſeptimuſ ī annis mille
poſtremis: ad hoc ſcilicet ſabbatū celebrandū reſurgentibuſ ſanctiſ. Que opinio eſſet
utcūq; tolerabiliſ ſi delicie alique ſpirituales ī illo ſabbato affuture ſanctiſ ꝑ domini
preſentiam crederentur. Nam noſ hoc etiam fuimuſ opinati aliquando. Sed cum eoſ
qui tunc reſurrexerint dicant ī moderatiſſimiſ carnalibuſ epuliſ uacaturoſ: in quibuſ
cibuſ ſit tantuſ ac potuſ. ut nō ſolū nullam modeſtiam teneāt: ſed modū quoq; ipſiuſ
incredulitatiſ excedant. nullo modo poſſūt niſi a carnalibuſ iſta credi. Hi autē qui
ſpirituales ſunt: iſtoſ iſta credēteſ chiliaſtaſ uocant greco uocabulo. Quod uerbum
e uerbo exprimenteſ: noſ poſſumuſ miliarioſ nūcupare. Eoſ autē lōgum ē refellere
ad ſingula. ſed potiuſ quēadmodū hec ſcriptura accipiēda ſit iam debemuſ oſtēdere.
Ait ipſe dominuſ noſter Ieſuſ xpſ. Nemo poteſt introire in domū fortiſ et uaſa euiſ
eripere: niſi priuſ alligauerit fortem. diabolū uolenſ intelligi fortem. quia ipſe genuſ
hūanum potuit tenere captiuum. uaſa uero euiſ que fuerat erepturuſ: fideleſ ſuoſ
futuroſ quoſ ille in diuerſiſ peccatiſ atq; impietatibuſ poſſidebat. Vt ergo alligaret̄
hic fortiſ: propterea uidit iſte apoſtoluſ in apocalipſi angelum de celo deſcendentē:
habentem clauem abiſſi: & catenam in manu ſua. Et tenuit inquit draconem illum
ſerpentem antiquum qui cognominatur diaboluſ & ſathanaſ. et alligauit illū mille
annis. hoc ē poteſtatē euiſ ab eiſ ſeducēdiſ ac poſſidēdiſ q̄ fuerant liberandi cohibuit
atq; frenauit. Mille autē anni duobuſ modiſ poſſunt quātū mihi occurrit intelligi.
aut quia in ultimiſ mille annis reſ iſta agit̄ id eſt ſexto annorum miliario tanquā
ſexto die cuiuſ nūc ſpacia poſteriora uoluūtur. ſecuturo deinde ſabbato quod nō
habet ueſperā: regem ſcilicet ſanctoꝝ que nō habet finē. ut huiuſ miliarii tāquā diei
nouiſſimam partē. que remanebit uſq; ad terminū ſeculi: mille annoſ appellauerit:
eo loquendi modo quo parſ ſignificat̄ a toto. Aut certe mille annoſ pro annis omībuſ
huiuſ ſeculi poſuit. ut perfecto numero notaret̄ ipſa tēporiſ plenitudo. Millenariuſ
quippe numeruſ denarii numeri quadratū ſolidū reddit. Decē quippe decieſ ducta:
fiunt centum: que iam figura quadrata ſed plana ē. Vt autē in altitudine ſurgat &
ſolida fiat: rurſuſ centū decieſ multiplicant̄: & mille ſunt. Porro ſi centū ipſa aliquo
modo pro uniuerſitate ponātur. quale illud eſt quod dominuſ omnia ſua dimittēdi
et eum ſequenti promiſit dicenſ. accipiet in hoc ſeculo centuplum. quod exponenſ
quodammodo apoſtoluſ ait. quaſi nihil habenteſ & omnia poſſidenteſ. quia et ante

tam dictum eſt: fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt: quanto magis mille pro uniuerſitate ponuntur: ubi eſt ſoliditas ipſius denarie quadrature: Unde nec illud melius intelligit: quod i pſalmo legitur. Memor fuit in ſeculum teſtamēti ſui: uerbi quod mandauit in mille generatōes: id eſt in omnes. Et illū inquit in abiſſum miſit: utiq diabolū in abiſſum miſit: quo nomine ſignificata eſt multitudo innumerabilis impiorum: quorū i malignitate aduerſus eccleſiam dei multa profunda ſunt corda. Nō qa diabolus ibi ante nō erat: ſed ideo dicit miſſus illuc: qa excluſus a credētibus plus cepit impios poſſidere. Plus nāq a diabolo poſſidet: q nō ſolū alienatus a deo: uerū etiam gratis odit ſeruientes deo.

ET clauſit inquit & ſignauit ſup eū: ut iam non ſeduceret gentes donec finiant mille anni. Clauſit ſuper eum dictū eſt: interdixit ei ne poſſit exire id ē uetitū tranſgredi. Signauit autem quod addidit ſignificaſſe mihi uidetur: ꝙ occultum eſſe uoluit qui pertineant ad partem diaboli: & qui non pertineant. Hoc in ſeculo iſto prorſus latet. quia et qui uidetur ſtare: utrū ſit caſurus: et qui uidet iacere: utrum ſit ſurrecturus ignotum eſt. Ab eis autem gentibus ſeducendis: huius interdicti uinculo & clauſtro diabolus prohibetur atq cohibetur: quas pertinentes ad xp̄m ſeducebat antea uel tenebat. Has enī deus elegit ante cōſtitutionem mundi eruere de poteſtate tenebrarū: & trāſferre i regnū filii claritatis ſue. ſicut dicit apoſtolus. Nam ſeducere illum gentes etiam nunc & ſecum trahere in eternam penam: ſed non predeſtinatas in eternā uitam quis fidelis ignorat? Nec moueat: ꝙ ſepe diabolus illos etiā ſeducit: qui iam regenerati in chriſto uias ingrediuntur dei. Nouit enim dominus qui ſunt eius. ex his in damnationem eternam neminem ille ſeducit. Sic enim nouit dominus eos ut deus: quē nihil latet etiā futurorū: nō ut homo qui hominem ad preſens uidet: ſi tamen uidet cuius cor nō uidet: qualis autem poſtea ſit futurus: nec ſeipſum uidet. Ad hoc ergo ligatus ē diabolus et incluſus i abiſſo: ut iam nō ſeducat gentes ex qbus cōſtat eccleſia: quas antea ſeductas tenebat anteq̄ eſſet eccleſia. Neq enī dictū ē ut nō ſeduceret aliquē: ſed ut nō ſeduceret inquit iā gentes: in quibus eccleſiā ꝓculdubio intelligi uoluit. donec inquit finiant mille anni: id ē aut quod remanet de ſexto die qui cōſtat ex mille annis: aut anni omnes quibus deinceps hoc ſeculum peragendum eſt. Nec ſic accipiendum eſt qđ ait ut nō ſeduceret gentes donec finiant mille anni: quaſi poſtea ſit ſeducturus eas dūtaxat gentes ex quibus ꝑdeſtinata cōſtat eccleſia: a quibus ſeducendis illo eſt uinculo clauſtroq prohibitus. Sed aut illa locutōe dictū eſt que in ſcripturis aliquotiens inuenitur: qualis eſt in pſalmo. Sicut oculi noſtri ad dominum deum noſtrū donec miſereatur noſtri. Neq enim cum miſertus fuerit nō erunt oculi ſeruorum eius ad dominū deum ſuum. aut certe iſte eſt ordo uerborum. Et clauſit et ſignauit ſuper eum donec finiātur mille anni. Quod uero interpoſuit ut non ſeduceret iam gentes ita ſe habet: ut ab huius ordinis cōnexione ſit liberum & ſeorſū intelligendū uelut ſi poſt adderet: ut ſic ſe haberet tota ſentētia. Et clauſit et ſignauit ſuper eum donec finiantur anni mille: & iam non ſeduceret gentes. id eſt ideo clauſit donec finiantur anni mille ut iam non ſeduceret gentes. Poſt hoc inquit oportet eum ſolui breui tempore. Si hoc eſt diabolo ligari et includi eccleſiam non poſſe ſeducere: hec ergo erit ſolutio eius ut poſſit? Abſit. Nunq̄ enim ab illo eccleſia ſeducet predeſtinata et electa ante mundi cōſtitutionem: de qua dictum eſt nouit dominus qui ſūt eius. Et tamē hic erit illo tēpore etiam quo ſoluendus eſt diabolus: ſicut ex quo eſt inſtituta hic fuit et erit omni tempore: in ſuis utiq qui ſuccedunt naſcendo morientibus. Nam paulopoſt dicit: ꝙ ſolutus diabolus ſeducet has gentes

toto orbe terrarum: ac trahat in bellum aduerſuſ eam: quorū hoſtiū erit numeruſ ut harena mariſ. Et aſcenderūt inqͣt ſuper terre latitudinē & cinxerūt caſtra ſāctorꝝ et dilectam ciuitatem. Et deſcendit ignis de celo a deo & comedit eoſ. & diaboluſ q ſeducebat eoſ miſſuſ ē in ſtagnū igniſ et ſulfuriſ: ubi eſt & beſtia & pſeudo pphete. & cruciabūtur die ac nocte in ſecula ſeculorꝝ amē. Sed hoc iam ad nouiſſimū iudiciū ptinet: qd nūc propterea cōmemorandum putaui: ne quiſ exiſtimet eo ipſo tēpore paruo quo ſoluetur diaboluſ ī hac terra eccleſiam non futuram: illo hic eam uel nō inueniente cū fuerit ſolutuſ: uel abſumente cū fuerit perſecutuſ. Non itaqꝫ per totū hoc tempuſ qd liber iſte cōplectit̄ a primo ſcilicet aduentu chriſti uſqꝫ in finē ſeculi quo erit eiuſ ſecunduſ aduentuſ: ita diaboluſ alligatur ut hec eiuſ ipſa ſit alligatio ꝑ hoc interuallū quod mille annorum numero appellat̄ non ſeducere eccleſiā: quādo quidem illam nec ſolutuſ utiqꝫ ſeducturuſ eſt. Nam profecto ſi eiuſ alligatio eſt nō poſſe ſeducere ſiue nō permitti: quid erit ſolui niſi poſſe ſeducere ſiue permitti. Quod abſit ut fiat. Sed alligatio diaboli eſt nō permitti exercere totā temptatiōem quam poteſt uel ui uel dolo ad ſeducendoſ homineſ in partē ſuā cogendo uiolenter fraudulenter ue fallendo. Quod ſi permitteret̄ ī tam longo tēpore & tanta infirmitate multorꝝ pluri mos taleſ qualeſ deuſ id ꝑ petī nō uult & fideleſ deiceret & ne crederent impediret. Quod ne faceret alligatuſ eſt. Tunc autē ſoluet̄ quando et breue tēpuſ erit. Nam tribuſ anniſ & ſex menſibuſ legitur totiſ ſuiſ ſuorumqꝫ uiribuſ ſeuituruſ. et taleſ erunt cū quibuſ ei belligerādum eſt: ut uinci tanto eiuſ impetu inſidiiſqꝫ nō poſſint. Si autē nunqͣ ſolueret̄ minuſ appareret maligna eiuſ potentia: minuſ ſācte ciuitatiſ fideliſſima patientia probaretur. Minuſ deniqꝫ perſpiceretur ꝗ magno eiuſ malo tam bene uſuſ fuerit omnipotenſ deuſ: qui eū nec omnino abſtulit a tēptatiōe ſanctorꝝ: ꝗuiſ ab eorū interioribuſ hominibuſ ubi in deum creditur foraſ miſſum: ut forinſecuſ eiuſ oppugnatiōe proficerent: & ī eiſ qui ſunt ex parte ipſiuſ alligauit: ne quātam poſſet effundēdo et exercendo maliciam: innumerabileſ infirmoſ ex qbuſ multiplicari eccleſiā & impleri oportebat: alioſ crediturοſ alioſ iam credenteſ a fide pietatiſ hoſ deterreret: hoſ frangeret: & ſolueret̄ in fine: ut ꝗ fortem aduerſarium dei ciuitaſ ſuperauerit: cum ingenti gloria ſui redemptoriſ: adiutoriſ: liberatoriſ aſpiciat.

In eorū ſane qui tunc futuri ſunt atqꝫ fidelium cōparatiōe quid ſumuſ noſ: quando quidē ad illoſ probandoſ tantuſ ſoluetur inimicuſ: cum quo noſ ligato tantiſ piculiſ dimicamuſ. Quāuiſ & hoc temporiſ interuallo quoſdam chriſti militeſ tā prudenteſ et forteſ fuiſſe atqꝫ eſſe nō dubium eſt: ut etiam ſi tunc in iſta mortalitate uiuerent qͣ ille ſoluet̄: oēſ eiuſ īſidiaſ atqꝫ impetuſ & cauerēt prudētiſſie & patiētiſſie ſuſtinerēt. Hec aūt alligatiō diaboli nō ſolū facta ē ex quo cepit eccleſia ꝑter iudeā terrā ī natiōeſ aliaſ a aliaſqꝫ dilatari: ſed nūc etiā fit et fiet uſqꝫ ad terminū ſeculi quo ē ſoluēduſ: qa et homineſ nūc ab infidelitate ī qua ipē eoſ poſſidebat cōuertūt̄ ad fidē & uſqꝫ ī illum finē cōuerterent̄ ſine dubio. Et utiqꝫ unicuiqꝫ fidelium iſte fortiſ tunc alligat̄ quādo ab illo tanqͣ uaſ eiuſ eripit̄: & abiſſuſ ubi īcluſuſ ē nō ī eiſ cōſumpta ē quando ſunt mortui: qui tunc erant quādo cepit eſſe incluſuſ: ſed ſucceſſerūt eiſ alii naſcendo atqꝫ ſuccedūt donec finiatur hoc ſeculum qui oderint chriſtianoſ: in quorꝫ quotidie uelut in abiſſo ceciſ et profūdiſ cordibuſ includat̄. Utrū autem etiam illiſ ultimiſ tribuſ anniſ & ſex menſibuſ quando ſolutuſ totiſ uiribuſ ſeuituruſ eſt: aliqſ in quo nō fuerat ſit acceſſuruſ ad fidem: nonnulla queſtio eſt. Quomodo enī ſtabit quod dictū ē: quiſ intrat in domum fortiſ ut uaſa eiuſ eripiat: niſi priuſ alligauerit fortē: ſi etiam ſoluto eripiunt̄. Ac per hoc cogere uidet̄ iſta ſententia: ut credamuſ

illo licet exiguo tempore neminem acceſſurū eſſe populo chriſtiāo ſed cū eiſ qui iā chriſtiani reperti fuerit diabolum pugnaturum ex quibuſ etiā ſi uicti aliq ſecuti eū fuerint: nō eoſ ad predeſtinatum filiorum dei numerum pertinere. Neq enī fruſtra idem Iohāneſ apoſtoluſ qui & hanc apocalipſim ſcripſit: in epiſtola ſua de quibuſdā dixit. Ex nobiſ exierunt ſed nō erant ex nobiſ. Nam ſi fuiſſent ex nobiſ: māſiſſēt utiq nobiſcum. Sed quid fiet de paruuliſ? Nimium quippe incredibile eſt nulloſ iā natoſ & nōdum baptiſatoſ preoccupari xpianoꝝ filioſ illo tempore infāteſ nulloſ etiam ipſiſ naſci iam diebuſ aut ſi erunt nō eoſ a parentibuſ ſuiſ uſq ad generationiſ lauacrum quoquōq modo perduci. Quod ſi fiet: quo pacto ſoluto iam diabolo uaſa iſta eripientē in cuiuſ domum nemo intrat ut euſ uaſa eripiat: niſi priuſ alligauerit eum. Imo uero id potiuſ eſſe credendum: qui cadant de eccleſia nec qui accedant ad eccleſiam illo tempore defuturoſ ſed profecto tam forteſ erunt & parēteſ pro bap/tizandiſ ſuiſ paruuliſ et hi qui tunc primituſ credituri ſunt: ut illum fortem uincant etiam nō ligatum id ē omnibuſ qualibet antea nūquam uel artibuſ inſidiantem: uel urgentem uiribuſ & uigilanter intelligant & toleranter ferant: ac ſi etiam illi non ligato eripiunt. Nec ideo falſa erit euāgelica illa ſentētia. Quiſ intrat ī domū fortiſ ut uaſa eiuſ eripiat: niſi priuſ alligauerit fortē. Sēdm n. eiuſ ſētētie ueritatē ordo iſte ſeruatuſ ē: ut priuſ alligaret fortiſ ereptiſq uaſiſ eiuſ lōge lateq ex firmiſ & infirmiſ omnibuſ gentibuſ ita multiplicaretē eccleſia ut ex ipſa rerū diuinituſ predictarū & impletarū robuſtiſſima fide: etiam ſoluto uaſa poſſet auferre. Sicut enī fatendum ē multoꝝ refrigeſcere caritatē cū abūdat iniquitaſ & etiā inuſitatiſ maximiſq pſecutōibuſ atq fallaciſ diaboli iā ſoluti eoſ qui ī libro uite ſcripti nō ſunt eſſe multoſ ceſſuroſ: hinc cogitandū eſt nō ſolū quoſ bonoſ fideleſ illud tempuſ inuenierit ſed nonnulloſ etiam qui foriſ adhuc erunt adiuuante dei gratia per ſcripturarū cōſiderationem in quibuſ & alia & finiſ ipſe prenūtiatur quem uenire iam ſentiunt ad credendū quod nō credebāt futuroſ eſſe firmioreſ & ad uincēdū etiam nō ligatū diabolū fortioreſ. Quod ſi ita erūt: propterea pceſſiſſe credenda eſt eiuſ alligatio ut et ligati et ſoluti expoliatio ſequeretur: quoniam de hac re eſt dictum. Quiſ intrabit in domū fortiſ ut uaſa eiuſ eripiat: niſi priuſ alligauerit fortem?

IX.

INterea dum mille anniſ ligatuſ eſt diaboluſ: ſancti dei cum chriſto regnant: etiam ipſiuſ mille āniſ eiſdem ſine dubio & eodem modo intelligēdiſ: id eſt iam iſto tēpore prioriſ eiuſ aduētuſ. Excepto quippe illo regno de quo in fine dicturuſ ē: uenite benedicti patriſ mei poſſidere paratū uobiſ regnū. Niſi enī alio aliquo modo longe quidem impari iam nunc regnarent cum illo ſancti eiuſ quibuſ ait ecce ego uobiſcū ſum uſq ī cōſumatiōem ſeculi: pfecto nō etiā nūc diceret eccleſia regnū eiuſ: regnum ue celorum. Nam utiq iſto tēpore in regno dei eruditē ſcriba ille qui pfert de thezauro ſuo noua & uetera de quo ſupra locuti ſumuſ. Et de eccleſia collecturi ſūt zizania meſſoreſ illi: que pmiſit cū tritico ſimul creſcere uſq ad meſſē. Quod ex/ponēſ ait: meſſiſ ē finiſ ſeculi: meſſoreſ autē ſunt angeli. Sicut ergo colligūt zizania et igni cōburūtur: ſic erit in cōſumatiōe ſeculi. Mittet filiuſ hominiſ angeloſ ſuoſ: & colligent de regno eiuſ omnia ſcādala. Nunqd de regno illo ubi nulla ſūt ſcādala? De iſto ergo regno eiuſ quod eſt eccleſia hic colligent. Item dicit. Qui ſoluerit unū de mandatiſ iſtiſ minimiſ & docuerit ſic homineſ: minimuſ uocabitur in regno celoꝝ. Qui autem fecerit & ſic docuerit: magnuſ uocabitur in regno celorum. Vtrūq dicit in regno celorum & qui non facit mandata que docet: hoc ē enī ſoluere: nō ſeruare.

nõ facere: et illum qui facit & ſic docet: ſed iſtũ minimũ illum magnum. et cõtinuo
ſecutus adiungit: Dico enĩ uobis: quia niſi abundauerit iuſticia ueſtra ſuper ſcribarũ
et phariſeorum: id ẽ ſuper iuſticiam eorũ qui ſoluunt quod docent. De ſcribis enim
et phariſeis alio loco dicit: quoniam dicũt & nõ faciũt. Niſi ergo ſup eos abũdauerit
iuſticia ueſtra: id ẽ ut uos nõ ſoluatis ſed potius quod docebitis faciatis: nõ intrabitis
inquit in regnũ celorum. Alio modo igitur intelligendum eſt regnum celorum: ubi
ambo ſunt: & ille ſcilicet qui ſoluit quod docet & ille qui facit. Sed ille minimus: ille
magnus. Alio modo autem regnum celorum dicitur quo non intrat niſi ille qui facit.
Ac per hoc ubi utrũq; genus ẽ: eccleſia eſt qualis nunc ẽ. Vbi autem illud ſolum erit:
eccleſia ẽ qualis tunc erit: quãdo malus ĩ ea nõ erit. Ergo eccleſia & nũc ẽ regnũ xp̃i
regnumq; celorum. Regnant cum illo etiam nunc ſancti eius: aliter quidem q̃ tunc
regnabũt. nec tamẽ cum illo regnant zizania: quãuis in eccleſia cũ tritico creſcant.
Regnãt enim cum illo qui faciunt quod ait apoſtolus. Si cõſurrexiſtis cum chriſto
que ſurſum ſunt ſapite ubi chriſtus ẽ in dextera dei ſedẽs: que ſurſum ſũt querite nõ
que ſuper terram. De qualibus item dicit q̃ eorum cõuerſatio ſit ĩ celis. Poſtremo cũ
illo regnant: qui eo modo ſunt ĩ regno eius: ut ipſi etiã ſint regnũ eius. Quomõ aũt
ſunt regnum chriſti: qui ut alia taceam: q̃uis ibi ſint donec colligantur in fine ſeculi
de regno eius omnia ſcandala: tamen illic ſua querũt nõ que ieſu xp̃i. De hoc ergo
regno milicie in quo adhuc cum hoſte cõfligitur: et aliquando repugnãtibus uiciis
aliquãdo cedentibus imperat: donec ueniatur ad illud pacatiſſimũ regnum ubi ſine
hoſte regnabitur. Et de hac reſurrectiõe prima que nunc eſt: liber iſte ſic loquit. Cũ
enim dixiſſet alligari diabolum mille annis & poſtea breui tẽpore ſolui: mox reca/
pitulando quid in illis mille annis agat eccleſia uel agatur in ea: & uidi inquit ſedes
et ſedentes ſuper eas: & iudicium datum eſt. Non eſt hoc putandũ de ultimo iudicio
dici: ſedes prepoſitorũ & ipi p̃poſiti intelligẽdi ſunt: p quos nunc eccleſia gubernat.
Iudicium autem dictum nullum accipiendũ melius uidetur: q̃ id quod dictum eſt:
que ligaueritis in terra ligata erũt & in celo. & que ſolueritis in terra ſoluta erũt & ĩ
celo. Vnde apoſtolus. quid enim mihi ẽ inquit de his qui foris ſunt iudicare? Nõne
de his qui ſunt intus uos iudicatis? Et anime inquit occiſorum propter teſtimonium
ieſu: & propter uerbũ dei: ſubauditur quod poſtea dicturus ẽ & regnauerunt cũ ieſu
mille annis: anime ſcilicet martirum nõdum ſibi corporibus ſuis redditis. Neq; enim
pioꝝ aĩe mortuorũ ſeparantur ab eccleſia: que nũc eſt etiã regnũ chriſti. Alioquin
nec ad altare dei eoꝝ memoria fieret ĩ cõmuniõe corporis xp̃i: nec aliquid pdeſſent
ad eius baptiſmũ in periculis currere: ne ſine illo finiat̃ hec uita: nec ad recõſiliatiõem
ſi forte per penitentiam malam ne cõſcientiam quiſq; ab eodem corpore ſeparatus ẽ.
Cur. n. fiunt iſta niſi quia fideles etiam defũcti membra eius ſunt? Quãuis ergo cum
ſuis corporibus nondum: iam tamen eorum anime regnant cum illo dum iſti mille
anni decurrũt. Vnde in hoc eodem libro et alibi legitur. Beati mortui qui ĩ domĩo
moriunt. Amodo etiã iam dicit ſpiritus ut requieſcãt a laboribus ſuis. nã opera eoꝝ
ſequunt̃ illos. Regnat itaq; cum chriſto nũc primũ eccleſia in uiuis & mortuis. Prop/
terea enĩ ſicut dicit apoſtolus mortuus eſt chriſtus: ut uiuoꝝ & mortuorum dominet̃.
Sed ideo tantummodo martirum animas cõmemorauit: quia ipſi mortui precipue
regnant: qui uſq; ad mortem pro ueritate certauerũt. Sed a parte totũ etiã mortuos
ceteros intelligimus pertinẽtes ad eccleſiã quod eſt regnũ chriſti. Quod uero ſequit̃:
& ſi qui nõ adorauerint beſtiam nec imaginem eius: nec acceperint inſcriptionem in
fronte aut ĩ manu ſua: ſimiliter & de uiuis & mortuis debemus accipere. Que porro ſit

iſta beſtia quiſ ſit diligẽtiuſ requirendũ: non tñ abhorret a fide recta: ſut ipſa impia
ciuitaſ itelligat: & populuſ infidelium cõtrariuſ fideli populo & ciuitati dei. Imago
uero eiuſ ſimulatio eiuſ mihi uidet̃ ĩn eiſ ſcilicet hominibuſ q uelut fidẽ pfitent̃ &
infideliter uiuũt. Fingũt enim ſe eſſe qđ nõ ſunt. Vocantur q: nõ ueraci effigie ſed
fallaci imagine xpiani. Ad eandem nãq: beſtiam ptinent non ſolum aperti inimici
nominiſ chriſti: & eiuſ glorioſiſſime ciuitatiſ ſed etiã zizania que de regno eiuſ qđ
eſt eccleſia in fine ſeculi colligenda ſunt. Et qui ſunt qui beſtiam non adorant nec
imaginẽ eiuſ: niſi qui faciũt quod ait apoſtoluſ: ne ſitiſ iugũ ducenteſ cũ infidelibuſ?
Non adorant enĩ eſt nõ cõſentiũt: nõ ſubiciũt: neq: accipiunt inſcriptiõem notam
ſcilicet criminiſ in fronte: propter profeſſionem: in manu propter operatiões. Ab hiſ
ergo maliſ alieni ſiue adhuc in iſta mortalitate uiuenteſ ſiue defuncti: regnant cum
xpo: iã nũc quodãmodo huic tẽpori cõgruo: p totũ hoc iteruallũ qđ numero mille
ſignificat̃ annoꝝ. Reliqui eorũ inqt nõ uixerũt. Hora enĩ nũc ẽ: cũ mortui audiũt
uocem filii dei: & qui audierint uiuẽt. Reliqui eorũ nõ uiuent. Quod uero ſubdidit
donec finiantur mille anni: intelligendum ẽ q eo tempore nõ uixerunt quo uiuere
debuerunt: ad uitam ſcilicet de morte tranſeundo. Et ideo cum dieſ uenerit quo fiet
et corporum reſurrectõ: nõ ad uitam de monumentiſ procedent: ſed ad iudicium: ad
damnatõem ſcilicet que ſecũda morſ dicitur. Donec enĩ finiant̃ mille anni: qcunq:
nõ uixerit id ẽ iſto toto tẽpore quo agit̃ prima reſurrectõ: nõ audierit uocem filii
dei: & ad uitam de morte tranſierit: profecto in ſecũda reſurrectõe que carniſ eſt: in
mortẽ ſecũdam cũ ipſa carne tranſibit. Sequitur enĩ & dicit. Hec reſurrectio prima
eſt. Beatuſ et ſanctuſ qui habet in hac prima reſurrectõe partẽ: id eſt particepſ eiuſ
eſt. Ipſe ẽ autem particepſ eiuſ: qui nõ ſolũ a morte que ĩ peccatiſ eſt reuiuiſcit: ſed et
iam in eo quod reuixerit pmanet. In hiſ inquit ſecũda morſ nõ habet poteſtatẽ.
Habet ergo in reliquiſ de quibuſ ſuperiuſ ait: reliqui eorũ nõ uixerũt donec finiant̃
mille anni: quoniam iſto toto tẽporiſ interuallo quod mille annoſ uocat: q̃ſquiſ cunq: ĩ
eo quiſq: eorum uixit in corpore: nõ reuixit a morte in qua eum tenebat ĩpietaſ: ut
ſic reuiuiſcendo prime reſurrectõiſ particepſ fieret: atq: in eo poteſtatem ſecũda morſ
nõ haberet.

Svnt qui putant reſurrectõem dici nõ poſſe niſi corporum: ideo iſtam quoq: ĩ
corporibuſ primam futuram eẽ cõtendũt. Quorum enim eſt cadere inquiunt:
eorũ ẽ reſurgere. Cadũt autẽ corpora moriẽdo: nam a cadẽdo cadauera nũcupant̃.
Non ergo animarum inquiũt reſurrectio poteſt eſſe: ſed corporum. Sed quid cõtra
apoſtolum dicunt qui eam reſurrectõnem appellat? Nam ſecũdum interiorem nõ
ſecũdum exteriorem hominem utiq: reſurrexerãt: quibuſ ait. Si ſurrexiſtiſ cũ xpo
que ſurſũ ſũt ſapite. Quẽ ſenſũ aliiſ uerbiſ alibi poſuit dicenſ: ut quemadmodũ xpſ
a mortuiſ reſurrexit per gloriam patriſ: ſic & noſ in nouitate uite ambulemuſ. Hinc
ẽ & illud. Surge qui dormiſ: & exurge a mortuiſ & illuminabit te chriſtuſ. Quod aũt
dicũt nõ poſſunt reſurgere niſi qui cadunt: & ideo putant reſurrectõem ad corpora
nõ ad animaſ pertinere: quia corporũ eſt cadere: cur nõ audiunt nõ recedatiſ ab illo
ne cadatiſ: & ſuo domino ſtat aut cadit: et qui putat ſe ſtare uideat ne cadat? Puto
enĩ q in anima nõ in corpore caſuſ iſte cauẽduſ eſt. Si igitur cadentiũ ẽ reſurrectõ:
cadunt & anime: profecto et animaſ reſurgere cõfitẽdum eſt. Quod aũt cũ dixiſſet
in iſtiſ ſecunda morſ non habet poteſtatem: adiunxit atq: ait: ſed erunt ſacerdoteſ
dei & chriſti: & regnabunt cũ eo mille annis. Non utiq: de ſoliſ epiſcopiſ & pſbiteriſ

dictum eſt: qui proprie iam uocantur in eccleſia ſacerdotes: ſed ſicut omnes xp̄ianos dicimus propter miſticũ criſma: ſic omnes ſacerdotes quoniã membra ſunt unius illius ſacerdotis. De quibus apoſtolus Petrus. Plebs inquit ſãcta regale ſacerdotiũ. Sane licet breuiter atq; tranſeunter inſinuauit deum eſſe chriſtum: dicendo ſacerdotes dei et chriſti: hoc eſt patris et filii. q̃uis propter formam ſerui ſicut filius hominis: ita etiã ſacerdos chriſti effectus ſit in eternũ ſecũdum ordinẽ Melchiſedech. De qua re in hoc opere nõ ſemel diximus.

c. xi.

ET cũ finiti fuerint mille anni: ſoluetur ſathanas de cuſtodia ſua: et exibit ad ſeducẽdas nacões que ſũt ĩ q̃tuor ãgulis terre Gog & Magog: & trahet eas in bellũ: quoꝝ nũerus ẽ ut arena maris. Ad hoc ergo tũc ſeducet: ut ĩ hoc bellũ trahat. Nã & ãtea modis q̃bus poterat: p multa mala & uaria ſeducebat. Exibit aũt dictũ ẽ in apertam perſecutiõem de latebris erumpet odiorum. Hec enim erit nouiſſima perſecutiõ: nouiſſimo imminẽte iudiciõ: quã ſancta eccleſia toto terrarũ orbe patietur: uniuerſa ſcilicet ciuitas chriſti ab uniuerſa diaboli ciuitate: quantacũq; erit utraq; ſup terram. Gentes quippe iſte quas appellat Gog & Magog: non ſic ſunt accipiende tanq̃ ſint aliqui mali in aliqua parte terrarum barbari conſtituti: ſiue quod quidam ſuſpicantur Getas & Maſſagetas propter horum nominum literas primas: ſiue alios aliquos alienigenas & a romano iure ſeiũctos. Toto namq; orbe terrarũ ſignificati ſunt iſti eſſe: cũ eſt dictũ nacões que ſunt in quatuor angulis terre: eaſq; eſſe ſubiecit Gog & Magog. Quorũ interpretationem nominum eſſe cõperimus Gog tectum: Magog de tectum: tanq̃ domus & ipſe q procedit de domo. Gentes ergo ſunt ĩ q̃bus diabolũ uelut in abiſſo ſuperius intelligebamus incluſum: & ipſe de illis quodãmodo ſeſe offerens & procedens: ut ille ſint tectum ille de tectũ. Si autem utrũq; referamus ad gentes nõ unum horum ad illas alterum ad diabolum: & tectum ipſe ſunt & de tectũ ipſe ſunt gẽtes: quia in eis nunc includitur & quodãmodo tegitur inimicus antiquus: & de tecto ipſe erũt: quãdo in apertũ odiũ de operto erupture ſunt. Quod uero ait et aſcenderunt ſuper terre latitudinẽ: & cinxerunt caſtra ſanctorũ et dilectam ciuitatem: nõ utiq; ad unũ locum ueniſſe uel uenturi eſſe ſignificati ſũt: q̃ſi aliquo uno loco futura ſint caſtra ſanctorum: & dilecta ciuitas: cũ hec nõ ſit niſi chriſti eccleſia toto orbe terraꝝ diffuſa: ac per hoc ubicunq; tũc erit que in omnibus gentibus erit: quod ſignificatum noĩe latitudinis terre: ibi erũt caſtra ſanctoꝝ: ibi dilecta deo ciuitas eius: ibi ab oĩbus inimicis ſuis: quia et ipſi cũ illa ĩ omnibus gẽtibus erũt: perſecutionis illius immanitate cingetur: hoc eſt in anguſtia tribulationis artabitur: urgebitur: cõcludetur: nec militiã ſuam deſeret: que uocabulo ẽ appellata caſtroꝝ.

c. xii.

QVod uero ait et deſcendet ignis de celo & cõmedet eos: nõ extremũ putandũ ẽ id eſſe ſupplicium: quod erit cũ dicet̃ diſcedite a me maledicti ĩ ignẽ eternũ. Tunc quippe in ignem mittentur ipſi: nõ ignis de celo ueniet ſuper ipſos. Hic autẽ bene ĩtelligit̃ ignis de celo: de ipſa firmitate ſanctorũ: q̃ nõ ceſſuri ſũt ſeuientibus ut eoꝝ faciãt uolũtatẽ. Firmamentum enim eſt celum: cuius firmitate illi cruciabũtur ardentiſſimo zelo: quoniã nõ potuerũt attrahere in partes antichriſti ſanctos xp̄i. Et ipſe erit ignis q comedet eos. Et hoc a deo: qa dei munere fiũt ſancti inſuperabiles unde excrucian̄t inimici. Sicut .n. zelus in bono poſitũ eſt ubi legit̃: zelus domus tue comedit me: ita ecõtrario ĩ malo ubi dicit̃: zelus occupauit plebẽ ineruditã. Et nunc ignis cõtrarius comedet: & nunc utiq; excepto ſcilicet ultimi illius igne iudicii. Aut ſi

ipſã plagã qua pcuciẽdi ſũt eccleſie pſecutorẽſ ueniẽte iã xp̃o: quoſ uiuẽteſ inueniet
ſup terrã qñ īterficiet antixp̃m ſpiritu oriſ ſui: ſignẽ appellauit deſcẽdentem de celo
eoſq; comedentẽ: Neq; hoc ultimũ ſuppliciũ erit impiorũ: ſed illud qđ facta corporũ
reſurrectõe paſſuri ſunt.,

HEc perſecutio nouiſſima que futura eſt ab antixp̃o. ſicut iam diximuſ: q̃ʒ et in
hoc libro ſuperiuſ et apud Danielẽ prophetam poſitum eſt: tribuſ ãniſ & ſex
menſibuſ erit: Quod tempuſ q̃uiſ exiguum utrũ ad annoſ mille pertineat: quibuſ &
diabolum ligatum dicit & ſanctoſ cum xp̃o regnare: an eiſdem anniſ hoc paruum
ſpaciũ ſubaddatẽ atq; ſit extra merito ambigitur: Quia ſi dixerimuſ ad eoſdẽ annoſ
hoc pertinere: nõ tãto tempore ſed prolixiore cum chriſto regnũ ſanctorũ reperietẽ
extẽdi: quã diabolũ alligari: pfecto.n. ſancti cũ ſuo rege etiã ī ipſa pcipue pſecutõe
regnabunt: mala tãta uincenteſ: quando iã nõ erit diaboluſ alligatuſ: ut eoſ pſequi
oĩbuſ uiribuſ poſſit: Quomodo ergo iſta ſcriptura eiſdẽ mille ãniſ utrũq; determi/
natẽ diaboli ſcilicet alligationem regnumq; ſanctorum: cum triũ ãnorũ & ſex mẽſiũ
interuallo: priuſ deſinat alligatio diaboli: q̃ regnũ ſanctorum ī hiſ mille anniſ cum
xp̃o: Si autem dixerimuſ puum perſecutioniſ huiuſ hoc ſpaciũ nõ cõputãdum in
mille anniſ: ſed eiſ impletiſ potiuſ adiciendũ: ut proprie poſſit intelligi: q cũ dixiſſet
ſacerdoteſ dei & xp̃i regnabũt cũ eo mille anniſ: adiecerit & cum finiti fuerint mille
anni ſoluetur ſathanaſ de cuſtodia ſua: iſto. n. modo & ſanctorum regnũ & uinculũ
diaboli ſimul ceſſatura eẽ ſignificat: ut demũ illiuſ pſecutiõiſ tẽpuſ nec ad ſcõrũ regnũ
nec ad cuſtodiã ſathane quorũ utrũq; ī mille ãniſ ẽ puenere: ſed ſupadditũ et extra
cõputandũ eẽ credat: cogẽtur fateri ſãctoſ ī illa pſecutiõe regnaturoſ nõ eẽ cũ xp̃o.
Sed quiſ audeat dicere cũ illo tũc non regnatura ſua mẽbra: qñ ei maxime atq; for/
tiſſime coherebũt: & quo tpe q̃nto erit acrior ipetuſ belli: tãto maior gloria nõ cedẽtiũ:
tanto denſior corona martirii: Aut ſi pp ter tribulationeſ quaſ paſſuri ſunt nõ dicẽdi
ſunt regnaturi: cõſequenſ erit ut etiã ſuperioribuſ diebuſ in eiſdẽ mille anniſ quicũq;
tribulabuntur ſanctorum: eo ipſo tempore tribulationiſ ſeu cum chriſto nõ regnaſſe
dicantur: Ac per hoc & illi quorũ animaſ auctor huiuſ libri uidiſſe ſe ſcribit occiſorũ
propter teſtimonium Ieſu & propter uerbum dei: nõ regnabãt cum chriſto. quãdo
patiebantur perſecutionem: & ipſi regnum chriſti nõ erãt quoſ chriſtuſ excellentiuſ
poſſidebat: Abſurdiſſimum id quidem & omnimodo auerſandum: Sed certe anime
uictriceſ glorioſiſſimorũ martirũ omnibuſ doloribuſ ac laboribuſ ſuperatiſ atq; finitiſ:
poſtea q̃m mortalia membra poſuerunt: cum chriſto utiq; regnauerunt & regnant
donec finiantur mille anni: ut poſtea etiam corporibuſ receptiſ iam immortalibuſ
regnent: Proinde illiſ tribuſ anniſ atq; dimidio: anime occiſorum pro euſ martirio
& que tũc ãtea de corporibuſ exierũt: & que ipſa nouiſſima pſecutione ſũt exiture:
regnabunt cum eo donec finiatur mortale ſeculum: & ad illud ſeculum ubi morſ nõ
erit tranſeatur: Quocirca cũ chriſto regnantiũ ſanctorum pluref anni erũt: q̃ uinculi
diaboli atq; cuſtodie: Quia illi cum rege ſuo filio dei: iam diabolo nõ ligato etiã p
treſ illoſ annoſ ac ſemiſſem regnabũt: Remanet igitur cum audimuſ ſacerdoteſ dei
& chriſti regnabũt cũ eo mille ãniſ: & cũ finiti fuerint mille anni ſoluetur ſathanaſ
de cuſtodia ſua: aut non regni huiuſ ſanctorum intelligamuſ annoſ mille finiri: ſed
uinculi diaboli atq; cuſtodie: aut ãnoſ mille id ẽ omneſ ãnoſ ſuiſ quoſq; boniſ diuerſiſ
ac propriiſ pluſcitanbuſ finiendoſ: ãpliore ſanctorũ regno breuioreſ diaboli uinculo:
aut certe quorum trium annorum & ſex menſium breuiſſimum ſpacium eſt cõputari
uoluiſſe credatur: ſiue q minuſ ſathane uinculũ: ſiue q ãpliuſ uideẽ habere regnum

ſanctorum: ſicut de q̄dringētiſ ānis in ſextodecimo huiuſ operiſ uolumīe diſputaui: quoniam aliqui pluſ erāt & tamē q̄dringēti ſunt nūcupati: & talia ſepe reperiunē ſacriſ literiſ ſi quiſ aduertat.

Poſt hanc autem perſecutioniſ nouiſſime cōmemorationē breuiter complectitē totū: qđ ultimo iā iudicio diaboluſ & cū ſuo iā principe ciuitaſ inimica paſſura eſt. Dicit enī. Et diaboluſ qui ſeducebat eoſ miſſuſ ē in ſtagnū igniſ & ſulfuriſ: quo & beſtia & pſeudo ppheta excruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorū. Beſtiā bene intelligi ipſam impiā ciuitatē ſuperiꝰ diximuſ. Pſeudo uero ppheta eiuſ: aut antixpſ ē: aut imago illa .i. figmentū illud de quo ibi locuti ſumuſ. Poſt hoc ipſū nouiſſimū iudicium: quod erit in ſecunda reſurrectiōe mortuoꝝ que corporum ē recapitulādo narrat: quomodo ſibi fuerit reuelatum. Et uidi inquit tronum magnum & cādidū: et ſedētem ſuper eū & ab eiuſ facie fugit celum et terra: & locuſ eoꝝ nō ē inuentuſ. Nō ait uidi thronū magnū & candidum & ſedentē ſup eū: & ab eiuſ facie fugit celū & terra quoniam nō tunc factum eſt id eſt āteq̄ eſſet de uiuiſ & mortuiſ iudicatum: ſed eū ſe uidiſſe dixit in throno ſedentē a cuiuſ facie fugit celū & terra ſed poſtea. Peracto quippe iudicio tūc deſinet eē hoc celū et hec terra: qn̄ incipiet celū nouū eē & terra noua. Mutatione itaq; rerū nō omnio in interitū tranſibit hic mūduſ. Vnde et apoſtoluſ dicit. Preterit enim figura huiuſ mundi: uolo uoſ ſine ſolicitudine eſſe. Figura ergo preterit: nō natura. Cum ergo Iohāneſ ſe uidiſſe dixiſſet ſedentem ſup thronum: a cuiuſ facie quod poſtea futurum eſt fugit celum & terra: et uidi inquit mortuoſ magnoſ & puſilloſ. Et aperti ſunt libri: et aliuſ liber apertuſ eſt qui eſt uite uniuſcuiuſq;: & iudicati ſunt mortui ex ipſiſ ſcripturiſ librorū ſecundum ſua facta: Libroſ dixit eſſe apertoſ: et librū de quo cuiuſmodi ſit nō tacuit. Qui eſt inquit uite uniuſcuiuſq;. Ergo illi libri quoſ loco priore poſuit intelligēdi ſūt ſancti & ueteres & noui: ut in illiſ oſtenderet que deuſ mandata ſua fieri iuſſiſſet. In illo autem qui ē uite uniuſcuiuſq; qđ horū quiſq; nō feciſſet ſiue feciſſet. Qui liber ſi carnaliter cogitetur: quiſ eiuſ magnitudinem aut lōgitudinē ualeat extimare. Aut quāto tēpore legi poterit liber: in quo ſcripte ſunt uniuerſe uite uniuerſorum. An tantuſ angeloꝝ numeruſ aderit: quātuſ hominum erit: ut & uitā ſuā quiſq; ab angelo ſibi adhibito audiat recitari. Non ergo unuſ liber erit omnium: ſed ſinguli ſinguloꝝ. Scriptura uero iſta unum uolenſ intelligi: et aliuſ inquit liber apertuſ eſt. Quedam igit̄ uiſ ē intelligēda diuina qua fiet ut cuiq; opera ſua uel mala cū cta in memoriā reuocentē & mentiſ intuitu mira celeritate cernātur: ut accuſet uel excuſet ſcientia cōſcientiā: atq; ita ſimul & omneſ et ſinguli iudicentur. Que nimirum uiſ diuina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur: quidqđ a faciēte recolitur. Vt autem oſtendat qui mortui ſint iudicandi: id eſt puſilli et magni recapitulando dicit: tanq̄ ad id rediens quod preterierat uel potiuſ diſtulerat. Et exhibuit mortuoſ mare qui in eo erāt: et morſ & infernuſ reddiderūt mortuoſ quoſ i ſe habebāt. Hoc procul dubio priuſ factum eſt q̄ mortui eſſent iudicati: & tamen illud priuſ dictū eſt. Hoc ē ergo quod dixi: recapitulando eum ad id rediſſe quod intermiſerat. Nunc autem ordinē tenuit: atq; ut explicaretur ipſe ordo cōmodiuſ etiam de mortuiſ iudicatiſ quod iā dixerat ſuo repetiuit loco. Cū .n. dixiſſet & exhibuit mortuoſ mare qui in eo erāt: & morſ & infernuſ reddiderūt mortuoſ quoſ in ſe habebāt mox addidit qđ paulo āte poſuerat: & iudicati ſunt ſinguli ſecūdm facta ſua.

HOc eſt enim quod ſupra dixerat: et iudicati ſunt mortui ſcd̃m facta ſua. Sed qui ſunt mortui quos mare exhibuit qui in eo erant? Neq; enim qui in mari moriuntur non ſunt in inferno: aut corpora eorum ſeruantur in mari: aut quod eſt abſurdius mare habebat bonos mortuos et infernus malos. Quis hoc putauerit? Sed profecto conuenienter quidam hoc loco mare pro iſto ſeculo poſitum accipiũt. Cum ergo & quos hic inueniet chriſtus in corpore conſtitutos ſimul ſignificaret cũ his qui reſurrecturi ſunt iudicandos etiam ipſos mortuos appellauit: & bonos q̃bus dicitur mortui. n. eſtis & uita ueſtra abſcondita ẽ in deo cũ xp̃o: & malos de q̃bus dicit̃ ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Poſſũt mortui etiã ꝓpter hoc dici: q mortalia gerũt corpora. Vnde apoſtolus: corpus quidẽ ait mortuũ ẽ ꝓpter peccatũ: ſpiritus aũt uita ẽ ꝓpter iuſticiã: utrũq; ĩ hoĩe uiuẽte atq; ĩ hoc corpore cõſtituto eẽ demõſtrãs: et corpus mortuum et ſpiritum uitam. Nec tamẽ dixit corpus mortale ſed mortuũ: q̃uis eadẽ paulopoſt etiã mortalia corpora ſicut uſitatius uocãt̃ appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare qui ĩ eo erãt: id eſt exhibuit homines hoc ſeculum quicũq; in eo erant: qui nõdum obierant. Et mors et infernus inquit reddiderunt mortuos quos in ſe habebant. Mare exhibuit: quia ſi qui inuẽti ſunt affuerunt. Mors uero & infernus reddiderunt: quoniam uite de qua iam exierant reuocarunt. Nec fruſtra fortaſſe nõ ſatis fuit ut diceret mors aut infernus: ſed utrũq; dictũ ẽ. Mors propter bonos qui tantũmodo mortem perpeti potuerunt non et infernum: infernus autem propter malos: q etiam apud inferos penas pendunt. Si. n. nõ abſurde credi uidetur: antiquos etiam ſanctos qui uenturi chriſti tenuerunt fidem: locis quidem a tormẽtis impiorum remotiſſimis: ſed apud ĩferos fuiſſe: donec inde eos ſanguis chriſti et ad ea loca deſcenſus erueret: profecto deinceps boni fideles effuſo illo precio iam redempti prorſus inferos neſciunt: donec etiam receptis corporibus bona recipiãt que merent̃.

Cũ aũt dixiſſet et iudicati ſunt ſinguli ſcd̃m facta ſua: breuiter ſubiecit quẽadmodũ iudicati fuerint. Et mors et infernus inquit miſſi ſunt ĩ ſtagnũ ignis. His nominibus ſignificans diabolum quoniam mortis eſt auctor: et penarũ infernarum uniuerſãq; ſimul demonum ſocietatem. Hoc eſt enim quod ſupra euidencius preoccupãdo iam dixerat: et diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnũ ignis et ſulfuris. Quod ibi uero obſcurius adiunxerat dicens: q et beſtia & pſeudo propheta: hic apertius & qui nõ ſunt inquit inuenti in libro uite ſcripti: miſſi ſunt in ſtagnum ignis. nondũ liber iſte cõmemorat ne obliuione fallatur: ſed p̃deſtinatiõem ſignificat eorũ q̃bus eterna dabitur uita. Neq; eni neſcit eos deus: & ĩ hoc libro legit ut ſciat: ſed potius ipſa eius preſcientia de illis que falli nõ poteſt liber eſt uite: in quo ſunt ſcripti id ẽ p̃cogniti.

Finito aũt iudicio quo prenũtiauit iudicandos malos: reſtat ut de bonis etiã dicat. Iam eni explicauit q̃ breuiter a domino dictum eſt: ſic ibũt iſti in ſuppliciũ eternũ: ſequitur ut explicet qđ ibi etiã cõnectitur: iuſti autem in uitam eternam. De celo nouo et terra noua. Ca. xvi.

ET uidi inquit celum nouũ et terram nouam. Nam primũ celũ & terra prima receſſerunt: & mare iam nõ eſt. Iſto fiet ordine quod ſuperius preoccupãdo iã dixit: uidiſſe ſe ſuper thronum ſedentem a cuius facie fugit celum & terra. Iudicatis quippe his qui ſcripti nõ ſunt in libro uite: & in eternũ ignẽ miſſis: qui ignis cuiuſmodi et in qua mundi uel rerũ parte futurus ſit: hominẽ ſcire arbitror neminem: niſi forte cui diuinus ſpiritus oſtendit. Tunc figura huius mundi mundanorũ ignium cõflagratione preteribit: ſicut factum eſt mundanarum aquarum undatiõne diluuium. Illa itaq; ut dixi cõflagratione mundana elementorum corruptibilium: qualitates que

corporibuſ noſtriſ corruptibilibuſ cōgruebant ardendo penituſ interibunt: atq; ipſa ſubſtantia eaſ qualitateſ habebit: que corporibuſ immortalibuſ mirabili mutatione cōueniunt: ut mundus ſcilicet in melius innouatuſ apte accōmodet hominibuſ etiā carne in meliuſ innouatiſ. Quod autem ait & iam mare nō erit: utrum maximo illo ardore ſiccetur: an & ipſum uertat in meliuſ: nō facile dixerim. Celum quippe nouū & terram nouam futuram legimuſ: de mari aūt nouo aliquid me uſpiam legiſſe nō recolo: niſi quod in hoc eodē libro reperitur tanq̄ mare uitreū criſtallo ſimile. Sed tūc nō de iſto fine ſeculi loquebatur: nec proprie dixiſſe uidetur mare: ſed tāq̄ mare. Quāuiſ & nunc ſicut amat prophetica locutio ppriiſ uerbiſ tranſlata miſcere: ac ſi quodāmodo uelare quod dicit: potuit de illo mari dicere: & mare iā nō eſt: de quo ſupra dixerat: & exhibuit mare mortuoſ qui erant in eo. Iam enim tūc non erit hoc ſeculū uita mortaliū: turbulentum et procelloſum quod mariſ nomine figurauit.

De ecclesie glorificatione sine fine post mortem

ET ciuitatē inq̄t magnā hieruſalem nouā uidi deſcēdentē de celo a deo aptatā. quaſi nouam nuptam ornatā marito ſuo. Et audiui uocē magnam de throno dicētem Ecce tabernaculū dei cū hominibuſ & habitabit cū eiſ: & ipſi erūt populuſ eiuſ: & ipſe deuſ erit cum eiſ. Et abſterget omnem lacrimā ab oculiſ eoꝝ: et morſ iam nō erit neq; luctuſ neq; clamor: ſed nec ulluſ dolor: qa priora abierunt. Et dixit ſedenſ in throno. Ecce noua facio omnia. De celo deſcendere dicitur ciuitaſ iſta: qm̄ celeſtiſ ē gratia qua deuſ fecit eam. Propter quod dicit ei per yſaiā. Ego ſū dominuſ facienſ te. Et de celo qdē ab initio ſui deſcendit: ex quo per huiuſ ſeculi tēpuſ gratia dei deſup ueniēte: p lauacrū regenerationiſ miſſo ſpiritu ſancto de celo: ſubinde ciueſ eiuſ accreſcūt. Sed p iudiciū dei qd̄ erit nouiſſimū p eiuſ filiū Ieſū xp̄m: tanta eiuſ & tā noua de dei munere claritaſ apparebit: ut nulla remaneāt ueſtigia uetuſtatiſ: q̄ndo quidē corpora ad incorruptiōem atq; immortalitatē nouam ex uetere corruptione ac mortalitate tranſibunt. Nam hoc de iſto tempore accipere: quo regnat cū rege ſuo mille ānis: impudētie nimie mihi uidetur: cum apertiſſime dicat. Abſterget deuſ omnem lacrimā ab oculiſ eorū: & morſ iam nō erit neq; luctuſ neq; clamor: ſed nec dolor erit ulluſ. Quiſ .n. tā ſit abſurduſ & obſtinatiſſima cōtentiōe ueſanuſ: q audeat affirmare i huiuſ mortalitatiſ erūniſ: nō dico populū ſanctū ſed unūquēq; ſāctoꝝ: qui hanc uel ducat uel ducturuſ ſit: uel duxerit uitam: nullaſ habentem lacrimaſ et doloreſ: cum potiuſ q̄nto quiſq; eſt ſanctior & ſancti deſiderii plenior: tanto ſit eiuſ in orando fletuſ uberior? An nō eſt uox ciuitatiſ ſuperne hieruſalē: que dicit facte ſūt mihi lacrime mee paneſ die ac nocte. Et lauabo p ſingulaſ nocteſ lectū meū: lacrimiſ meiſ ſtratum meum rigabo: et gemituſ meuſ nō eſt abſconditus a te: & dolor meuſ renouatuſ eſt? Aut uero nō eiuſ ſunt filii: q ingemiſcunt grauati: in quo nolūt expoliari ſed ſup ueſtiri: ut abſorbeatē mortale hoc a uita? Nōne ipſi ſūt q p̄mitiaſ ſpirituſ habētes in ſemetipſiſ ingemiſcūt: adoptionē expectāteſ redemptionē corporiſ ſui? An ipſe apoſtoluſ Pauluſ nō erat ſupnuſ hieroſolimitanuſ? uel nō multo magiſ hoc erat: quando pro iſraelitiſ carnalibuſ fratribuſ ſuiſ triſticia illi magna erat: & dolor cōtinuuſ cordi eiuſ? Quādo autem morſ nō erit in iſto tempore: niſi quando dicetur ubi eſt morſ contentio tua: ubi eſt morſ aculeuſ tuuſ? Aculeuſ autem mortiſ peccatum eſt. Quod tūc utiq; nō erit quādo dicetur ubi eſt. Nunc uero nō quilibet illiuſ ciuitatiſ infimuſ: ſed idē ipſe Iohāneſ i epiſtola ſua clamat. Si dixerimuſ q nō habemuſ peccatum noſipſoſ ſeducimuſ & ueritaſ i nobiſ nō ē. Et in hoc quidem libro cuiuſ nomen eſt apocalipſiſ obſcure multa dicuntur ut mentem legētiſ exerceāt. Et

pauca in eo ſunt ex quorum manifeſtatione indagetur cetera cum labore: maxime quia ſic eadem multiſ modiſ repetit ſut alia atq; alia dicere uideatur: cum aliter atq; aliter hec ipſa dicere inueſtiget. Verū ī hiſ uerbiſ ubi ait abſterget deuſ omnē lacrimā ab oculiſ eorū: & morſ iam nō erit: neq; luctuſ neq; clamor ſed nec dolor ulluſ tāta luce ſūt dicta de futuro ſeculo & de imortalitate atq; eternitate ſanctoꝝ: Tunc enī ſolum atq; ibi ſolū iſta nō erūt: ut nulla debeamuſ in ſacriſ litteriſ querere uel legere manifeſta: ſi hec putauerimuſ obſcura.

Quid apoſtoluſ petruſ de nouiſſimo iudicio predixerit. Ca. xxiiii.

NVnc iam uideamuſ quid etiā apoſtoluſ Petruſ de hoc iudicio ſcripſerit. Venient inq̄t in nouiſſimo dierum illuſione illudēteſ: ſcđm propriaſ cōcupiſcētiaſ ſuaſ eunteſ et diceteſ. Vbi eſt promiſſum preſētie eiuſ? Ex quo enim patreſ dormierūt: ſic omnia perſeuerāt ab initio creature. Latet enim illoſ hoc uolenteſ: quia celi erāt olim & terra de aqua & per aquam cōſtituta dei uerbo: p̄ quē q tūc erat mūduſ aqua inūdatuſ deperiit. Qui aūt nūc ſūt celi & terra eodē uerbo ſūt repoſiti igni reſeruādi in diem iudicii & perditōiſ impioꝝ hominum. Hoc unum uero nō lateat uoſ fratreſ cariſſimi: quia unuſ dieſ apud dominū ſicut mille anni: & mille anni ſicut unuſ dieſ. Non tardat dominuſ promiſſum ſuū: ſicut quidam tardantē exiſtimāt: ſed paciēter fert propter noſ nolenſ aliquē perire: ſed omneſ in penitentiam cōuerti. Veniet aūt dieſ domini ſicut fur: in quo celi magno impetu trāſcurrent: elementa autē ardentia reſoluent: & terra & que in ipſa ſunt opera exurētur. Hiſ ergo omnibuſ peuntibuſ: qualeſ noſ eſſe oportet in ſanctiſ cōuerſatiōibuſ expectanteſ: et ꝑperāteſ ad p̄ſentiā diei domini: per quā celi ardenteſ ſoluentur: et elementa igniſ ardore decoquentur? Nouoſ uero celoſ & nouā terram: ſcđm promiſſa ipſiuſ expectamuſ: ī qbuſ iuſticia inhabitat. Nihil hic dixit de reſurrectione mortuorum: ſed ſane ſatiſ de huiuſ mūdi ꝑditione. Vbi etiā cōmemorāſ factū ante diluuium: uidetur āmonuiſſe quodāmodo: quatinuſ in fine ſeculi iſtum mundum periturum eſſe credamuſ. Nam & illo tēpore periiſſe dixit qui tunc erat mundū: nec ſolum orbem terre uerum etiam celoſ: quoſ utiq; iſtoſ aereoſ intelligimuſ: quorū locū ac ſpaciū tūc aqua creſcendo ſuperauerat. Ergo totuſ ac pene totuſ iſte aer uētoſuſ quod celū uel potiuſ celoſ uocat: ſed utiq; imoſ iſtoſ nō illoſ ſupremoſ ubi ſol & luna & ſidera cōſtituta ſunt: cōuerſuſ fuerat in humidam qualitatem: atq; hoc modo cum terra perierat: cuiuſ utiq; terre prior facieſ fuerat deleta diluuio. Qui autem nunc ſunt celi & terra: eodem uerbo repoſiti ſunt: igni reſeruandi in diem iudicii & perditioniſ hominum impiorum. Proinde q celi & que terra id eſt qui munduſ pro eo qui diluuio periit ex eadē aqua repoſituſ eſt: ipſe igni nouiſſimo reſeruatur in diem iudicii & perditioniſ hominum impiorum. Nam hominum propter quandam magnam cōmutatōnem: nō dubitat dicere perditionē futuram: cum tamen eorum q̄uiſ in eterniſ peniſ ſit manſura natura. Querat forſitan aliquiſ: ſi poſt factum iudicium munduſ iſte ardebit antequā pro illo celum nouū & terra noua reponatur: eo ipſo tempore cōflagrationiſ eiuſ ubi erunt ſancti: cū eoſ corpora habenteſ in aliquo corporali loco neceſſe ſit eſſe? Poſſumuſ eoſ reſpondere eſſe futuroſ in ſuperioribuſ partibuſ: quo ita nō aſcendet flāma illiuſ incendii: quē admodum nec unda diluuii. Talia quippe illiſ inerunt corpora: ut illic ſint ubi eſſe uoluerit. Sed nec ignē conflagratiōiſ illiuſ ꝑtimeſcēt īmortaleſ atq; incorruptibileſ: facti: ſi trium uirorum corruptibilia corpora atq; mortalia: in camino ardenti illeſa uiuere potuerunt.

Quid apoſtoluſ pauluſ theſſalonicenſibuſ ſcripſerit de manifeſtatione anti-xpi cuius tempus dies domini ſubſequetur.

MVltaſ tamẽ euãgelicaſ apoſtolicaſq; ſentẽciaſ de diuino iſto iudicio uidero eẽ mihi pcereũdaſ:ne hoc uolumẽ in nimiã lõgitudinẽ ꝓuoluat. Sed nullo mõ eſt pretereũduſ apoſtoluſ Pauluſ: qui ſcribenſ ad theſalonicenſeſ. Rogamuſ inquit uoſ fratreſ per aduentum domini noſtri Ieſu chriſti & noſtre cõgregatiõiſ in ipſum: ut non cito moueamini mente neq; terreamini: neq; per ſpiritum: neq; p uerbũ: neq; per epiſtolam tanquã per noſ miſſam: quaſi inſtet dieſ domini. Ne quiſ ſeducat uoſ ullo modo. Quoniam niſi uenerit refuga primum: & reuelatuſ fuerit homo peccati filiuſ interitus, q aduerſat̃ & extollit̃ ſuper omne quod dicitur deuſ aut quod colit̃: ita ut in templo dei ſedeat oſtendenſ ſe tãq̃ ſit deuſ. Non retinetiſ in memoria quod adhuc cũ eſſẽ apud uoſ hec dicebã uobiſ. Et nunc qd detineat ſcitiſ: ut in ſuo tẽpore reueletur. Iã enim iniquitatiſ miſteriũ operatur. tãtum qui modo tenet teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabit̃ iniquuſ ille: quem dominuſ Ieſuſ interficiet ſpiritu oriſ ſui: & euacuabit illuminatione ſue preſentie: cuiuſ eſt preſentia ſcd̃m operatõnẽ ſathãe in omni uirtute & ſigniſ & prodigiiſ mẽdacibuſ: & i omni ſeductiõe iniqtatiſ: hiſ qui pereunt pro eo ꝙ dilectiõnem ueritatiſ nõ receperunt ut ſalui fierent: & ideo mittet illiſ deuſ operationem erroriſ: ut credant mendacio: & iudicentur omneſ qui nõ crediderunt ueritati: ſed cõſenſerunt iniquitati. Nulli dubium eſt eũ de antixp̃o iſta dixiſſe: dieq; iudicii. Hunc enim appellat diem domini nõ eſſe uenturum: niſi prior ille uenerit. Quem refugam uocat utiq; a domino deo. Quod ſi de omnibuſ impiiſ merito dici poteſt: quãto magiſ de iſto. Sed ĩ quo dei tẽplo ut deuſ ſit ſeſſuruſ incertum eſt. Verum in illa ruina templi quod a Salomone rege conſtructum eſt: an uero ĩ eccleſia. Non eñi templũ alicuiuſ idoli aut demoniſ: templũ dei apoſtoluſ diceret. Vnde nõnulli nõ ipſum principem: ſed uniuerſum quodãmodo corpuſ eiuſ id eſt ad eum pertinentem hominum multitudinẽ ſimul cum ipſo ſuo principe: hoc loco intelligi antichriſtũ uolunt: rectiuſq; putant etiã latine dici ſicut in greco eſt: non in templo dei ſed in templum dei ſedeat: tanquã ipſe ſit templum dei quod eſt eccleſia. Sicut dicimuſ ſedet in amicũ id ẽ uelut amicuſ: uel aliqd aliud iſto locutiõiſ genere dici ſolet. Quod autem ait: & nunc quid detineat ſcitiſ: id eſt quid ſit in mora: que cauſa ſit dilationiſ eiuſ ut reueletur in ſuo tempore ſcitiſ. Quod illoſ ſcire dixit: apte hoc dicere noluit. Et ideo noſ qui neſcimuſ qđ illi ſciebãt: peruenire cũ labore ad id quod ſenſit apoſtoluſ cupimuſ: nec ualemuſ: preſertim quia et illa que addidit: et hunc ſenſum obſcuriorẽ faciũt. Nam quid eſt iam eñi miſteriũ iniquitatiſ operat̃: tantũ qui mõ tenet teneat donec de medio fiat. Et tũc reuelabit̃ ille iniquuſ. Ego prorſuſ quid dixerit fateor me ignorare: ſuſpicioneſ tamẽ hominum quaſ uel audire uel legere de hac re potui nõ tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe romano: & propterea Paulum apoſtolũ nõ id aperte ſcribere uoluiſſe: ne calũpniã uidelicet incurreret ꝙ romano imperio male optauerit: cum ſperaret̃ eternũ: ut hoc quod dixit iam enim miſterium operatur iniquitatiſ. Neronem uoluerit intelligi: cuiuſ iam facta uelut antichriſti uidebantur. Vnde nõ nulli ipſum reſurrecturum & futurum antichriſtum ſuſpicantur. Alii uero nec eum occiſum putant: ſed ſubtractũ potiuſ ut putaretur occiſuſ: & uiuum occultari in uigore ipſiuſ etatiſ in qua fuit cũ crederetur extinctuſ donec ſuo tempore reueletur: et reſtituat̃ in regnũ. Sed multũ mihi mira eſt hec opinãtium tanta preſumptio. Illud tamẽ qđ ait apoſtoluſ tantũ qui modo tenet teneat donec de medio fiat: non abſurde de ipſo romano imperio creditur dictũ: tanq̃ dictum ſit: tãtũ qui mõ imperat imperet: donec de medio fiat id eſt de medio tollat̃. Et tunc reuelabitur iniquuſ: quẽ ſignificari antichriſtũ nulluſ

ambigit. Alii uero & qđ ait qđ detineat ſcitiſ: & miſteriū operat̄ iniq̄tatiſ: nō putat dictum niſi de maliſ et fictiſ qui ſunt in eccleſia: donec perueniat ad tantum numeꝝ qui antichriſto magnum populū faciat: & hoc eſſe miſteriū iniquitatiſ quia uidetur occultum. Hortari autē apoſtolum fideleſ ut ī fide quam tenēt tenaciter pſeuerēt: dicēdo q modo tenet teneat donec de medio fiat: id ē donec exeat de medio eccle/ſie miſterium iniquitatiſ quod nunc occultum eſt. Ad ipſum enim miſterium ptinere arbitranē: quod ait in ſua epiſtola Iohānes euangeliſta. Pueri nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtiſ ꝙ antixpſ ſit uenturuſ nūc autē antichriſti multi facti ſunt. Vnde cognoſcimuſ ꝙ nouiſſima ſit hora. Ex nobiſ exierunt: ſed nō erāt ex nobiſ. Quod ſi fuiſſent ex nobiſ: permāſiſſent utiq; nobiſcum. Sicut ergo ante finem in hac hora inquiunt quam Iohānes nouiſſimam dicit: exierūt multi heretici de medio eccleſie quoſ multoſ dicit antichriſtoſ: ita omneſ tunc inde exibunt: qui nō ad chriſtum ſed ad illum nouiſſimum antixp̄m pertinebunt: & tūc reuelabitur. Aliuſ ergo ſic: aliuſ autem ſic apoſtoli obſcura uerba cōiectat. quod tamen eū dixiſſe nō dubiū eſt: non ueniet ad uiuoſ & mortuoſ iudicandoſ chriſtuſ: niſi priuſ uenerit ad seducēdoſ in aīa mortuoſ aduerſariuſ eiuſ antichriſtuſ: q̄uiſ ad occultum iā iudiciū dei pertineat ꝙ ab illo ſeducerētur. Preſentia quippe eiuſ erit ſicut dictū eſt ſcdm opationē ſathane: in omni uirtute et ſigniſ & prodigiiſ mendaciī: & in omni ſeductione iniquitatiſ hiſ qui pereunt. Tunc enī ſoluetur ſathanaſ: et per illum antichriſtum in omni ſua uirtute mirabiliter quidem ſed mendaciter operabitur. Quod ſolet ambigi utrū propterea dicta ſint ſigna et prodigia mēdacii: quoniā mortaleſ ſenſuſ per fantaſmata decep/turuſ eſt: ut quod nō facit facere uideat. An quia illa ipſa etiam ſi erunt uera pdigia ad mēdaciū pertrahent credituroſ: nō ea potuiſſe niſi diuinituſ fieri: uirtute diaboli creſcente maxime quando tātā quātā nūq̄ habuit acceperit poteſtatem. Non enim quando de celo ignis cecidit: & tantam familiam cum tantiſ gregibuſ porcoꝝ ſācti Iob uno impetu abſumſit: & turbo irruenſ & domū deiciēſ filioſ eiuſ occidit: fantaſ/mata que tñ fuerūt opera ſathane cui deuſ dederat hāc poteſtatē. Propter qđ ergo horū ſint dicta prodigia & ſigna mēdacii: tūc potiuſ apparebit. Sed ppter qđlibet horum dictum ſit: ſeducentur eiſ ſigniſ atq; prodigiiſ qui ſeduci merebunt: pro eo ꝙ ueritatiſ dilectionē inquit non receperunt ut ſalui fierent. Ne dubitauit apoſtoluſ addere ac dicere: & ideo mittet illiſ deuſ opationē erroriſ: ut credāt mendacio. Deuſ enim mittet: quia deuſ diabolū iſta facere pmittet iuſto ipſo iudicio: q̄uiſ ipſe faciat iniquo malignoq; cōſilio. Vt iudicētur inquit omneſ qui nō crediderūt ueritati: ſed cōſenſerūt iniq̄tati. Proinde iudicati ſeducenē: et ſeducti iudicabūtur. Sed iudicati ſeducenē illo iudicio dei occulte iuſto: iuſte occulto: quibuſ ab initio peccati racōaliſ creature nunq̄ iudicare ceſſauit. ſeducti autē iudicabuntur nouiſſimo manifeſto q; iudicio per Ieſum chriſtum iuſtiſſime iudicaturum: iniuſtiſſime iudicatum.

Sed hic apoſtoluſ tacuit de reſurrectiōe mortuorum. Ad eoſdem aūt ī epiſtola pma ſcribēſ: nolumuſ iq̄t uoſ fratreſ ignorare de dormiētibuſ: ut nō contriſtemī ſicut & ceteri q ſpem nō habēt. Nam ſi credimuſ quod Ieſuſ mortuuſ ē & reſurrexit: ita et deuſ eoſ qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. Hoc enī uobiſ dicimuſ in uerbo domini. quia noſ uiuenteſ qui reliqui ſumuſ in aduētu domini nō p̄ ueniemuſ eoſ qui ante dormierunt: quoniam ipſe dominuſ in iuſſu et in uoce archangeli et in tuba dei deſcendet de celo & mortui qui in chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde noſ uiuenteſ qui reliqui ſumuſ: ſimul cū illiſ rapiemur in nubibuſ obuiam chriſto in aera:

et ita ſemp cū domīo erimus. Hec uerba apoſtolica reſurrectionē futurā mortuoꝝ
quando ueniet dominus chriſtus utiq; ad uiuos & mortuos iudicandos: preclariſſime
oſtendunt. Sed queri ſolet utrum illi quos hic uiuentes inuenturus eſt chriſtus quoꝝ
perſonam in ſe atq; illos qui tunc ſecum uiuebant transfigurabat apoſtolus: nunq̃
omnino ſint morituri: an ipſo temporis puncto quo cum reſurgentibus rapientur in
nubibus obuiā chriſto in aera: ad immortalitatē p mortem mira celeritate tranſibūt.
Neq; enim dicendum eſt fieri nō poſſe: ut dum per aera in ſublime portantur: in illo
ſpatio & moriantur et reuiuiſcant. Quod enī ait et ita ſemper cū domino erimus: nō
ſic accipiendum ē tanq̃ in aere nos dixerit ſemper cum domino eſſe manſuros: quia
nec ipſe utique ibi manebit: qua ueniens tranſiturus eſt. Uenienti quippe ibit̄ obuiā
nō manēti ſed ita cū domino erimus: id ē ſic erimus habētes ſemp corpora ſēpiterna:
ubicunq; cum illo fuerimus. Ad hunc aūt ſenſum quo etiā exiſtimamus illos quos hic
uiuos inuenturus eſt dominus: in ipſo paruo ſpatio & paſſuros mortem & accepturos
īmortalitatē: ipſe apoſtolus nos uidet̄ urgere ubi dicit in xp̄o omnes uiuificabunt̄:
cum aliquo loco de ipſa loquens corporū reſurrectione dicat: tu quod ſeminas non
uiuificabitur niſi prius moriatur. Quomō ergo quos uiuentes hic chriſtus inueniet
per immortalitatem in illo uiuificabuntur: & ſi nō moriantur cū uideamus propter
hoc eſſe dictū: tu quod ſeminas nō uiuificatur niſi prius moriatur? Aut ſi recte nō
dicimus ſeminari niſi ea corpora hominū que moriendo quoquomodo conuertunt̄
ī terram: ſicut ſeſe habet etiam ī illa tranſgreſſorē patrem generis humani diuinitus
prolata ſentētia: terra es et in terrā ibis: fatendū eſt iſtos quos nōdum de corporibus
egreſſus cum chriſto ueniet inueniet: & iſtis uerbis apoſtoli & illis de geneſi nō teneri:
quoniam ſurſum in nubibus rapti nō utiq; ſeminantur: quia nec eunt in terram nec
redeunt: ſiue nullam prorſus experiantur mortem: ſiue paululū in aere moriantur.
Sed aliud rurſus occurrit quod idem dicit apoſtolus: cū de reſurrectione corporum
ad corintheos loqueret̄: omēs reſurgemus: uel ſicut alii codices habēt: omēs dormiemus.
Cū ergo nec reſurrectio fieri poſſit niſi mors precesſerit: nec dormitionē illo loco intel-
ligere poſſimus niſi mortē: quō omnes uel dormient uel reſurgent: ſi tam multi quos
in corpore inuenturus eſt chriſtus nec dormient nec reſurgent? Si ergo ſanctos qui
reperientur xp̄o ueniente uiuentes: eiq; in obuiam rapientur: crediderimus in eodē
raptu de mortalibus corporibus exituros: & ad eadem mox immortalia redituros:
nullas ī uerbis apoſtoli patiemur anguſtias: ſiue ubi dicit tu qd̄ ſeminas nō uiuificat̄
niſi prius moriat̄: ſiue ubi dicit omnes reſurgemus aut omnes dormiemus: quia nec illi
per immortalitatem uiuificabuntur: niſi quamlibet paululum tamē ante moriant̄:
ac per hoc & a reſurrectiōe nō erūt alieni: quā dormitio precedit q̃uis breuiſſima: nō
tamen nulla. Cur autem nobis incredibile uideatur illā multitudinem corporum in
aere quodāmodo ſeminari: atq; ibi protinus īmortaliter atq; īcorruptibiliter reui-
uiſcere: cū credamus qd̄ idē ipſe apoſtolus alibi apertiſſime dicit: in ictu oculi futurā
reſurrectionē: & ī mēbra ſine fine uictura tāta facilitate tātaq; īextimābili uelocitate
rediturum antiquiſſimorum cadauerum puluerem: nec ab illa ſententia qua homini
dictum ē: terra es & in terram ibis: futuros illos eſſe ſanctos arbitremur: ī muneſſi eoꝝ
morientiū in terra corpora nō recedēt: ſed ſicut in ipo raptu morient̄: ita & reſurgēt
dum feruntur in aera. In terram quippe ibis: id eſt in hoc ibis amiſſa uita quod eras
anteq̃ ſumeres uitā: id ē hoc eris exanimis quod eras āteq̃ animatus eſſes. Terre q̃ppe
inſufflauit deus in faciem flatū uite: cum factus eſſet homo in animā uiuam: Tanq̃
diceretur. Terra animata es quod nō eras: terra eris exanimis ſicut eras. Quod ſunt &

anteꝗ̃ putreſcant omnia corpora mortuorum: quod erunt & illa ſi morient̃ ubicũq;
moriãtur cũ uita carebunt quam cõtinuo ſunt receptura. Sic ergo ibunt in terram
qñ ex uiuiſ hoĩbuſ terra erũt: quẽadmodũ it ĩ aẽrẽ qđ fit aniſſit ĩ uetuſtatẽ qđ fit
uetuſ: ſic ĩ teſtã qđ ex luto fit teſta. & alia areſcẽtia ſic loq̃mur. Quõ aũt ſit futurũ:
qđ nũc ꝑ noſtre ratiũcule uiribuſ utcũq; cõiamuſ: tũc potiuſ erit ut noſſe poſſimuſ.
Reſurrectionẽ quippe mortuoꝝ futurã eẽ ĩ carne quãdo chriſtuſ uẽturuſ ẽ uiuoſ
iudicaturoſ & mortuoſ oportet ſi chriſtiani eẽ uolumuſ ut credamuſ: ſed nõ ideo de
hac re inaniſ eſt fideſ noſtra: ſi quẽadmodũ futura ſit perfecte cõprehendere non
ualemuſ. Verum iam ſicut promiſimuſ de hoc iudicio dei nouiſſimo etiam ꝓphetici
ueteres libri quod pronunciauerint: quãtum ſatiſ eſſe uidebitur debemuſ oſtendere.
Que ſicut arbitror nõ tãta mora neceſſe erit tractari & expõi ſi iſtiſ que ꝑmiſimuſ
lector aiuauerit adiuuari.

PRopheta Yſaiaſ reſurgent inquit mortui & reſurgent qui in ſepulcriſ erant:
& letabunt̃ omneſ qui ſunt in terra. Roſ enĩ qui abſte eſt: ſanitaſ illiſ eſt: terra
uero impiorũ cadet. Totum iſtud ſuperiuſ pertinet ad reſurrectionẽ beatoꝝ. Quod
autem ait terra uero impiorum cadet: bene intelligitur dictũ: corpora uero ĩpioꝝ
ruina damnationiſ excipiet. Iam uero ſi de bonorum reſurrectõe quod dictum eſt
diligentiuſ & diſtinctiuſ intueri uelimuſ: ad primam referendũ eſt quod dictum eſt
reſurgent mortui ad ſecundam uero quod ſequitur: & reſurgent qui ĩ ſepulcriſ erãt.
Iam & ſi illoſ ſanctoſ inquiramuſ quoſ hic uiuoſ inuenturuſ eſt dominuſ: eiſ cõgrue
deputabit̃ quod adiũxit: et letabuntur omneſ qui ſunt in terra. Roſ enĩ qui aſte ẽ:
ſanitaſ illiſ eſt. Sanitatem loco iſto ĩmortalitatem rectiſſime accipimuſ. Ea nanq; ẽ
pleniſſima ſanitaſ: que nõ reficitur alimentiſ tanquã quotidianiſ medicamẽtiſ. Item
de die iudicii ſpem danſ priuſ boniſ: deinde terrẽſ maloſ idem propheta ſic loquitur.
Hec dicit dominuſ. Ecce ego declinabo in eoſ ut flumen paciſ: & ut torrenſ inundãſ
gloriam gentium. Filii corũ ſuper humeroſ portabunt̃: & ſuper genua cõſolabunt̃.
Quẽadmodum ſi quem mater conſoletur: ita ego uoſ conſolabor: & in hieruſalem
cõſolabimini. Et uidebitiſ & gaudebit cor ueſtrũ & oſſa ueſtra ut herba exorietur.
Et cognoſcentur manuſ domini colentibuſ eum: & cõminabitur cõtumacibuſ. Ecce
.n. ut igniſ dominuſ ueniet: & ut tẽpeſtaſ curruſ eiuſ reddere ĩ indignatiõe uindictã:
& uaſtationem in flãma igniſ. In igne enĩ domĩ iudicabitur omniſ terra: et ĩ gladio
eiuſ omniſ caro: multiq; uulnerati erunt a domino. In bonorũ ꝓmiſſione ſe decliare
dicit ut flumẽ paciſ: quod profecto abundantiam paciſ illiuſ debemuſ accipere: qua
maior eſſe nõ poſſit. Hac uniq; ĩ fine rigabimur: de q̃ in precedenti libro abũdanter
locuti ſumuſ. Hoc flumẽ ſe in eoſ declinare dicit: quibuſ tantã beatitudinẽ pollicet̃:
ut intelligamuſ in illiuſ felicitatiſ regione que in celiſ eſt: hoc flumine omnia ſatiari.
Sed quia eterniſ corporibuſ pax incorruptioniſ atq; immortalitatiſ uim influctiõ
declinare ſe dixit hoc flumen: ut de ſuperiuſ quodãmodo etiam inferiora ꝑfundat:
& homineſ equaleſ angeliſ reddat. Hieruſalem quoq; nõ illam que ſeruit cum filiiſ
ſuiſ: ſed liberam matrem noſtram ſcđm apoſtolum eternam intelligamuſ in celiſ: ſubi
poſt laboreſ erumnarũ curarũq; mortaliũ conſolabimur tanꝗ̃ paruuli eiuſ humeriſ
genibuſq; portati. Rudeſ enĩ noſ & nouoſ: blãdiſſimiſ adiutoriiſ inſolita nobiſ beati/
tudo illa ſuſcipiet: ubi uidebimuſ & gaudebit cor noſtrũ. Nec expſſit qđ uidebimuſ.
Sed quid niſi deum: ut in nobiſ impleatur promiſſum euangelicũ: beati mũdo corde
quoniam ipſi deum uidebunt & omnia illa que nũc nõ uidemuſ: credenteſ autem ea

pro modulo capacitatiſ humãe lõge minuſ q̃ ſunt atq; incorporabiliter cogitamuſ? Et uidebitiſ inqt & gaudebit cor ueſtꝝ. Hic credituſ: ibi uidebitiſ. Sed quoniã dixit & gaudebit cor ueſtrũ: ne putaremuſ illa bona hieruſalẽ ad noſtrũ ſpiritũ tãtũmõ pertinere: & oſſa inqt ueſtra ut herba exorientur: ubi reſurrectionẽ corpoꝝ ſtrixit: uelud quod nõ dixerat reddenſ. Neq; enĩ cum uidemuſ fient: ſed cũ fuerint facta uidebimuſ. Nam & de celo nouo ac terra noua iam ſupra dixerat: dum ea que ſãctiſ promittuntur in fine: ſepe ac multiformiter dicent. Erit inquit celum nouũ & terra noua: & nõ erũt memoreſ priorũ: nec aſcendẽt i cor ipſoꝝ: ſed letiiã & exultationẽ inuenient i ea. Ecce ego faciam hieruſalem exultationẽ & populum meũ letitiã: & exultabo in hieruſalẽ & letabor i populo meo: & ultra nõ audiet i illa uox fletuſ: & cetera que quidem ad illoſ carnaleſ mille annoſ referre conantur. Locutiõeſ autẽ tropice propriuſ prophetico more miſcentẽ: ut ad ſpiritualem itellectũ intẽtio ſobria cum quodã utili ac ſalubri labore perueniat. Pigritia uero carnaliſ uel in erudite uel inexercitate tarditaſ mentiſ: cõtenta litere ſuperficie: nihil putat intenuſ requirẽdũ. Hec de propheticiſ uerbiſ que ãte iſtũ locũ ſcripta ſunt ſatiſ dixeri. In hoc aũt loco ũde ad illa digreſſi ſumuſ: cũ dixiſſet & oſſa ueſtra ut herba exorient: ſut reſurrectionem quidem carniſ ſed tantũ bonorum ſe nunc cõmemorare mõſtraret adiũxit: & cognoſcetur manuſ domini colentibuſ eũ. Quid eſt hoc niſi manuſ domĩ diſtĩguẽtiſ cultoreſ ſuoſ a cõtemptoribuſ ſuiſ: de quibuſ ſequẽtia contexẽſ: & cõminabitur inqt cõtumacibuſ. Siue ut ait aliuſ interpreſ incredulíſ. Nec tũc cõminabit: ſed que nũc dicuntur minaciter: tunc efficaciter implebuntur. Ecce enĩ inquit dominuſ ut igniſ ueiet: & ut tempeſtaſ curruſ eiuſ reddere in indignatione uindictã: & uaſtationem in flamma igniſ. In igne enim domĩ iudicabitur omniſ terra: & in gladio eiuſ omniſ caro: multiq; uulnerati erũt a domino: ſiue igne ſiue tempeſtate ſiue gladio: penam iudicii ſignificat: q̃ndoquidẽ ipſum dominum dicit eſſe uenturũ: profecto eidẽ qbuſ penaliſ erit eiuſ aduẽtuſ. Curruſ uero eiuſ: q pluraliter dicti ſunt: angelica miniſteria nõ incõuenienter accipimuſ. Quod autẽ ait omnem terram & omnem carnẽ in eiuſ igne et in gladio iudicari: nõ etiã hic ſpiritualeſ intelligamuſ & ſãctoſ: ſed terrenoſ atq; carnaleſ: de quibuſ dictum eſt qui terrena ſapiunt: & ſapere ſcdm carnẽ morſ ẽ: & qualeſ omnino caro appellantur a domino ubi dicit: nõ permanebit ſpirituſ meuſ i hominibuſ iſtiſ quoniã caro ſunt. Quod uero hic poſitum eſt multi uulnerati erunt a domino: iſto uulnere fiet morſ ſecũda. Poteſt quidam & igniſ & gladiuſ & uulnuſ in bono accipi. Nam & ignem dominuſ uelle ſe dixit mittere in mundum: & uiſe ſũt illiſ lingue diuerſe uelut igniſ quãdo uenit ſpirituſ ſãctuſ: & nõ ueni inquit dominuſ idem pacem mittere interram ſed gladium: & ſermonem dei dicit ſcriptura gladiũ biſ acutum: ꝓpter aciem geminam teſtamẽtorũ duũ: & in cantico canticoꝝ cantate ſe dicit ſãcta eccleſia uulneratam: uelut amoriſ impetu ſagittatam. Sed hic cũ legimuſ uel audimuſ ultorem dominũ eſſe uenturũ: quẽadmodũ hec intelligenda ſint clarũ eſt. Deinde breuiter eiſ cõmemoratiſ qui per hoc iudicium conſumuntur: ſub figura ciborũ i lege ueteri uetitoꝝ a qbuſ ſe nõ abſtinuerũt: peccatoreſ impioſq; ſignificãſ: recapitulat gratiam abinitio noui teſtamenti: ex primo ſaluatoriſ aduentu uſq; ad ultimum iudicium de quo nunc agimuſ perducenſ finienſq; ſermonẽ. Narrat nanq; dicere dominũ ſe uenire: ut cõgreget omneſ gẽteſ: eaſq; uẽturaſ & uiſuraſ eiuſ gloriã. Omneſ enim ſicut dicit apoſtoluſ peccauerũt: & egent gloria dei. Et relicturum ſe dicit ſup eoſ ſigna: que utiq; mirantẽſ credant in eũ: & emiſſurum ex illiſ ſaluatoſ in genteſ diuerſaſ: & in longinquaſ inſulaſ que nõ audierunt nomen eiuſ: neq; uiderũt

eiuſ gloriam et annunciaturoſ gloriam eiuſ in gentibuſ: et addituroſ fratreſ iſtorum quibuſ loquebatur id eſt in fide ſub deo patre fratreſ iſraelitarū electorum adducturoſ autē ex omnibuſ gētibuſ munuſ deo in iumētiſ & uehiculiſ. Que iumēta & uehicula bene itelligunt adiutoria diuina per cuiuſq; generiſ miſteria uel āgelica uel hūana: in ſanctam ciuitatem hieruſalem que nūc in ſanctiſ fidelibuſ ē diffuſa per terraſ. Vbi enī diuinituſ adiuuātur: ibi credunt et ubi credunt ibi ueniunt. Cōparauit autē illoſ dominuſ tanq̄ per ſimilitudinē filiiſ iſrahel: offerentibuſ ei ſuaſ hoſtiaſ cū pſalmiſ in domo eiuſ quod ubiq; iam facit eccleſia & promiſit ab eiſ ſe accepturum ſibi ſacerdoteſ & leuitaſ quod nihilominuſ fieri nūc uidemuſ. Nō enī ex genere carniſ & ſāguiniſ ſicut erat primū ſcd'm ordinem Aaron ſed ſicut oportebat in teſtamento nouo ubi ſcd'm ordinem Melchiſedech ſūmuſ ſacerdoſ eſt chriſtuſ pro cuiuſq; merito quod in eo gratia diuina cōtulerit ſacerdoteſ et leuitaſ elegi ſicut nunc uidemuſ qui nō iſto nomīe quod ſepe aſſecunt indigni ſed ea que nō eſt boniſ maliſq; cōmuniſ ſāctitate penſandi ſunt. Hec cū de iſta que nūc impertitur eccleſie pſpicua nobiſq; notiſſima dei miſeratiōe dixiſſet promiſit et fineſ ad quoſ per ultimum iudicium facta bonoꝝ malorumq; diſcretione uenietur dicenſ per prophetā uel de domino dicēſ ipſe propheta. Quomodo enī celum nouū & terra noua coram me mānebit dicit dominuſ ſic ſtabit ſemen ueſtrum & nomen ueſtrum & erit menſiſ ex mēſe & ſabbatum ex ſabbato & ueniet omniſ caro in cōſpectu meo adorare me in hieruſalē dicit dominuſ Et egre- dientur et uidebunt membra hominum qui preuaricati ſunt in me. Vermiſ eorum nō morietur & igniſ eorum non extinguetur et erunt uiſui omni carni. Ad hoc iſte propheta terminauit librū: ad quod terminabitur ſeculū. Quidam ſane nō interpretati ſunt membra hominū ſed cadauera uirorū per cadauera ſignificanteſ ſeuientē corporū penam: quāuiſ cadauer niſi caro exanimiſ nō ſoleat nūcupari. illa uero animata erūt corpora. Alioqui nulla poterunt ſentire tormēta. Niſi forte quia mortuorum corpora erunt: id eſt eorū qui in ſecundā mortem cadent. ideo etiā nō abſurde cadauera dici poſſunt. Vnde eſt & illud quod ab eodē propheta iam dictū ſupra poſui: terra uero impiorum cadet. Quiſ autem nō uiderat a cadendo eſſe appellata cadauera? Viroꝝ autem pro eo poſuiſſe illoſ interpreteſ quod hominū ē manifeſtum eſt. Neq; .n. quiſq̄ dicturuſ eſt preuaricatriceſ feminaſ in illo ſupplicio nō futuraſ: ſed ex potiore preſertī de quo femina facta ē uterq; ſexuſ accipitur. Verū quod ad rem maxime ptinet cum & in boniſ dicit: ueniet omniſ caro quia ex omni genere hominū populuſ ille cōſtabit. Non enī omneſ homineſ erunt ibi quādo in peniſ plureſ erunt ſed ut dicere ceperā cū et in boniſ caro et in maliſ mēbra uel cadauera nominātur profecto poſt reſur- rectionem carniſ cuiuſ fideſ hiſ rerum uocabuliſ omnino firmatur illud quod boni & mali ſuiſ finibuſ dirimūtur futurū eſſe iudiciū declaratur. Qualis futura sit egressio sanctorum ad videndas penas malorum. Ca. xxii.

Sed quomodo egredientur boni ad uidendaſ penaſ malorū? Nunquid corporiſ motu beataſ illaſ relicturi ſedeſ: & ad loca penalia perrecturi ut tormenta malorum cōſpiciant preſentia corporali? Abſit. Sed egredientur per ſcientiā. hoc enim uerbo ſignificatum ē eoſ qui cruciabuntur extra futuroſ. Propter quod & dominuſ ea loca tenebraſ exterioreſ uocat quibuſ cōtrariuſ ē ille ingreſſuſ de quo dicitur ſeruo bono. intra in gaudiū domini tui. Nec mali illuc putātur ingredi ut ſciant: ſed ad illoſ potiuſ uelut egredi per ſcientiam qua eoſ cogniturī ſunt boni quia id quod extra eſt cogniturī ſunt. Qui enī erunt in peniſ quid agatur intuſ in gaudio domini neſcient. qui uero erūt ī illo gaudio quid agatur foriſ in illiſ tenebriſ exterioribuſ ſcient. Ideo

dictum eſt egredientẽ: quia eoſ etiam qui foriſ ab eiſ erũt nõ utiq; latebũt. Si enĩ hec prophete nõdum facta noſſe potuerunt: per hoc q; erat deuſ ĩ quãtuliſcunq; in eorum mortaliũ mentibuſ: quomodo immortaleſ ſancti iã tunc facta neſcient cũ deuſ erit omnia in omnibuſ? Stabit ergo in illa beatitudine ſanctorũ ſemen & nomẽ. Semẽ ſcilicet de quo Iohãneſ ait: Et ſemẽ eiuſ in ipſo manet. Nomẽ uero de quo nũc per hũc Yſaiam dictũ eſt: nomẽ eternũ dabit eiſ. Et erit eiſ menſiſ ex menſe: & ſabbatũ ex ſabbato: tanq̃ luna ex luna: & requieſ ex requie: quorum utrũq; ipſi erũt: cũ ex hiſ umbriſ ueteribuſ & temporalibuſ ĩ illa lumina noua ac ſempiterna tranſibũt. In penĩſ aũt malorũ & ĩextinguibiliſ igniſ & uiuacĩſſimuſ uermiſ ab aliſ atq; aliſ: aliter atq; aliter ẽ expoſituſ. Alii quippe utrũq; ad corpuſ: alii utrunq; ad animã retulerũt: alii proprie ad corpuſ ignem: uermem uero tropice ad animam: quod credibiliuſ eſſe uidetur. Sed nũc de hac differentia nõ eſt huiuſ temporiſ diſputare. De iudicio nãq; ultimo quo fiet direptio bonorũ & malorũ: hoc uolumen implere ſuſcepimuſ: de ipſiſ uero premiiſ & penĩſ aliaſ diligentiuſ differendum eſt. Quod prophetauerit Daniel de perſecutione antixpi. et de iudicio dei regnoq; ſanctorum.

xxiij. DAniel de hoc ultimo iudicio ſic prophetat: ſut antixpm priuſquoq; uenturum eſſe prenuntiet: atq; ad eternũ regnũ ſanctorum ſuam narrationem perducat. Cum enĩ uiſiõe prophetica q̃tuor beſtiaſ ſignificãteſ quatuor regna uidiſſet: ipm q; quartũ a quodam rege ſuperatum qui antichriſtuſ agnoſcitur: et poſt hec eternum regnum filii hominiſ qui intelligitur chriſtuſ: horruit ĩquit ſpirituſ meuſ ego Daniel in hebetudine mea et uiſuſ capitiſ mei cõturbabant me. Et acceſſi inquit ad unũ de aſtantibuſ: et ueritatem querebam ab eo de hiſ omnibuſ. Et dixit michi ueritatem. Deinde q̃d ab illo audierit atq; de omnibuſ hiſ que queſiuit: tanq̃ eo ſibi exponente ſic loquit̃. He beſtie quatuor: magna quatuor ſunt regna que ſurgent in terra: ſque auferent et accipient regnum ſancti altiſſimi: & obtinebunt illud uſq; in ſeculum & uſq; in ſeculum ſeculorũ. Et querebam inq̃t diligenter de beſtia quarta que differẽſ erat pre omni beſtia terribiliſ ampliuſ: denteſ euſ ferrei: & ungueſ eiuſ erei: mãducãſ et cõminuenſ: & reliqua pedibuſ ſuiſ cõculcãſ: & de cornibuſ eiuſ decem que erant in capite eiuſ & de altero quod aſcendit & excuſſit de prioribuſ tria cornua: ĩ quo erãt oculi & oſ loqueñſ magna: & uiſuſ eiuſ maior ceteriſ. Videbam: & cornu illud faciebat bellum cũ ſanctiſ: et preualebat ad ipſoſ donec uetuſtuſ dierũ uenit: & regnũ dedit ſanctiſ altiſſimi. Et tempuſ peruenit & regnũ obtinuerũt ſãcti. Hoc Daniel queſiſſe ſe dixit: deinde quid audierit continuo ſubiungenſ: & dixit inquit id eſt ille a quo queſierat: reſpõdit & dixit. Beſtia quarta quartũ regnũ erit in terra: quod ꝑualebit omnibuſ regniſ: & manducabit omnem terram: et cõculcabit eam et cõcidet. Et decẽ cornua eiuſ decem regeſ ſurgẽt. Et poſt eoſ ſurget aliuſ qui ſupabit ſuiſ maliſ omneſ qui ante eum fuerunt: & treſ regeſ humiliabit: & uerba aduerſuſ altiſſimum loquet̃: & ſanctoſ altiſſimi cõteret: & ſuſpicabitur mutare tẽpora & legem: & dabit̃ in manu eiuſ uſq; ad tempuſ & tempora et dimidium temporiſ et iudiciũ ſedebit: & ꝑncipatũ remouebit ad exterminãdum & perdendum uſq; in finem: & regnum & poteſtaſ et magnitudo regum qui ſub omni celo ſunt eſt data ſanctiſ altiſſimi. Et regnum eiuſ regnum ſempiternum: et omneſ principatuſ ipſi ſeruient et obedient. Huc uſq; inq̃t finiſ ſermoniſ. Ego Daniel: multum cogitationeſ mee cõturbabãt me et forma mea ĩmutata ẽ ſup me: et uerbũ ĩ corde meo cõſeruaui. Quatuor illa regna expoſuerũt quidam: aſſiriorum: perſarum: macedonum: & romanorum. Quam uero cõuenieñter id fecerint: qui noſſe deſiderant preſbiteri legãt Hieronimi librũ in Danielem: ſatiſ

erudite diligenterq; cõſcriptum. Antichriſti tamẽ aduerſuſ eccleſiam ſeuiſſimũ regnũ: ſed exiguo temporiſ ſpacio ſuſtinẽdum: donec ultimo dei iudicio regnum accipiãt ſancti ſempiternum: qui uel dormitanſ hec legit dubitare nõ ſinitur. Tempuſ quippe et tempora et dimidium temporiſ: unum annum eſſe & duoſ & dimidium: ac per hoc treſ annoſ & ſemiſſem: etiam numero dierum poſteriuſ poſito diluceſſit: aliquãdo in ſcripturiſ ac menſium numero declaratur. Videntur enĩ tẽpora indiffinite hic dicta lingua latina: ſed per dualem numerũ dicta ſunt quẽ latini non habent. Sicut autẽ greci: ita hũc dicũtur habere & hebrei. Sic ergo dicta ſunt tempora: tanq̃ diceretur duo tẽpora. Vereri me ſane fateor: ne in decem regibuſ quoſ tanq̃ decem homineſ uidetur inuẽturuſ antichriſtuſ forte fallamur: atq; ita ille inopinatuſ adueniat: nõ exiſtẽtibuſ tot regibuſ in orbe romano. Quid. n. ſi numero iſto denario uniuerſitaſ regũ ſignificata ẽ: poſt quoſ ille uenturuſ ẽ: ſicut millenario centenario ſeptenario: ſignificatur plerunq; uniuerſitaſ: & aliiſ atq; aliiſ numeriſ quoſ nunc commemorare nõ eſt neceſſe. Alio loco idem Daniel. Et erit inquit tempuſ tribulatiõiſ qualiſ nõ fuit ex quo genſ nata ẽ ſuper terram uſq; ad tẽpuſ illud. Et in tempore illo ſaluabit populuſ tuuſ: omniſ qui inuẽtuſ fuerit ſcriptuſ in libro uite. Et multi dormientiũ in terre agere exurgent: hi ĩ uitam eternam & hi ĩ opprobrium et in cõfuſionẽ eternã. Et intelligenteſ fulgebunt ſicut claritaſ firmamenti: & multi ex iuſtiſ ſicut ſtelle in ſecula. Et adhuc illi ſentẽtie euãgelice ẽ locuſ iſte ſimillimuſ: de reſurrectiõe dũtaxat corporum mortuorũ. Nam qui illic dicti ſunt eſſe in monumẽtiſ: ipſi hic dormiẽteſ in terre agere: uel ſicut alii interpretati ſunt in puluere terre. Et ſicut ibi procedent dictum eſt: ita hic exurgent. Sicut ibi qui bona fecerunt in reſurrectionẽ uite: qui autẽ mala egerũt in reſurrectionẽ iudicii: ita et iſto loco hi in uitam eternam: & hi in opprobrium et in confuſionẽ eternam. Non autem diuerſum putetur: q cum ibi poſitũ ſit omneſ qui ſunt ĩ monumẽtiſ: hic nõ ait ꝓpheta omeſ: ſed multi dormiẽtiũ in terre agere. Ponit. n. aliquãdo ſcriptura pro omnibuſ multoſ. Propterea & Abrae dictum eſt. Patrem multarũ gentium poſui te: cui tamen et alio loco: in ſemine tuo inquit benedicent omneſ genteſ. De tali aũt reſurrectiõe huic quoq; Danieli ꝓphete paulopoſt dicit. Et tu ueni et requieſce. Adhuc enĩ dieſ in cõpletionẽ conſumatiõiſ. Et requieſceſ: et reſurgeſ in ſorte tua in fine dierũ. In pſalmis Daviticis q de fine ſeculi huius et de novissimo dei iudicio prophetant.

Ca. xxiiij.

MVlta de nouiſſimo iudicio dicuntur in pſalmiſ: ſed eorum plura tranſeunter ac ſtrictim. Hoc tamen quod de fine huiuſ ſeculi ẽ apertiſſime dictũ ibi nequaq̃ ſilentio preteribo. In principio terram tu fũdaſti domine: & opera manuũ tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt tu aũt permanebiſ: et omneſ ſicut ueſtimentũ ueteraſcent. & ſicut opertoriũ mutabiſ eoſ & mutabunt: tu autẽ idẽ ipſe eſ: & anni tui nõ deficient. Quid eſt hoc q Porphiriuſ cum pietatem hebreorum laudaret: q̃ magnuſ et ueruſ & ipſiſ numinibuſ terribiliſ ab eiſ colitẽ deuſ: chriſtianoſ ob hoc arguit maxime ſtultitie: etiã ex oraculiſ deorum ſuoꝝ: q iſtum mundũ dicũt eſſe periturum. Ecce in literiſ pietatiſ hebreorum dicitur deo quẽ confitente tãto philoſopho etiam ipſa numina perhorreſcunt: opera manuũ tuarum ſunt celi: ipſi peribũt. Nunqd quãdo celi pibũt: mũduſ cuiuſ idẽ celi ſuperior parſ ẽ et tutior nõ pibit? Si hec ſentẽtia Ioui diſplicet: cuiuſ ut philoſophuſ hic ſcribit uelut grauioriſ auctoritatiſ oraculo in chriſtianorũ credulitate culpatur: cur nõ ſimiliter ſapientiam tanq̃ ſtultitiam culpat hebreoꝝ: in quorum libriſ piiſſimiſ inuenitur? Porro ſi ĩ illa ſapientia iudeorum que Porphirio tam multum placet: ut eam deorum quoq; ſuorum uocibuſ ꝑdicet: legitur celoſ eſſe

periturosticur uſqadeo uana eſt iſta fallacia/ ut in chriſtianorum fide uel inter cetera
uel pre ceteriſ deteſtecur hoc φ in ea múduſ creditur periturus/ quo ucq: niſi peunte
celi perire nó poſſunt/ Et in literiſ quidem ſacriſ que proprie noſtre ſunt nó hebreiſ
nobiſq cómuneſ id eſt in euangelicis & apoſtolicis libris legitur/ preterit figura huiuſ
múdi. legitur múduſ tranſit/ legitur celú & terra tranſibút/ Sed puto φ preterit: tráſit:
tranſibunt: aliquáto mitiuſ dicta ſút q̃ peribút/ In epiſtola quoq: Petri apoſtoli ubi
aqua múdatuſ qui túc erat periſſe dictuſ eſt múduſ: ſatiſ clarú eſt: & que múdi parſ
a toto ſignificata eſt/ & quatinuſ periſſe ſit dicta/ & qui celi repoſiti igni reſeruádi in
diem iudicii & perditioniſ hominú impiorú/ Et in eo quod paulopoſt ait ueniet dieſ
dñi ut fur: in quo celi magno impetu tranſcurrent/ elementa aút ardentia reſoluentur:
& terra et que in ipſa ſunt opera exurentur/ Ac deinde ſubiecit hiſ omnibuſ pereuntibuſ
qualeſ uoſ eſſe oportet. Poſſunt illi celi intelligi perituri: quoſ dixit repoſitoſ igni re/
ſeruádoſ/ & ea arſura accipi eleméta: que in hac una parte múdi ſubſiſtunt procelloſa
et turbulenta/ in qua eoſdem celoſ dixit eſſe repoſitoſ: ſaluiſ illiſ ſuperioribuſ & in ſua
integritate manentibuſ/ in quorum firmamento ſunt ſidera cóſtituta/ Nam & illud
quod ſcriptum eſt ſtellaſ de celo eẽ caſuraſ/ propter quod poteſt multo probabiliuſ
& aliter intelligi: magiſ oſtendit illoſ celoſ eẽ manſuroſ/ ſi tamẽ ſtelle inde ſũt caſure.
uel cum tropica ſit locutio quod eſt credibiliuſ/ uel in iſto uno celo futurum ſit utiq:
mirabiliuſ q̃ nunc fit/ Unde & illa uirgiliana ſtella facem ducenſ multa cum luce
cucurrit: & ideo ſe condidit ſilua/ Hoc autem quod de pſalmo cómemoraui nullum
celorum uidetur relinquere/ quod periturum eſſe non dixerit/ Ubi enĩ dicitur opera
manuú tuarum ſunt celi: ipſi peribunt: q̃ nullum eorum ab opere dei: tam nullú eorũ
a perditione ſecernit/ Non enĩ dignabunẽ de apoſtoli Petri locutióe quã uehemẽter
oderunt/ hebreorú defendere pietatem deorum ſuorum oraculiſ approbatá/ ut ſaltẽ
ne totuſ munduſ perituruſ eſſe credatur/ ſic a toto parſ accipiatur in eo quod dictũ ẽ
ipſi peribunt/ cum ſoli celi infimi perituri ſunt/ queádmodum in apoſtolica epiſtola
illa a toto parſ accipitur φ diluuio periſſe dictuſ eſt munduſ/ quãuiſ ſola eiuſ cum ſuiſ
celiſ parſ una perierit/ Sed quia hoc qđ ut dixi nó dignabuntur ne uel apoſtoli Petri
approbẽt ſenſum/ uel tantú cócedant cóflagratiói nouiſſime q̃tum dicimuſ ualuiſſe
diluuium/ qui nulliſ aquiſ nulliſ flammiſ totum genuſ humanum perire cótendunt.
Reſtat ut dicant φ propterea dii eorum hebream ſapientiam laudauerunt/ quia iſtũ
pſalmú nó legerant. In pſalmo etiam quadrageſimonono de iudicio dei nouiſſimo
intelligitur dictú/ Deuſ manifeſte ueniet: deuſ noſter et nó ſilebit. ignis in cóſpectu
eiuſ ardebit: & in circuitu eiuſ tempeſtaſ ualida/ Aduocabit celú deſurſum: & terram
diſcernere populum ſuum/ Congregate illi ſanctoſ eius: qui diſponunt teſtamentum
eiuſ ſuper ſacrificia/ Hoc noſ de domino noſtro Ieſu chriſto intelligimuſ: quem de
celo ſperamuſ eſſe uenturum ad uiuoſ & mortuoſ iudicádoſ/ Manifeſtuſ enim ueniet
inter iuſtoſ et iniuſtoſ iudicaturuſ iuſte: q̃ priuſ uenit occultuſ ab iniuſtiſ iudicáduſ
iniuſte/ Ipſe inquam manifeſtuſ ueniet & non ſilebit/ id eſt in uoce iudicis euidenſ
apparebit qui priuſ cum ueniſſet occultuſ ante iudicem ſiluit/ quando ſicut ouiſ ad
immolándum ductuſ eſt. et ſicut agnuſ coram tódente ſe fuit ſine uoce/ Queádmodú
de illo per Yſaiá legimuſ prophetatum: & in euangelio uidemuſ impletú/ De igne
uero & tempeſtate cum in Yſaia propheta tale aliquid tractaremuſ quomó eſſent
hec intelligéda iam diximuſ/ Quod uero dictum eſt aduocabit celú ſurſum: quoniá
iuſti et ſancti recte celum appellátur/ nimirum hoc eſt quod ait apoſtoluſ: ſimul cú
illiſ rapiemur in nubibuſ obuiam chriſto in aera/ Nam ſc̃dm litere ſuperficiem quomó

ſurſum aduocatur celum quaſi poſſit eſſe niſi ſurſum. Quod autem adiunctum eſt: & terram diſcernere populú ſuú: ſi tantúmodo ſubaudiat᷑ aduocabit id eſt aduocabit terram: nec ſubaudiatur ſurſum: hunc uidetur habere ſenſum ſanctum: rectú fidele: ut celum intelligatur in eiſ qui cú illo ſunt iudicaturi: terram in eiſ qui iudicádi ſunt. ut aduocabit celum ſurſum nó hic intelligamuſ rapiet ĩ aereaſ: ſed in iudiciariaſ ſedeſ eriget. Poteſt et illud intelligi aduocabit celú ſurſum: aduocabit angeloſ in ſuperniſ & excelſiſ locis cum quibuſ deſcédat ad iudiciú faciendum. aduocabit & terram id ẽ homineſ in terra utiq; iudicandoſ. Si aút utrunq; ſubaudiendum ẽ cum dicit & terrá: id ẽ aduocabit & ſurſum ut iſte ſit ſenſuſ. Aduocabit celú ſurſum: & terrá aduocabit ſurſum: nihil meliuſ exiſtimo intelligi q̃ homineſ qui rapientur obuiá xp̃o in aera: ſed celum dictum propter aı̃maſ: terram propter corpora. Diſcernere porro populú ſuum: quod ẽ niſi per iudicium ſeparare bonoſ a maliſ tanq̃ oueſ ab hediſ. Deinde cóuerſio ſermoniſ ad angeloſ facta ẽ: congregate illi iuſtoſ eiuſ. Profecto enim per angelicú miniſteriú tãta reſ ꝑagenda ẽ. Si aút querimuſ quoſ iuſtoſ ei cógregaturi ſunt angeli: qui diſponunt inquit eiuſ teſtamentú ſuper ſacrificia: hec ẽ omniſ uita iuſtorum: diſponere dei teſtamentú ſuper ſacrificia. Aut enim opera miſericordie ſút ſuper ſacrificia id ẽ ſacrificiiſ preponẽda iuxta ſentẽtiá dei dicentiſ: miſericordiá uolo pluſ q̃ ſacrificium: aut ſi ſuper ſacrificia in ſacrificiiſ intelligitur dictum: quomó ſuper terram fieri dicitur qđ utiq; fit ĩ terra. Profecto ipſa opera miſericordie ſút ſacrificia quibuſ deo placetur: ſicut in libro decimo huiuſ operiſ me diſſeruiſſe iam reminiſcor. in q̇buſ operibuſ diſponút iuſti teſtamẽtum dei. Quia propter ꝓmiſſióeſ que nouo eiuſ teſtamẽto cótinent᷑: hec faciút. Unde cógregatiſ ſibi iuſtiſ ſuiſ: & ad ſuá dexterá cóſtitutiſ: nouiſſimo utiq; iudicio dicturuſ eſt chriſtuſ. Venite benedicti patriſ mei: poſſidete paratum uobiſ regnum a cóſtitutione mundi. Eſuriui enĩ et dediſtiſ mihi manducare: & cetera que ibi proferuntur de bonorú operibuſ boniſ: & eoꝝ premiiſ ſempiterniſ per ſententiam ultimam iudicantiſ. De ꝓphiá Malachie: q̃ dei iudiciũ ultimũ declarat: et q̃ꝗ̃ dicat ꝑ purificatorias penas faciendã emundatõe.

P Ropheta Malachiel ſiue Malachiaſ qui et angeluſ dictuſ eſt: q̃ etiá Eſdraſ ſacerdoſ cuiuſ alia ĩ canóe ſút ſcripta recepta ab aliq̇buſ credit᷑. Ná de illo hác hebreoꝝ opinioñ eẽ dicit Hieronimuſ: iudiciú nouiſſimú prophetauit dicẽſ. Ecce ueit dicit dñſ omnipotenſ: & quiſ ſuſtinebit dié introituſ eiuſ? Aut quiſ ferre poterit ut aſpiciat eú? Quia ipſe ingreditur quaſi ignis cóflatorii: & quaſi herba lauátiú. Et ſedebit cóflanſ & emundanſ ſicut aurum & ſicut argentú: & emundabit filioſ Leui. Et fundet eoſ ſicut aurum et argentum: & erút domino hoſtiaſ offerenteſ ĩ iuſtitia. Et placebit deo ſacrificiú iuda et hieruſalẽ ſicut diebuſ priſtiniſ: & ſicut ániſ ꝑoribuſ. Et accedam ad uoſ in iudicio: et ero teſtiſ uelox ſuper maleficoſ & ſuper adulteroſ: et ſuper eoſ qui iurant in nomine meo mẽdaciter: & q fraudát mercedẽ mercenarioſ: & opprimunt ꝑ potentiam uiduaſ: & percutiunt pupilloſ: & peruertút aduene iudiciú: & q me nó timẽt dicit dominuſ omnipotẽſ. Quoniá ego dominuſ ſum deuſ ueſter & nó mutor. Ex hiſ que dicta ſunt uidet᷑ euidentiuſ apparere: in illo iudicio quaſdam quorúdam purgatoriaſ penaſ futuraſ. Ubi enĩ dicitur: quiſ ſuſtinebit diem introituſ eiuſ: aut quiſ ferre poterit ut aſpiciat eum: q̃a ipſe ingredietur quaſi ignis cóflatorii: & quaſi herba lauantiú: & ſedebit cóflanſ et emundanſ ſicut aurú et ſicut argentum: et emundabit filioſ Leui: et fundet eoſ ſicut aurum et argentum: qđ aliud intelligẽdú eſt? Dicit tale aliquid & Yſaiaſ. Lauabit dominuſ ſordeſ filiorú et filiarum ſyon: et ſanguinẽ emundabit de medio eorú ſpiritu iudicii: et ſpiritu cóbuſtioniſ. Niſi forte

ſic eoſ dicendum eſt emundari a ſordibuſ & eliquari quodāmodo cum ab eiſ mali per penale iudicium ſeparantur ut illorũ ſegregatio atq; damnatio purgatio ſit iſtorũ. quia ſine taliũ de cetero commixtione uicturi ſunt. Sed cũ dicit et emũdabit filioſ Leui: & fũdet eoſ ſicut aurũ et argentũ: et erũt domino offerẽteſ hoſtiaſ in iuſticia: & placebit domino ſacrificiũ iuda & hieruſalẽ: utiq; oſtendit eoſ ipſoſ q emũdabunt deinde in ſacrificiiſ iuſticie eſſe domino placituroſ: ac p hoc ipſi a ſua in iuſticia mũdabuntur in qua domino hoſtie diſplicebant. porro in plena perfectaq; iuſticia cũ mundati fuerint ipſi erunt. Quid enim acceptiuſ deo taleſ offerunt: q̃ ſeipſoſ: Verũ iſta queſtio de purgatoriiſ penis: ut diligentiuſ pertractet̃ in tempuſ aliud differẽda eſt. Filioſ autem Leui: & iudam & hieruſalem: ipſam dei eccleſiam debemuſ accipere: & nõ ex hebreiſ tantũ: ſed ex aliiſ etiã gentibuſ cõgregatam: nec talem qualiſ nunc eſt: ubi ſi dixerimuſ quia peccatũ non habemuſ: noſ ipſoſ ſeducimuſ & ueritaſ ĩ nobiſ nõ eſt: ſed q̃liſ tũc erit uelut area p uẽtilationẽ: ita per iudiciũ purgata nouiſſimũ: eiſ quoq; igne mũdatiſ quibuſ taliſ mũdatio neceſſaria eſt: ita ut nulluſ omnino ſit q ſacrificium offerat pro peccatiſ ſuiſ. Omneſ enĩ qui ſic offerunt profecto in peccatiſ ſunt: pro quibuſ dimittendiſ offerunt: ut cum obtulerint acceptumq; deo fuerit: tũc dimittantur. De sacrificiis q sancti offerent deo ut placitura q̃mo diebus pristinis et annis prioribus placuerunt.

Volenſ aũt deuſ oſtendere ciuitatẽ ſuã tũc in iſta cõſuetudine nõ futuram: dixit filioſ Leui oblaturoſ hoſtiaſ in iuſticia. Non ergo in peccato: ac per hoc nõ p peccato. Vnde intelligi poteſt in eo quod ſecutuſ adiũxit atq; ait. Et placebit dño ſacrificiũ iuda & hieruſalẽ ſicut diebuſ priſtiniſ: et ſicut anniſ prioribuſ: fruſtra iudeoſ ſibi ſcd̃m legem ueteriſ teſtamenti: ſacrificiorũ ſuorum preterita tempora polliceri. Non enim tũc in iuſticia ſed in peccatiſ hoſtiaſ offerebãt: quãdo pro peccatiſ p̃cipue ac p̃mituſ offerebãt: uſq; adeo ut ſacerdoſ ipſe quẽ debemuſ utiq; credere ceteriſ fuiſſe iuſtiorem: ſcd̃m dei mãdatum ſoleret p ſuiſ offerre peccatiſ primũ: deinde pro populi. Quapropter exponere noſ oportet quomodo ſit accipiẽdum quod dictum eſt: ſicut diebuſ priſtiniſ & ſicut ãniſ prioribuſ. Forcaſſiſ enĩ tẽpuſ illud cõmemorat: quo p̃mi homineſ ĩ paradiſo fuerũt. Tunc enĩ puri atq; integri ab omni ſorde ac labe peccati: ſeipſoſ deo mũdiſſimaſ hoſtiaſ offerebant. Ceterum ex quo cõmiſſe preuaricationiſ cauſa inde dimiſſi ſũt: atq; ĩ eiſ humana natura damnata ẽ: excepto uno mediatore & poſt lauacrum regenerationiſ quibuſq; adhuc paruuliſ: nemo munduſ a ſorde ſicut ſcriptum eſt: nec infanſ cuiuſ eſt uita uniuſ diei ſuper terram. Quod ſi reſpõdetur eoſ etiam merito dici poſſe offerre hoſtiaſ ĩ iuſticia qui offerũt in fide: iuſtuſ enĩ ex fide uiuit: q̃uiſ ſeipſum ſeducat ſi dixerit ſe non habere peccatum: & ideo non dicat quia ex fide uiuit: nũquid dicturuſ eſt quiſpiam huiuſ fidei tẽpuſ illi fini eſſe coequandũ: quãdo igne iudicii nouiſſimi mũdabunt̃ qui offerunt hoſtiaſ in iuſticia. Ac per hoc quoniam poſt talem mundationẽ nullũ peccatũ iuſtoſ habituroſ eſſe credendũ eſt: p̃fecto illud tempuſ q̃tum attinet ad nõ habere peccatum: nulli tempori cõparãdũ eſt: niſi quãdo primi homineſ in paradiſo ante p̃uaricationẽ innocẽtiſſima felicitate uixerunt. Recte itaq; intelligit̃ hoc ſignatũ eſſe: cũ dictum eſt ſicut diebuſ p̃ſtiniſ: & ſicut ãniſ prioribuſ. Nam & per Yſaiam poſteaq̃ celũ nouũ et terra noua p̃miſſa eſt: ĩ terra cetera que ibi de ſanctorũ beatitudine per allegoriaſ & enigmata exeq̃: quibuſ expoſitionẽ cõgruã reddere noſ p̃hibuit uitãde longitudiniſ cura: ſcd̃m dieſ inquit ligni uite erunt dieſ populi mei. Quiſ aũt ſacraſ literaſ attigit & ignorat ubi deuſ plantauerit lignũ uite: a cuiuſ cibo ſeparatiſ illiſ hominibuſ qñ ſua eoſ de paradiſo

eiecit iniquitaſ. eadem ligno circumpoſita e ignea terribiliſq; cuſtodia. Quod ſi quiſq illoſ dieſ ligni uite quoſ cõmẽorauit Yſaiaſ ppheta. iſtoſ q nũc agunt eccleſie xpi dieſ eſſe cõtendit. ipſumq; xpm lignũ uite pphetice dictum. q ipſa e ſapiẽtia dei de qua Salomon ait lignũ uite e omnibuſ ãplectentibuſ eam. nec annoſ egiſſe aliquoſ in padiſo illoſ primoſ homineſ unde tam cito eiecti ſunt. ut nullũ ibi gignerẽt filiũ: & ideo nõ poſſe illud tempuſ intelligi in eo q dictũ eſt: ſicut diebuſ priſtiniſ & ſicut anniſ prioribuſ: iſtam preterea queſtiõem ne cogar qd plixũ eſt cũcta diſcutere. ut aliquid horũ mãifeſta ueritaſ cõfirmet. Video quippe alterũ ſenſũ ne dieſ priſtinoſ & ãnoſ prioreſ carnalium ſacrificiorũ nobiſ pro magno munere p ppheta credamuſ fuiſſe promiſſoſ. Hoſtie nanq; ille ueteriſ legiſ que de pecoribuſ immaculatiſ ac ſine ullo prorſuſ uitio iubebant offerri. ſignificabant homineſ ſanctoſ qualiſ ſoluſ inuẽtuſ eſt xpſ ſine ullo omnino peccato. Proinde quia poſt iudicium cũ fuerint etiã igne mũdati q eiuſmodi mũdatiõe ſunt digni. & in omnibuſ ſanctiſ nullũ inuenietur oĩo peccatum. atq; ita ſeipſoſ offerẽt in iuſticia. ut taleſ hoſtie omnimõ immaculate ac ſine ullo uitio ſint. future erũt profecto ſicut diebuſ priſtiniſ & ſicut anniſ p oribuſ: quãdo i umbra huiuſ rei future mũdiſſime hoſtie offerebant. Hec erit nãq; mũdicia tũc i immortali carne ac mẽte ſãctorũ. que figurabatur i illarũ corporibuſ beſtiarũ. Deinde propter eoſ qui nõ mũdatione ſed damnatione ſunt digni. & accedam inqt ad uoſ in iudiciũ: & ero teſtiſ uelox ſuper maleficoſ & ſuper adulteroſ. & cetera. qbuſ damnabilibuſ enumeratiſ criminibuſ addidit. quoniã ego dominuſ deuſ ueſter & nõ mutor. Tanq̃ diceret: cũ uoſ mutauerit in deteriuſ culpa ueſtra: & in meliuſ gratia mea: ego nõ mutor. Teſtem uero ſe dicit futurum: quia in iudicio ſuo non indiget teſtibuſ. Eũq; uelocẽ ſiue quia repente uẽturuſ eſt. eritq; iudiciũ ipſo inopinato eiuſ aduentu celerrimum. quod tardiſſimum putabatur. ſiue quia ipſaſ cõuincet ſine ulla ſermoniſ plixitate cõſcientiaſ. In cogitatõibuſ eni ſicut ſcriptũ eſt impii iterrogatio erit. Et apoſtoluſ: cogitationibuſ inquit accuſantibuſ uel etiam excuſantibuſ: in die qua iudicabit deuſ hominum occulta ſcdm euangelium meum per Ieſum chriſtum. Etiam ſic ergo dominuſ futuruſ itelligẽduſ e teſtiſ uelox. cũ ſine mora reuocaturuſ eſt in memoriã unde cõuincat puniatq; cõſcientiam. De ſeparatione bonorum et malorum per quã nouiſſimi iudicii ... declaratur. Ca. xxvii.

ILlud etiam quod aliud agenſ in octauodecimo libro ex iſto ppheta poſui. ad iudicium nouiſſimum pertinet ubi ait. Erunt mihi dicit dominuſ omnipotenſ in die in qua ego faciam in acquiſitionem: et eligam eoſ ſicut elegit homo filium ſuum qui ſeruit ei. Et cõuertar & uidebitiſ qd ſit inter iuſtũ & iniuſtũ: & inter ſeruientem deo et eum qui non ſeruit ei. Quia ecce dieſ uenit ardenſ ſicut clibanuſ: & comburet eoſ. Et omneſ erũt alienigene & uniuerſi qui faciunt iniquitatẽ ſtipula. & ſuccendet eoſ dieſ ueniẽſ dicit dñſ omipotẽſ. & nõ relinquet eiſ radix neq; ramuſ. Et orietẽ uobiſ q timetiſ nomen meũ ſol iuſticie: & ſanitaſ in pẽniſ eiuſ. & egrediemini & ſalietiſ ſicut uituli de uinculiſ relaxati. & cõculcabitiſ iniquoſ: & erũt ſub pedibuſ ueſtriſ cinĩſ dicit dominuſ omipotẽſ. Hec diſtãtia premiorũ atq; põderũ uel pena ıɀ iuſtoſ dirimenſ ab iniuſtiſ. que ſub iſto ſole in huiuſ uite uanitate nõ cernit. q̃ndo ſub illo ſole iuſticie in illiuſ uite manifeſtatiõe clarebit. Tunc profecto erit iudiciũ quale nunq̃ fuit. De lege Moyſi ſpiritaliter intelligenda ... Ca. xxviii.

QVod uero ſubiungit idem propheta: mementote legiſ Moyſi ſerui mei quam mãdaui ei i oreb ad omnẽ iſrael. precepta et iudicia: oportune cõmemorat poſt hoc declaratum tam magnũ futurũ inter obſeruatoreſ legiſ cõtemptoreſq; diſcrimen

ſimul etiam ut diſcant legem ſpiritualiter intelligere: & inueniant in ea chriſtū: per quem iudicem eſt facienda inter bonoſ et maloſ ipſa diſcretio. Non enī fruſtra idem dominuſ ait iudeiſ: ſi crederetiſ Moyſi crederetiſ et mihi. De me .n. ille ſcripſit. Carnaliter quippe accipiendo legem: & eiuſ ꝓmiſſa terrena rerum celeſtium eſſe figurā neſcienteſ: in illa murmura corruerunt ut dicere auderent: uanuſ eſt q̄ deo ſeruit. Et quid āpliuſ: quia cuſtodiuimuſ mādata eiuſ & q̄a ſupplices ambulauimuſ ante faciē domini omnipotētiſ. Et nunc noſ beatoſ dicimuſ alienoſ: & edificantur omneſ qui faciunt iniquitatē. Quibuſ eorum uerbiſ quodāmodo propheta cōpulſuſ ē nouiſſimū pronūciare iudicium: ubi mali nec falſo ſaltem ſint beati: ſed apertiſſime appareant miſerrimi: & boni nulla temꝑali ſaltē miſeria laborēt: ſed clara ac ſēpiterna beatitudine ꝑfruātur. Dixerat quippe iſtoꝝ talia quedam uerba: etiam ſuperiuſ dicentium omniſ qui malum facit: bonuſ eſt in conſpectu domini: & taleſ ei placent. Ad hec inq̄ cōtra dominū murmura ꝑuenerunt: legē Moyſi accipiendo carnaliter. Vnde & ille in pſalmo ſeptuageſimoſecūdo pene cōmotoſ dicit fuiſſe pedeſ ſuoſ: & effuſoſ greſſuſ ſuoſ utiq̄ in lapſum: quia zelauit ī peccatoribuſ pacē peccatorū intuenſ: ita ut inter cetera diceret. Quomodo ſciuit deuſ: et ſi eſt ſcientia in altiſſimo? Diceret etiā: nūq̄d uane iuſtificaui cor meū: & laui inter innocenteſ manuſ meaſ. Vt autē ſolueret hāc difficillimā queſtionem: que fit cum boni uidentur eē miſeri: et felices mali: hoc inq̄t labor eſt ātē me donec intrē in ſanctuariū dei: et intelligā in nouiſſima. In nouiſſiō quippe iudicio nō ſic erit: ſed apta iniquorum miſeria: & aperta felicitate iuſtorum: lōge q̄ nunc ē aliud apparebit.

De aduentu Helie ante iudicium cuius predicatione ſcripturarum ſecreta reſerante iudei conuerterentur ad xp̄m

Cum autē āmonuiſſet et meminiſſet legiſ Moyſi: quoniā preuidebat eoſ multo adhuc tēpore nō eā ſpiritualiter ſicut oportuerat accepturoſ: cōtinuo ſubiecit. Ecce ego uobiſ mittā Heliam theſbiten anteq̄ ueniat dieſ domini magnuſ & illuſtriſ: qui cōuertet cor patriſ ad filium: & cor hominiſ ad proximū ſuum: ne forte ueniens ꝑcutiā terram penituſ. Per hūc Heliā magnū mirabileq̄ ꝓphetā: expoſita ſibi lege ultimo tempore ante iudicium iudeoſ in chriſtum uerū id eſt ī chriſtum noſtrū eſſe crediturōſ: celeberrimum eſt in ſermonibuſ cordibuſq̄ fidelium. Ipſe quippe ante aduentum iudiciſ ſaluatoriſ nō immerito ſperatur eſſe uenturuſ: qui etiā nūc uiuere nō immerito creditur. Curru nāq̄ igneo raptuſ eſt de rebuſ humaniſ: qđ euidentiſſime ſancta ſcriptura teſtatur. Cum uenerit ergo exponēdo legem ſpiritualiter quam nūc iudei carnaliter ſapiūt: cōuertet cor patriſ ad filiū: id ē cor patrū ad filioſ. Singularē q̄ppe ꝓ numero plurali interꝓteſ .lxx. poſuerūt. Et ē ſenſuſ: ut filii etiā ſic ītelligāt legem id eſt iudei: quēadmodū eam patreſ intellexerūt id eſt ꝓpheteſ in q̄buſ erat & ipſe Moyſeſ. Sic enī cor patrum conuertetur ad filioſ: cū intelligentia patrū ꝑducet ad intelligentiam filiorū: & cor filiorum ad patreſ eorum: dum in id quod ſenſerunt illi cōſentiant et iſti. Vbi & .lxx. dixerunt: et cor hominiſ ad proximū ſuū. Sunt .n. inter ſe ualde proximi patreſ et filii. Quanq̄ in uerbiſ .lxx. īterpretū qui prophetice ſunt interpretati: poteſt aliuſ ſenſuſ idēq̄ lectioni cōgruenſ inueniri: ut intelligatur Heliaſ cor dei patriſ cōuerſuruſ ad filium. edocēdo q̄ pater diligat filium: ut et iudei quē priuſ oderant eundem diligant. Q̄ noſter ē chriſtuſ iudeiſ enī nunc auerſum cor habet deuſ a xp̄o noſtro: q̄a nō putāt eū deū eſſe neq̄ dei filiū. Eiſ ergo tūc cor eiuſ cōuertetur ad filium: cum ipſi cōuerſo corde didicerint dilectionē patriſ in filiū. Quod uero ſeq̄tur et cor hominiſ ad proximū ſuum: id eſt cōuertet Heliaſ cor hominiſ ad proximū ſuum: quid meliuſ intelligitur q̄ cor hominiſ ad hominē xp̄m. Cum enim ſit

in forma dei deuſ noſter: formã ſerui accipienſ eſſe etiã dignatuſ eſt noſter ꝓximuſ. Hec ergo faciet Helias ne forte inquit ueniã & ꝑcutiã terram penituſ. Terra ſūt .n. qui terrena ſapiunt ſicut iudei carnaleſ uſq; nunc ex quo uicio cõtra deum murmura illa uenerunt quia mali ei placent: & uanuſ eſt qui deo ſeruit.

Multa alia ſūt ſcripturaꝝ diuinarũ teſtimõia de nouiſſimõ iudicio dei: que ſi oĩa colligam nimiſ lõgum erit. ſatiſ ergo ſit ꝙ et nouiſ & ueteribuſ literiſ ſacriſ hoc prenũtiatum eſſe probauimuſ per chriſtum futurum eẽ iudiciũ: id eſt iudicem xp̄m de celo eſſe uẽturũ: nõ tam ueteribuſ q̃ nouiſ euidenter expreſſũ: propterea quia cũ ibi dicit̃ dominuſ deuſ eſſe uẽturuſ: uel dominũ deũ dicit̃ eſſe uenturũ: nõ cõſequẽter intelligit̃ chriſtuſ. dominuſ enĩ deuſ: & pater eſt & filiuſ et ſpirituſ ſãctuſ. Neq; hoc tamẽ inteſtatum noſ relinquere oportet. Primo itaq; demõſtrandũ eſt quẽadmodũ Ieſuſ chriſtuſ tanq̃ dominuſ deuſ loquatur in propheticiſ libriſ: & tamẽ Ieſuſ chriſtuſ euidenter appareat: ut et quãdo nõ ſic apparet & tamẽ ad illud ultimũ iudiciũ dñſ deuſ dicit̃ eſſe uẽturuſ poſſit Ieſuſ chriſtuſ itelligi. Eſt locuſ apud Yſaiam ꝓphetã: qui hoc qđ dico euidẽter oſtẽdit. Deuſ .n. p ꝓphetã: audi me inquit Iacob: & iſrael quẽ ego uoco. Ego ſũ ꝓmuſ & ego i ſẽpiternũ: manuſ mea fũdauit terrã: & dextera mea celũ firmauit. Vocabo eoſ et ſtabunt ſimul: & cõgregabũtur omneſ & audiẽt. Quiſ eiſ nuntiauit hec: Diligenſ te feci uolũtatem tuam ſuper babilonẽ: ut auferrẽ ſemen chaldeorũ. Et locutuſ ſum: & ego uocaui: adduxi eum & proſperã feci uiam eiuſ. Accedite ad me & audite hec. Non a principio in abſcõdito locutuſ ſum: quãdo fiebant ibi eram. Et nunc dominuſ deuſ miſit me: & ſpirituſ eiuſ. Nempe ipſe eſt qui loquebatur ſicut dominuſ deuſ: nec tamẽ intelligeret̃ Ieſuſ chriſtuſ: niſi addidiſſet & nunc dominuſ deuſ miſit me & ſpirituſ eiuſ. Hoc enĩ dixit ſcđm formam ſerui de re futura: p̄teriti temporiſ utenſ uerbo: quẽadmodum apud eũdem prophetam legitur: ſicut ouiſ ad immolandum ductuſ ẽ. Non enĩ ait ducet̃: ſed pro eo quod futurũ erat preteriti temporiſ uerbũ poſuit: & aſſidue ꝓpheta ſic loquit̃. Eſt & aliuſ locuſ apud Zachariã qui hoc euidẽter oſtendit: ꝙ omnipotẽtem miſit omnipotenſ. Quiſ: quẽ: niſi deuſ pater deum filiũ: Nam & ita ſcriptũ ẽ. Hec dicit omnipotẽſ. Poſt gloriam miſit me ſup genteſ que ſpoliauerũt uoſ: qa qui tetigerit uoſ: quaſi qui tãgit pupillã oculi eiuſ. Ecce ego īferam manũ meã ſuper eoſ: & erũt ſpolia hiſ qui ſeruierãt eiſ: & cognoſcetiſ quia dominuſ omnipotenſ miſit me. Ecce dicit dominuſ deuſ omnipotẽſ a domino omnipotente ſe miſſum. Quiſ hic audeat intelligere niſi chriſtũ loquentẽ: ſcilicet ouibuſ que perierãt domuſ iſrael. Ait nanq; in euangelio: non ſum miſſuſ niſi ad oueſ que perierũt domuſ iſrael: quaſ hic cõparauit pupille oculi dei: ꝓpter excellẽ/tiſſimũ dilectioniſ affectum: ex quo genere ouiũ etiam ipſi apoſtoli fuerũt: ſed poſt gloriam utiq; reſurrectõiſ ſue: que anteq̃ fieret ait euangeliſta Iohãneſ: nõdum erat ſpirituſ datuſ: quia Ieſuſ nondum fuerat glorificatuſ: etiam ſuper genteſ miſſuſ eſt in apoſtoliſ ſuiſ: ac ſic impletum eſt qđ in pſalmo legitur. Erueſ me de cõtradictõibuſ populi: cõſtitueſ me in caput gentiũ. Vt qui ſpoliauerant iſraelitaſ: quibuſq; iſraelite ſeruierãt quãdo ſũt gẽtibuſ ſubditi: nõ uiciſſim eodẽ modo ſpoliarent̃: ſed ipſi ſpolia fierent iſraelitarum. Hoc enĩ apoſtoliſ ꝓmiſerat dicẽſ: faciã uoſ piſcatoreſ hominũ. Et uni eoꝝ. Iam ex hoc inquit homineſ eriſ capieſ. Spolia ergo fiereñ: ſed in bonũ: tanq̃ erepta uaſa illi forti: ſed fortiuſ alligato. Item p eundẽ prophetam dominuſ loqueſ: & erit inqt in die illa querã auferre oẽſ genteſ que uenijũt cõtra hieruſalem: &

effundã ſup domũ Dauid & ſup habitatoreſ hieruſalẽ ſpiritũ gratie & miſericordie: & aſpicient ad me pro eo ꝙ inſultauerunt & plangent ſuper eo planctum q̃ſi ſuper cariſſimũ: et dolebunt dolore quaſi ſup unigenitum. Nunqd niſi dei eſt auferre oẽſ gẽteſ inimicaſ ſancte ciuitatiſ hieruſalem: que ueniunt cõtra eã id eſt cõtrarie ſũt ei? Vel ſicut alii ſunt interpretati ueniunt ſuper eam: id eſt ut eã ſibi ſubiciant: aut ſup domum Dauid effũdere & ſuper habitatoreſ eiuſdẽ ciuitatiſ ſpiritũ gratie & miſericordie. Hoc utiq; dei eſt: & ex perſona dei dicit̃ p propbetam: & tamen hunc deum tam magna et tam diuina facientẽ ſeipſũ xp̄ſ adiũgendo oſtendit atq; dicendo. Et aſpicient ad me pro eo ꝙ inſultauerũt: & plagent ſup eo planctũ q̃ſi ſuper cariſſimũ ſiue dilectum: et dolebũt dolore quaſi ſuper unigenitũ. Penitebit qppe iudeoſ in die illa etiã eoſ q accepturi ſũt ſpiritũ gratie & miſericordie: ꝙ in eiuſ paſſiõe iſultauerũt xp̄o: cũ ad eum aſpexerĩt in ſua maieſtate uenientẽ: eumq; eſſe cognouerint quem priuſ humilem in ſuiſ parentibuſ illuſerunt: q̃uiſ et ipſi parenteſ eorum tante illiuſ impietatiſ auctoreſ reſurgenteſ uidebunt eum: ſed puniẽdi iam nõ adhuc corrigẽdi. Non itaq; hoc loco ipſi intelligendi ſunt: ubi dictũ eſt & effũdam ſup domũ Dauid & ſuper habitatoreſ hieruſalem ſpiritum gratie & miſericordie: & aſpicient ad me ꝓ eo ꝙ inſultauerunt: ſed tantum de illoꝝ ſtirpe uenienteſ: qui per Heliam illo tempore credituri ſunt. Sed ſicut dicimuſ iudeiſ uoſ occidiſtiſ xp̄m: q̃uiſ parenteſ eorum hoc fecerunt: ſic et iſti ſe dolebũt feciſſe quodãmodo qḋ fecerunt illi ex quorum ſtirpe deſcẽdũt. Quãuiſ ergo accepto ſpiritu gratie & miſericordie iã fideleſ nõ damnabũt̃ cũ impiiſ parentibuſ ſuiſ: dolebũt tamẽ tanq̃ ipſi fecerit qḋ illi fecerunt. Non igitur dolebũt reatu criminiſ: ſed pietatiſ affectu. Sane ubi dixerũt .lxx. īterp̄teſ & aſpiciẽt ad me pro eo ꝙ inſultauerunt: ſic īterpretatũ eſt ex hebreo & aſpicient ad me quẽ cõfixerunt. Quo quidem uerbo euidẽtiuſ xp̄ſ crucifixuſ apparet. Sed illa inſultatio quã .lxx. ponere maluerunt: eiuſ uniuerſe non defuit paſſioni. Nam et detento: et alligato: & adiudicato: & opprobrio ignominioſe ueſtiſ induto & ſpiniſ coronato & calamo in capite percuſſo: & irridenter flexiſ genibuſ adorato et crucem ſuam portãti: & in ligno iam pẽdenti utiq; inſultauerũt. Proinde interp̄tationẽ nõ ſequẽteſ unã: ſed utranq; iũgenteſ: cum et inſultauerunt & cõfixerunt legimuſ: pleniuſ ueritatem dominice paſſioniſ agnoſcimuſ. Cum ergo in propheticiſ literiſ ad nouiſſimũ iudiciũ faciendum deuſ legitur eſſe uenturuſ & ſi eiuſ alia diſtinctio nõ ponat̃: tantũmodo ꝓpter ipſũ iudicium xp̄ſ debet intelligi: quia et ſi ipſe pater iudicabit: ꝑ aduentũ tñ filii hominiſ iudicabit. Nã & ipſe ꝑ ſue p̄ſentie manifeſtationẽ nõ iudicabit quenq̃: ſed omne iudiciũ dedit filio: q̃ manifeſtabit̃ hõ iudicaturuſ ſicut homo ẽ iudicatuſ. Quiſ eſt enĩ aliuſ de quo itẽ deuſ loquit̃ per Yſaiam ſub nomine Iacob & iſrael: de cuiuſ ſemine corpuſ accepit? Quod ita ſcriptũ eſt. Iacob puer meuſ: ſuſcipiam illum: iſrael electuſ meuſ aſſumpſit illũ anima mea: dedi ſpiritum meũ in illũ: iudiciũ gẽtibuſ ꝓferet. Nõ clamabit neq; ceſſabit: neq; audiet̃ foriſ uox eiuſ. Calamũ quaſſatũ nõ cõteret: & linũ fumigãſ nõ extinguet: ſed iueritate ꝓferet iudiciũ. Refulgebit & nõ cõfrigetur: donec ponet in terra iudiciũ: & ĩ nomĩe eiuſ gẽteſ ſperabũt. In hebreo nõ legit̃ Iacob: & iſrael: ſed quod ibi legit̃ ſeruuſ meuſ: nimirũ .lxx. īterp̄teſ admonere uolẽteſ q̃tenuſ accipiẽdũ ſit: q̃ ſcilicet ꝓpter formã ſerui ẽ dictũ in qua ſe altiſſimuſ humillimũ prebuit: ipſiuſ hominiſ nomẽ ad eũ ſignificandũ poſuerũt de cuiuſ genere eadẽ ſerui forma ſuſcepta eſt. Datuſ eſt in eum ſpirituſ ſanctuſ: quod columbe ſpecie euangelio teſte mõſtratum eſt. Iudiciũ gentibuſ ꝓtulit: quia prenũtiauit futurũ qḋ gentibuſ erat occultũ. Manſuetudĩe non clamauit: nec tamẽ in predicanda ueritate

ceſſauit: ſed nō eſt audita foris uox eius nec audiet: quādo quidem ab eis qui foris ab eius corpore ſūt preciſi nō illi obeditur. ipſoſq; ſuos perſecutores iudeos qui calamo quaſſato pdita integritate: & lino fumāti amiſſo lumine cōparati ſūt. Nō cōtriuit: nō extinxit: quia pepercit eis qui nondū uenerat eos iudicare ſed ab eis iudicari. In ueritate ſane iudiciū protulit: predicēs eis quādo puniendi eſſent: ſi in ſua malignitate perſiſterent. Refulſit in monte facies eius id eſt in orbe fama eius nec cōfractus ſiue cōtritus eſt quia nec in ſe nec in eccleſia ſua ut eſſe deſiſteret pſecutoribus ceſſit. Et ideo nō eſt factum nec fiet qđ inimici eius dixerūt uel dicūt: quādo morietur & pibit nomen eius. donec ponat in terra iudiciū. Ecce manifeſtatum eſt quod abſcōditum querebamus. Hoc eſt nouiſſimū iudiciū qđ ponet in terra cum ipſe uenerit de celo: de quo iam uidemus impletum quod hic ultimū poſitum ē: & in nomine eius gentes ſperabunt. Per hoc certe quod negari nō poteſt etiā illud credatur qđ impudenter negatur. Quis enī ſperaret q̄ etiam hi qui nolunt adhuc credere in xpm iā nobiſcū uident & cū negare nō poſſunt dētibus ſuis frendent & tabeſcunt: Quis inq̄ ſperaret gentes in chriſti nomine ſperaturas eſſe qn̄ tenebatur ligabatur cedebatur illudebatur & crucifigebatur quādo et ipſi diſcipuli ſpē pdiderūt quā in illo habere iā ceperāt? Quod tunc uix unus latro ſperauit in cruce nūc ſperant gentes longe lateq; diffuſe. et ne in eternum moriantur: ipſa in qua ille mortuus eſt cruce ſignantur. Nullus igitur uel negat uel dubitat p Ieſum xpm tale q̄le iſtis ſacris literis pnunciatur nouiſſimum futurū eſſe iudiciū niſi qui eiſdē literis neſcio qua incredula animoſitate ſeu cecitate nō credit: que iam ueritatē ſuam orbi demōſtrauere terrarū. In illo itaq; iudicio uel circa illud iudicium: has res futuras eſſe didicimus. Heliam theſbiten: fidem iudeorū: antichriſtū pſecuturū: xpm iudicaturum: mortuoꝝ reſurrectionē: bonoꝝ malorūq; direptionē: mūdi cōflagrationē euſdemq; renouationē. Que omnia quidem uētura eſſe credendū eſt ſed quibus modis & quo ordine ueniant magis tunc docebit rerum experientia: q̄ nūc ad pfectum hominū intelligētia ualet cōſequi. Exiſtimo tamē eo quo a me cōmemorata ſunt ordine eē uentura. Duo nobis ad hoc opus ptinētes reliq ſunt libri: ut adiuuante domino pmiſſa cōpleamus quorū primus erit de malorum ſupplicio: alius de felicitate iuſtoꝝ. In qbus ſicut deus dictauerit argumēta refellentur humana que contra predicta ac pmiſſa diuina ſapiēter ſibi miſeri reddere uidentur et ſalubris fidei nutrimēta uelut falſa & ridenda cōtemnūt. Qui uero ſcđm deū ſapiūt: omnia que incredibilia uidenē hominibus et tamē ſcripturis ſāctis quarū iā ueritas multis modis aſſerta ē cōtinent maximū argumētū tenēt ueracē dei omnipotētiā: quem certū nullomō habēt in eis potuiſſe mentiri et poſſe facere quod impoſſibile ē infideli.

AVRELII AVGVSTINI LIBER XXI. INCIPIT

de ordine diſputationis q̄ prius differendū eſt: de ppetuo ſupp̄lio dānatorū cū diabolo

CVm per Ieſum chriſtum dominū noſtrum iudicem uiuorum ac mortuorum ad debitos fines ambe peruenerit ciuitates quarū ē una dei altera diaboli cuiuſmōi ſit futurū ſuppliciū diaboli & omnium ad eum ptinētium: in hoc libro a nobis quantum ope diuina ualebimus diligētius diſputandum eſt. Ideo autem hunc tenere ordinē malui ut poſtea differā de felicitate ſcōꝝ quoniam utriq; cum corporibus erunt & incredibilius uidetur eē in eternis cruciatibus durare corpa q̄ ſine ullo dolore in eterna beatitudine pmanere. Ac per hoc cum illam penam nō debere eſſe incredibilē demōſtrauero: adiuuabit me plurimum ut multo facilius omni carens moleſtia immortalitas corporis in ſanctis

futura credat. Nec a diuinis ordo iſte abhorret eloquiis: ubi aliquãdo quidẽ bonorũ beatitudo prius ponit: ut eſt illud qui bona fecerunt in reſurrectionẽ uite: qui autẽ mala egerũt in reſurrectionẽ iudicii. Sed aliqñ & poſterius: ut eſt mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius omnia ſcandala: & mittent in caminum ignis ardẽtis: illic erit fletus & ſtridor dẽtiũ. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Et illud: ſic ibunt impii in eternũ ſupplicium: iuſti autem ĩ uitam eternã. Et in ꝓphetis quod cõmemorare longũ eſt: nũc ille nũc iſte ordo ſi quis inſpiciat inueniẽ. Sed ego iſtũ qua cauſa elegerĩ dixi.

QVid igit oſtendã unde cõuincant increduli: poſſe humana corpora animata atq; uiuentia nõ ſolũ nunq̃ morte diſſolui: ſed ĩ eternoꝝ quoq; ignium durare tormentis. Nolũt enim hoc ad omnipotẽtis nos referre potentiã: ſed aliquo exẽplo perſuaderi ſibi flagitant. Quibus ſi reſpõdebimus eſſe animalia pfecto corruptibilia quia mortalia: que tamen in mediis ignibus uiuant: nõnullũ etiã genus uermium in calidar ũ aquarum ſcaturigine reperiri: quarũ feruorẽ nemo impune cõtrectat: illos autem nõ ſolũ ſine ulla ſui leſione ibi eſſe: ſed extra eſſe nõ poſſe: aut nolunt credere ſi oſtendere nõ ualemus: aut ſi ualuerimus ſuis oculis demõſtrare: eſ ipſa ſiue p teſtes idoneos edocere: nõ ſatis hoc eẽ ad exemplũ rei de qua queſtio eſt: eadem ĩfidelitate contendent. quia hec animalia nec ſemp uiuunt: & in illis feruoribus ſine doloribus uiuũt: ſue quippe nature cõuenientibus uegetant: illis nõ cruciant elementis. q̃ſi non incredibilius ſit uegitari quã cruciari talibus rebus. Mirabile ẽ enĩ in ignibus dolere & tamẽ uiuere: ſed mirabilius in ignibus uiuere nec dolere. Si autẽ hoc creditur: cur non & illud.

SEd nullũ ẽ corpus inquĩt qđ dolere poſſit nec mori poſſit. Et unde hoc ſcimus? Nã de corporibus quis certus eſt demonũ utrũ in eis doleant: quãdo ſe affligi magnis cruciatibus cõfitentur. Quod ſi confitentur terrenũ corpus ſolidũ ſcilicet atq; cõſpicuũ nullũ eẽ: atq; ut uno potius id nomine explicẽ nullã eſſe carnẽ que dolere poſſit moriq; nõ poſſit: quid dicit aliud niſi qđ ſenſu corporis homines & experiẽtia collegerunt. Nullam nanq; carnẽ niſi mortalẽ ſciunt. Et hec eſt tota eorum ratio: ut quod experti nõ ſunt: nequaq̃ eſſe poſſe arbitrẽtur. Nam cuius rationis ẽ dolorẽ facere mortis argumẽtum: cũ uite potius ſit indicium. Et ſi enĩ querimus utrũ ſemper uiuere poſſit: certum tamẽ eſt uiuere omne quod dolet: doloremq; omnem niſi ĩ re uiuente eſſe nõ poſſe. Neceſſe ẽ ergo ut uiuat dolens: nõ eſt neceſſe ut occidat dolor: quia nec corpora iſta mortalia & utiq; moritura omnis dolor occidit. Vt aũt dolor aliquis poſſit occidere: illa cauſa eſt: quoniam ſic eſt anima cõnexa huic corpori: ut ſummis doloribus cedat atq; diſcedat. Quoniam & ipſa cõpago mẽbroꝝ atq; uitaliũ ſic infirma eſt: ut eam uidelicet que magnũ uel ſummum dolorem facit non ualeat ſuſtinere. Tunc autem tali corpori anima et eo modo cõnectetur: ut illud uinculum ſicut nulla temporis lõgitudine ſoluitur: ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam ſi caro nunc talis nulla eſt que ſenſum doloris perpeti poſſit: mortẽq; non poſſit: erit tamen tũc talis caro qualis nũc nõ ẽ. Nõ enim nulla ſed ſempiterna mors erit: quãdo nec anima uiuere poterit deum nõ habẽdo: nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem de corpore pellit: ſecunda mors animã nolentẽ tenet in corpore. Ab utraq; morte communiter id habetur: ut quod nõ uult anima de ſuo corpore patiatur. Attẽdunt autem iſti cõtradictores: nullam nunc eſſe carnem que dolorem pati poſſit: mortemq; nõ poſſit: et nõ attendunt tamẽ aliquid tale eſſe qđ corpore maius ſit. Ipſe quippe animus cuius preſentia corpus uiuit & regit: & dolorẽ

pati poteſt & mori non poteſt ¶ Ecce inuenta res eſt: que cum ſenſum doloris habeat: īmortalis eſt ¶ Hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum quod nūc eſſe ſcimus in animis omniū ¶ Si autem diligentius conſideremus: dolor qui dicit corporis magis ad animam pertinet ¶ Anime enī eſt dolere nō corporis: etiam quādo ei dolēdi cauſa exiſtit a corpore cū in eo loco dolet ubi ledit corpus ¶ Sicut enī dicimus corpa ſentiētia & corpora uiuentia cum ab anima ſit corpori ſenſus & uita ſic & corpora dicimus & dolentia cum dolor corporis niſi ab anima eſſe nō poſſit ¶ Dolet itaq; aīa cū corpe: in eo eius loco ubi aliqd cōtigit ut doleat ¶ Dolet & ſola quis in corpore ſit: cum aliqua cauſa etiam inuiſibiliter triſtis eſt ipſa in corpore incolumi ¶ Dolet enim nō in corpore cōſtituta ¶ Nam utiq; dolebat diues ille apud inferos quādo dicebat: crucior in hac flāma ¶ Corpus aūt nec ex aīe dolet: nec aīatū ſine aīa dolet ¶ Si ergo a dolore argumētū recte ſumeret ad mortē ut ideo mors poſſit accidere qa potuit o ccidere & dolor magis ad animā mori ptineret ad quā magis ptinet et dolere ¶ Cū illa uero que magis dolere poteſt nō poſſit mori: qd momēti affert cur illa corpora qm̄ i doloribus ſūt futura ideo moritura etiā eē credamus ¶ Dixerūt quidā platonici: ex terrenis corporibus moribūdiſq; mēbris eſſe anime & metuere et cupere & dolere atq; gaudere ¶ Vnde uirgilius Hinc inquit. i. ex moribundis terrenis corporis mēbris: metuūt: cupiūt: dolētq; gaudētq; ¶ Sed cōuicimus eos in. xii. huius operis libro habere animas ſcd̄m ipſos ab omni etiam corporis labe purgatas diram cupiditatē qua rurſus incipiunt in corpora uelle reuerti ¶ Vbi autem poteſt eē cupiditas: pfecto etiā dolor poteſt ¶ Fruſtra qppe cupiditas ſiue nō puenīedo quo tendebat ſiue amittendo quo puenerat uertitur in dolorem ¶ Quapropter ſi anima que uel ſola uel dolet maxīe: habet tamē quādam pro ſuo modo immortalitatē ſuam nō ideo mori poterunt illa corpora quia dolebunt ¶ Poſtremo ſi corpa faciunt ut anime doleant cur eis dolorē poſſunt mortem uero inferre nō poſſunt niſi quia nō eſt cōſequēs ut mortem faciat quod dolorem facit ¶ Cur ergo incredibile eſt ita ignem illis corporibus dolorē poſſe inferre nō mortē ſicut ipſa corpora dolere animas faciunt quas tamē nō ideo mori cogunt? ¶ Non eſt igit̄ neceſſarium future mortis argumentū dolor.

Quapropter ſicut ſcripſerūt q̄ naturas animaliū curioſius indagarūt ſalamādra in ignibus uiuit & quidā notiſſimi ſicilie mōtes qui tanta tēporis diuturnitate atq; uetuſtate uſq; nunc et deinceps flāmis eſtuant: atq; integri pſeuerāt ſatis idonei teſtes ſunt nō omne quod ardet abſumi & anima iudicat nō oīe qd̄ dolere poteſt poſſe etiam mori ¶ Quid adhuc a nobis rerū poſcunt exempla quibus doceamus nō eſſe incredibile ut hominū corpa ſempiterno ſupplitio punitorum et ī igne animā nō amittant: & ſine detrimēto ardeant: et ſine interitu doleāt ¶ Habebit enī tūc iſta carnis ſubſtātia qualitatē ſuā ab illo inditam q̄ tam miras & uarias tot rebus indidit quas uidemus ut eas quia multe ſunt non miremur ¶ Quis enim niſi deus creator oīm dedit carnis pauonis mortui ne putreſceret? ¶ Quod cū auditu incredibile uideretur: quātum uiſum eſt decerptum iuſſimus ſeruari ¶ Quod poſt dierum tantū ſpatiū q̄nto eueniret ut apud cartaginē nobis cocta apponeret̄ hec auis de cuius pectore pulparū alia caro cocta quecūq; putreſceret platū atq; oblatū nihil noſtrū offēdit olfatū. ¶ Itemq; repoſitum eſt poſt dies amplius q̄ triginta: idem quod erat inuētum eſt ¶ Idēq; poſt annum: niſi q̄ aliquantum corpulentie ſiccioris & cōtractioris fuit ¶ Quis palee dedit uel tam frigidā uim: ut obrutas niues ſeruet uel tā feruidā: ut poma īmatura maturet ¶ De ipſo igne mira quis explicet? ¶ Quo queq; aduſta nigreſcunt cum ipſe ſit

lucidus: et pene omĩa que ambit & labit colore pulcerrimus decolorat: atq; ex ꝑma fulgida carbonem teterrimũ reddit. Neq; id quaſi regulariter diffinitum eſt. Nam ex contrario lapides igne candẽte percocti: & ipſi fiunt candidi: & quãuis ille magis rubeat: illi albido colore niteſcãt: congruit tamẽ illi luci quod album eſt ſicut nigrũ tenebris. Cum itaq; ignis in lignis ardeat ut lapides coquat: cõtrarios habet nõ in cõtrariis rebus effectus. Et ſi enĩ lapides & ligna diuerſa ſint: contraria tamẽ non ſunt: ſicut album & nigrum: quorum in lapidibus unum facit: alterũ in lignis: clarus illos clarificans: hec obfuſcãs: cum in illis deficeret: niſi ĩ iſtis uiueret. Quid in carbonibus? Nonne miranda eſt & tanta infirmitas: ut ictu leuiſſimo frangant: preſſu faciliimo cõterant: & tãta firmitas: ut nullo humore corrũpãt: nulla etate uincant: uſq; adeo ut eos ſubſternere ſoleant qui limites figũt: ad cõuincẽdum litigatorem: quiſquis poſt quãtalibet tempa extiterit: fixũq; limitẽ non eſſe cõtendent. Quis eos ĩ terra hũida infoſſos: ubi ligna putreſcerent: tam diu durare incorruptibiliter poſſe: niſi rerum ille corruptor ignis efficiat? Intueãtur etiã miraculũ calcis. Excepto eo de quo iã ſatis diximus: ꝙ igne candeſcat quo alia tetra redduntur: occultiſſime etiam ab igne ignẽ cõcipit. Cumq; iam gleba tangentibus frigida ſit: ignem tam latenter ſeruat: ut nulli noſtro ſenſui prorſus appareat: ſed cõpertus experimento etiam dum non apparet: ſciatur ineſſe ſopitus. Propter quod eam uiuã calcem loquimur: uelut ipſe ignis latens anima ſit inuiſibilis uiſibilis corporis. Iam uero q̃mirum eſt ꝙ cum extinguitur tunc accẽdit? Ut. n. occulto igne careat aqua ei infũditur: aqua ue perfunditur. Et cum ante ſit frigida: inde ferueſcit unde feruentia cuncta frigeſcũt. Ergo uelut expirãte illa gleba: diſcedens ignis qui latebat apparet: ac deinde tanq̃ mortua ſic frigida ẽ: ut adiecta unda nõ ſit arſura: & quam calcem uocabamus uiuam: uocemus extinctam. Quid eſt qđ huic miraculo addi poſſe uideat? Et tamẽ addit. Nam ſi nõ adhibeas aquã ſed oleum: quod magis fomes eſt ignis: nulla eius ꝑfuſione uel infuſiõe ferueſcit. Hoc miraculũ ſi de indico lapide legeremus ſiue audiremus: & in noſtrũ expimentũ uenire nõ poſſet: profecto aut mẽdaciũ putaremus aut certe granditer miraremur. Quarum uero rerum ante oculos noſtros quotidiana documẽta uerſant: nõ genere minus mirabili ſed ipſa aſſiduitate uileſcunt: ita ut ex ipſa india que remota eſt pars orbis a nobis: deſiereũs nõnulla mirari que ad nos potuerũt mirãda ꝑduci. Adamãtẽ multi apud nos habent: & maxime aurifices inſignitoreſq; lapidũ gẽmarũq; lapis nec ferro nec igni: nec alia ui ulla ꝓhibet ꝑter hircino ſanguine uinci. Sed qui eũ habẽt atq; nouerunt: nunqđ ita mirant ut hi quibus primũ potẽtia eius oſtendit? Quibus autẽ nõ oſtendit: fortaſſe nõ credũt: aut ſi credũt inexperta mirant. Et ſi cõtigerit experiri: adhuc quidẽ mirantur inſolita: ſed aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem nouimus mirabilẽ ferri eſſe raptorẽ. quod cum primũ uidi: uehementer inhorrui. Quippe cernebã a lapide ferreũ anulũ raptũ atq; ſuſpenſum. Deinde tanq̃ ferro quod rapuerat uim dediſſet ſuã: cõmuneq; feciſſet: idem q; anulus admotus ẽ alteri: eũq; ſuſpẽdit: atq; ut ille prior lapidi: ſic alter anulus priori anulo coherebat. Acceſſit illi eodem modo tertius: acceſſit et quartus. Iamq; ſibi ꝑ mutua cõnexis circulis nõ ĩplicatorũ intrinſecus: ſed extrĩſecus adherẽtiũ quaſi catena pepẽderat anulorũ. Quis iſtam uim lapidis nõ ſtuperet: que illi nõ ſolũ inerat: uerum etiam per tot ſuſpenſa tranſibat: & inuiſibilibus ea uinculis ſubligabat. Sed multo eſt mirabilius: quod a fratre et coepiſcopo meo Seuero milleuitano: de iſto lapide comperi. Seipſum nanq; uidiſſe narrauit: quemadmodũ Bathanus comes quondam affrice cum apud eum cõuiuaretur epiſcopus: eundem ꝑtulerit lapidem &

tenuerit ſub argento ferrū q́ȝ ſuper argentū poſuerit. Deinde ſicut ſubter mouebat manū qua tenebat lapidē ita ferrum deſup mouebatur: atq́ȝ argēto medio nihilo patienti: cócitatiſſimo curſu ac recurſu infra lapis ab homine: ſupra ferrū rapiebatur a lapide. Dixi quod ipſe cóſpexi: dixi quod ab illo audiui: cui tanquam ipſe uiderim credidi. Quid etiā de iſto magnete legerim dicā. Quādo iuxta eū ponit adamas: nó rapit ferrum: & ſi iam rapuerat: ut ei appropinquerit mox remittit. India mittit hos lapides. Sed ſi eos nos cognitos iam deſiſtimus admirari: quanto magis illi a quibus ueniunt ſi eos facillimos habent: ſic forſitan habent ut calcem nos quā miro modo aqua ferueſcentem qua ſolet ignis extingui: et oleo non ferueſcentē quo ſolet ignis accēdi: quia in próptu nobis eſt nó miramur?

Verūtamen homines infideles qbus cū diuina uel preterita uel futura miracula predicamus: que illis experiēda nó ualemus oſtendere: rationem a nobis earū rerum flagitant: quam quoniam nó poſſumus reddere: excedunt enim uires mentis humane: exiſtimāt falſa eē que dicimus: ipſi de tot mirabilibus rebus quas uel uidere poſſumus uel uidētis deberēt reddere ratonē. Quod ſi fieri ab hoīe nó poſſe uiderit: fatendū eſt eis nó ideo aliquid nó fuiſſe uel futurū nó eſſe qa ratio reddi nó poteſt: qn̄ quidē ſunt iſta de qbus ſimiliter nó poteſt. Non itaq́ȝ pgo p plurima que mādata ſūt litteris: nó geſta atq́ȝ trāſacta: ſed ī locis qbuſq́ȝ manētia. quo ſi ire quis q̄ uoluerit & potuerit: utrū uera ſint explorabit. Sed pauca cómēoro. Agrigentinum ſicilie ſalē perhibent cū fuerit admotus igni uelut in aqua flueſcere: cū uero ipſi aque adiūgit̄ uelut in igne crepitare. Apud garamantas quēdam fontem fertur eſſe tam frigidum diebus ut nó bibatur: tam feruidum noctibus ut nó tangatur. In epiro aliū fontē in quo faces ut in ceteris extinguūtur accēſe: ſed nó ut in ceteris accendunt̄ extincte. Asbeſton archadie lapidē ppterea ſic uocari: q̄ accēſus ſemel iam nó poſſit extingui. Lignum cuiuſdam ficus egiptie: nó ut ligna cetera ī aquis natare ſed mergi: & qd̄ eſt mirabilius cū in ima aliquādiu fuerit inde ad aque ſupficiem rurſus emergere: qn̄ madefactū debuit humoris pódere pgrauari. Poma ī terra ſodomoꝝ gigni qdem & maturitatis faciem puenire ſed ore morſu ue temptata in fumum ac fauillam corrō fateſcente uaneſcere. Piritem lapidem pſicū tenentis manum ſi uehemētius prematur adurerē: ppter qd̄ ab igne nomē accepit. In eadē perſide gigni etiā lapidē Selinten. cuius interiorem candorem cum luna creſcere atq́ȝ deficere. In capadocia etiā uento equas cóncipere: eoſdemq́ȝ fetus nó amplius triennio uiuere. Thilon indie inſulam eo preferro ceteris terris: q̄ omnis arbor que ī ea gignit̄ nūquā nudat̄ tegmine folioꝝ. De his atq́ȝ aliis innumerabilibus mirabilibus: que hiſtoria nó factorū & tranſactorū ſed manentiū locorū tenet: mihi aūt aliud agenti ea pſequi nimis lógum eſt: reddāt rationē ſi poſſunt infideles iſti qui nolūt diuinis litteris credere: qd aliud q̄ nó putāt eas eſſe diuinas: eo quod res habeāt incredibiles ſicut hoc eſt unde nunc agimus. Nó enim admittit inquiunt ulla ratio ut caro ardeat neq́ȝ abſumat̄: doleat neq́ȝ moriat̄: ratiocinatores ſcilicet magni: qui de omnibus rebus quas eſſe mirabiles conſtat poſſint reddere rationē. Reddant ergo rationē de his que pauca poſuimus. Que pculdubio ſi eſſe neſcirent & ea futura eē diceremus: multo minus crederēt q̄ qd̄ nunc dicētibus nobis nolunt credere aliqn̄ eſſe uenturū. Quis enim eoꝝ nobis crederet: ſi quēadodū dicimus hoīm corpora uiua futura: que ſemper arſura atq́ȝ dolitura nec tamē aliqn̄ ſint moritura: ita diceremus in futuro ſeculo futurū ſalem quem faceret ignis uelut in aqua flueſcere: eundēq́ȝ faceret aqua uelut in igne crepitare: aut futurū fótem cuius

aqua in refrigerio noctibꝰ ſic ardeat ut nō poſſit tāgi: in eſtibuſ uero diei ſic algeat ut
bibi nō poſſit: aut futurū lapidē uel eū q ſuo calore manū cōſtringētiſ adurereteſ: uel
eum q undecūq; accenſuſ extingui omnino nō poſſet: & cetera que pretermiſiſ aliiſ
innumeriſ cōmemoranda interim dixi. Hoc ergo in illo ſeculo quod futurum eſt ſi
diceremuſ futura: nobiſq; increduli reſpōderēt: ſi uultiſ ut ea credāuſ de ſingulis reddite
rationem: Noſ nō poſſe cōfiteremur: eo ꝙ iſtiſ et ſimilibuſ dei miriſ operibuſ infirma
mortalium ratiocinatio uinciturt. Fixā tñ rationem apud noſ eſſe non ſine ratione:
omnipotentē facere unde animuſ humanuſ infirmuſ rationem nō poteſt reddere: &
in multiſ quidem rebuſ incertum nobiſ eſſe quid uelit: illud tamē eſſe certiſſimū nihil
eorum illi eſſe impoſſibile quecunq; uoluerit: eiq; noſ credere predicenti: quem neq;
impotentē neq; mētientē poſſumuſ credere. Hi tamē fidei reprehēſoreſ exactoreſq;
rationiſ: qd ad iſta reſpōdent de quibuſ ratio reddi ab homine nō poteſt: & tñ ſūt: & ipſi
rationi nature uidentur eſſe cōtraria? Que ſi futura eſſe diceremuſ: ſimiliter a nobiſ
ſicut eorum que futura eſſe dicimuſ: ab infidelibuſ ratio poſceretur. Ac per hoc cum in
talibuſ operibuſ dei deficiat ratio cordiſ & ſermoniſ humani: ſicut iſta non ideo non
ſunt: ſic nō ideo etiā illa nō erūt: qm̄ ratio de utriſq; ab homine nō poteſt reddi.

Hic forte reſpondeāt. Prorſuſ itaq; nec iſta ſunt nec iſta credimuſ: falſa que hiſ
dicta: falſa cōſcripta ſunt. Et adiciāt ratiocinātes atq; dicentes. Si talia credēda
ſūt: credite et uoſ quod in eiſdem literiſ eſt relatum: fuiſſe uel eſſe quoddam Veneriſ
pbanum atq; ibi candelabrum: et in eo lucernam ſub diuo ſic ardentē: ut eam nulla
tempeſtaſ nulluſ imber extingueret. Vnde ſicut ille lapiſ: ita iſta lichnoſ aſbeſtoſ id
eſt lucerna inextīguibiliſ nominata eſt. Quod ppterea poterūt dicere: ut reſpōdēdi
nobiſ anguſtiaſ ingerant: quia ſi dixerimuſ nō eſſe credēdum: ſcripta illa miraculorū
infirmabimuſ: ſi autē credendū eſſe cōſenſerimuſ: firmabimuſ numina paganorū. Sed
noſ ſicut iā i libro duodeuiceſimo huiuſ operiſ dixi: nō habemuſ neceſſe oīa credere
que hiſtoria cōtinet gentium: cum & ipſi inter ſe hiſtorici ſicut ait Varro: quaſi data
opera et quaſi ex induſtria pmulta diſſentiant: ſed ea ſi uolumuſ credimuſ: que non
aduerſātur libriſ quibuſ nō dubitamuſ oportere noſ credere. De hiſ autē miraculorū
lociſ nobiſ ad ea que futura pſuadere increduliſ uolumuſ ſatiſ illa ſufficiant: que noſ
poſſumuſ quoq; experiri: et eorū teſteſ idoneoſ nō difficile eſt inuenire. De iſto aūt
pbano Veneriſ & lucerna inextinguibili: nō ſolū in nullaſ coartamur āguſtiaſ: uerū
etiā latitudiniſ nobiſ campuſ aperitur. Addimuſ enī ad iſtam lucernā inextinguibilē
& humanarū et magicarū id ē per homineſ demonicarū artium & ipſorū per ſeipſoſ
demonum multa miracula: que ſi negare uoluerimuſ: eidem ipſi cui credimuſ ſacrarū
literarū aduerſabimur ueritati. Aut ergo i lucerna illa mechanicū aliquid de lapide
aſbeſtō arſ humana molita eſt: aut arte magica factū eſt qđ homineſ illo mirarenē
in templo: aut demon quiſpiam ſub nomine Veneriſ tanta ſe efficacia pſentauit: ut
hoc ibi pdigium & appareret hominibuſ: & diutiuſ pmaneret. Illiciunē aūt demōeſ
ad inhabitandum per creaturaſ: quaſ nō ipſi ſed deuſ cōdidit: delectabilibuſ pro ſua
diuerſitate diuerſiſ: nō ut animalia cibiſ ſed ut ſpirituſ ſigniſ: que cuiuſq; delectationi
cōgruūt: p uaria genera lapidum: herbarū: lignorum: animalium: carminū: rituum.
Vt autem illiciātur ab hominibuſ: priuſ eoſ ipſi aſtutiſſima calliditate ſeducunt: uel
inſpirando eorum cordibuſ uiruſ occultum: uel etiam fallacibuſ amicitiiſ apparendo:
eorumq; paucoſ diſcipuloſ ſuoſ faciunt: plurimorumq; doctoreſ. Neq; enī potuit niſi
primum illiſ docentibuſ diſci: quid quiſq; illorū appetat quid exhorreat: quo inuitet

numine uel cogatur/unde magice arteſ earumq; artificeſ extiterunt/Maxime autē poſſident corda mortalium: qua potiſſimū poſſeſſione gloriant̄ cū ſe transfigurāt in angeloſ lucis/Sunt ergo facta eoꝝ plurima: que quanto magiſ mirabilia cōficemur: tanto cautiuſ uitare debemus/Sed hec unde nunc agimuſ nobiſ etiam ipſa pficiun.t/Si enim hec immundi demoneſ poſſunt/quanto potentioreſ angeli ſancti/Quanto potentior hiſ omnibuſ deuſ qui tantorum miraculorū effector: qa etiā ipſoſ angeloſ fecit?/Quamobrem ſi tot & tanta tamq; mirifica que mechanemata appellant dei creatura utētibuſ humāiſ artibuſ fiunt/ut ea qui neſciūt opinētur eſſe diuina/unde factū eſt ut in quodam templo lapidibuſ magnetibuſ in ſolo & in camera pporcióe magnitudiniſ poſitiſ: ſimulacrū ferreū aeriſ illiuſ medio īter utrūq; lapidē ignorātibuſ quid ſurſum eſſet ac deorſum: quaſi numiniſ poteſtate pēderet/Quale aliquid etiam in illa lucerna Veneriſ de lapide aſbeſton ab artifice fieri iam diximuſ potuiſſe/Si magnorum opera quoſ noſtra ſcriptura ueneficoſ & incantatoreſ uocat in tantum demóeſ extollere potuerūt/ut cōgruere hoim ſenſibuſ ſibi nobiliſ poeta uideret de quadā femina que tali arte polleret dicenſ/Hec ſe carminibuſ pmittit ſoluere mētes. Quas uelit aſt aliis duraſ īmittere curas. Siſtere aquam fluuiiſ et uertere ſidera retro. Nocturnoſq; ciet maneſ mugire uidebis/Sub pedibuſ terrā & deſcendere montibuſ ornos/Quāto magiſ deuſ poteſt ē facere/que īfidelibuſ ſūt īcredibilia/ſed illiuſ facilia poteſtati/qn̄ qdem ipſe lapidū aliarūq; uim rerū/& hoim ingenia: qui ea miriſ utūt modiſ/angelicaſq; naturaſ oībuſ terreniſ potentioreſ animantibuſ cōdidit/uniuerſa mirabilia mirabili uincēte uirtute/et operandi iubendi ſinendiq; ſapiētia/utenſ oībuſ tā mirabiliter quā creauit?

Cur itaq; facere nō poſſit deuſ ut reſurgant corpa mortuorū/& in igne eterno crucient̄ corpora damnatorū/qui fecit mundū: in celo in terra/i aere in aquis: innumerabilibuſ miraculiſ plenum/cū ſit omnibuſ quibuſ plenuſ ē pculdubio maius & excellentiuſ etiam mūduſ ipſe miraculū/Sed iſti cū quibuſ uel cōtra quoſ agimus: qui et deum eſſe credunt a quo factuſ ē mūduſ/& deoſ ab illo factoſ per quoſ ab illo adminiſtrat̄ hic mūduſ/& miraculorū effectriceſ ſiue ſpontaneorum ſiue ritu & cultu quolibet impetratorū/ſiue etiam magicorū mūdanaſ uel non negant uel inſuper et predicant poteſtateſ/qn̄ eiſ rerum uim mirabilem proponimuſ aliaꝝ/que nec aīalia ſunt rationalia/nec ulla racōe pdita ſpiritus/ſicut ſūt ea quoꝝ pauca cōmēorauimus: reſpōdere aſſolent/Viſ eſt iſta nature: natura eorū ſic ſe habet: propriarum iſte ſunt efficacie naturarū/Tota itaq; racio eſt cur agrigentinū ſalē flāma fluere faciat: aq̄ crepitare: qa hec eſt natura eius/Ac hoc eſſe potiuſ cōtra naturam uidet̄: que nō igni ſed aque dedit ſalem ſoluere/torrere autem igni nō aque/Sed iſta inquiūt ſaliſ huiuſ naturaliſ eſt uiſ: ue hiſ cōtraria patiat̄/Hec igit̄ racio reddit̄ & de illo fōte garamā/tico: ubi una uena friget diebus: noctibuſ feruet: ui utraq; moleſta tangentibus/Hec & de illo alio qui cū ſit cōtrectantibuſ frigiduſ: & facem ſicut alii fonteſ extinguat accenſam: diſſimiliter tamē atq; mirabiliter idem ipſe accēdit extinctam/Hec & de lapide aſbeſton: qui cū ignem nullū habeat propriū: accepto tamē ſic ardet alieno: ut nō poſſit extingui/Hec de ceteriſ que piget retexere: qbuſ licet uiſ inſolita cōtra naturam ineſſe uideat̄/alia tamen de illiſ nō reddit̄ racio: niſi ut dicat̄ hāc eorū eſſe naturam/Breuiſ ſane iſta eſt racio fateor ſufficienſq; reſpōſio/Sed cum deuſ auctor ſit naturarum omnium/cur nolūt fortiorem noſ reddere racionē/quādo aliqd uelut impoſſibile nolunt credere/eiſq; redditionem racioniſ poſcentibuſ reſpōdemuſ hanc eſſe uoluntatem omnipotentiſ dei qui certe nō ob aliud uocat̄ omnipotenſ/niſi qm̄

quidqd uult poteſt. Qui potuit creare tā multa: que ſi nō oſtēderent: aut a credēdiſ
hodieq teſtibuſ dicerent: profecto impoſſibilia putarentur: nō ſolū que ignotiſſima
apud noſ fuerunt etiam que notiſſima poſui. Illa enī que apud noſ preter eoſ quorū
de hiſ libroſ legimuſ nō habent teſtē: & ab eiſ cōſcripta ſūt q nō ſunt diuinituſ docti:
atq humanituſ falli forte potuerunt: licet cuiq ſine recta reprehenſione nō credere.
Nā nec ego uolo temere credi cūcta que poſui: quia nec a meipſo ita creduntur: tanq̄
nulla de illiſ ſit in mea cogitatione dubitatio: exceptiſ hiſ que uel ipſe ſū expertuſ &
cuiuiſ facile ē experiri: ſicut de calce q feruet in aqua in oleo frigida ē. De magnete
lapide q neſcio qua ſorbitiōe inſenſibili ſtipulā nō moueat & ferrū rapiat. De carne
nō putreſcēte pauoniſ cū putruerit et caro Platoniſ. De palea ſic frigente ut fluēſcere
niuem nō ſinat: ſic calente ut matureſcere poma cōpellat. De igne fulgido qd̄ ſecūdum
ſuum fulgorem lapideſ coquendo candificet: & cōtra eundē ſuum fulgorem urendo
plurima obfuſcet. Tale eſt qd̄ & nigre macule offundūt ex oleo ſplēdido: ſimiliter
nigre linee de candido imprimentur argento. De carbonibuſ etiam q accedente igne
ſic uertātur in cōtrariū: ut de ligniſ pulcerrimiſ tam fragileſq: de duriſ: inputribileſ de
putribilibuſ fiant. Hec ipſa quedam cum multiſ: quedam cum omnibuſ noui: et alia
plurima que huic libro inſerere longū fuit. De hiſ autem que poſui nō experta: ſed
lecta: preter de fōte illo ubi faceſ extinguūtur ardenteſ: & accendūtur extincte: &
de pomiſ terre ſodomorū foriſecuſ quaſi maturiſ intrinſecuſ fumeiſ: nec teſteſ aliquoſ
idoneoſ a quibuſ utrū uera eſſent audire potui uel reperire. Et illum quidē fontē nō
inueni qui in epyro uidiſſe ſe diceret: ſed qui in gallia ſimilem noſcent non longe a
gratianopoli ciuitate. De fructibuſ autem arborum ſodomitarum non tantū litere
fidedigne indicant: uerum etiam tam multi ſe loquūtur expertoſ: ut hinc dubitare
nō poſſim. Cetera uero ſic habeo: ut neq neganda neq affirmanda decreuerim. Sed
ideo etiā ipſa poſui: quoniā apud eorum cōtra quoſ agimuſ hiſtoricoſ legi: ut oſtēderē
qualia multa multiq illorum nulla reddita ratiōe: in ſuorū literatorum ſcripta literiſ
credātur: q nobiſ credere nō id qd̄ eorum experientiam ſenſumq tranſgreditur omnipotētem
deum dicimuſ eſſe facturum: nec in hac reddita ratiōe dignant. Nam que melior &
ualidior ratio de rebuſ talibuſ redditur q̄ cum omnipotenſ ea poſſe facere perhibet
& facturuſ dicitur: que prenunciaſſe ibi legitur: ubi alia multa prenūciauit que feciſſe
monſtrat. Ipſe quippe faciet: quia ſe facturum eē predixit: que impoſſibilia eſſe putātur:
qui promiſit & fecit ut ab increduliſ gentibuſ incredibilia crederentur.

SI autem propterea reſpōdent ſe nō credere que de humaniſ ſemper arſuriſ nec
unq̄ morituriſ corporibuſ dicimuſ: quia humanorum corporū naturā nouimuſ
longe aliter inſtitutā: unde nec illa ratio hinc reddi poteſt que de illiſ naturiſ mira
bilibuſ reddebatur: ut dici poſſit uiſ iſta naturaliſ eſt: rei huiuſ iſta natura eſt: quoniā
ſcimuſ humane carniſ iſtam nō eſſe naturam. Habemuſ quidem quod reſpondeamuſ
de literiſ ſacriſ: hanc ipſā ſcilicet humanā carnem aliter inſtitutā fuiſſe ante peccatū:
id eſt ut poſſet nūq̄ perpeti mortē: aliter autē poſt peccatum: qualiſ in erumna huiuſ
mortalitatiſ innotuit: ut perpetem uitam tenere non poſſit. Sic ergo aliter q̄ nobiſ
nota eſt: inſtituet in reſurrectione mortuorum. Sed quoniā iſti nō credunt literiſ:
ubi legitur qualiſ in paradiſo uixerit homo: quātumcunq fuerit a neceſſitate mortiſ
alienuſ. quibuſ utiq ſi crederent: non cum illiſ de pena damnatorum: que futura eſt
operoſiuſ ageremuſ: de literiſ eorum q doctiſſimi apud illoſ fuerūt aliquid pferendum

eſt quo appareat poſſe fieri ut aliter ſe habeāt queq; reſ: q̃ priuſ in rebuſ inotuerāt ſue determinatione nature. Eſt in Marci Varroniſ librīſ: quorū inſcriptio ē de gēte populi romani: quod eiſdem uerbiſ quibuſ ibi legitur: & hic ponam. In celo inquit mirabile extitit portentū. Nam ſtellam Veneriſ nobiliſſimā Plautuſ ueſperuginem: Homeruſ eſperon appellat pulcerrimā dicenſ. Caſtor ſcribit tātū portentū extitiſſe ut mutaret colorē magnitudinē figurā curſū: q̄d factū ita neq; ātea nec poſtea ſit. Sic hoc factū Ogygio rege dicebāt adraſtuſ cyzecenoſ & dionea politeſ mathēatici nobileſ. Hoc certe Varro tantuſ auctor portentum non appellaret: niſi eſſe contra naturā uideretur. Omnia quippe portenta cōtra naturam dicimuſ eſſe ſed non ſunt. Quomodo eſt enim cōtra naturam quod dei fit uoluntate: cum uoluntaſ tanti utiq; cōditoriſ condite rei cuiuſq; natura ſit. Portentum ergo fit nō contra naturam: ſed contra q̃ eſt nota natura. Quiſ autem portentoꝝ numerat multitudinē: que hiſtoria gētiū cōtinentur. Sed nūc in hoc uno attēdamuſ: quod ad rem de q̃ agimuſ ptinet. Quid ita diſpoſitū ē ab auctore nature celi et terre: quēadmodū curſuſ ordīatiſſiuſ ſiderum. Quid tam ratiſ legibuſ fixiſq; firmatum. Et tamē quando ille uoluit qui ſummo regit imperio ac poteſtate quod condidit: ſtella pre ceteriſ magnitudine ac ſplendore notiſſima: colorē magnitudinē figuram: & quod eſt mirabiliuſ ſui curſuſ ordinem legemq; mutauit: curuauit. Profecto tunc ſi ulli iam fuerunt qui canoneſ aſtrologoꝝ quoſ uelut ierrabili cōputatione de preteritiſ ac futuriſ aſtrorū motibuſ cōſcriptoſ habēt: quoſ canōeſ ſequēdo auſi ſunt dicere: hoc ꝙ de Lucifero cōtigit nec antea nec poſtea cōtigiſſe. Noſ autem in diuiniſ libriſ legimuſ: etiam ſolē ipſum & ſtetiſſe cū hoc a domīo deo petiuiſſet uir ſanctuſ Ieſuſ Naue: donec ceptū plium uictoria terminaret: & retrorſū rediſſe ut regi Ezechie .xv. anī ad uiuendū additi: hoc etiā prodigio promiſſioni dei ſignarent adiuncto. Sed iſta quoq; miracula: quē meritiſ ſāctoꝝ cōceſſa ſanctorum: quādo credunt iſti facta: magiciſ artibuſ tribuunt. unde illud ē quod ſuperiuſ cōmemoraui dixiſſe Virgilium: ſiſtere aquam fluuiiſ: et uertere ſidera retro. Nam & fluuium ſtetiſſe ſuperiuſ: iferiuſq; fluxiſſe: cū populuſ dei ductore ſupra memorato Ieſu Naue uiam carperet: et Helia pphera traſeūte: ac poſtea diſcipulo euiſ Heliſeo id eſſe factum in ſacriſ literiſ legimuſ: & retrouerſū fuiſſe maximū ſiduſ regnāte Ezechia mō cōmemorauimuſ. Quod uero de Lucifero Varro ſcripſit: nō eſt illic dictum alicui petenti homini id fuiſſe cōceſſum. Nō ergo de noticia naturarū caliginē ſibi faciāt infideleſ: quaſi nō poſſit in aliqua re diuinituſ fieri aliud q̃ in eiuſ natura per humanam ſuam experientiam cognouerunt. Quāuiſ & ipſa que in rerum natura omnibuſ nota ſunt: non minuſ mira ſint: eſſentq; ſtupēda cōſiderantibuſ cunctiſ: ſi ſolerent hoīeſ mirari niſi rara. Quiſ .n. cōſulta ratione non uiderat in hominum innumerabili numeroſitate & tanta nature ſimilitudine ualdē & mirabiliter ſic habere ſinguloſ ſingulaſ facieſ: ut niſi īter ſe ſimileſ eſſent nō diſcernerentur ſpecieſ eoꝝ ab animalibuſ ceteriſ: & ruſuſ niſi inter ſe diſſimileſ eſſent: non diſcernerentur ſinguli ab hōībuſ ceteriſ. Quoſ ergo ſimileſ confitemur: eoſdē diſſimileſ inuēimuſ. Sed mirabilior eſt cōſideratio diſſimilitudiniſ: quoniā ſimilitudinē iuſtiuſ uidetur expoſcere natura cōmuniſ. Et tamē quoniam que ſunt rara ipſa ſunt mira: multo ampliuſ admiramur quando duoſ ita ſimileſ repimuſ: ut in eiſ diſcernēdiſ aut ſemper aut frequenter erremuſ. Sed quod dixi ſcriptum a Varrone: licet eorum ſit hiſtoricuſ idemq; doctiſſimuſ: fortaſſe uere factū eē nō credunt: aut qa nō diu manſit aliuſ eiuſdem ſideriſ curſuſ: ſed reditum eſt ad ſolitum: minuſ iſto mouentur exemplo. Habeant ergo aliud quod etiam nūc poſſit oſtendi: eiſq; puto debere ſufficere: quo

cómoueantur cú aliud aduerterint in aliqua inſtitutione nature|eáq; ſibi notiſſimá fecerit: nó ſe ide deo debere preſcribere|quaſi eá nó poſſit in lóge aliud q̃ eiſ cognita eſt uertere atq; mutare|Terra ſodomorum non fuit ita utiq; ut nunc eſt|ſed iacebat ſimili ceteriſ facie: eademq; uel etiam uberiore fecúditate pollebat|Nam dei paradiſo in diuiniſ eloquiiſ cópata é|Hec poſteaq̃ tacta de celo eſt|ſicut illoꝝ quoq; atteſtat hiſtoria: & nunc ab eiſ qui ueniút ad loca illa cóſpicitur|prodigioſa fuligine horrori eſt|et poma eiuſ interiorem fauillam mendaciſ ſupficie maturitatiſ includunt|Ecce non erat taliſ: & taliſ eſt|Ecce a códitore naturarum natura eiuſ in hanc fediſſimam diuerſitatem mirabili mutatióe cóuerſa eſt|Et quod poſt tam lógum accidit tépuſ: tam lógo tépore pſeuerat|Sicut ergo nó fuit impoſſibile deo|quaſ uoluit inſtituere: ſic ei non eſt impoſſibile|in quidquid uoluerit quaſ inſtituit mutare naturaſ|Vnde illorum quoq; miraculoꝝ multitudo ſilueſcit|que móſtra: oſtenta|portenta|pdigia núcupantur|Que recolere & cómemorare ſi uelim: huiuſ operiſ quiſ erit finiſ|Móſtra ſane dicta perhibent a móſtrando: quod aliquid ſignificádo demóſtrent|Et oſtéta ab oſtendendo|& portenta a portendendo|id eſt p̄oſtendendo|& prodigia q̧ porro dicát id eſt futura predicant|Sed uiderint eorum cóiectoreſ quó ex eiſ ſiue fallant: |ſiue inſtinctu ſpirituum quibuſ cura eſt tali pena dignoſ animoſ hominum noxie curioſitatiſ retibuſ implicare: etiam uera predicant|ſiue multa dicendo aliquádo in aliquid ueritatiſ incurrant|Nobiſ tamé iſta que uelut cótra naturam fiunt et cótra naturam fieri dicuntur|quo more hoím locutuſ eſt apoſtoluſ dicendo contra naturá in olea inſitum oleaſtrú factú eſſe participem pinguediniſ olee|& monſtra|oſtenta: portenta|pdigia núcupantur|hoc móſtrare dicitur hoc oſtendere uel preoſtendere: |hoc predicere quod facturuſ ſit deuſ|que de corporibuſ hominum ſe prenunciauit eé facturú nulla impediéte difficultate|nulla preſcribéte lege nature|Quomó aút prenúciauerit: ſatiſ in libro ſuperiore docuiſſe me exiſtimo|decerpendo de ſcripturiſ ſanctiſ & nouiſ & ueteribuſ|nó qdem omia ad hoc pertinentia|ſed que ſufficere huic operi iudicaui.

QVod igitur de ſempiterno ſupplicio damnatorum p ſuum pphetá deuſ dixit: fiet omnino fiet: uermiſ eoꝝ nó morietur: & igniſ eorú nó extinguetur|Ad hoc enim uehementiuſ cómendandum|etiam dominuſ Ieſuſ cum membra que hominem ſcádaliſant p hiſ hominibuſ poneret|quoſ ut ſua mébra dextera qſ diligit: eaq; p̄ciperet amputari|Bonum é tibi inqt debilem introire in uitam q̃ duaſ manuſ habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem: |ubi uermiſ eorum nó moritur: & igniſ eorú nó extinguitur.|Similiter de pede bonum é tibi inquit claudum introire in uitam eternam|q̃ duoſ pedeſ habentem mitti in gehennam igniſ inextinguibiliſ|ubi uermiſ eorum nó moritur: et igniſ non extinguitur|Non aliter ait & de oculo. Bonú é tibi luſcum introire in regnú dei: q̃ duoſ oculoſ habenté mitti i gehenná igniſ ubi uermiſ eorum nó moritur: & igniſ non extinguitur|Non enim piguit uno loco eadé uerba ter dicere. Quem nó terreat iſta repetitio|et illiuſ pene cóminatio tá uehemenſ ore diuino?|Vtrú aút eoꝝ ignem ſcilicet ac uermé qui uolút ad aíe penaſ nó ad corpiſ pertinere: dicunt etiam uri dolore cum ſero atq; infructuoſe peniteteſ eoſ qui fuerint a regno dei ſeparati|& ideo ignem pro iſto dolore urente nó congrue poni potuiſſe contendút|Vnde illud apoſtoli eſt|Quiſ ſcandaliſatur et ego non uror?|Eundem etiam dolorem: uermem putát intelligendú eſſe|Nam ſcriptú é inquiút|Sicut tinea ueſtimentú: & uermiſ lignum|ſic meror excruciat cor uiri.|Qui uero penaſ & anime & corporiſ in illo ſupplicio futuraſ eſſe nó dubitant|igne uri corpuſ: animam autem

rodi quodammodo uerme merorıſ affirmãt.Quod & ſi credibilius dicitur: quia utiq; abſurdũ ẽ ibi dolorẽ aut corporıſ aut anime defuturũ. Ego tamẽ facılıus eſtimo ut ad corpus dicam utrumq; ptinere q̃ neutrum: et ideo tantum in illis diuine ſcripture uerbis animi dolorem: quõ cõſequens eſſe intelligitur: etiam ſi nõ dicatur ſic corpore ſic dolente animus quoq; ſterili penitentia cruciet. Legitur quippe & in ueteribus ſcripturis: uindicta carnis impii ignis & uermis. Potuit breuius dici uindicta impii: Cur ergo dictũ ẽ carnis impii: niſi quia utrũq; id ẽ ignis & uermis pena erit carnis. Aut ſi uĩdictã carnis ꝑpterea dicere uoluit: quia hoc ĩ hoĩe uĩdicabit̃ ꝙ ſcd̃m carnẽ uixerit. ꝑpter hoc.n. ueniet ĩ mortẽ ſecũdã: quã ſignificauit apoſtolus dicẽs: Si.n. ſcd̃m carnẽ uixeritis moriemĩ. Eligat quiſq; qd̃ placet: aut ignẽ tribuere corpori animo uermẽ: hoc propriẽ: illud tropice: aut utrũq; ꝑprie corpori. Iam enĩ ſatis ſuperius diſputauĩ: poſſe animalia etiã in ignibus uiuere in uſtiõe ſine conſumptiõe: ĩ doloreſ ſine morte: per miraculum omnipotentiſſimi creatoris: cui hoc poſſibile eſſe qui negat: a quo ſit quidqd in naturis oĩbus mirat̃ ignorat. Ipſe.n. eſt deus q oĩa in hoc mũdo magna & parua miracula que cõmemorauimus: etiã incõpabiliter plura que nõ cõmemorauimus fecit: eadem que ipſo mundo atq; omnium maximo miraculo incluſit. Eligat ergo unũ e duobus quiſq; quod placet: utrum et uermem et ignem ad corpus ꝑprie: an ad animũ tranſlato a corporalibus ad incorporalia uocabulo exiſtimet pertinere. Quid autẽ iſtorũ uerũ ſit: res ipſa expeditius indicabit: quãdo erit ſcientia tãta ſctõrum: ut eis cognoſcendarum illarum penarum neceſſaria nõ ſit experiẽtia: ſed ea que tũc erit plena atq; perfecta ad hoc enĩ ſciendũ ſapientia ſola ſufficiat. Nunc enĩ ex parte ſcimus: donec ueniat qd̃ perfectũ eſt: dum tamẽ nullo modo illa corpora talia futura credamus: ut nullis ab igne affıciantur doloribus. An ignis gehennalis si corporalis est: possit malignos spiritus id est demones incorporeos tactu suo adurere

Hic occurrit querere ſi nõ erit ignis incorporalis ſicut ẽ animi dolor: ſed corporalis tactu noxius ut eo poſſint corpora cruciari: quõ in eo erit etiã pena ſpirituum malignorũ. Idem quippe ignis erit ſupplicio ſcilicet hominũ attributus & demonũ: dicente chriſto: Diſcedite a me maledicti in ignem eternũ: qui ꝑparatus eſt diabolo et angelis eius: niſi quia ſunt quedã ſua etiã demonibus corpora ſicut doctis hominibus uiſum eſt: ex iſto aere craſſo atq; humido: cuius impulſus uento flãte ſentitur. Quod genus elemẽti ſi nihil igne perpeti poſſet: nõ ureret ferue factus in balneis. Ut enim urat prior uritur: facitq; quod patit̃. Si autem quiſq̃ nulla habere demones corpora aſſeuerat: nõ eſt de hac re aut laborandũ operoſa inquiſitione: aut cõtẽtioſa diſputatiõe certandum. Cur enĩ nõ dicamus q̃uis miris tamẽ ueris modis etiam ſpiritus ĩcorporeos eſſe & pena corporalis ignis affligi: ſi ſpiritus hominũ etiam ipſi profecto incorporei & nunc potuerint includi corporalibus membris: & tunc poterũt corporum ſuorum uinculis inſolubiliter alligari. Adherebũt ergo ſi eis nulla ſũt corpora: ſpiritus demonũ immo ſpiritus demones licet incorporei corporeis ignibus cruciãdi: nõ ut ignes ipſi quibus adherebũt eorũ iunctura inſpirentur: & animalia fiant que conſtẽt ſpiritu & corpore: ſed ut dixi miris & ineffabilibus modis adherendo accipientes ex ignibus penam nõ dantes ignibus uitã: quia et iſte alius modus quo corporibus adherent ſpiritus et aĩalia fiunt: oĩno mirus eſt: nec cõprehendi ab hoĩe poteſt: & hoc ipſe homo ẽ. Dicerem quidem ſic arſuros ſine ullo ſuo corpore ſpiritus: ſicut ardebat apud inferos ille diues quãdo dicebat crucior in hac flamma: niſi cõuenıẽter reſpõderi cernerem talẽ fuiſſe illam flammã: quales oculi quos leuauit & Lazarũ uidit: qualis lingua cui humorẽ exiguum deſiderauit infundi: q̃lis digitus Lazari de quo id ſibi fieri poſtulauit: ubi

tamen erant ſine corporibuſ anime. Sic ergo icorpalſ & illa flamma qua exarſit: & illa guttula quam popoſcit: qualia ſunt etiā uiſa dormientiū ſiue i extaſi cernentiū res incorporales habentes tamē ſimilitudinē corpm. Nam & ipſe homo cū ſpiritu nō corpore ſit in talibus uiſiſ: ita ſe tamen tunc ſimilem ſuo corpori uidet: ut diſcernere omnino nō poſſit. Aut uero gehēna illa quod etiam ſtagnum ignis & ſulfuris dictū eſt corporeus ignis erit & cruciabit corpora damnatorū: aut & hominū & demonū: ſolida hominū: aerea demonū. Aut tantum hominū corpora cum ſpiritibus: demōes autem ſpiritus ſine corpibus herētes ſumēdo penā nō impartiendo uitā corpalibus ignibus. Vnus quippe utriſq; ignis erit ſicut ueritas dixit.

SIc aūt qdā eorū contra quos defendimus ciuitatem dei iniuſtū putant: ut pro peccatis quālibet magnis paruo ſcilicet tēpore perpetratis pena quiſq; damnet̄ eterna: quaſi ullius id unq̄ iuſticia legis attēdat: ut tāta mora tēporis quiſq; puniat̄: q̄nta mora temporis unde puniret̄ admiſit. Octo genera penarū i legibus eē ſcribit Tullius. Damnum: uincula: uerbera: talionem: ignominiā: exiliū: mortē: ſeruitutem. Quid horū eſt quod in breue tempus pro cuiuſq; peccati celeritate coartet̄: ut tanta uindicetur morula quāta deprehenditur perpetratum: niſi forte talio? Id enī agit ut hoc patiatur quiſq; quod fecit. Vnde illud eſt legis. Oculum pro oculo: dentem pro dente. Fieri enī poteſt: ut tam breui tēpore quiſq; amittat oculū ſeueritate uīdicte: quem tulit ipſe alteri improbitate peccati. Porro aūt ſi aliene femine oſculū infixū: rationabiliter uerbere uindicare: nōne qui illud puncto temporis fecerit: incorporabili horarum ſpacio uerberatur: & ſuauitas uoluptatis exigue diuturno dolore punit̄? Quid in uinculis? Nunquid ibi tam diu quiſq; iudicandus eſt eſſe debere: q̄ diu fecit unde meruit alligari: cum iuſtiſſime annoſas penas ſeruus in compedibus pendat: qui uerbo aut ictu celerrime tranſeunte uel laceſſiuit dominū uel plagauit? Iam uero damnum: ignominia: exilium: & ſeruitus: cum plerunq; ſic infligunt̄ ut nulla uenia relaxent̄: nōne pro huius uite mō ſimilia penis uident̄ eternis? Ideo quippe eterna eſſe nō poſſunt: quia nec ipſa uita que his plectitur porrigitur in eternū. Et tamen peccata que uīdicātur longiſſimi tēporis penis: breuiſſimo tempore ꝑpetrant̄. nec q̄ſq̄ extitit q cēſeret tā cito nocentiū finienda eſſe tormēta: q̄ cito factū ē uel homicidiū uel adulterium: uel ſacrilegium: uel q̄dlibet aliud ſcelus: non tēporis lōgitudine: ſed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendū. Qui uero ꝑ aliquo grandi crimine morte multat̄: nūqd mora qua occidit̄ que ꝑbreuis ē eius ſuppliciū leges exiſtimāt: & nō q eum in ſempiternū auferunt de ſocietate uiuentium? Quod ē autē de iſta ciuitate mortali: hoies ſupplicio prime mortis: hoc ē de illa ciuitate īmortali hoies ſupplicio ſecunde mortis auferre. Sicut enim nō efficiūt leges huius ciuitatis: ut in eā quiſq; reuocetur occiſus: ſic nec illius leges ciuitatis admittūt: ut ad eius quis ultra be/atitudinem reuocetur eternam: ſecunda morte damnatus. Quomodo ergo uerum eſt inquiunt quod ait chriſtus ueſter: in qua menſura menſi fueritis in ea remetiet̄ uobis: ſi temporale peccatum ſupplicio punitur eterno? Nec attendunt nō propter equale temporis ſpaciū: ſed propter uiciſſitudinē mali: id eſt ut q mala fecerit mala patiat̄: eandem dictam menſuram fuiſſe. Quamuis hoc in ea re proprie poſſit accipi de qua dominus cū hoc diceret loquebat̄: id eſt de iudiciis & cōdemnationibus. Proinde qui iudicat et condemnat iniuſte: ſi iudicatur & condemnatur iuſte: in eadem menſura recipit. q̄uis nō hoc q̄d dedit. Iudicio enī fecit: iudicio patitur. Quāuis damnatiōem fecerit: q̄d iniquū eſt: patit̄ damnationē quod iuſtū eſt.

SEd pena eterna ideo dura et iniuſta ſenſibus uidetur humanis: quia in hac infirmitate moribundorum ſenſuum deeſt ille ſenſus altiſſime puriſſimeque ſapientie: quo ſentiri poſſit quantum nefas in illa prima preuaricatione commiſſum eſt. Quanto enim magis homo fruebatur deo: tanto maiore impietate dereliquit deum: et factus eſt malo dignus eterno: qui hoc in ſe peremit bonum quod eſſe poſſet eternum. Hinc eſt uniuerſa generis humani maſſa damnata: quoniam qui hoc primitus admiſit: cum ea que in illo fuerat radicata ſua ſtirpe punitus eſt: ut nullus ab hoc iuſto debitoque ſupplicio niſi miſericordia et indebita gratia liberetur: atque ita diſpartiatur genus humanum: ut in quibuſdam demonſtretur quid ualeat miſericors gratia: in ceteris quid iuſta uindicta. Neque enim utrunque demonſtraretur in omnibus: quia ſi omnes remanerent in penis iuſte damnationis: in nullo appareret miſericors gratia redimentis: rurſum ſi omnes a tenebris transferrentur in lucem: in nullo appareret ſeueritas ultionis. In qua propterea multo plures quam in illa ſunt: ut ſic oſtendatur quid omnibus deberetur. Quod ſi omnibus redderetur: iuſtitiam uindicantis iuſte nemo reprehenderet: quia uero tam multi exinde liberantur: eſt unde agant maximas gratie gratuito muneris liberantis.

PLatonici quidem quamuis impunita nulla uelint eſſe peccata: tamen omnes penas emendationi adhiberi putant: uel humanis inflictas legibus uel diuinis: ſiue in hac uita ſiue poſt mortem: ſi aut parcatur hic cuique: aut ita plectatur ut hic non corrigatur. Hinc eſt Varronis illa ſententia: ubi cum dixiſſet de terrenis corporibus moribundiſque membris: quod anime hinc metuunt cupiuntque gaudentque dolentque: nec auras ſuſpiciunt clauſe tenebris et carcere ceco: ſecutus adiunxit atque ait. Quin et ſupremo cum lumine uita reliquit: id eſt cum die nouiſſimo reliquit eas iſta uita: non tamen inquit omne malum miſeris: nec funditus omnes corporee excedunt peſtes: penituſque neceſſe eſt multa diu concreta modis moleſcere miris. Ergo exercentur penis: ueterumque malorum ſupplicia expendunt: alie panduntur inanes ſuſpenſe ad uentos: aliis ſub gurgite uaſto infectum eluitur ſcelus: aut exuritur igni. Qui hoc opinantur: nullas penas niſi purgatorias uolunt eſſe poſt mortem: ut quoniam terris ſuperiora ſunt elementa: aqua: aer: ignis: ex aliqua iſtorum mundetur per expiatorias penas quod terrena contagione contractum eſt. Aer quippe accipitur in eo quod ait ſuſpenſe ad uentos: aqua in eo quod ait ſub gurgite uaſto. ignis autem ſuo nomine expreſſus eſt cum dixit: aut exuritur igni. Nos uero etiam in hac quidem uita mortali eſſe quaſdam penas purgatorias confitemur: non quibus affliguntur quorum uita uel inde fit melior uel potius inde fit peior: ſed illis ſunt purgatorie qui eis coerciti corriguntur. Cetere omnes pene ſiue temporarie ſiue ſempiterne: ſicut unuſquiſque diuina prouidentia tractandus eſt inferuntur: uel pro peccatis ſiue preteritis ſiue in quibus adhuc uiuit ille qui plectitur: uel pro exercendis declarandiſque uirtutibus per homines et angelos: ſeu bonos ſeu malos. Nam et ſi quiſque mali aliquid alterius improbitate uel errore patiatur: peccat quidem homo qui uel ignorantia uel iniuſtitia cuiquam mali aliquid facit: ſed non peccat deus: qui iuſto quamuis occulto iudicio fieri ſinit. Sed temporarias penas alii in hac uita tantum: alii poſt mortem: alii et nunc et tunc: uerumtamen ante iudicium illud ſeueriſſimum nouiſſimumque patiuntur. Non autem ueniunt omnes in ſempiternas penas: que poſt illud iudicium his ſunt future qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam quod in iſto non remittitur: remitti in futuro ſeculo: id eſt ne futuri ſeculi eterno ſupplicio puniantur: iam ſupra diximus. Rariſſimi ſunt autem qui nullas in hac uita ſed tantum poſt eam penas luunt. Fuiſſe tamen aliquos qui uſque ad decrepitam ſenectutem ne leuiſſimam quidem febriculam ſenſerint quietamque duxerint uitam: et ipſi nouimus et audiuimus. De

xiiij Q Vanq̄ ipſa uita mortaliū tota pena ſit: q̄a tota temptacio eſt ſicut ſacre litere perſonāt: ubi ſcriptū eſt. Nūquid nō temptacio eſt uita humana ſuper terrā? Non.n. parua pena eſt ipſa inſipiencia uel imperitia: que uſq; adeo fugienda merito iudicatur ut per penas doloribus plenas pueri cogant̄ queq; artificia uel literas diſcere. ipſumq; diſcere ad quod penis adiguntur tam penale eſt eis: ut nonnunq̄ ipſas penas per quas compelluntur diſcere: malint ferre q̄ diſcere. Quis autem non exhorreat & mori eligat: ſi ei proponatur aut mors perpetienda: aut rurſus infantia. Que q̄dem nō a riſu ſed a fletu ordit̄ hanc lucem: quo quid maloꝝ ingreſſa ſit neſciens ꝓphetat quodammodo. Solum quando natus eſt ferunt riſiſſe Zoroaſtrem: nec ei boni aliq̄d monſtruoſus riſus ille portendit. Nam magicarum artium perhibet̄ fuiſſe inuētor. Que quidem illi nec ad preſentis uite uanam felicitatem: cōtra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt. A Nino quippe rege aſſirioꝝ: cū eſſet ipſe bactrianoꝝ rex bello ſuperatus eſt. Prorſus q̄d ſcriptū eſt: graue iugū ſup filios Adam: a die exitus de uentre matris eoꝝ uſq; in diē ſepulture i matrē omniū: uſq; adeo impleri neceſſe eſt: ut ipſi paruli per lauacrū regenerationis ab originalis peccati quo ſolo tenebant̄ uinculo iā ſoluti: mala multa pacientes: nonnulli & incurſus ſpirituū malignorū aliq̄n paciantur. Que quidē paſſio abſit ut eis obſit: ſi hanc uitā in illa etate etiā ipſa paſſione ingraueſcēte & animā de corpore excludente finierunt.

xv. V Eruntamē in graui iugo quod poſitum eſt ſuper filios Adam a die exitus de uentre matris eorum uſq; in diem ſepulture in matrem omniū: etiā hoc mediū mirabile reperit̄: ut ſobrii ſimus atq; intelligamus hanc uitam de peccato illo nimis nefario q̄d in paradiſo ꝑpetratū ē: factam nobis eſſe penalē: totūq; q̄d nobiſcū agit̄ per teſtamētū nouū: nō ꝑtinere niſi ad noui ſeculi hereditatē nouā: ut hic pignore accepto illud cuius hoc pignus eſt ſuo tēpore cōſequamur: nūc aūt ābulemus in ſpe: & ꝓficientes de die in diem ſpiritu facta carnis mortificemus. Nouit enī dominus q̄ ſūt eius. Et quotquot ſpiritu dei agunt̄ hi filii ſunt dei. ſed gratia nō natura. Vnicus enī natura dei filius: propter nos miſericordia factus eſt hominis filius: ut nos natura filii hominis filii dei per illū gratia fieremus. Manēs quippe ille immutabilis. naturā noſtrā i qua nos ſuſciperet ſuſcepit a nobis: & tenax diuinitatis ſue noſtre īfirmitatis particeps factus eſt: ut nos in melius cōmutati: q̄ peccatores mortaleſq; ſumus: eius imortalitatis et iuſticie ꝑticipatōe amittamus: & q̄d i natura noſtra bonū fecit: īpleti ſūmo bono eius nature bonitate ſeruemus. Sicut enim per unū hoīem peccantem in hoc tam graue malum deuenimus: ita per unū hominē eundemq; deū iuſtificātē: ad illud bonū tam ſublime ueniemus. Nec q̄ſq̄ ſe debet ab iſto ad illū trāſiſſe cōfidere: niſi cū ibi fuerit ubi temptatio nulla erit: niſi pacem tenuerit: quā belli huius in quo caro concupiſcit aduerſus ſpm̄ & ſpiritus aduerſus carnē: multis et uariis certaminibus querit. Hoc autem bellum nūq̄ ullum eſſet: ſi natura humana per liberum arbitriū in rectitudine in qua facta ē perſtitiſſet. Nunc uero que pacem felix cū deo habere noluit: ſecum pugnat infelix: & hoc quoq; cum ſit malū miſerabile: melius eſt tamen q̄ priora uite huius. Melius confligitur q̄ppe cum uiciis: q̄ cum ſine ulla conflictione dominantur. Melius eſt inquam bellum cum ſpe pacis eterne: q̄ ſine ulla liberatiōis cogitatione captiuitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere: & ad capeſſendam ordinatiſſimam pacem: ubi firmiſſima ſtabilitate potioribus inferiora ſubdant̄: igne diuini amoris accēdimur. Sed ſi q̄d abſit alibi tāti boni ſpes nulla eēt: mallē debuimus

in huius conflictationis moleſtia remanere: ꝗ uiciis in nos dominationem non eis reſiſtendo permittere.

VErum tanta eſt dei miſericordia i uaſa miſericordie que preparauit in gloriã: ut etiam prima hominis etas id eſt infantia que ſine ullo reniſu ſubiacet carni: et ſecũda que pueritia nũcupatur: ubi nondum ratio ſuſcepit hanc pugnã & fere ſub omnibus uitioſis delectatiõibus iacet: quia licet fari iã ualeat & ideo infantiã trãſiſſe uideatur: nondũ in ea eſt precepti capax infirmitas mentis: ſi ſacramenta mediatoris acceperit: etiã ſi hãc in eis annis uitam finiat tranſlata ſcilicet a poteſtate tenebrarum in regnũ xp̄i: nõ ſolum penis nõ preparetur eternis: ſed ne ulla quidem poſt mortem purgatoria tormẽta patiatur. Sufficit enĩ ſola ſpiritualis regeneratio: ne poſt mortẽ obſit quod carnalis generatio cũ morte contraxit. Cum autem uentũ fuerit ad etatẽ que preceptũ iam capit: et ſubdi põt legis imperio: ſuſcipiendũ eſt bellum cõtra uitia & gerendũ acriter: ne ad damnabilia peccata perducat. Et ſiquidẽ nõdũ uictoriarũ cõſuetudine roborata ſunt: facilius uincuntur & cedunt. ſi autẽ uincere atq; imperare cõſueuerũt: laborioſa difficultate ſuperant. Neq; enim id fit ueraciter atq; ſinceriter: niſi uera delectatione iuſtitie. Hoc ẽ autẽ fide xp̄i. Nã ſi lex iubens adſit: & ſpiritus iuuans deſit: p ipſã prohibitionem deſiderio creſcẽte atq; uincẽte peccati: etiã reatus preuaricatiõis accedit: ut nõnũꝗ ſint apertiſſima uitia que aliis uitiis uincunt̃ occultis. que putant̃ eẽ uirtutes: in quibus regnat ſuperbia: & quedam ſibi placẽdi altitudo ruinoſa. Tunc itaq; uicta uitia deputanda ſunt: cũ dei amore uincunt̃: quẽ niſi deus ipſe nõ donat: nec aliter niſi per mediatorem dei et hominũ hominem xp̄m Ieſum: qui factus eſt particeps mortalitatis noſtre: ut nos participes faceret diuinitatis ſue. Pauciſſimi autẽ ſũt tãte felicitatis: ut ab ipſa ineunte adoleſcẽtia nulla damnabilia peccata cõmittant: uel in flagitiis uel in facinoribus: uel in nefarie cuiuſꝗ impietatis errore: ſed magna ſpiritus largitate opprimãt: ꝗcquid in eis poſſet carnali delectatõe dominari. Plurimi uero precepto legis accepto: cum prius uicti fuerit preualentibus uitiis & preuaricatores effecti: tunc ad gratiã confugiunt adiuuantem: qua fiant et amarius penitendo & uehemẽtius pugnando: prius deo ſubdita atq; ita carni ꝑpoſita mẽte uictores. Quiſqs ergo penas cupit euadere ſempiternas: nõ ſolũ baptizet̃ uerũ etiam iuſtificet̃ in chriſto: ac ſic uere trãſeat a diabolo ad xp̄m. Purgatorias autem penas nullas futuras opinetur: niſi ãte illud ultimũ tremẽdumq; iudicium. Nequaꝗ tamen negandum eſt etiam ipſum eternũ ignẽ p diuerſitate meritorum: quiſ malorũ aliis leuiorem aliis futurum eſſe grauiorem: ſiue ipſius uis atq; ardor pro pena digna cuiuſq; uarietur: ſiue ipſe equaliter ardeat: ſed non equali moleſtia ſentiatur.

De his qui … hominum penas in eternum eſſe …

NVnc iam cum miſericordibus noſtris agendum eſſe uideo: & pacifice diſputãdũ qui uel omnibus illis hominibus quos iuſtiſſimus iudex dignos gehẽne ſupplicio iudicabit: uel quibuſdam eorũ nolũt credere penã ſempiternã futuram: ſed poſt certa tẽporis metas pro cuiuſq; peccati quãtitate lõgioris ſiue breuioris eos inde exiſtimãt liberãdos. Qua in re miſericordior profecto fuit Origenes: qui et ipſum diabolum & angelos eius: poſt grauiora pro meritis & diuturniora ſupplicia: ex illis cruciatibus eruendos atq; ſociãdos ſanctis angelis credidit. Sed illum & ꝓpter hoc & propter alia nõnulla: & maxime ꝓpter alternãtes ſine ceſſatõe beatitudines & miſerias: & ſtatutis ſeculorũ interuallis ab iſtis ad illas: atq; ab illis ad iſtas itus ac reditus interminabiles: nõ immerito reprobauit eccleſia. Quia et hoc ꝗ miſericors uidebatur amiſit: faciẽdo ſanctis ueras miſerias: quibus penas luerent: & falſas beatitudines in quibus uerum ac

ſecurum hoc eſt ſine timore certũ ſempiterni boni gaudiũ nõ haberent. Longe aũt aliter iſtorũ miſericordia humão errat affectuſ qui hominum illo iudicio damnatorũ miſeriaſ temporaleſ: omnium uero qui uel citiuſ uel tardiuſ liberant̃: eternam felicitatẽ putant. Que ſentẽtia ſi propterea uera & bona quia miſericorſ eſt: tanto erit melior & uerior quanto miſericordior. Extendat̃ ergo ac profũdat̃ fonſ huiuſ miſericordie uſq; ad damnatoſ angeloſ ſaltẽ poſt multa atq; prolixa quãtũlibet ſecula liberãdoſ. Cur uſq; ad uniuerſam naturam manat humanam: et cũ ad angelicam uentũ fuerit mox areſcit. Non audent tamen ſe ulteriuſ miſerãdo porrigere: et ad liberationem ipſiuſ quoq; diaboli peruenire. Verũ ſi aliquiſ audeat uincit nempe iſtoſ: et tamen tanto inuenitur errare deformiuſ et cõtra recta dei uerba peruerſiuſ: quãto ſibi uidetur ſentire clementiuſ.

Sunt etiam qualeſ in colloquutionibuſ noſtriſ ipſe ſum expertuſ: qui cũ uenerari uideant̃ ſcripturaſ ſanctaſ: moribuſ improbandi ſunt: et agendo cauſam ſuam: multo maiorem q̃ iſti miſericordiam deo tribuunt erga humanũ genuſ. Dicunt enĩ de maliſ & infidelibuſ hominibuſ diuinituſ quidem uerum predictũ eſſe q̃ digni ſunt: ſed cũ ad iudicium uentũ fuerit: miſericordiã eẽ ſuperaturã. Donabit enĩ eoſ inquiũt miſericorſ deuſ: p̃cibuſ et interceſſionibuſ ſanctorũ ſuorũ. Si enĩ orabant pro illiſ q̃n eoſ patiebantur inimicoſ: quanto magiſ quãdo uidebũt humileſ ſupplice ſq; p̃ſtratoſ? Neq; enĩ credendũ eſt aiũt tunc amiſſuroſ ſanctoſ uiſcera miſericordie: cum fuerint pleniſſime ac perfectiſſime ſanctitatiſ. ut qui tũc orabant pro inimiciſ ſuiſ quãdo et ipſi ſine peccato nõ erant: tunc nõ orent pro ſupplicibuſ ſuiſ quãdo nullum ceperint habere peccatum. Aut uero deuſ tunc eoſ nõ exaudiet tot et tãtoſ filioſ ſuoſ: quãdo in tanta eorũ ſanctitate nullũ inueniet orationiſ impedimẽtum. Teſtimonium uero pſalmi: & illi qui permittũt infideleſ atq; impioſ homineſ ſaltẽ lõgo tempore cruciari: & poſtea de maliſ omnibuſ erui: ſed magiſ iſti pro ſe dicunt eſſe ubi legitur. Nũquid obliuiſcet̃ miſereri deuſ: aut cõtinebit in ira ſua ſuaſ miſerationeſ. Ira eiuſ eſt inquiũt ut omneſ idigni beatitudine ſempiterna ip̃o iudicãte puniant̃ ſupplicio ſempiterno. Sed ſi uel lõgum uel ullum eſſe permiſerit: p̃fecto ut poſſit hoc fieri cõtinebit in ira ſua miſeratiõeſ ſuaſ: quod eum pſalmuſ dicit nõ eſſe facturũ. Non enĩ ait affirmãdo cõtinebit: ſed negatiõnẽ ſub interrogatiõe ponẽſ: cũ an cõtinebit interrogat: nimirũ oſtẽdit: quia nõ diu miſerationeſ ſuaſ in ira cõtineat. Sic ergo iſti uolunt iudicii dei cõminationem nõ eſſe mendacem: q̃uiſ ſit neminem damnaturuſ: quẽadmodum eiuſ cõminationem qua dixit euerſurum ſe eſſe niniuen ciuitatẽ: mendacẽ nõ poſſumuſ dicere: & tamen nõ eſt factum inquiunt quod ſine ulla cõditione predixit. Nõ enĩ ait niniue euertet̃ ſi nõ egerint penitẽtiã ſeq; correxerint: ſed hoc nõ addito p̃nunciauit euerſionem futuram illiuſ ciuitatiſ. Quam cõminationem propterea ueracem putãt: q̃a hoc p̃dixit deuſ quod uere digni erãt pati: q̃uiſ hoc nõ eſſet ipſe facturuſ. Nã et ſi penitentibuſ pepercit inquiũt: utiq; illoſ penitentiã non ignorabat acturoſ: & tamen abſolute ac diffinite eorũ euerſionem futuram eſſe predixit. Hoc ergo erat inquiunt in ueritate ſeueritatiſ: quia erant digni: ſed in ratione miſerationiſ nõ erat: quã nõ cõtinuit ĩ ira ſua ut ab ea pena ſupplicibuſ parceret: quã fuerat cõtumacibuſ cõminatuſ. Si aũt tũc pepercit aiũt: quãdo ſanctum ſuũ prophetam fuerat p̃cendo cõtriſtaturuſ: quãto magiſ tunc miſerabiliuſ ſupplicantibuſ parcet: quando ut parcat omneſ ſancti eiuſ orabunt. Sed hoc quod ipſi ſuiſ cordibuſ ſuſpicantur: ideo putant ſcripturaſ tacuiſſe diuinaſ: ut multi ſe corrigant uel p̃lixarum uel eternarum timore penarum: & ſint qui poſſint orare pro eiſ qui nõ ſe correxerint. Hec tamẽ opinant̃

omnimodo id eloquia diuina tacuiſſe. Nam quo pertinet inquiunt quod ſcriptum eſt: Quam multa multitudo dulcedinis tue domine quam abſcondiſti timentibus te: niſi ut intelligamus propter timorem fuiſſe abſcondita miſericordie diuine tam multam ſecretamque dulcedinem? Addunt etiam propterea dixiſſe apoſtolum: concluſit enim deus omnes in infidelitate ut omnibus miſereatur: quo ſignificaret quod ab illo nemo damnabitur. Nec iſti tamen qui hoc ſentiunt: hanc opinionem ſuam uſque ad liberationem uel nullam damnationem diaboli atque angelorum eius extendunt. Humana quippe circa ſolos homines mouentur miſericordia: & cauſam maxime agunt ſuam: per generalem in genus humanum quaſi dei miſerationem impunitatem falſam ſuis perditis moribus pollicentes. Ac per hoc ſuperabunt eos in predicanda dei miſericordia: qui hanc impunitatem etiam principi demonum et eius ſatellitibus pollicentur.

Item ſunt alii ab eterno ſupplicio liberationem nec ipſis ſaltem omnibus hominibus promittentes: ſed tantummodo chriſti baptiſmate ablutis qui participes fiunt corporis eius: quomodolibet uixerint: in quacunque hereſi uel impietate fuerint. propter illud quod ait Ieſus. Hic eſt panis qui de celo deſcendit: ut ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur. Ego ſum panis uiuus qui de celo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. Ab eterna ergo morte inquiunt neceſſe eſt iſtos erui: & ad uitam eternam quandoque perduci.

Item ſunt qui hoc nec omnibus habentibus baptiſmatis chriſti & eius corporis ſacramentum: ſed ſolis catholicis quamuis male uiuentibus pollicentur: quia non ſolum ſacramento ſed re ipſa manducauerunt corpus chriſti: in ipſo corpore eius conſtituti. De quo dicit apoſtolus. unus panis unum corpus multi ſumus. ut etiam ſi poſtea in aliquam hereſim uel etiam in gentilium idolatriam lapſi fuerint: tantum quia in corpore chriſti id eſt in catholica eccleſia ſumpſerunt baptiſmum chriſti & manducauerunt corpus chriſti: non moriantur in eternum: ſed uitam quandoque conſequantur eternam: atque illa omnis impietas quanto maior fuerit: non eis ualeat ad eternitatem: ſed ad diuturnitatem magnitudinemque penarum.

Sunt autem qui propter id quod ſcriptum eſt qui perſeuerauerit uſque in finem hic ſaluus erit: non niſi in eccleſia catholica perſeuerantibus quamuis in ea male uiuentibus hoc promittunt: per ignem uidelicet ſaluandis merito fundamenti de quo ait apoſtolus. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt: quod eſt chriſtus Ieſus. Si quis autem edificauerit ſupra fundamentum hoc aurum: argentum: lapides precioſos: ligna: fenum: ſtipulam: uniuſcuiuſque opus manifeſtabitur. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & uniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus permanſerit quod ſuperedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus autem arſerit: detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. Dicunt ergo cuiuſlibet uite catholicum chriſtianum chriſtum habere in fundamento: quod fundamentum nulla hereſis habet a corporis eius unitate preciſa. & ideo propter hoc fundamentum etiam ſi male uite fuerit catholicus chriſtianus: uelut qui ſuperedificauerit ligna: fenum: ſtipulam: putant eum ſaluum fieri per ignem: id eſt poſt penas ignis illius liberari: quo igne in ultimo iudicio punientur mali.

Comperi autem etiam quoſdam putare: eos tantummodo arſuros illius eternitate ſupplicii: qui pro peccatis ſuis facere dignas elemoſinas negligunt. Iuxta illud

apoſtoli Iacobi Iudiciū aūt ſine miſericordia fiet illi qui nō fecit miſericordiā. Qui ergo fecerit inquiūt q̄uiſ moreſ in meliuſ nō mutauerint: ſed inter ipſaſ ſuaſ elemoſinaſ neſarie ac nequiter uixit: cum miſericordia illi iudicium futurum eſt: ut aut nulla damnatiōe plectat̄: aut poſt aliq̄d tēpuſ ſiue paruū ſiue prolixū ab illa damnatiōe liberetur. Ideo iudicem ipſum uiuorum atq; mortuorum noluiſſe exiſtimant aliud cōmemorare ſe eſſe dicturum: ſiue dexteriſ quibuſ daturuſ ē uitā eternā: ſiue ſiniſtriſ quoſ eterno ſupplicio damnaturuſ: niſi elemoſinaſ ſiue factaſ ſiue nō factaſ. Ad hoc pertinere aiūt: & in oratione dominica quotidianam poſtulationem. Dimitte nobiſ debita noſtra ſicut & noſ dimittimuſ debitoribuſ noſtriſ. Quiſquiſ enī illi qui in eum peccauit dimittit ignoſcēdo peccatū: procul dubio elemoſinā facit. Quā rem dominuſ ipſe ſic cōmēdauit ut diceret. Si.n. dimiſeritiſ peccata hominibuſ: dimittet uobiſ & pater ueſter peccata ueſtra. Si aūt nō dimiſeritiſ hominibuſ: neq; pater ueſter qui in celiſ ē dimittet uobiſ. Ergo & ad hoc genuſ elemoſinarū ptinet q̄d ait apoſtoluſ Iacobuſ: iudicium futurum ſine miſericordia ei q non fecit miſericordiā. Nec dixit dn̄ſ inquiūt magna uel parua: ſed dimittet uobiſ pater ueſter peccata ueſtra: ſi et uoſ dimiſeritiſ hominibuſ. Ac per hoc putant etiā eiſ qui perdite uixerint donec claudāt diem uite huiuſ extremū: p hāc orationē qualiacūq; & q̄tacūq; fuerint oīa quotidie peccata dimitti: ſicut ipſa quotidie frequētat̄ oratio: ſi hoc tantū mō cuſtodire meminerint: ut quādo ab eiſ ueniā petūt qui eoſ peccato qualicūq; leſerunt: ex corde dimittāt. Cum ad hec omnia deo donante reſpondero: liber iſte claudenduſ eſt. Contra opini-

eorum qui dicunt nec diaboli nec hominum malorum perpetua ſupplicia futura.

XXIII. **A**C primum querī oportet atq; agnoſci: cur eccleſia ferre nequiuerit omnium diſputatiōem: diabolo etiā poſt maximaſ & diuturniſſimaſ penaſ purgationē uel indulgentiā pollicentē. Neq;.n. tot ſācti & ſacriſ ueteribuſ ac nouiſ literiſ eruditi: mūdationē et regni celorū beatitudinē poſt qualiacūq; & q̄tacūq; ſupplicia qualiber-cunq; & quātiſcūq; angeliſ inuiderūt: ſed potiuſ uiderunt diuinā uacuari uel infirmari nō poſſe ſententiam: quā ſe prenūciauit dominuſ in iudicio prolaturū atq; dicturū. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratuſ eſt diabolo & angeliſ eiuſ. Sic quippe oſtēdit eterno igne diabolum & angeloſ eiuſ arſuroſ. Et quod ſcriptum eſt in apocalipſi. Diaboluſ qui ſeducebat eoſ miſſuſ eſt in ſtagnum igniſ et ſulphuriſ: quo & beſtia & pſeudo propheta cruciabunt̄ die ac nocte in ſecula ſeculorū. Quod ibi dictum eſt eternū: hic dictū eſt in ſecula ſeculorum. Quibuſ uerbiſ nihil ſcriptura diuina ſignificare cōſueuit: niſi quod fine.n. nō habet temporiſ. Quamobrem prorſuſ nec alia cauſa nec iuſtior atq; māifeſtior inueniri poteſt: cur uerīſſima poteſtate teneat̄ fixū & īmobile: nullum regreſſum ad iuſticiam uitamq; ſanctorū diabolū & angeloſ eiuſ habituroſ: niſi quia ſcriptura que neminem fallit dicit eiſ deum nō peperciſſe: & ſic ab illo eē inter impioſ predamnatoſ: ut carceribuſ inferni retruſi traderentur ſeruādi atq; ultimo iudicio puniēdi: quādo eoſ eternuſ igniſ accipiet: ubi cruciabunt̄ in ſecula ſeculorū. Quod ſi ita ē: quō ab huiuſ eternitate pene uel uniuerſi uel quidā homineſ poſt quantūlibet temporiſ ſubtrahentur: ac non ſtatim eneruabit̄ fideſ qua creditur ſempiternū demonū futurum eſſe ſupplicium? Si enim quibuſ dicetur diſcedite a me maledicti in ignem eternum qui paratuſ eſt diabolo & angeliſ eiuſ: uel uniuerſi uel aliqui eorū nō ſemper ibi erunt: quid cauſe eſt cur diaboluſ et angeli eiuſ ſemp ibi futuri eē credant̄? An forte dei ſentētia que ī maloſ āgeloſ & hoīeſ pferet̄: in āgeloſ uera erit: in homineſ falſa? Ita plane hoc erit ſi nō quod deuſ dixit: ſed q̄d ſuſpicant̄ homineſ pluſ ualebit. Quod fieri quia nō poteſt: nō argumentari aduerſuſ deum: ſed

diuino pōtiuſ dum tempuſ eſt debent parere precepto ¶ qui ſempiterno cupiūt carere ſupplicio ¶ Deinde quale eſt eternum ſuppliciū pro igne diuturni temporiſ exiſtimare: et uitam eternā credere ſine fine: cum chriſtuſ eodē ipſo loco in una eademqꝫ ſententia dixerit utrumqꝫ cōplexuſ ¶ ſic ibunt iſti in ſupplicium eternum: iuſti autem in uitam eternā. ¶ Si utrūqꝫ eternū: pfecto aut utrūqꝫ cū fine diuturnum ¶ aut utrūqꝫ ſine fine ꝑpetuū debet inteligi ¶ ꝑ pari n. relata ſunt. hinc ſuppliciū eternū: inde uita eterna. ¶ Dicere autē in hoc uno eodēqꝫ ſenſu: uita eterna ſine fine erit: ſuppliciū eternū finē habebit: multū abſurdū ē ¶ Vnde quia uita eterna ſanctoꝝ ſine fine erit: ſupplicium quoqꝫ eternū qbuſ erit: ꝑcul dubio finem nō habebit.

HOc aūt & aduerſuſ eoſ ualet: qui ſuaſ agenteſ cauſaſ cōtra dei uēire uerba uelut miſericordia maiore conantᷣ. ut ideo uidelicet uera ſint ¶ qa ea que dixit homīeſ eſſe paſſuroſ pati digni ſunt: nō quia paſſuri ſunt ¶ Donabit enī eoſ inquiūt precibuſ ſanctorum ſuorum ¶ etiam tunc tāto magiſ orantiū pro inimicoſ ſuiſ ¶ quāto ſunt utiqꝫ ſanctioreſ: eoꝝqꝫ eſt efficacior oratio et exauditiōe dei dignior ¶ iam nullū habentiū omnino peccatū ¶ Cur ergo eadē pfectiſſima ſanctitate: & cūcta impetrare ualētibuſ mūdiſſimiſ et miſericordiſſimiſ precibuſ etiam pro angeliſ nō orabunt quibuſ paratuſ eſt igniſ eternuſ ¶ ut deuſ ſententiam ſuam mitiget & reflectat in meliuſ: eoſqꝫ ab illo igne faciat alienoſ. ¶ An erit forſitā quiſqꝫ qui et hoc futurū eſſe preſumat ¶ affirmanſ etiam ſanctoſ angeloſ ſimul cū ſanctiſ hominibuſ qui tūc equaleſ erunt angeliſ dei: pro damnandiſ & angeliſ & hominibuſ oraturoſ ¶ ut miſericordia non patiantur quod ueritate merentur pati ¶ quod nemo ſane fidei dixit nemo dicturuſ eſt. ¶ Alioquin nulla cauſa eſt cur nō etiā pro diabolo nunc & āgeliſ eiuſ oret eccleſia: quā magiſter deuſ ꝓ inimicoſ ſuiſ iuſſit orare ¶ Hec igiᷓ cauſa ē fit ut nūc eccleſia nō oret ꝓ maliſ angeliſ ¶ quoſ ſuoſ nouit eſſe inimicoſ ¶ eadē ipſa cauſa ē qua fiet ut in illo tūc iudicio etiam pro hominibuſ eterno igni cruciādiſ: ḡuiſ perfecta ſit ſanctitate nō oret ¶ Nūc enim propterea pro eiſ orat: quoſ in genere humano habet inimicoſ ¶ quia tempuſ eſt penitētie fructuoſe ¶ Nam ut qd maxime pro eiſ orat: niſi ut det illiſ deuſ ſicut dicit apoſtoluſ penitentiam & reſipiſcant de diaboli laqueiſ ¶ a quo captiui tenentur ſcd̄m ipſiuſ uolūtatē. ¶ Deniqꝫ ſi de aliqbuſ ita certa eēt: ut q ſūt illi etiā noſſet: q licet adhuc in hac uita ſint cōſtituti ¶ tamen ꝑdeſtinati ſūt in eternū ignē ire cū diabolo: tā ꝓ eiſ nō oraret: q̄ nec pro ipſo ¶ Sed quia de nullo certa eſt: orat pro omnibuſ dumtaxat hominibuſ inimicoſ ſuiſ in hoc corpore cōſtitutiſ ¶ nec tamen pro omnibuſ exauditur. Pro hiſ enī ſoliſ exauditur: qui & ſi aduerſantur eccleſie: ita ſunt tamen predeſtinati ut ꝓ eiſ exaudiatᷣ eccleſia: & filii efficiantᷣ eccleſie. ¶ Si q aūt uſqꝫ ad mortē habebūt cor īpenitēſ: nec ex inimicoſ cōuertētur in filioſ ¶ nūquid iam pro eiſ id eſt pro talium defunctorum ſpiritibuſ orat eccleſia. ¶ Cur ita: niſi qa in parte iam diaboli cōputantᷣ: qui dum eſſent in corpore nō ſunt tranſlati ad chriſtum. ¶ Eadem itaqꝫ cauſa eſt: cur nō oretur tunc ꝓ hominibuſ eterno igne puniendiſ ¶ que cauſa eſt ut neqꝫ nunc neqꝫ tunc oretur pro angeliſ maliſ. que eadem cauſa eſt ¶ ut q̄uiſ ꝓ hominibuſ nunc uiuiſ oretur etiā maliſ: tamen iam nec nunc oretur pro infidelibuſ īpiiſqꝫ defunctiſ ¶ Nam pro defunctiſ quibuſdam: uel ipſiuſ eccleſie uel quorūdam piorum exauditᷣ oratio: ſed pro hiſ quorum in chriſto regeneratorū nec uſqꝫ adeo uita in corpore male geſta eſt: ut tali miſericordia iudicentᷣ digni nō eēnt ¶ nec uſqꝫ adeo bene ut talē miſericordiā reperiantur neceſſariam nō habere ¶ ſicut etiam facta reſurrectione mortuorum: nō deerunt quibuſ poſt penaſ quaſ patiuntur ſpiritus mortuorū impartiatᷣ miſericordia:

ut in ignē non mittantur eternū. Neq; enī de quibuſdam ueraciter diceretur: q nō eiſ remittatur neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: niſi eſſent quibuſ & ſi non in iſto tamē remitteretur in futuro. Sed cū dictū fuerit a iudice uiuorum atq; mortuorum: uenite benedicti patriſ mei poſſidete paratū uobiſ regnū a cōſtitutiōe mūdi: & aliiſ ecōtrario diſcedite a me maledicti in ignem eternum qui paratuſ eſt diabolo et angeliſ eiuſ: & ibunt iſti in ſupplicium eternū: iuſti aūt in uitam eternam: nimie preſumptioniſ eſt dicere cuiq̄ eorum eternū ſupplicium non futurū: quoſ deuſ ituroſ in ſuplicium dixit eternū: & per huiuſ preſumptioniſ pſuaſionē facere: ut de ipſa quoq; uita uel deſperetur uel dubitetur eterna. Nemo itaq; ſic intelligat pſalmum canentē: Nunqd obliuiſcetur miſereri deuſ: aut cōtinebit in ira ſua miſerationeſ ſuaſ: ut opinetur de hominibuſ boniſ ueram: de maliſ falſam: aut de boniſ hominibuſ & maliſ angeliſ ueram: de maliſ autem hominibuſ falſam dei eſſe ſententiam. Hoc enī quod ait pſalmuſ ad uaſa miſericordie pertinet: & ad ipſoſ filioſ promiſſioniſ: quorum erat unuſ etiā ipſe propheta. Qui cū dixiſſet nunquid obliuiſcetur miſereri deuſ aut continebit in ira ſua miſerationeſ ſuaſ: continuo ſubiecit. Et dixi nunc cepi. Hec eſt immutatio dextere excelſi. Expoſuit profecto quid dixerit. Nunquid cōtinebit in ira ſua miſerationeſ ſuaſ. Ira enī dei eſt etiam iſta uita mortaliſ: ubi homo uanitati ſimiliſ factuſ eſt: & dieſ eiuſ uelut umbra pretereunt. In qua tamen ira nō obliuiſcitur miſereri deuſ: faciendo ſolem ſuū oriri ſuper bonoſ et maloſ: & pluendo ſuper iuſtoſ & iniuſtoſ: ac ſic non continet in ira ſua miſerationeſ ſuaſ. Maximeq; in eo qđ expreſſit hic pſalmuſ dicendo nūc cepi. Hec eſt immutatio dextere excelſi: quoniam in hac ipſa eorū uaniſſima uita que ira dei eſt: uaſa miſericordie mutat ī meliuſ: q̄uiſ adhuc in huiuſ corruptiōiſ miſeria maneat ira eiuſ: quia nec ī ipſa ira ſua cōtinet miſeratiōeſ ſuaſ. Cum ergo iſto modo cōpleatur diuini illiuſ cantici ueritaſ: nō eſt eam neceſſe etiam illic intelligi: ubi nō pertinenteſ ad ciuitatem dei ſempiterno ſupplicio punientur. Sed quibuſ placet iſtam ſententiā uſq; ad illa impiorum tormenta protendere: ſaltem ſic intelligant: ut manente in eiſ ira dei que eterno ē pnūciata ſupplicio: nō cōtineat deuſ ī hac ira ſua miſeratiōeſ ſuaſ: & faciat eoſ non tanta quanta digni ſunt penarum atrocitate cruciari: ut eaſ penaſ uel nunq̄ ſubeant uel aliqñ finiant: ſed ut eaſ mitioreſ q̄ merita ſunt eorū leuioreſq; patiantur. Sic enī et ira dei manebit: & ī ipſa ira ſua miſeratiōeſ ſuaſ non continebit. quod quidē nō ideo cōfirmo: quia nō reſiſto. Ceterū eoſ qui putāt minaciter potiuſ q̄ ueraciter dictum: diſcedite a me maledicti in ignem eternū: & ibunt iſti in ſupplicū eternum: & cruciabuntur in ſecula ſeculorum: & uermiſ eorum nō morietur: & igniſ nō extinguetur: & cetera huiuſmodi: nō tam ego q̄ ipſa ſcriptura diuina planiſſime atq; pleniſſime redarguit ac refellit. Niniuite quippe in hac uita egerunt penitentiam: & ideo fructuoſam: uelut in hoc agro ſeminātes in quo uoluit deuſ cū lacrimiſ ſeminari: quod poſtea cū leticia meteretur. Et tamen quiſ negabit quod dominuſ predixit in eiſ fuiſſe cōpletū: niſi parum aduertat quēadmodū peccatoreſ deuſ nō ſolum iratuſ: uerum etiam miſeratuſ euertat. Euertuntur enim peccatoreſ duobuſ modiſ: aut ſicut ſodomite ut p peccatiſ ſuiſ ipſi homineſ puniantur: aut ſicut niniuite ut ipſa hominū peccata penitendo deſtruantur. Factum eſt ergo quod predixit deuſ. Euerſa enī eſt niniue que mala erat: et bona edificata eſt que nō erat. Stantibuſ enī menibuſ atq; domibuſ: euerſa eſt ciuitaſ ī perditiſ moribuſ. Ac ſic q̄uiſ propheta fuerit cōtriſtatuſ: quia non eſt factum quod illi homineſ timuerunt illo prophetante uenturū: factū eſt tamē quod fuerat deo preſciente predictum. quoniam nouerat qui predixit quō in meliuſ eſſet implendum. Ut autem nouerint iſti in peruerſum miſericordeſ: quo

pertineat q̄d ſcriptū ē. Quā multa multitudo dulcedinis tue domine: quā abſcōdiſti
timentibus te: legant & quod ſequit̄: pfeciſti aūt ſperantibus in te. Quid ē abſcōdiſti
timentibus: perfeciſti ſperantibus: niſi quia illis qui timore penarum ſuā ſuā uolunt
iuſticiam cōſtituere: que in lege eſt nō eſt iuſticia dei dulcis: quia neſciūt eam. Non
enī guſtauerunt eam. In ſe nanq ſperāt nō in ipſo: & ideo abſcōditur eis multitudo
dulcedinis dei: quoniā timēt quidē deū: ſed illo timore ſeruili qui non eſt in caritate.
quia perfecta caritas foras mittit timorē. Ideo ſperātibus in eum perficit dulcedinē
ſuam: inſpirando eis caritatem ſuam: ut timore caſto non quē caritas foras mittit ſed
permanente in ſeculum ſeculi: cū gloriant̄ in domino glorient̄ur. Iuſticia dei quippe
chriſtus eſt: qui factus ē nobis ſicut dicit apoſtolus ſapiētia a deo: & iuſticia & ſancti-
ficatio: & redemptio: ut quēadmodū ſcriptū eſt: qui gloriatur in domino glorietur.
Hanc dei iuſticiam quam donat gratia ſine meritis: neſciunt illi qui ſuā iuſticiam
uolunt conſtituere: & ideo iuſticie dei q̄ eſt chriſtus nō ſunt ſubiecti. In qua iuſticia
eſt multa multitudo dulcedinis dei: propter quam dicit̄ in pſalmo. Guſtate & uidete
q̄ dulcis eſt dominus. Et hanc quidē i hac peregrinatione guſtantes: nō ad ſatietatē
ſumentes: eſurimus eam potius ac ſitimus: ut ea poſtea ſaturemur cum uidebimus eum
ſicuti eſt: & implebitur quod ſcriptum eſt. Satiabor cū manifeſtabit̄ gloria tua. Ita
pficit chriſtus multam multitudinem dulcedinis ſue ſperantibus in eum. Porro autē
ſi eam quam illi putant dulcedinem ſuam deus abſcondit timentibus eum: qua nō eſt
impios damnaturus: ut hoc neſcientes & damnari timentes recte uiuant: ac ſic poſſint
eſſe qui orent pro non recte uiuentibus: quomodo eam pficit ſperantibus in eum:
quandoquidem ſicut ſomniant per hanc dulcedinem non damnaturus eſt eos qui nō
ſperant in eum. Illa igit̄ eius dulcedo querat̄: quam perficit ſperantibus in eum: non
quam perficere putatur contempnentibus et blaſphemantibus eum. Fruſtra itaq
homo poſitus i hoc corpore: occultorum dei iudiciorum ſibi noticiam arrogare pſu-
mit. Illud quoq apoſtolicum: concluſit enim deus omnes in infidelitate ut omnibus
miſereatur: non ideo dictum eſt q̄ ſit neminem damnaturus: ſed ſuperius apparet
unde ſit dictum. Nam cū de iudeis poſtea crediturīs apoſtolus loqueretur ad gentes:
ad quas utiq iam credentes ſcribebat epiſtolas. Sicut enim uos inquit aliquando nō
credidiſtis deo: nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis in illorum incredulitate: ſic
et hi non crediderunt in ueſtra miſericordia: ut et ipſi miſericordiam conſequantur.
Deinde ſubiecit unde iſti ſibi errando blandiunt̄ atq ait. Concluſit enim deus omnes
in infidelitate ut omnibus miſereatur. Quos omnes niſi de quibus loquebatur: tanq̄
dicens & uos & illos. Deus ergo & iudeos & gentiles quos preſciuit et predeſtinauit
conformes fieri imaginis filii ſui: omnes in infidelitate concluſit. ut de amaritudine
infidelitatis ſue penitendo confuſi: et ad dulcedinem miſericordie dei credendo cō-
uerſi: clamarent illud in pſalmo. Quā multa multitudo dulcedinis tue domine:
quā abſcōdiſti timentibus te: perfeciſti autem ſperantibus non in ſe ſed in te. Omniū
itaq miſeretur: uaſorum miſericordie quidē omnium: & eoꝝ ſcilicet quos ex gētibus
et eorum quos ex iudeis predeſtinauit: uocauit: iuſtificauit: glorificauit: nō omnium
hominum: ſed iſtorum omnium neminem damnaturus.

Sed iam reſpondeamus etiā illis qui nō ſolū diabolo & angelis eius ſicut nec iſti:
ſed ne ipſis quidem omnibus hominibus liberationem ab eterno igne pmittunt.

uerū eiſ tantū qui chriſti baptiſmate abluti: & corporiſ eiuſ & ſanguiniſ pticipeſ facti
ſunt quōlibet uixerint: in quacunq; hereſi uel impietate fuerint. Sed contradicit eiſ
apoſtoluſ dicenſ. Manifeſta autē ſunt opera carniſ. Que ſunt fornicatio: immūditia:
luxuria: idoloꝝ ſeruituſ: ueneficia: inimicicie: cōtētioneſ: emulationeſ: animoſitateſ:
diſſenſioneſ: hereſeſ: inuidie: ebrietateſ: cōmeſſationeſ: & hiſ ſimilia: que predico uobiſ
ſicut predixi. quoniam qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Hec profecto
apoſtolica ſententia falſa eſt: ſi taleſ poſt quantalibet tempora liberati regnum dei
poſſidebunt. Sed quoniam falſa nō eſt: profecto regnū dei nō poſſidebunt. Et ſi in
regni dei poſſeſſione nunq̄ erunt: eterno ſupplicio tenebūtur. quoniā nō eſt mediuſ
locuſ ubi nō ſit in ſupplicio: qui illo nō fuerit cōſtitutuſ in regno. Quamobrem qđ
ait dominuſ Ieſuſ hic eſt paniſ qui de celo deſcendit: ſi quiſ ex ipſo mādūcauerit nō
morietur. ego ſum paniſ uiuuſ qui de celo deſcendi: ſi quiſ manducauerit ex hoc pane
uiuet in eternum: quomō ſit accipiendū merito queritur. Et ab iſtiſ quidem quibuſ nūc
reſpondemuſ: hunc intellectū auferunt illi: quibuſ deinde reſpondendū eſt. Hi ſunt
autem qui hanc liberationem nec omnibuſ habentibuſ ſacramentum baptiſmatiſ et
corporiſ chriſti: ſed ſoliſ catholiciſ q̄uiſ male uiuētibuſ pollicentur. Quia non ſolum
inquiūt ſacramēto ſed re ipſa mādūcauerunt corpuſ chriſti: in ipſo ſcilicet eiuſ corpe
conſtituti de quo ait apoſtoluſ. Vnuſ paniſ unū corpuſ multi ſumuſ. Qui ergo eſt
in eiuſ corporiſ unitate id eſt in chriſtianorum compage membrorum: cuiuſ corporiſ
ſacramentum fideleſ cōmunicanteſ de altari ſumere cōſueuerunt: ipſe uere dicenduſ
eſt manducare corpuſ chriſti: & bibere ſanguinē chriſti. Ac p hoc heretici & ſciſmatici
ab huiuſ unitate corporiſ ſeparati poſſunt idem percipere ſacramentum: ſed non ſibi
utile imo uere etiam noxium: quo iudicentē grauiuſ q̄ uel tardiuſ liberentē. Non ſūt
quippe in eo uinculo pacis: quod in illo exprimitur ſacramento. Sed rurſuſ etiā iſti
qui recte intelligunt nō dicendum eum manducare corpuſ chriſti qui in corpore nō
eſt chriſti: nō recte promittunt eiſ qui uel in hereſim uel etiā in gentiliū ſupſtitionē
ex illiuſ corporiſ unitate labuntur: liberationem quandoq; ab eterni igne ſupplicii:
Primo quia debent attendere q̄ ſit intolerabile atq; a ſana doctrina nimiſ deuium:
ut multi ac pene omēſ q hereſeſ impiaſ cōdiderūt exeunteſ de catholica eccleſia & facti
ſunt hereſiarche: melioreſ habeāt cauſaſ q̄ hi qui nunq̄ fuerunt catholici: cū in eorū
laqueoſ incidiſſent: ſi illoſ hereſiarchaſ hoc facit liberari a ſupplicio ſempiterno: q̄ in
catholica eccleſia baptiſati ſunt: & ſacramētum corporiſ chriſti in uero chriſti corpe
primituſ acceperunt: cū peior ſit utiq; deſertor fidei & ex deſertore oppugnator eiuſ
effectuſ: q̄ ille qui nō deſeruit quā nunq̄ tenuit. Deinde quia et hiſ occurrit apoſtoluſ
eademq; uerba proferenſ: & enumeratiſ illiſ carniſ operibuſ eadem ueritate predicēſ:
quoniam qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Vnde nec illi in perditiſ et
damnabilibuſ moribuſ debent eſſe ſecuri: qui uſq; in finem quidē uelut in cōmuniōe
eccleſie catholice perſeuerant: intuenteſ quod dictum eſt: Qui perſeuerauerit uſq; in
finem hic ſaluuſ erit: & per uite iniquitatem ipſam uiam iuſticie quod eiſ chriſtuſ eſt
deſerunt: ſiue fornicādo ſiue aliaſ immūdiciaſ flagitioꝝ quaſ nec apoſtoluſ exp̄mere
uoluit in ſuo corpe pperrando: ſiue turpitudine luxurie diffluendo: ſiue aliqđ aliud
eorum agendo: de quibuſ ait: quoniam qui talia agunt regnum dei nō poſſidebunt.
Ac per hoc quicūq; agunt talia: niſi in ſupplicio ſempiterno nō erunt: quia in regno
dei eſſe nō potuerunt. In hiſ enī perſeuerādo uſq; in huiuſ uite finem: nō utiq; dicēdi
ſunt in chriſto perſeueraſſe uſq; in finē: quia in chriſto perſeuerare eſt in eiuſ fide pſeue-
rare. que fideſ ut eam definit apoſtoluſ per dilectiōem operatur. Dilectio autē ſicut

peior eſt deſertor fidei q̄ ex deſertore oppugnator

ipſe alibi dicit malum nõ operatur. Nec iſti duo ergo dicẽdi ſunt mãducare corpus chriſti: quoniam nec in membris computandi ſunt chriſti. Ut enim alia taceam: non poſſunt ſimul eſſe & mẽbra chriſti & mẽbra meretricis. Denique ipſe dicens qui mãducat carnem meam & bibit ſanguinem meum: in me manet et ego in eo. oſtendit quid ſit nõ ſacramẽtotenus ſed reuera corpus chriſti manducare: & eius ſanguinẽ bibere. Hoc eſt enĩ in chriſto manere: ut in illo maneat et chriſtus. Sic enĩ hoc dixit tanquã diceret. Qui non in me manet & in quo ego nõ maneo: nõ ſe dicat aut exiſtimet mãducare corpus meum: aut bibere ſanguinem meum. Non itaque manẽt in chriſto: qui nõ ſunt membra eius. Non ſunt autẽ membra xpi: qui ſe faciunt mẽbra meretricis: niſi malũ illud penitendo eſſe deſtiterint: & ad hoc bonũ recõciliatione redierint.

Ed habent inquiunt chriſtiani catholici in fundamento chriſtũ: a cuius unitate nõ receſſerunt. tamẽ & ſi huic fundamẽto ſuperedificauerũt quãlibet peſſimã uitam: uelut ligna: fenum: ſtipulam. Recta itaque fides per quã chriſtus ẽ fũdamẽtũ: quãuis cũ damno quoniam illa que ſupedificata ſunt exurentur. tamẽ poterit eos quandoque ab illius ignis perpetuitate ſaluare. Reſpõdeat eis breuiter Iacobus apoſtolus. Si quis dicat ſe fidem habere opera autem nõ habeat: nũquid poterit fides ſaluare eum. Et quis eſt inquiũt de quo dicit apoſtolus Paulus. Ipſe autem ſaluus erit ſic tamẽ quaſi per ignem? Simul quis iſte ſit inquiramus. Hunc tamẽ nõ eſſe certiſſimũ ẽ: ne duorum apoſtolorum ſententias mittamus in rixam. Si unus dicit etiam ſi mala opera quis habuerit ſaluabit eum fides per ignẽ: ſaluus autem ſi opera nõ habeat nũquid poterit fides ſaluare eum. Inueniemus ergo qui poſſit per ignẽ ſaluari: ſi prius inuenerimus quid ſit habere in fũdamẽto chriſtũ. Quod ut de ipſa ſimilitudine quãtocius aduertamus. nihil in edificio preponitur fundamẽto. Quiſquis itaque ſic habet in corde xpm: ut ei terrena & temporalia: nec ea que licita ſunt atque cõceſſa preponat: fundamentum habet chriſtum. Si autem preponit: & ſi uideatur habere fidem chriſti: nõ eſt tamen in eo fundamentũ chriſtus: cui talia preponũtur. Quanto magis ſi ſalutaria precepta cõtempnẽs committat illicita: ſeruã nõ prepoſuiſſe chriſtũ ſed poſtpoſuiſſe cõuincitur: quẽ poſt habuit imperantem ſiue cõcedentem: dum contra eius imperata ſiue conceſſa ſuam per flagitia delegit explere libidinẽ. Si quis itaque chriſtianus diligit meretricẽ: eique adherẽs unum corpus efficitur: iam fũdamentum nõ habet chriſtum. Si quis autẽ diligit uxorẽ ſuam: ſi ſcd'm chriſtũ: quis ei dubitet in fundamento eſſe xpm? Si uero ſcd'm hoc ſeculũ: ſi carnaliter: ſi in morbo cõcupiſcẽtiarũ ſicut & gentes que ignorãt deum: etiam hoc ſcd'm ueniam cõcedit apoſtolus: immo per apoſtolũ chriſtus. Poteſt ergo & iſte in fundamento habere xpm. Si enĩ nihil ei talis affectionis uoluptatiſque preponat: quãuis ſupedificet ligna: fenum: ſtipulam: xpus eſt fundamentũ. propter hoc ſaluus erit per ignem. Delicias quippe huiuſmodi amoreſque terrenos: propter cõiugalẽ quidem copulam nõ damnabiles: tribulationis ignis exuret. ad quẽ pertinẽt orbitates: & orbitates & quecũque calamitates que auferũt hec. Ac per hoc ei qui edificauit erit edificatio iſta dampnoſa: quia nõ habebit quod ſuperedificauit: et eorum amiſſiõe cruciabitur: quibus fruẽdo utique letabatur. Sed per hũc ignẽ ſaluus erit merito fũdamẽti: quia & ſi uerũ id an chriſtũ habere mallet a perſecutore pponeret: ſe malle chriſtum habere quam iſta liberrime profiteretur. Vide in apoſtoli uerbis hominem edificantem ſuper fundamentũ hoc: aurũ: argẽtum: lapides precioſos. Qui ſine uxore eſt inquit: cogitat que ſunt dei quomodo placeat deo. Vide alium edificantem ligna: fenum: ſtipulam. Qui autẽ matrimonio iunctus eſt inquit: cogitat que ſunt mũdi quomodo

placeat uxori. Vnuſcuiuſq; opus quale ſit maīfeſtabit. Dies .n. domini declarabit.
dies utiq; ire dies tribulatōis: quoniā in igne inquit reuelabit. Eandēq; tribulationē
ignem uocat. ſicut alibi legitur. Vaſa figuli pbat fornax & homines iuſtos tēptatio
tribulationis. Et uniuſcuiuſq; opus q̄le ſit ignis probabit. Si cuius opus permanſerit:
permanet enī ꝙ quiſq; cogitat que ſunt dei quomō placeat deo quod ſupedificauit:
mercedem accipiet. id eſt unde cogitauit hoc ſumet. Si cuius aūt opus arſerit: dāmnū
patietur. quoniā quod dilexerat nō habebit. Ipſe autem ſaluus erit quia nulla eum
tribulatio ab illius fundamenti ſtabilitate ſemouit. Sic tamen quaſi per ignē. Quod
enim ſine illiciente amore nō habuit: ſine urente dolore nō perdit. Ecce quātū mihi
uidetur inuentus eſt ignis: qui nullū eorū damnet. ſed unum ditet. alterū damnificet:
ambos probet. Si autem ignem illū loco iſto uoluerimus accipere: de quo dominus
dicit ſiniſtris. Diſcedite a me maledicti in ignē eternum: ut in eis etiam iſti eē credantē
qui edificant ſuper fundamentū: ligna. fenū. ſtipulam: eoſq; ex illo igne poſt tēpus
pro malis meritis impertitū liberet boni meritū fundamētū: quid arbitramur dextros
quibus dicetur uenite benedicti patris mei poſſidete paratū uobis regnū: niſi eos qui
ſupedificauerunt ſuper fundamentū: aurum: argētum: lapides precioſos? Sed in illū
ignem de quo dictum eſt: ſic tamē quaſi per ignem: ſi hoc mō eſt intelligendus: utriq;
mittendi ſunt: et dextri ſcilicet et ſiniſtri. Illo quippe igne utriq; probandi ſunt de
quo dictum eſt. dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur & uniuſcuiuſq;
opus quale ſit ignis ꝓbabit. Si ergo utrūq; probabit ignis: ubi ſi cuius opus ꝑmāſerit
id eſt nō fuerit igne cōſumptum quod ſuperedificauit: mercedē accipiat. ſi cuius aūt
opus arſerit: damnum patiatur: profecto nō eſt ille ipſe eternus ignis. In illum enim
ſoli ſiniſtri nouiſſima et perpetua damnatione mittent: iſte autem dextros probat.
Sed alios eorum ſic probat ut edificiū quod ſuper chriſtū fundamentū ab eis inuenerit
eſſe cōſtructū: nō exurat atq; cōſumat. alios aūt aliter: id ē ut quod ſupedificauerūt
ardeat damnūq; inde patiantur. ſalui fiant autem quoniā chriſtum in fundamentū
ſtabiliter poſitum precellenti caritate tenuerūt. Si autem ſalui fient: profecto & ad
dexteram ſtabunt & cum ceteris audient. uenite benedicti patris mei poſſidete patū
uobis regnū. nō ad ſiniſtram ubi illi erunt qui ſalui nō erunt. & ideo audiēt diſcedite
a me maledicti in ignem eternū. Nemo qppe ab illo igne ſaluabitur: qa in ſuppliciū
eternū ibunt illi omnes: ubi uermis eorum nō morietur & ignis nō extinguetur. quo
cruciabūtur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Poſt iſtius ſane corporis mortē: donec
ad illū ueniat q poſt reſurrectionē corporū futurus ē damnatōis & remuneratōis
ultimus dies. ſi hoc temporis interuallo ſpiritus defunctorū eiuſmodi ignem dicantur
perpeti: quē nō ſentiant illi qui nō habuerunt tales mores & amores in huius corpis
uita ut eorum ligna et fenū & ſtipula cōſumat. alii uero ſentiant qui eiuſmodi ſecū
edificia portauerunt. ſiue ibi tantum. ſiue hic et ibi. ſiue ideo hic ut nō ibi: ſecularia
q̄uis a damnatione uenialia cōcremantē ignem tranſitorie tribulationis inueniāt: nō
redarguo. quia forſitan uerum eſt. Poteſt quippe ad iſtam tribulationem pertinere
etiā mors ipſa carnis: que de peccati primi perpetratione cōcepta eſt. & ſcdm cuiuſq;
edificium tempore ſuo ab unoquoq; ſuſcepta. poſſunt & perſecutiōes eccleſie quibus
martires coronati ſunt. & quas patiuntur quicunq; chriſtiani probant utraq; edificia
uelut ignis. & alia conſumunt cum ipſis edificatoribus ſi xp̄m in eis non inueniunt
fundamentum: alia ſine ipſis ſi inueniunt: quia licet cum damno ſalui erunt: ipſi non
cōſumentur ꝓpter xp̄i uidelicet meritum in fundamento repti q manet in eternum.
Erit enī tribulatio in fine ſeculi tēpore Antichriſti: qualis nunq̄ antea fuit. qa multa

erunt tunc edificia ſiue aurea ſiue fenea ſuper optimū fundamentum quod eſt xp̄s Ieſus: ut ignis ille probet utraq; & de aliis gaudiū de aliis inferat damnum. Neutros tamen perdat in quibus hec inuenit propter ſtabile fundamentum. Quicūq; autem nō dico uxorem cuius etiam cōmixtione carnis ad carnalem utitur uoluptatem: ſed ipſa que ab huiuſmodi delectationibus aliena ſunt nomina pietatis humano more carnaliter diligendo: chriſto anteponit: nō eum habet in fundamento. Et ideo nō per ignem ſaluus erit: ſed ſaluus nō erit: quia eſſe cū ſaluatore nō poterit: qui de hac re aperiſſime loquens ait. Qui amat patrem aut matrē plus q̄ me nō eſt me dignus: & qui amat filiū aut filiā ſuper me: nō eſt me dignus. Verum qui has neceſſitudines ſic amat carnaliter: ut tamē eas xp̄o domino nō pponat: maliq; ipſis carere q̄ xp̄o: ſi ad hunc fuerit articulum temptationis adductus: per ignē erit ſaluus: quia eī earū amiſſione tantum neceſſe eſt urat dolor: quātum heſerat amor. Porro qui patrem: matrem: filios: filias: ſcd̄m xp̄m dilexerit: ut ad eius regnū obtinendū eiq; coherēdū illis cōſulat: uel hoc ī eis diligat q͛ mēbra ſunt chriſti: abſit ut iſta dilectio repiat in lignis: feno: et ſtipula cōſumēda. ſed prſus edificio aureo: argēteo: gēmeoq; deputa/bit. Quomō aūt poteſt eos plus amare q̄ xp̄m: quos amat utiq; ppter xp̄m?

R Eſtat eis reſpondere: qui dicunt eterno igne illos tantūmodo arſuros: qui pro peccatis ſuis dignas facere elemoſinas negligunt: propter illud q̄d ait apoſtolus Iacobus: iudicium autem ſine miſericordia illi qui nō fecit miſericordiam. Qui ergo fecit inquiunt q̄uis nō correxerit perditos mores: ſed nefarie ac nequiter inter ipſas ſuas elemoſinas uixerit: cum miſericordia illi futurum ē iudicium: ut aut nō damnet omnino: aut poſt aliquod tempus a damnatiōe nouiſſima liberetur. Nec ob aliud exiſtimāt chriſtū de ſolo delectu atq; neglectu elemoſinaꝝ diſcretionē inter dextros et ſiniſtros eſſe facturum: quoꝝ alios in regnum alios ī ſupplicium mittet eternum. Ut autem quotidiana ſibi opinentur que facere omnino nō ceſſant: qualiacunq; & quantacūq; ſint: per elemoſinas dimitti poſſe peccata: orationem quam docuit ipſe dominus: & ſuffragatricē ſibi adhibere conant̄ & teſtem. Sicut enim nullus eſt inquūt dies quo a xp̄ianis hec oratio nō dicatur: ita nullū ē quotidianū qualecūq; peccatū: quod per illam nō dimittatur: cū dicimus dimitte nobis debita noſtra: ſi quod ſequit̄ facere curemus: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Nō .n. ait dominus inquūt: ſi dimiſeritis peccata hominibus: dimittet uobis pater quotidiana parua peccata: ſed dimittet inquit uobis peccata ueſtra. Qualiacunq; ergo uel quātacunq; ſint: etiam ſi quotidie ppetrētur: nec ab eis uita diſcedat in melius cōmutata: per elemoſinā ueniā nō negetā: remitti ſibi poſſe p̄ſumūt. Sed bene q͛ iſti dignas pro peccatis elemoſinas cōmonēt eſſe faciendas. Quoniā ſi dicerent q̄leſcūq; elemoſinas p̄ peccatis quotidianis & magnis: & quātacūq; ſcelerum cōſuetudine miſericordiam poſſe impetrare diuinā: ut ea quotidiana remiſſio ſequeret̄: uiderēt ſe rē dicere abſurdā atq; ridiculā. Sic enī cōgerentur fateri fieri poſſe: ut opulētiſſimus homo .x. denariis diurnis elemoſinas impēſis hōicidia et adulteria & nefaria queq; facta redimeret. Quod ſi abſurdiſſimū & inſaniſſimū eſt dicere profecto ſi queratur que digne ſint elemoſine pro peccatis de qbus etiā xp̄i p̄curſor ille dicebat: facite ergo fructus dignos penitentie: pculdubio nō inuenient̄ eas facere: qui uitā ſuā uſq; ad mortē quotidianoꝝ criminū ppetratiōe cōfodiunt. Primum quia in auferendis rebus alienis lōge plura diripiunt: ex quibus perexigua pauperibus largiēdo chriſtum ſe ad hoc paſcere exiſtimant: ut licentiam malefactorū ſe ab illo emiſſe uel quotidie potius emere credentes: ſecuri damnabilia

tanta cõmittant. Qui ſi pro uno ſcelere omnia ſua diſtribuerent indigẽtibuſ mẽbris chriſti: niſi deſiſterent a talibuſ factiſ habẽdo caritatem que nõ agit perperam: aliqd eiſ ꝓdeſſe nõ poſſet. Qui ergo dignaſ ꝓ ſuiſ peccatiſ elemoſinaſ facit: priuſ eaſ incipit facere a ſeipſo. Indignũ eſt enĩ ut in ſe nõ faciat q̃ facit in proximũ: cũ audiat dicẽtẽ deum: diligeſ proximum tuũ tanq̃ te ipſum. Item audiat. Miſerere anime tue placẽſ deo. Hanc elemoſinam id eſt ut deo placeat nõ faciẽſ anime ſue: quomodo dignaſ pro peccatiſ ſuiſ facere elemoſinaſ eſt dicẽduſ? Ad hoc enĩ et illud ſcriptũ eſt. Qui ſibi malignuſ eſt cui bonuſ erit? Orationeſ quippe adiuuant elemoſine. Et utiq; intuendũ eſt quod legimuſ. Fili peccaſti: nõ adiciaſ iterũ: & de preteritiſ tuiſ deprecare ut tibi dimittantur. Propter hoc ergo elemoſine faciende ſunt: ut cum de preteritiſ peccatiſ deprecamur exaudiamur: nõ ut in eiſ perſeuerantes licentiam malefaciendi noſ per elemoſinaſ comparare credamuſ. Ideo aũt dominuſ & dextriſ elemoſinaſ ab eiſ factaſ: & ſiniſtriſ non factaſ ſe imputaturum eſſe predixit: ut hinc oſtenderet q̃tum ualeãt elemoſine ad priora delenda: nõ ad perpetua impune cõmittenda peccata. Taleſ aũt elemoſinaſ nõ dicendi ſunt facere: qui uitam nolunt a cõſuetudine ſcelerũ in meliuſ cõmutare. Quia & in hoc quod ait: quãdo uni ex minimiſ meiſ non feciſtiſ mihi non feciſtiſ: oſtendit eoſ nõ facere etiam quando ſe facere exiſtimant. Si enĩ chriſtiano eſurienti panem tanq̃ chriſto darent: profecto ſibi panem iuſtitie quod ipſe chriſtuſ eſt non negarent. Quoniã deuſ non cui detur ſed quo animo detũ attendit. Qui ergo chriſtum diligit in chriſtiano: hoc animo ei porrigit elemoſinã quo accedit ad xp̃m. nõ quo uult recedere impunituſ a chriſto. Tanto enim magiſ quiſq; deſerit chriſtum: quanto magiſ diligit quod improbat chriſtuſ. Nam quid cuiq̃ prodeſt ꝙ baptizatur ſi nõ iuſtificatur? Nonne qui dixit niſi quiſ renatuſ fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto nõ intrabit in regnum dei: ipſe etiã dixit niſi abundauerit iuſtitia ueſtra ſup ſcribarũ & phariſeorum: non intrabitiſ in regnum celorum. Cur illud timendo multi currunt baptizari: & hoc nõ timendo nõ multi curant iuſtificari. Sicut ergo non dicit fratri ſuo fatue: qui cum hoc dicit nõ ipſi fraternitati ſed peccato euiſ infenſuſ eſt: alioquin reuſ erit gehenne ignis: ita ecõtrario qui porrigit elemoſinã chriſtiano: nõ xp̃iano porrigit q non in eo diligit chriſtũ: non autem diligit chriſtũ qui iuſtificari recuſat a xp̃o. Et quẽadmodum ſi quiſ preoccupatuſ fuerit in aliquo delicto: ut fratri dicat ſuo fatue: id eſt nõ eiuſ peccatũ uolẽſ auferre: ſed conuitiã iniuſticie: parũ eſt illi ad hoc redimendũ elemoſinaſ facere: niſi etiam quod ibi ſequitur remedium reconciliationiſ adiungat. Ibi enĩ ſequit. Si ergo offerſ munuſ tuũ ad altare: & ibi recordatuſ fuerĩſ quia frater tuuſ habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munuſ tuũ ad altare & uade priuſ recõciliari fratri tuo: & tunc ueniens offereſ munuſ tuũ: ita parum ẽ elemoſinaſ quãtaſ libet facere pro quocũq; ſcelere: & in cõſuetudine ſcelerũ permanere. Oratio uero quotidiana quã docuit ipſe dominuſ: unde et dominica nominat: delet quidẽ quotidiana peccata cum quotidie dicit: dimitte nobiſ debita noſtra: quãdo id quod ſequitur nõ ſolum dicitur ſed etiã fit: ſicut et noſ dimittimuſ debitoribuſ noſtriſ. Sed quia fiunt peccata: ideo dicitur: nõ ut ideo fiant quia dicitur. Per hanc enim uoluit ſaluator oſtẽdere: quantũlibet iuſte in huiuſ uite caligine atq; infirmitate uiuamuſ: nõ nobiſ deeſſe peccata pro quibuſ dimittẽdiſ debeamuſ orare: & eiſ qui in noſ peccãt ut & nobiſ ignoſcat ignoſcere. Nõ itaq; ꝓpterea dominuſ ait. Si dimiſeritiſ hõibuſ peccata dimittet uobiſ pater ueſter peccata ueſtra: ut de hac oratione confiſi ſecuri quotidiana ſcelera faceremuſ: uel potẽtia q̃ nõ timeremuſ hõim legeſ: uel aſtutia qua ipſoſ homineſ falleremuſ: ſed ut ꝑ illã diſceremuſ nõ putare noſ eſſe ſine peccatiſ: etiã

ſi a criminibuſ eſſemuſ immuneſ ſicut etiam legiſ ueteriſ ſacerdoteſ hoc ipſum deuſ de
ſacrificiiſ admonuit qui iuſſit eoſ primū pro ſuiſ deinde pro populi offerre peccatiſ.
Nam etiam ipſa uerba tanti magiſtri & domini noſtri uigilāter intuenda ſunt. Non
eni ait ſi dimiſeritiſ peccatum hoībuſ: et pater ueſter dimittet uobiſ qualiacūq peccata
ſed ait peccata ueſtra. Quotidianam orationē docebat: et iuſtificatiſ utiq diſcipuliſ
loquebatur. Quid eſt ergo peccata ueſtra niſi peccata ſine quibuſ nec uoſ eritiſ qui
iuſtificati & ſāctificati eritiſ. Vbi ergo illi qui per hanc orationē occaſionē ppetrādorum
ſcelerum quotidie quærunt ſignificaſſe dicūt dominū etiam magna peccata. quoniam nō
dixit dimittet uobiſ peccata parua ſed peccata ueſtra ſibi noſ cōſiderantes qualibuſ
loquebatur & audientes dictū ſi peccata ueſtra: nihil aliud debemuſ exiſtimare quam paruas
quoniam talium iam nō erant magna. Verūtamen nec ipſa magna a quibuſ omnino
mutatiſ in meliuſ moribuſ recedendum eſt dimittūtur orantibuſ niſi fiat quod ibi dicitur
ſicut et noſ dimittimuſ debitoribuſ noſtriſ. Si eni minima peccata ſine quibuſ nō etiā
eſt uita iuſtorū aliter nō remittuntur: quāto magiſ multiſ & magniſ criminibuſ inuoluti
etiam ſi ea perpetrare iam deſinant: nullā indulgentiā conſequuntur ſi ad remittendū
aliiſ quod in eoſ quiſq peccauerit inexorabileſ fuerint cum dicat dominuſ: ſi autem
non dimiſeritiſ peccata hominibuſ: nec pater ueſter dimittet uobiſ. Ad hoc eni ualet
quod etiam Iacobuſ apoſtoluſ ait. Iudicium futurum ſine miſericordia illi qui non
fecit miſericordiam. Venire quippe debet in mentem etiam ſeruuſ ille: cui debitori dominuſ
ſuuſ relaxauit decē milia talentorum quæ poſtea iuſſit ut redderet quia ipſe nō miſertuſ
eſt cōſerui ſui qui ei debebat centum denarioſ. In hiſ ergo qui filii ſunt promiſſioniſ
& uaſa miſericordiæ ualet quod ait idem apoſtoluſ cōſequenter adiungenſ: ſuperexaltat
autem miſericordia iudicium. Quoniam & illi iuſti qui tanta ſanctitate uixerūt ut
alioſ quoq recipiant in tabernacula æterna quibuſ amici facti ſunt de mammona
iniquitatiſ ut taleſ eſſent: miſericordia liberati ſunt ab eo qui iuſtificat impiū: imputanſ
mercedem ſecūdum gratiam nō ſecundum debitum. In eorum quippe numero eſt apoſtoluſ
qui dicit. Miſericordiam conſecutuſ ſum ut fideliſ eſſem. Illi autem qui recipiuntur a
talibuſ in tabernacula æterna: fatendū eſt quod nō ſine hiſ moribuſ præditi: ut eiſ liberādiſ
ſine ſuffragio ſanctorum ſua poſſit uita ſufficere: ac per hoc multo ampliuſ in eiſ ſuperexal-
tet miſericordia iudicium. Nec tamen ideo putāduſ eſt quiſquā ſceleratiſſimuſ nequaquam
uita uel bona uel tolerabiliore mutatuſ recipi in tabernacula æterna: quoniam obſecutuſ eſt
ſanctiſ de mammona iniquitatiſ id eſt de pecunia uel diuitiiſ quæ male fuerant adquiſitæ:
aut etiam ſi bene non tamē ueriſ ſed quaſ iniquitaſ putat eſſe diuitiaſ quoniam neſcit
quæ ſint uere diuitiæ quibuſ illi abundāt qui et alioſ recipiūt in tabernacula æterna.
Eſt itaq quidā moduſ uitæ: nec tā male ut hiſ eā uiuētibuſ nihil proſit ad capeſſendū
regnū celorum largitaſ elemoſinarum quibuſ etiam iuſtorum ſuſtentatur inopia & fiūt
amici qui in tabernacula æterna ſuſcipiant: nec tam bone ut ad tantā beatitudinem
adipiſcēdā eiſ ipſa ſufficiat: niſi eorum meritiſ quoſ amicoſ fecerit miſericordiā cōſequātur.
Mirari autē ſoleo etiam apud Virgilium iſtā domini reperiri ſententiam: ubi ait facite
uobiſ amicoſ de mammona iniquitatiſ: ut & ipſi recipiant uoſ in tabernacula æterna:
cuiuſ eſt illa ſimillima. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedem prophetæ
accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti: mercedē iuſti accipiet. Nam cū elizeoſ
campoſ poeta ille deſcriberet: ubi putāt habitare animaſ beatorum nō ſolū ibi poſuit
eoſ qui propriiſ meritiſ ad illaſ ſedeſ peruenire potuerunt: ſed adiecit atq ait. Quiq ſui
memoreſ alioſ fecere merēdo: id eſt qui promeruerūt alioſ eoſq ſui memoreſ promerēdo
fecerūt. Prorſuſ tanquam eiſ diceret quod frequētat ore chriſtiano: cū ſe cuiq ſanctorum

humiliſ quiſq; commendat: & dicat memor eſto mei: atq; ut id eſſe poſſit promerendo efficiat. Sed quiſ iſte ſit moduſ: & que ſint ipſa peccata que ita impediunt peruentionē ad regnum dei: ut tamen ſanctorū amicoꝝ meritiſ impetrent indulgentiā: difficillimū eſt inuenire: periculoſiſſimū diffinire. Ego certe uſq; ad hoc tempuſ cū inde ſatagerē: ad eorum indaginem peruenire nō potui. Et fortaſſiſ propterea latent: ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat. Quoniam ſi ſcirent que uel qualia ſint delicta pro qbuſ etiā pmanentibuſ: nec puectu uite melioriſ aſſumptiſ: intercesſio ſit inquirenda & ſperanda ſanctorum: eiſ ſecura ſe obuolueret humana ſegnicieſ: nec euolui talibuſ iplicamentiſ ulliuſ uirtutiſ expeditiōe curaret: ſed tantummō quereret alioꝝ meritiſ liberari: quoſ amicoſ ſibi de mamona iniquitatiſ elemoſinaꝝ largitiōe feciſſet. Nunc uero dum uenialiſ iniquitaſ etiam ſi pſeueret ignoratꝰ: moduſ profecto & ſtudium in meliora proficiendi: orando et inſtādo uigilantiuſ adhibet: & faciēdi de mammōa iniquitatiſ ſanctoſ amicoſ cura nō ſpernitur. Verum iſta liberatio que fit ſiue ſuiſ quibuſq; orationibuſ: ſiue intercedentibuſ ſanctiſ: id agit ut in ignē quiſq; nō mittatur eternum: nō ut cum fuerit miſſuſ poſt quantūcunq; inde tempuſ eruat. Nam & illi qui putāt ſic intelligendum eſſe quod ſcriptum eſt: afferre terram bonā uberem fructū: aliam tricenū: aliam ſexagenū: aliam centenū: ut ſancti pro ſuorum diuerſitate meritorum: alii tricenoſ homineſ liberent: alii ſexagenoſ: alii cētenoſ: hoc in die iudicii futurum ſolent ſuſpicari: nō poſt iudicium. Qua opinione quidam cum uideret homineſ impunitatem ſibi pperſiſſime pollicenteſ: eo q omneſ iſto modo ad liberationē ptinere poſſe uideantur: elegantiſſime reſpōdiſſe perhibet: bene potiuſ eſſe uiuendum: ut inter eoſ quiſq; repeniat qui pro aliiſ interceſſuri ſunt liberandiſ: ne tā pauci ſint ut cito ad numeꝝ ſuū uel tricenū: uel ſexagenū: uel cētenū: unoquoq; eoꝝ puenītē: multi remaneāt q eruī iā de peniſ illoꝝ interceſſiōe nō poſſint: & in eiſ inueniat quiſq; ſibi ſpem fructuſ alieni temeritate uaniſſima pollicet. Hec me illiſ reſpōdiſſe ſuffecerit: q ſacrarū literaꝝ quaſ cōmuneſ habemuſ auctoritatē nō ſpernūt: ſed eaſ male intelligēdo: nō qđ ille loquitur: ſed hoc potiuſ putant futuꝝ eē qđ ipſi uolunt. Hac itaq; reſpōſione reddita librū ſicut promiſimuſ terminamuſ. AV[illegible]LI

AV·VSTINI LIBER XXII · INCI

De condicione angeloꝝ et hoim:

SIcut in proximo libro ſuperiore promiſimuſ: iſte huiuſ totiuſ operiſ ultimuſ: diſputationē de ciuitate dei eternaq; beatitudine cōtinebit. Que nō propter etatiſ per multa ſecula lōgitudinē tamen quantamcūq; finiendam eternitatiſ nomen accepit: ſed quemadmodum ſcriptum eſt in euangelio: regni eiuſ non erit finiſ. Nec ita ut aliiſ moriendo decedentibuſ: aliiſ ſuccedētibuſ oriēdo: ſpecieſ in ea perpetuitatiſ appareat: ſicut in arbore que perhenni frōde ueſtitur: eadem uidet uiriditaſ permanere: dū labētibuſ et cadētibuſ foliiſ ſubinde alia que naſcuntur faciem conſeruant opacitatiſ: ſed omneſ in ea ciueſ immortaleſ erunt: adipiſcentibuſ & hominibuſ quod nunq̃ ſancti angeli perdiderūt. Faciet hoc deuſ omnipotētiſſimuſ eiuſ cōditor. Promiſit enim nec mentiri poteſt: & quibuſ fidem hinc quoq; faceret: q multa ſua & non promiſſa & promiſſa iam fecit. Ipſe eſt enim qui in principio cōdidit mundū: plenum omnibuſ boniſ uiſibilibuſ atq; intelligibilibuſ rebuſ: in quo nihil meliuſ inſtituit q̃ ſpirituſ quibuſ itelligentiā dedit: & ſue cōtemplatiōiſ habileſ capaceſq; ſui preſtitit: atq; una ſocietate deuinxit: quam ſanctam et ſupernam dicimuſ ciuitatem. In qua reſideant: in qua ſuſtentent beatiq;

ſint. Deuſ autem ipſe illiſ eſt tanq̄ uita uictuſq; cōmuniſ: qui liberū arbitrium eidem
intellectuali nature tribuit tale: ut ſi uellet deſerere deum beatitudinem ſcilicet ſuā:
continua miſeria eſſet ſecutura. Qui cum preſciret angeloſ quoſdam per elationem q̄
ipſi ſibi ad beatam uitam ſufficere uellēt tanti boni deſertoreſ futuroſ: nō eiſ ademit
hanc poteſtatem: potentiuſ & meliuſ eſſe iudicanſ etiam de maliſ benefacere: q̄ mala
eſſe nō ſinere. Que omnino nulla eſſent: niſi natura mutabiliſ q̄uiſ bona et a ſummo
deo atq; incōmutabili bono q bona omnia cōdidit inſtituta peccando mala ea ſibi
ipſa feciſſet: quo etiam peccato ſuo teſte cōuincitur bonam cōditam ſe eē naturam.
Niſi enim magnum et ipſa licet nō equale cōditori bonū eſſet: pfecto deſertio dei
tanquam luminiſ ſui malum eiuſ eſſe nō poſſet. Nam ſicut cecitaſ oculi uicium eſt:
& idem ipſum indicat ad uidendum lumen eſſe oculum creatum: ac per hoc etiā ipſo
uicio ſuo excellentiuſ oſtendit ceteriſ mēbriſ membrū capax luminiſ. Non enī alia
cauſa eſſet uicium eiuſ carere lumine: ſic natura que fruebat̄ deo: optimā ſe inſtitutā
docet etiam ipſo uicio: quo ideo miſera eſt quia nō fruitur deo. Qui caſum angelorū
uolūtariū iuſtiſſima pena ſempiterne infelicitatiſ obſtruxit: atq; in eo ſummo bono
pmanentibuſ ceteriſ: ut de ſua ſine fine pmanſione certi eſſent: tanquā ipſiuſ pmiū
permanſioniſ dedit. Qui fecit hominē etiam ipſum rectū cū eodem libero arbitrio:
terrenū quidem animal: ſed celo dignū ſi ſuo coheręret auctori: miſeria ſimiliter ſi eū
desereret ſecutura: quali nature huiuſmodi cōueniret. Quē ſimiliter cū puaricatione
legiſ dei per dei deſertionē peccaturū eſſe pſciret: nec illi ademit arbitrii liberi poteſt:
ſimul preuidenſ quid boni de malo eiuſ ipſe eſſet facturuſ: qui de mortali progenie
merito iuſteq; damnata: tantū populū pper gratiam ſuam colligit: ut inde ſuppleat
et inſtauret partem que lapſa eſt angelorum: ac ſic illa dilecta et ſuperna ciuitaſ nō
fraudetur ſuorū numero ciuiū: quin etiā fortaſſiſ & uberiore letetur.

MVlta enim fiunt quidem a maliſ cōtra uolūtatem dei: ſed tante eſt ille ſapiētie
tanteq; uirtutiſ: ut i eoſ exituſ ſiue fineſ quoſ bonoſ & iuſtoſ ipſe pſciuit tēdant
omnia que uolūtati eiuſ uident̄ aduerſa. Ac per hoc cū deuſ mutare dicit̄ uolūtatē:
ut qbuſ leniſ erat uerbi gratia reddat̄ iratuſ: illi potiuſ q̄ ipe mutant̄: & eū quodāmō
mutatum in hiſ que patiuntur inueniunt: ſicut mutatur ſol oculiſ ſauciatiſ: & aſper
quodāmō ex miti: & ex delectabili moleſtuſ efficitur: cū ipſe apud ſeipſum maneat
idem qui fuit. Dicitur etiam uoluntaſ dei quā facit in cordibuſ obedientiū mādatiſ
eiuſ: de q̄ dicit apoſtoluſ. Deuſ eſt enī qui operat̄ in nobiſ & uelle. Sicut enī iuſticia
dei nō ſolū qua ipſe iuſtuſ eſt dicit̄: ſed illa etiā quā in homine qui ab illo iuſtificat̄
facit: ſic et lex eiuſ uocatur potiuſ q̄ eſt hominū ſed ab illo data. Nam utiq; homineſ
erant quibuſ ait Ieſuſ: in lege ueſtra ſcriptum eſt: cū alio loco legamuſ: lex dei eiuſ
in corde eiuſ. Scd̄m hanc uolūtatē quā deuſ operatur i hominibuſ: etiā uelle dicitur
quod nō ipſe uult: ſed ſuoſ id uolēteſ facit: ſicut dicit̄ cognouiſſe: qd̄ ut cognoſceret
fecit a quibuſ ignorabatur. Neq; enim dicente apoſtolo: nunc autem cognoſcenteſ
deum imo cogniti a deo: faſ eſt ut credamuſ q eoſ tunc cognouerit deuſ pcognitoſ
ante cōſtitutionem mūdi: ſed tunc cognouiſſe dictuſ eſt: quod tunc ut cognoſcerent̄
effecit. De hiſ locutionū modiſ iam & in ſuperioribuſ libriſ memini diſputatū. Scd̄m
hanc ergo uoluntatem q̄ deum uelle dicimuſ quod alioſ efficit uelle: a quibuſ futura
neſciuntur: multa uult nec facit. Multa enim uolūt fieri ſancti eiuſ ab illo inſpirata
ſancta uoluntate: nec fiunt: ſicut orant pro quibuſdam pie ſancteq;: & quod orant
non facit: cū ipſe in eiſ hanc orandi uoluntatē ſancto ſpiritu ſuo fecerit. Ac p hoc qū

ſcd̃m deum uolunt et orant ſancti ut quiſq; ſit ſaluus:poſſumus illo modo locutiõis dicere uult deus & nõ facit. ut ipſum dicamus uelle: qui uelle ſcit iſti faciũt. Scd̃m uero illam uoluntatem ſuam que cũ eius preſcientia ſempiterna eſt: profecto in celo & in terra omnia quecũq; uoluit non ſolum preterita uel preſentia: ſed etiam futura iam fecit. Verum anteq̃ ueniat tempus quo uoluit ut fieret quod ante tẽpora uniuerſa preſciuit atq; diſpoſuit: dicimus quãdo deus uoluerit fiet. Si aũt nõ ſolũ tempus quo futurum ẽ: uerũ etiã utrũ futurũ ſit ignoramus: dicimus fiet ſi deus uoluerit: nõ quia deus nouam uoluntatem quam nõ habuit tũc habebit: ſed quia id quod eternitate in eius immutabili preparatum eſt uoluntate tunc erit.

QVapropter ut cetera tam multa pretereamus: ſicut in xp̃o nũc uidemus impleri quod promiſit Abrae dicens: in ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes: ſic ita quod eidem ſemini eius promiſit implebitur: ubi ait per prophetam. reſurgent qui erant in monumentis. Et quod ait erit celũ nouũ et terra noua: et nõ erunt memores priorũ nec aſcendent in cor ipſorũ: ſed leticiam et exultationem inuenient in ea. Et ecce ego faciam hieruſalem exultationẽ & populũ meũ in leticia: & exultabo in hieruſalem: & letabor in populo meo: et ultra nõ audietur in ea uox fletus. Et per aliũ p̃phetã quod prenũciauit dicens eidem prophete. In tempe illo ſaluabitur populus tuus oẽs qui inuentus fuerit ſcriptus in libro: & multi dormiẽtium in terre puluere: ſiue ut alii interp̃tati ſunt aggere exurgẽt: hi in uitam eternã: & hi ĩ opprobriũ et in cõfuſionẽ eternam. Et alio loco per eundem p̃phetam. Et accipient regnum ſancti altiſſimi: & obtinebunt illud uſq; in ſeculũ: & uſq; in ſecula ſeculorũ. Et paulo poſt. Regnũ inqt eius regnum ſempiternum. Et alia que ad hoc ptinentia in libro uiceſimo poſui ſiue que nõ poſui: & tamẽ in eiſdẽ literis ſcripta ſunt: uenient et hec ſicut et iſta uenerunt que increduli nõ putabant eẽ uentura. Idẽ quippe deus utraq; p̃miſit utraq; uẽtura eẽ p̃dixit: quẽ p̃horreſcũt numĩa pagãorũ: teſte etiã Porphirio nobiliſſĩo philoſopho ipſorũ.

SEd uidelicet homines docti atq; ſapientes cõtra uim tãte auctoritatis que oĩa genera hominũ ſicut tãto ante predixit: in hoc credendũ ſperandũq; cõuertit: acute ſibi argumentari uidentur aduerſus corporũ reſurrectionem: & dicere: quod in tercio de republica libro a Cicerone cõmemoratũ eſt. Nam cũ Herculẽ & Romulũ ex hominibus deos eſſe factos aſſeueraret: quorum non corpora inquit ſunt in celum elata. Neq; enim natura pateretur: ut id quod eſſet e terra niſi ĩ terra maneret. Hec eſt magna ratio ſapientium: quorũ dominus nouit cogitationes qm̃ uane ſunt. Si enĩ aĩe tantũmodo eſſemus: id eſt ſine ullo corpe ſpiritus: & in celo habitãtes terrena aĩalia neſciremus: nobiſq; futurũ eſſe diceretẽ: ut terrenis corporibus animãdis quodã uinculo mirabili necteremur: nonne multo fortius argumentaremur id credere recuſantes: & diceremus naturã nõ pati ut res incorporea ligamẽto corporeo uinciretur. Et tamẽ plena eſt terra uegetantibus animis: quibus hec mẽbra terrẽa miro modo ſũt cõnexa et implicata. Cur ergo eodem uolente deo qui fecit hoc animal nõ poterit terrenum corpus in celeſte corpus attolli: ſi animus omnia hec terrena tranſcẽdens p hoc etiam celeſti corpore preſtabilior: terrẽo corpori potuit alligari. An terrẽa particula tam exigua potuit aliqd celeſti corpore melius apud ſe tenere: ut ſenſum haberet & uitã: & eam ſentientem atq; uiuentem dedignabitur celũ ſuſcipere: aut ſuſceptã nõ poterit ſuſtinere: cum de re ſentiat & uiuat iſta meliore: q̃ eſt corpus omne celeſte? Sed ideo nunc nõ fit: quia nõdum eſt tempus quo id fieri uoluit. Quid hoc quod prouidẽtia

dei multo mirabiliuſ quam illud quod ab iſtiſ nō credit̃ fecit. Cur.n. nō uehemētiuſ admiramur incorporeoſ animoſ: celeſti corpore potioreſ terrenis alligari corporibus: q̃ corpora licet terrena ſedibuſ q̃uis celeſtibuſ tamen corporeiſ ſublimari: niſi quia hoc uidere cōſueuimuſ & hoc ſumuſ: illud uero nōdū ſumuſ nec aliq̄n adhuc uidimuſ. Nā pfecto ſobria racione cōſultaſ mirabilioriſ eſſe diuini operiſ reperitur incorpalibuſ corporalia quodāmodo attexere: q̃ licet diuerſa q̄a illa celeſtia iſta terreſtria: tamen corpa & corpa copulare.

Sed hoc incredibile fuit aliquādo. Ecce iam credidit mūduſ ſublatū terrenum chriſti corpuſ in celum. reſurrectionem carniſ et aſcenſionem in ſupernaſ ſedeſ pauciſſimiſ remanētibuſ atq; ſtupētibuſ uel doctiſ uel indoctiſ iā crediderūt docti et indocti. Si rem credibilem crediderunt: uideant q̄ ſint ſtolidi qui nō credunt. Si aūt reſ incredibiliſ credita ē: etiā hoc utiq; incredibile eſt: ſic creditū eē q̄d icredibile eſt. Hec igit̃ duo incredibilia: reſurrectiōem ſcilicet noſtri corpiſ in eternum: & rem tā incredibilē mundum eſſe crediturum: idem deuſ anteq̄ uel unum eoꝝ fieret ambo futura eſſe predixit. Unum duorū incredibilium iam factū eſſe uidemuſ: ut q̄d erat incredibile crederet munduſ. Cur id quod reliquū ē deſperat: ut etiā hoc ueniat q̄d incredibile credidit munduſ: ſicut iā uenit quod ſimiliter incredibile fuit: ut rem tam incredibilē crederet munduſ: quandoq̄dem hoc utrūq; incredibile quorum uidemuſ unum: alterū credimuſ: in eiſdem literiſ predictum ſit: per quaſ credidit munduſ. Et ipſe moduſ quo credidit munduſ ſi cōſideret̃ incredibilior inuenitur. Ineruditoſ liberalibuſ diſciplinis & omnino quātū ad iſtorū attinet doctrinaſ impolitoſ: nō peritoſ grāmatica: nō armatoſ dialetica: nō rethorica inflatoſ: piſcatoreſ chriſtuſ cū retibuſ fidei ad mare huiuſ ſeculi pauciſſimoſ miſit: atq; ita et ex omni genere tam multoſ piſceſ: & tanto mirabilioreſ quāto rarioreſ: etiā ipſoſ philoſophoſ cepit. Duobuſ illiſ incredibilibuſ: ſi placet imo q̄a placere debet: addamuſ hoc terciū. Iam ergo tria ſūt incredibilia: que tamē facta ſunt. Incredibile ē xp̄m reſurrexiſſe in carne: & in celū aſcēdiſſe cū carne. Incredibile eſt mūdum rem tā incredibilem credidiſſe. Incredibile eſt homineſ ignobileſ: infirmoſ: pauciſſimoſ: ipericoſ rē tam icredibilē tā efficaciter mūdo: et in illo etiam doctiſ pſuadere potuiſſe. Horū trium incredibilium primum nolunt iſti cū quibuſ agimuſ credere: ſecundū cogūtur et cernere. quod nō inueniūt unde ſit factū: ſi nō credūt terciū. Reſurrectio certe xp̄i: et in celū cū carne in qua reſurrexit aſcēſio: toto iam mūdo predicat̃ et creditur: ſi credibiliſ nō eſt: unde toto terrarū orbe iam credita eſt. Sed multi nobileſ: ſublimeſ: docti: eā uidiſſe dixeriūt: et quod uiderūt diffamare curarūt: eiſ mūdum credidiſſe nō mirū eſt. ſed iſtoſ adhuc credere nolle: perdurum eſt. Si autem ut uerū eſt: paucis: obſcuriſ: minimiſ: indoctiſ eam ſe uidiſſe dicentibuſ & ſcribentibuſ credidit munduſ: cur pauci: obſtinatiſſimi qui remanſerūt ipſi mundo iam credenti adhuc uſq; nō credunt: qui propterea numero exiguo: ignobilium: infirmorū: imperitoꝝ hoīm credidit: quia in tā cōtemptibilibuſ teſtibuſ multo mirabiliuſ diuinitaſ ſeipſa perſuaſit. Eloquia namq; perſuadentium que dicebant: mira fuerunt facta nō uerba. Qui eni̇̃ chriſtum in carne reſurrexiſſe: & cum illa in celū aſcēdiſſe nō uiderant: hec ſe uidiſſe narrantibuſ: non loquentibuſ tantū: ſed etiā mirifica facientibuſ ſigna credebāt. Homineſ q̄ppe quoſ uniuſ uel ut multum duarū linguarū fuiſſe nouerant: repente linguiſ omnium gentium loquēteſ mirabiliter audiebāt. Claudum ab uteribuſ matriſ: ad eorū uerbum in xp̄i nomine poſt .xl. annoſ incolumem cōſtitiſſe. Sudaria de corporibuſ eorum ablata: ſanandiſ pfuiſſe languentibuſ: in uia qua fuerant tranſituri poſitoſ in ordine innumerabileſ

morbiſ uariiſ laboranteſ: ut ambulantium ſuper eoſ umbra tranſiret continuo ſalutẽ ſolere recipere: & alia multa ſtupẽda in chriſti nomine per eoſ facta: poſtremo etiã mortuoſ reſurrexiſſe cernebant. Que ſi ut leguntur geſta eſſe concedunt: ecce tot incredibilia tribuſ illiſ incredibilibuſ addimuſ: et ut credatur unũ incredibile: quod de carniſ reſurrectione atq; in celum aſcenſione dicitur: multorũ incredibiliũ teſtimonia tanta cõgerimuſ: & nõ dum ad credendum ab horrenda duritia increduloſ flectimuſ. Si uero per apoſtoloſ xpi ut eiſ crederetur reſurrectionẽ atq; aſcẽſionẽ predicantibuſ chriſti: etiam iſta miracula facta eſſe nõ credũt: hoc nobiſ unum grande miraculum ſufficit: ꝙ ea terrarum orbiſ ſine ulliſ miraculiſ credidit.

Recolamuſ etiã hoc loco illud qđ de Romuli credita diuinitate Tuliuſ admiratur. Verba eiuſ ut ſcripta ſunt inſeram. Magiſ eſt inquit in Romulo admirandum: ꝙ ceteri qui dii ex hominibuſ facti eſſe dicuntur: minuſ eruditiſ hominũ ſeculiſ fuerũt: ut fingendi procliuior eſſet ratio: cum imperiti facile ad credendum impellerentur. Romuli autem etatem minuſ hiſ ſexcentiſ anniſ iam inueteratiſ literiſ atq; doctrinis: omnique illo antiquo ex inculta hominum uita errore ſublato fuiſſe cernimuſ. Et paulopoſt de eodẽ Romulo ita loquitur: qđ ad hunc pertinet ſenſum. Ex quo itelligi poteſt inquit: ꝑ multiſ anniſ ante Homerũ fuiſſe q̃ Romulũ: ut iam doctiſ hõibuſ ac temporibuſ ipſiſ eruditiſ ad fingendum uix quicq̃ eſſet loci. Antiquitaſ enĩ recepit fabulaſ: fictaſ etiam nõnunq̃ incõdite. Hec etaſ autem iam exculta p̄ſertim eludẽſ: omne quod fieri non poteſt reſpuit. Vnuſ e numero doctiſſimorum hominũ idemq; eloquentiſſimuſ omniũ: Marcuſ Tulliuſ Cicero: propterea dicit diuinitatem Romuli mirabiliter creditam: ꝙ erudita tempora iam fuerunt que falſitatem non reciperẽt fabularum. Quiſ autem Romulum deũ niſi roma credidit: atq; id parua & incipiẽſ? Tum deinde poſteriſ ſeruare fuerat neceſſe quod acceperant a maioribuſ: ut cũ iſta ſuperſtitiõe in lacte quodammõ matriſ ebibita creſceret ciuitaſ: atq; ad tam magnũ perueniret imperium: ut ex eiuſ faſtigio uelut ex altiore quodam loco aliaſ quoq; genteſ quibuſ dominaret̃ hac ſua opinione perfunderet: ut nõ quidem crederent: ſed tamen dicerent deum Romulũ: ne ciuitatẽ cui ſeruiebant de cõditore eiuſ offẽderẽt: aliter eum nominando q̃ roma que id nõ amore quidem huiuſ erroriſ: ſed cũ amoriſ errore crediderat. Chriſtuſ autem quãq̃ ſit celeſtiſ & ſempiterne cõditor ciuitatiſ: non tamen eum quoniam ab illo cõdita eſt deum credidit: ſed ideo potiuſ eſt cõdenda qa credidit. Roma cõditorem ſuum iam cõſtructa & dedicata tanq̃ deũ coluit in tẽplo: hec autem hieruſalem deum chriſtum cõditorem ſuum ut conſtrui poſſet et dedicari: poſuit in fidei fundamentum. Illa illum amando eſſe deum credidit: iſta iſtum deum eſſe credẽdo amauit. Sicut ergo preceſſit unde amaret illa: & de amato iam libenter etiam falſum bonũ crederet: ita preceſſit unde iſta crederet: ut recta fide nõ temere qđ falſũ: ſed quod uerũ erat amaret. Excepiſ enĩ tot et tãtiſ miraculiſ que ꝑſuaſerũt deum eſſe chriſtũ: prophetie quoq; diuine fide digniſſime preceſſerunt: que in illo nõ ſicut a patribuſ adhuc creduntur implende: ſed iam a toto demonſtrant̃ implete. De Romulo aũt quia cõdidit romam in eaq; regnauit: auditur & legitur: nõ quia factũ eſt qđ ante fuiſſet ꝓphetatũ: ſed ꝙ ſit receptuſ in deoſ creditũ tenent litere: nõ factũ docent. Nulluſ qppe rerũ mirabiliũ ſigniſ id ei uere prouẽiſſe mõſtrat̃. Lupa qppe illa fratrũ duorũ nutrix: quod uidet̃ quaſi magnũ extitiſſe portentũ: q̃le aut quãtũ ẽ ad demõſtrandum deũ? Certe enim & ſi non meretrix fuit lupa illa ſed beſtia: cum fratribuſ portentum cõmune fuerit ambobuſ: frater tamen eiuſ nõ habet̃ deuſ. Quiſ

aũt ꝓhibitus ē aut Romulum aut Herculē aut alios tales hōīes deos dicere: & non maluit q̄ nō dicere. Aut uero aliq̄ gentiū coleret īter deos ſuos Romulū: niſi romani nominis metus cogeret. Quis porro enumeret q̄m multi quātalibet ſeuitia crudelitatis occidi q̄ xp̄m deū negare maluerūt. Proinde metus q̄ālibet leuis īdignatōis: que ab animis romāoꝝ ſi nō fieret poſſe putabat̄ exiſtere: cōpellebat aliq̄s ciuitates poſitas ſub iure romāo: tanq̄ deū colere Romulum. A chriſto autem deo nō ſolum colendo uerum etiam cōfitendo: tantam per orbem terre martirum multitudinē metus ullus aut terror reuocare nō potuit. blādicie nulle: ꝑmiſſio nulla demouit. ſed nec facul/tatū uiolenta ſubtractio: nec acerbitas uniuerſaꝝ uariarūq; penarū & ipſius mortis que plus ceteris formidatur. Neq; tunc ciuitas xp̄i q̄uis adhuc peregrinaret̄ in terris: & haberet tam magnoꝝ agmina populorum: aduerſus impios perſecutores ſuos pro tēporali ſalute pugnauit: ſed potius ut obtineret eternā nō repugnauit. Ligabant̄: includebantur: cedebantur: urebantur: torquebantur: laniabantur: cruciabantur: & multiplicabant̄. Non erat eis pro ſalute pugnare: niſi ſalutē ꝓ ſaluatore cōtēpnere. Scio ī libro Ciceronis tertio niſi fallor de republica diſputari: nullum bellū ſuſcipi a ciuitate optia: niſi aut ꝓ fide aut ꝓ ſalute. Quid aũt dicat ꝓ ſalute: uel ītelligi quā ſalutē uelit alio loco demōſtrās. Sed his penis inq̄t quas etiā ſtultiſſi ſentiūt: egeſtate: exilio: uinculis: uerberibus: elabunt̄ ſepe priuati: oblata mortis celeritate. Ciuitatibus aũt mors ipſa pena ē: que uidet̄ a pena ſingulos uindicare. Debet enī cōſtituta ſic eē ciuitas: ut eterna ſit. Itaq; nullus interitus eſt reipuplice naturalis: ut hominis in quo mors nō modo neceſſaria eſt: uerum etiam optanda perſepe. Ciuitas autē cū tollit̄: delet̄: extinguitur: ſimile ē quodāmodo ut magnis parua cōferamus: ac ſi omīs hic mundus intereat et cōcidat. Hoc ideo dicit Cicero: quia mundum nō interiturū cum platōicis ſentit. Conſtat ergo eum pro ea ſalute uoluiſſe bellū ſuſcipi a ciuitate: qua fit ut maneat hic ciuitas ſicut dicit eterna: q̄uis morientibus & naſcētibus ſingulis: ſicut perhennis ē opacitas olee uel lauri: atq; huiuſmodi ceterarū arborū: ſingulorū lapſu ortuq; foliorum. Mors quippe ut dicit nō hominū ſingulorū: ſed uniuerſe pena eſt ciuitatis. que a pena plerumq; ſingulos uindicat. Vnde merito queritur: utrum recte fecerint ſagūtini: quādo uniuerſam ciuitatem ſuā interire maluerūt: q̄ fidem frāgere qua cū ipſa romana republica tenebātur. In quo ſuo facto laudantur ab omibus terrene reipublice ciuibus. Sed hi quomō huic diſputatōi poſſent obedire nō uideo: ubi dicitur nullū ſuſcipiēdum eſſe bellum: niſi aut pro fide aut pro ſalute. Nec dicit̄ ſi in unum ſimul piculū ita duo iſta cōcurrerint: ut teneri alterū ſine alterius amiſſiōe nō poſſit: quid ſit potius eligendum. Profecto enī ſaguntini ſi ſalutē eligerent: fides eis fuerat deſerenda. Si fides tenenda: amittenda utiq; ſalus ſicut & factum eſt. Salus autem ciuitatis dei talis eſt: ut cum fide ac per fidem teneri uel potius adquiri poſſit: fide autem perdita ad eam quiſq; uenire non poſſit. Que cogitatio firmiſſimi ac pa/ciētiſſimi cordis tot ac tātos martires fecit. qualē ne unum quidem habuit uel habere potuit: quando eſt deus creditus Romulus.

Sed ualde ridiculū eſt de Romuli falſa diuinitate cū de chriſto loquimur facere mentionem. Verumtamen cum ſexcētis ferme annis ante Ciceronē Romulus fuerit: atq; illa etas tam fuiſſe doctrinis dicatur exculta: ut qd̄ fieri nō poteſt omne reſpueret: quāto magis poſt ſexcētos ānos ipſius tēpore Ciceronis: maximeq; poſtea ſub Auguſto atq; Tiberio eruditioribus utiq; tempibus: reſurrectionem carnis xp̄i atq; in celos aſcēſionē: tanq̄ id quod fieri nō poteſt mens humana ferre non poſſet:

eludenſq; ab auribuſ cordibuſq; reſpueret: niſi eã fieri potuiſſe: atq; factã eē diuinitaſ ipſiuſ ueritatiſ uel diuinitatiſ ueritaſ: & cõſtantia miraculorum ſigna monſtrarẽt: ut terrentibuſ et cõtradicentibuſ tam multiſ tamq; magniſ perſecutionibuſ. precedenſ in xp̄o: deinde ĩ ceteriſ ad nouũ ſeculum ſecutura reſurrectio: atq; immortalitaſ carniſ & fideliſſime crederetẽ & predicaretẽ intrepideſ: & per orbẽ terre pullulatura fecũdiuſ cum in martirũ ſanguine ſereretẽ. Legebantur enĩ preconia p̄cedentiũ prophetarũ: cõcurrebant oſtẽta uirtutũ: et perſuadebatur ueritaſ noua cõſuetudine nõ cõtraria rationi: donec orbiſ terre qui p̄ſequebatẽ furore p̄ſequeretur fide.

mũdus in xp̄m crederet facta ſunt. . fieri mũdo credente

viij. CVr inquiunt nunc illa miracula que predicatiſ facta eſſe nõ fiũt? Poſſem quidẽ dicere neceſſaria fuiſſe priuſq̃ crederet mũduſ: ad hoc ut crederet munduſ. Quiſquiſ adhuc prodigia ut credat inquirit: magnũ eſt ipſe prodigium: qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicũt: ut nec tunc illa miracula facta fuiſſe credantur. Vnde ergo chriſtuſ tanta fide uſq; quaq; cantatẽ in celum cũ carne ſublatuſ? Vnde temporibuſ eruditiſ & omne qđ fieri nõ poteſt reſpuẽtibuſ: ſine ulliſ miraculiſ nimiũ mirabiliter incredibilia credidit munduſ? An forte credibilia fuiſſe et ideo credita eſſe dicturi ſunt? Cur ergo ipſi nõ credunt? Breuiſ ẽ igitẽ noſtra cõplexio. Aut incredibiliſ rei que non uidebatẽ: alia incredibilia que tamen fiebant et uidebantẽ fecerũt fidem: aut certe ita credibiliſ ut nulliſ quibuſ p̄ſuaderetẽ miraculiſ indigeret: iſtorũ nimiam redarguit infidelitatẽ. Hoc ad refellẽdoſ uaniſſimoſ dixerim. Nam facta eẽ multa miracula que atteſtarentẽ illi uni grandi ſalubriq; miraculo: quo xp̄ſ in celũ cũ carne in qua reſurrexit aſcendit: negare non poſſumuſ. In eiſdem quippe ueraciſſimiſ libriſ cũcta ſcripta ſunt: & que facta ſunt: & propter quod credendum facta ſunt. Hec ut fidem facerẽt innotuerũt: hec per fidẽ quã fecerũt multo clariuſ innoteſcũt. Leguntẽ quippe in populiſ ut credantẽ: nec in populiſ tamen niſi credita legerentẽ. Nam etiã nũc fiũt miracula in eiuſ nomine: ſiue p ſacramẽta eiuſ: ſiue p orationeſ uel mẽoriaſ ſanctorũ eiuſ: ſed nõ eadẽ claritate illuſtrantẽ: ut tanta quãta illa gloria diffamentẽ. Canon quippe ſacrarũ literarũ: quẽ diffamatũ eẽ oportebat: illa facit ubiq; recitari: & memorie cunctorũ inherere populorũ. hec autem ubicũq; fiunt ibi ſciuntur uix a tota ipſa ciuitate uel quocũq; commanẽtiũ loco. Nam plerunq; etiã ipſi pauciſſimi ſciunt ignorãtibuſ ceteriſ: maxime ſi magna ſit ciuitaſ: & quãdo alibi aliiſq; narrantẽ: nõ tãta ea cõmendat auctoritaſ: ut ſine difficultate uel dubitatione credantẽ: quãuiſ chriſtianiſ fidelibuſ a fidelibuſ indicentur.

Qđ uniuerſa miracula q̄ per martires in xp̄i nõie fiunt . . fidei teſtimoniũ ferũt . . in . . martires crediderunt

Ca. ix. MIraculum quod mediolani factũ eſt: cũ illic eſſemuſ quãdo illuminatuſ ẽ cecuſ: ad multorum noticiam potuit peruenire: quia et grandiſ eſt ciuitaſ & ibi erat tunc imperator: & immẽſo populo teſte reſ geſta eſt: cõcurrente ad corpora martirũ Prothaſii & Geruaſii. Que cum laterent & penituſ neſcirentur: epiſcopo Ambroſio per ſomnium reuelata reperta ſunt: ubi cecuſ ille depulſiſ ueteribuſ tenebriſ diẽ uidit.

Apud cartaginem autem quiſ nouit preter admodũ pauciſſimoſ: ſalutẽ que facta eſt Innocẽtio exaduocato uicarie p̄fecture: ubi noſ interfuimuſ & oculiſ aſpeximuſ noſtriſ? Venienteſ enĩ de trãſmarinis: me et fratrẽ meum Allippium nõdum quidem clericoſ: ſed iam deo ſeruiẽteſ: ut erat cũ tota domo ſua religioſiſſimuſ ip̄e ſuſceperat: & apud eum tũc habitamuſ. curabatẽ a mediciſ propter fiſtulaſ quaſ numeroſaſ atq; perplexaſ habuit in poſteriore atq; ima corporiſ pte. Iam ſecuerant eum: & artiſ ſue cetera medicamẽtiſ agebãt. Paſſuſ aũt fuerat in ſectione illa: & diuturnoſ et acerboſ

doloreſ. Sed unuſ inter multoſ ſinuſ fefellerat medicoſ: atq; ita latuerat ut eum non
tangerent quē ferro aperire deberent. Denique ſanatiſ omnibuſ que aperta curabāt:
iſte remāſerat ſoluſ: cui fruſtra impendebatur labor. Quaſ moraſ ſuſpectaſ ille habēſ:
multumq; formidanſ ne iterum ſecaretur: quod ei predixerat aliuſ medicuſ domeſticuſ
eiuſ: quē nō ad miſerant illi ut ſaltē uideret cū primū ſectuſ eſt: quomodo id faceret:
iratuſq; illum domo abiecerat: uixq; receperat: erupit atq; ait. Iterum me ſecturi eſtiſ?
Ad illiuſ quē uoluiſtiſ eſſe pſentē uerba uenturuſ ſum. Irridere illi medicū imperitū
ceperunt: metumq; hominiſ boniſ uerbiſ promiſſionibuſq; lenire pretenterunt et alii
dieſ plurimi: nihilq; proficiebat omne quod fiebat. medici tamen in ſua pollicitatōe
perſiſtebant: nō ſe illū ſinum ferro ſed medicamētiſ eē clauſuroſ. Adhibuerūt & aliū
grandeuū iam medicū: ſatiſq; i illa arte laudatū. Adhuc. n. uiuebat: Ammoniū dico.
Qui loco inſpecto idem quod illi eoꝝ diligētia peritiaq; promiſit. Cuiuſ ille factuſ
auctoritate ſecuruſ: domeſtico ſuo medico qui futuram predixerat aliam ſectiōem:
faceta hilaritate uelut iā ſaluuſ illuſit. Quid plura? Poſtea tot dieſ inaniter cōſūpti
tranſierunt: ut feſſi atq; confuſi faterentur eum niſi ferro nullo modo poſſe ſanari.
Expauit: expalluit: nimio timore turbatuſ. Atq; ubi ſe collegit fariq; potuit: abire
illoſ iuſſit: et ad ſe ampliuſ non accedere. nec aliud occurrit fatigato lacrimiſ: & illa
iam neceſſitate cōſtricto: niſi ut adhiberet alexandrinū quendam qui tūc cirurguſ
mirabiliſ habebatur: ut ipſe faceret qđ ab illiſ fieri nolebat iratuſ. Sed poſteaq; uenit
ille: laboreq; illoꝝ in cicatricibuſ ſicut artifex uidit: boni uiri functuſ officio pſuaſit
hominiſ: ut illi potiuſ qui in eo tantum laborauerāt quantū ipſe inſpiciens mirabat:
ſue curatiōiſ fine fruerent. adiciēſ q; reuera niſi ſectuſ eſſet ſaluuſ eſſe non poſſet. Sed
ualde abhorrere a ſuiſ moribuſ: ut hominibuſ quoꝝ artificioſiſſimā opam: induſtriā:
diligētiam admiranſ in cicatricibuſ eiuſ uideret: ppter exiguū quod remanſit palmā
tanti laboriſ auferret. Redditi ſunt aīo eiuſ: & placuit ut eodē alexādrino aſſiſtēte:
ipſi ſinum illum ferro q iam cōſenſu omniū aliter inſanabiliſ putabatur aperirēt. Que
reſ dilata eſt in cōſequentē diē. Sed cū abiſſent illi: ex merore nimio domini tantuſ
eſt in domo illa exortuſ dolor: ut tanq; funeriſ planctuſ uix conprimeretur a nobiſ.
Viſitabant eū quotidie uiri ſancti: epiſcopuſ tunc uzalenſiſ beate memorie Saturninuſ:
& preſbiter Geloſuſ: ac diaconi cartaginenſiſ eccleſie: in quibuſ erat et ex qbuſ ſoluſ
eſt nūc in rebuſ humaniſ iā epiſcopuſ: cū honore a nobiſ debito nominanduſ Aureliuſ:
cum quo recordāteſ mirabilia opera dei de hac re ſepe collocuti ſumuſ: eumq; ualde
meminiſſe qđ cōmemorauimuſ inuenimuſ. Qui cum eū ueſpe ſicut ſolebāt uiſitarēt: rogauit
eoſ miſerabilibuſ lacrimiſ: ut mane dignarent eſſe pſenteſ ſuo funeri potiuſ q; dolori.
Tantuſ. n. eum metuſ ex prioribuſ inuaſerat peniſ: ut ſe inter medicorum manuſ nō
dubitaret eē moriturū. Cōſolati ſūt eū illi: & hortati ut i deo fideret: eiuſq; uolūtatē
uiriliter ferret. Inde ad oratiōem īgreſſi ſumuſ. Vbi nobiſ ex more genua figētibuſ
atq; incūbentibuſ terre: ille ſe ita picit tāq; fuiſſet aliquo grauiter īpellente pſtratuſ:
& cepit orare. Quibuſ modiſ: quo effectu: quo motu animi: quo fluuio lacrimarum:
qbuſ gemitibuſ atq; ſingultibuſ ſuccutiētibuſ omnia mēbra eiuſ & pene ītercludētibuſ
ſpiritum: quiſ ulliſ explicet uerbiſ? Verū orarēt alii nec in hec eoꝝ auerteret intētio
neſciebam. Ego tamen prorſuſ orare nil poterā. hoc tantummodo breuiter in corde
meo dixi. Domine quaſ tuorū preceſ exaudiſ: ſi haſ non exaudiſ? Nihil enim mihi
uidebat addi iā poſſe: niſi ut expiraret orando. Surreximuſ: & accepta ab epiſcopo
benedictiōe diſceſſimuſ: rogāte illo ut mane adeſſēt: illiſ ut equo aīo eēt hortātibuſ.
Illuxit dieſ qui metuebat. Aderant ſerui dei ſicut ſe affuturoſ eſſe pmiſerāt. Ingreſſi

ſunt medici: parantur omnia que hora illa poſcebat. Tremenda ferramenta ꝓferunē attonitiſ ſuſpenſiſq; omnibus. eiſ autem quorū erat maior auctoritaſ defectū animi: eiuſ cōſolādo erigentibus. Ad manuſ ſecturi membra in lectulo cōponunē. Soluunē nodi ligamentorū: nudatē locuſ. inſpicit mediciuſ & ſecādum illū ſinum armatuſ atq; intētuſ inquirit. Scrutatur oculiſ digitiſq; cōtrectat. Temptat denique modiſ omnibuſ: inuenit firmiſſimam ſicatricem. Iam illa letitie lauſ atq; gratiarū actio miſericordi & omnipotenti deo: que fuſa eſt ore omnium lacrimantibus gaudiiſ nō eſt cōmittēda meiſ uerbiſ. Cogitetur potiuſ q̃ dicatē. In eadē cartagine Innocētia religioſiſſima femina de primariiſ ipſiuſ ciuitatis in mamilla cancrū habebat rē ſicut medici dicūt nulliſ medicamentiſ ſanabilem. Aut ergo precidi ſolet membrū ubi naſcitē & a corpē ſeparī aut ut aliquāto homo quietiuſ uiuat fomētiſ ē peſtiſ mitiganda frequētibuſ. Nam ut inde mortem quātumlibet tardiuſ affuturam cōfidamuſ ſcdm Ypocratiſ ut fertur ſentētiā: omniſ eſt omittēda curatio. Hoc illo a perito medico & ſue domui familiariſſimo acceperat: & ad ſolum deū ſe orando cōuerterat. Admonetē in ſomniſ ꝓpinquāte paſcha: ut in parte feminarum obſeruanti ad baptiſterium queſcunq; illi baptizata ꝓmituſ occurriſſet: ſignaret ei locū ſigno crucis xp̄i fecit & cōfeſtim ſanitaſ ſecuta eſt. Medicuſ ſane qui ei dixerat ut nihil curationiſ adhiberet ſi paulo diutiuſ uiuere uellet: cū inſpexiſſet eam poſtea & ſaniſſimam cōperiſſet q̃ priuſ habere illud malum tali inſpectiōe cognouerat: queſiuit ab ea uehemēter qd adhibuiſſet curatōiſ: cupienſ quantū intelligi datē noſſe medicamentū quo Ypocratiſ diffinitio uinceretē. Cumq; ab ea quid factum eſſet audiſſet: uoce uelut cōtempnentiſ & uultu ita ut illa metueret ne aliqd̄ cōtumelioſum uerbū proferret in Chriſtum: religioſa urbanitate reſpōdiſſe fertur. Putabam inquit magnū aliquid te mihi fuiſſe dictură. Atq; illa iā exhorreſcēte mox addidit. Quid grande fecit Chriſtuſ ſaluare cancrū: q̃ q̃triduanū mortuū ſuſcitauit. Hoc ergo cū audiſſem: & uehemēter ſtomacharer in illa ciuitate atq; in illa perſona nō utiq; obſcura factū tam ingenſ miraculū ſic latere: hinc eam & admonendam et pene obiurgandam putaui. Que cū mihi reſpōdiſſet: non ſe inde tacuiſſe: queſiui ab eiſ quaſ forte tunc matronaſ amiciſſimaſ ſecū habebat: utrum hoc antea ſciſſent. Reſpōderunt ſe omnino neſciſſe. Ecce inq̄: quomodo nō taceſ: ut nec iſte audeant que tibi tanta familiaritate iūgunē. Et quia breuiter ab ea queſiuerā: feci ut illiſ audientibuſ multumq; mirantibuſ & glorificātibuſ deum: totū ex ordine quēadmodum geſtū fuerit indicaret.

MEndicium quendam podagricum in eadem urbe: qui cum dediſſet nomen ad baptiſmum: & pridie q̃ baptizaretur in ſomniſ a pueriſ nigriſ curatiſ quoſ intelligebat demōeſ: baptizari eodem anno prohibituſ fuiſſet. eiſq; non obtemperanſ etiā cōculcātibuſ pedeſ eiuſ in dolorem acerrimum qualem nūq̃ expertuſ eſt eſtuaſſet: magiſq; eoſ uincēſ lauacro regenerationiſ ut uouerat ablui non diſtuliſſet. in baptiſmate ipſo non ſolum dolore quo ultra ſolitum cruciabatur: uerum etiam podagra caruiſſe. nec ampliuſ q̃diu poſtea uixiſſet pedeſ doluiſſe: quiſ nouit. Noſ tamē nouimuſ & pauciſſimi fratreſ ad quoſ id potuit ꝑuenire e uicino. Quidam curubitanuſ nō ſolum a paraliſi: uerum etiam ab informi pondere genitalium: cum baptizaretur ſaluuſ effectuſ eſt. & liberatuſ utraq; moleſtia: tanq̃ mali nihil habuiſſet in corpore de fonte regenerationiſ aſcēdit. Quiſ hoc preter curubini nouit: & preter rariſſimoſ aliquoſ qui hoc ubicunq; audire potuerunt? Noſ autem comperiſſemuſ: ſcum hoc iubente ſancto epiſcopo Aurelio etiam ut ueniret cartaginem fecimuſ q̃uiſ a talibuſ priuſ audierimuſ: de quorum fide dubitare non poſſemuſ.

VIr Tribunitiuſ Heſperiuſ qui apud noſ eſt: habet ĩ territorio fuſſalenſi fundũ: zubedi appellatũ: ubi cũ afflictiõe animalium et ſeruorũ ſuorum domũ ſuam ſpirituũ malignorum uim noxiam perpeti cõpenſſet: rogauit noſtroſ me abſente preſbiteroſ: ut aliquiſ eorum illo pergeret cuiuſ orationibuſ cederent. perrexit unuſ: obtulit ibi ſacrificium corporiſ chriſti: orãſ q̃tũ potuit ut ceſſaret illa uexatio. deo ꝓtinuſ miſerante ceſſauit. Acceperat aũt ab amico ſuo terram ſanctã de hieroſolimiſ allatam: ubi ſepultuſ chriſtuſ die tertio reſurrexit: eãq; ſuſpenderat in cubiculo ſuo: ne quid mali etiam ipſe pateretur. At ubi domuſ eiuſ ab illa infeſtatione purgata eſt: qd de illa terra fieret cogitabat: quã diutiuſ ĩ cubiculo ſuo reuerẽtie cauſa habere nolebat. Forte accidit: ut ego et collega tunc meuſ epiſcopuſ ſyniſtenſiſ eccleſie Maximinuſ in proxĩo eſſemuſ: ut ueniremuſ rogauit: & uenimuſ. Cũq; oĩa nobiſ retuliſſet: etiã hoc petiuit: ut infoderetur alicubi: atq; ibi orationũ locuſ fieret: ubi etiã chriſtiãi poſſet ad celebranda que dei ſunt cõgregari. Non reſtitimuſ: factum eſt. Erat ibi paliticuſ iuuenis ruſticanuſ: qui hoc audito petiuit a parẽtibuſ ſuiſ: ut illũ ad eum locum ſcm̃ non cunctanter afferrent. Quo cum fuiſſet allatuſ orauit: atq; inde continuo pedibuſ ſuiſ ſanuſ abſceſſit.

VIctoriana uilla dicitur que ab ypone regio minuſ. xxx. milibuſ abeſt. Mẽoria martirum mediolanenſiũ ibi eſt Prothaſii & Geruaſii. Portatuſ eſt illo quidã adoleſcenſ: qui cũ die medio tẽpore eſtatiſ equũ ablueret in fluminiſ gurgite demonẽ incurrit. Ibi cũ iaceret uel proximuſ mortuo uel ſimillimuſ mortuo: ad ueſptinoſ illuc himnoſ & oratiões: cũ ancilliſ ſuiſ & quibuſdam ſanctimonialibuſ ex more domina poſſeſſiõiſ intrauit: atq; himnõſ cãtare ceperũt. Qua uoce ille quaſi pcuſſuſ excuſſuſ eſt: & cum terribili fremitu altare cõprehenſum mouere non audenſ ſiue nõ ualenſ: tanq̃ eo fuerit alligatuſ aut affixuſ tenebat: et cum grandi eiulatu parci ſibi rogãſ: cõfitebatur ubi adoleſcentem et quãdo et quomodo inuaſerit. poſtremo ſe exiturũ eſſe denũtiãſ: membra eiuſ ſingula nominabat: que ſe amputaturũ exienſ minabat. Atq; inter hec uerba diſceſſit ab hõie. Sed oculuſ eiuſ in maxillã fuſuſ tenui uenula ab interiore quaſi radice pẽdebat: totũq; eiuſ mediũ qđ nigellũ fuerat albicauerat. Quo uiſo qui aderant: cõcurrerant autẽ etiam alii uocibuſ eiuſ acciti: et ſe omneſ pro illo in orationem ſtrauerãt. q̃uiſ eum ſana mente ſtare gauderẽt: rurſuſ tamẽ ꝓpter eiuſ oculum cõtriſtati: medicũ querendum eſſe dicebant. Ibi mariruſ ſororiſ eiuſ q eũ illo detulerat: potenſ eſt inquit deuſ ſanctoꝝ orationibuſq fugauit demõem lumen ei reddere. Tunc ſicut potuit oculũ lapſum atq; pẽdentẽ: loco ſuo reuocatũ ligauit orario: nec niſi poſt ſeptem dieſ putauit eſſe ſoluendum. Quod cũ feciſſet ſaniſſimum inuenit. Sanati ſunt illic & alii de quibuſ dicere longũ eſt. Yponenſem quandã uirginem ſcio: cũ ſe oleo punxiſſet: cui pro illa orãſ preſbiter inſtillauerat lacrimaſ ſuaſ: mox a demonio fuiſſe ſanatam. Scio etiam epiſcopũ ſemel ꝓ adoleſcente quẽ a demonio correptũ uidit oraſſe. illũq; illico demone caruiſſe.

ERat quidam ſenex florentiuſ yponenſiſ noſter homo: religioſuſ & pauper qui ſartoriſſe arte paſcebat. Caſulã perdiderat: & unde ſibi emeret. nõ habebat. Ad xx. martireſ quoꝝ memoria apud noſ eſt celeberrima: clara uoce ut ueſtiretur orauit. Audierũt eum adoleſcẽteſ qui forte aderant irriſoreſ: eumq; diſcedentem exagitãteſ proſequebãtur: quaſi qui a martiribuſ quinquagenoſ folleſ unde ueſtimentũ emeret petiuiſſet. At ille tacituſ ambulanſ eiectum grandem piſcem palpitantẽ uidit ĩ litore: eumq; illiſ fauentibuſ atq; adiuuantibuſ apprehendit: et cuidam coco Catoſo nomĩe bene chriſtiano ſad coquinam conditariam indicanſ quid geſtum ſit trecẽtiſ follibuſ

uendidit: lanam compare inde diſponēs: ut uxor eius quomō poſſet ei quo indueretꝰ
afficeret. Sed cocus cōcidens piſcē anulum aureum in uentriculo eius inuenit: moxq;
miſeratione flexus & religione perterritus: homini eum reddidit dicens. Ecce quomodo
te.xx. martires ueſtierūt. Ad aquas tibilitanas epiſcopo afferēte Proiecto reliqas
glorioſiſſimi Stephani martiris: ad eius memoriam ueniebat magne multitudinis
cōcurſus et occurſus. Ibi ceca mulier ut ad epiſcopū portantē pignora ſacra duceretꝰ
orauit: flores quos ferebat dedit: recepit: oculis admouit: protinus uidit. Stupētibus
cunctis qui aderant preibat exultās: uiam carpens: & uie ducem ulterius nō requirēs.
Memorati memoriam martiris que poſita eſt in caſtello ſinitenſi: quod yponēſi
colonie uicinum eſt: eiuſdem loci Lucillus epiſcopus populo precedēte atq; ſequēte
in manu portabat. fiſtulam cuius moleſtia iam diu laborauerat: & familiariſſimi ſui
medici eam ſecare uellet: operiebat manus illius pie ſarcine uectatiōe. Vbi uero ſtāſ
attigit reliquias repēte ſanata eſt. Nam deinceps eam in ſuo corpore nō inuenit.
EVcharius pſbiter ex hiſpāia chalame hābitās: ueteri morbo calculi laborabat.
Per memoriā ſupradicti ſancti martiris quā poſſidimus illo aduexit epiſcopus:
ſaluus factus eſt. Idem ipſe poſtea morbo alio preualeſcente mortuus ſic iacebat: ut
ei iā pollices ligarentur. Opitulatiōe memorati martiris: cū de memoria eius reportata
fuiſſet: & ſup iacētis corpus miſſa ipſius pſbiteri tunica: ſuſcitatus eſt. Fuit ibi uir
in ordine ſuo primarius nomine Marcialis: euo iam grauis: & multum abhorrens a
religione chriſtiana. Habebat ſane fidelem filiā: & generū eodem anno baptizatū.
Qui cū eū egrotantē multis et magnis pcibus et lacrimis rogarēt ut fieret xpianus:
prorſus abnuit: eoſq; a ſe turbida indignatiōe ſubmouit. Viſum eſt genero eius ut iret
ad memoriā ſancti Stephani: et illic quantum poſſet pro eo oraret: ut deus illi daret
bonam mētem. qua credere nō differret in chriſtū. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu:
& ſinceriter ardente pietatis affectu. Deinde abſcedens aliqd de altari florum quod
occurrit tulit: eiq; cū iam nox eſſet ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt. Et ecce añ
diluculum clamat: ut ad epiſcopum curreretꝰ qui forte mecū tunc erat apud yponē.
Cum ergo eum audiſſet abſentem: uenire preſbiteros poſtulauit. uenerunt: & ſtatim
credere ſe dixit: admirantibus atq; gaudētibus omnibus baptizatus ē. Hoc qādiu uixit
in ore habebat. chriſte accipe ſpiritū meū: cū hec uerba beatiſſimi Stephani quādo
lapidatus eſt a iudeis ultima fuiſſe neſciret: que huic quoq; ultima fuerunt. Nam nō
multopoſt etiā ipſe defūctus ē. Sanati ſunt illic p eundē martirē etiā tres podagrici:
duo ciues: peregrinus unus. ſed ciues omnimō: peregrinus aūt p reuelationē qd adhiberet
quādo doleret audiuit: et cū hoc feciſſet dolor cōtinuo coniquieuit.
AVdurus nomē eſt fundi: ubi eccleſia ē & i ea mēoria martiris Stephani. Puerū
quendam paruulum cum in area luderet: exorbitantes boues qui uehiculum
trahebant rota obtriuerunt: & cōfeſtim palpitauit expirans. Hunc mater arreptam
ad eandem memoriam poſuit: & nō ſolum reuixit: uerū etiam illeſus apparuit.
Sanctimonialis quedam in uicina poſſeſſione que caſpaliana dicitꝰ: cum egritudine
laboraret ac deſperaretꝰ: ad eādem memoriā tunica eius allata ē. Que anteq̄ reuocaretꝰ
illa defuncta ē. Hac tamen tunica operuerunt cadauer eius parentes: & recepto ſpū
ſalua facta eſt. Apud yponem baſſus quidam ſyrus ad memoriam eiuſdē martiris
orabat p egrotāte & periclitante filia: eoq; ſecum ueſtem eius detulerat: cū ecce pueri
de domo cucurrerūt q ei mortuā nūciarēt. Sed cū orātē illo ab amicis eius exciperētꝰ:
prohibuerunt eos illi dicere: ne per publicum plangeretur. Qui cum domum rediſſet
iam ſuorum eiulatibus perſonantem: et ueſtem filie quam ferebat ſuper eā proieciſſet:

reddita uite ē. | Rurſuſ ibidē apud noſ Ityrenei cuiuſdā collectarii filiuſ egritudīe
extinctuſ ē. Cūq; corpuſ iaceret exanime: atq; aliiſ gemētibuſ & lamentātibuſ exeqe
pararentur: amicorū eiuſ quidam inter aliorū cōſolātium uerba ſugeſſit: ut eiuſdem
martiriſ oleo corpuſ pungeret. factū ē: & reuixit. ¶ Itēq; apud noſ uir Tribunitiuſ
Eleuſinuſ ſup memoriam martirū que in ſuburbano eiuſ ē egretudine exanimatum
poſuit infantulū filium: & poſt orationem quam multiſ cū lacrimiſ ibi fudit uiuentē
leuauit.

QVid faciam? Vrget huiuſ operiſ implenda promiſſio: ut nō hic omnia poſſim
cōmemorare que ſcio: & procuidubio pleriq; noſtrorū cū hec legent: dolebunt
me ꝑtermiſiſſe tam multa que utique mecū ſciunt. ¶ Quoſ iam nūc ut ignoſcant rogo:
& cogitēt q̄ prolixi laboriſ ſit facere: quod me hic nō facere ſuſcepti operiſ neceſſitaſ
cogit. ¶ Si enim miracula ſanitatū ut alia taceam ea tantūmodo uelim ſcribere: que ꝑ
hunc martirem id eſt glorioſiſſimum Stephanum facta ſunt in colonia chalamenſi:
et in noſtra: plurimi cōſitiendi ſunt libri. ¶ nec tamē omnia colligi potuerūt: ſed tantū
de quibuſ libelli dati ſunt qui recitarent in populiſ. ¶ Id nanq; fieri uoluimuſ cū uide/
remuſ antiquiſ ſimilia diuinarū ſigna uirtutū etiam noſtriſ temporibuſ frequētari: &
ea nō debere multorum notitie deperire. ¶ Nondū eſt autē bienium ex quo apud
yponem regium cepit eſſe iſta memoria: & multiſ quod nobiſ certiſſimū eſt nō datiſ
libelliſ de hiſ que mirabiliter facta ſunt. ¶ Illi ipſi qui dati ſunt ad. lxx. ferme numerū
peruenerant: quādo iſta cōſcripſi. ¶ Chalame uero ubi et ipſa memoria priuſ eſſe cepit
et crebriuſ dantur: incōparabili multitudine ſupant. ¶ Vzali etiam que colonia
utice uicina eſt: multa preclara per eundem martirem facta cognouimuſ. ¶ cuiuſ ibi
memoria lōge priuſ q̄ apud noſ ab epiſcopo Euodio conſtituta eſt. ¶ Sed libellorum
dandorū ibi cōſuetudo nō eſt: uel potiuſ nō fuit. nam fortaſſe nūc eſſe iam cepit. ¶ Cū
enī nuper illic eſſēmuſ: ¶ Petroniam clariſſimā feminā que ibi mirabiliter ex magno
atq; diuturno in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant languore ſanata eſt:
¶ hortati ſumuſ uolēte ſupra dicti loci epiſcopo ut libellū daret q recitaret ī populo:
& obētiſſime paruit. ¶ In quo poſuit etiā quod hic reticere non poſſū: q̄uiſ ad ea que
hoc opuſ urgēt feſtinare cōpellar. ¶ A quodā iudeo dixit ſibi fuiſſe ꝑſuaſum: ut anulū
capillatio uinculo insereret: quo ſub omni ueſte ad nuda corporiſ cingeret. ¶ q anuluſ
haberet ſub gemma lapidem in renibuſ inuētum bouiſ. ¶ Hoc alligata quaſi remedio:
ad ſancti martiriſ limina ueniebat. ¶ Sed profecta a cartagine cum in cōfinio fluminiſ
bagrade in ſua poſſeſſione manſiſſet: ſurgenſ ut iter per ageret: ante pedeſ ſuoſ illum
iacētem anulum uidit: & capillaciā zonam qua fuerat alligatuſ: mirata temptauit.
¶ Quam cū omnino ſuiſ nodiſ firmiſſimiſ ſicut erat cōperiſſet aſtrictam: crepuiſſe atq;
excluſiſſe anulum ſuſpicata eſt. ¶ Qui etiam ipſe omni integerrimuſ fuiſſet inuentuſ: fu/
ture ſaluriſ quodammodo pignuſ de tāto miraculo ſe accepiſſe preſumpſit atq; illud
uinculum ſoluenſ: ſimul cum eodē anulo proiecit in flumen. ¶ Non credunt hoc qui
etiam dominum Ieſum per integra uirginalia matriſ enixum: et ad diſcipuloſ ſuoſ
oſtiiſ clauſiſ ingreſſum fuiſſe nō credūt. ¶ Sed hoc certe querant: & ſi uerū inuenerint:
illa credāt. ¶ Clariſſima femina ē nobiliter nata: nobiliter nupta: cartagine habitabat:
ampla ciuitaſ ampla perſona rem querenteſ latere non ſinunt. ¶ Martir certe ipſe quo
impetrante illa ſanata eſt: in filium ꝑmanentiſ uirginiſ credidit: in eū qui oſtiiſ clauſiſ
ad diſcipuloſ ingreſſuſ ē credidit. ¶ Poſtremo propter quod omnia iſta dicunt a nobiſ:
in eum qui aſcendit in celum cum carne in qua reſurrexerat credidit: et ideo per eum
tanta fiunt: quia pro iſta fide animam poſuit.

Fiunt ergo etiā nunc multa miracula eodē deo faciente ꝑ quoſ uult & queād/
modum uult: qui et illa que legimuſ fecit: ſed iſta nec ſimiliter innoteſcūt: neq;
ut nō excidant animo: quaſi clara memorie crebra lectione tunduntur. Nam & ubi
diligentia eſt que nūc apud noſ eſſe cepit: ut libelli eorum qui beneficia percipiunt
recitent̄ in populo: ſemel hoc audiunt qui aſſunt: pluref que nō aſſunt: ut nec illi qui
affuerunt poſt aliquot dieſ quod audierunt mente retineant: & uix quiſq̄ reperiatur
illorum: qui ei quē non affuiſſe cognouerit indicet qd̄ audiuit. Unum eſt apud noſ
factum non maiuſ q̄ illa que dixi: ſed tam clarum atq; illuſtre miraculū: ut nullum
arbitrer eē yponenſiū q hoc uel nō uiderit: uel didicerit: nullū q obliuiſci ulla ratiōe
potuerit. Decem quidem fratreſ quorū ſeptem ſunt mareſ: treſ femine: de ceſarea
capadotie ſuorum ciuium non ignobileſ: maledicto matriſ recenti patriſ eorū obitu
deſtitute: que iniuriam ſibi ab eiſ factam acerbiſſime tulit: tali pena ſunt diuinituſ
coerciti: ut horribiliter quaterent̄ omneſ tremore membroꝝ. In qua fediſſima ſpecie:
oculoſ ſuoꝝ ciuium non ferēteſ: quaq̄uerſum cuiq; ire uiſum ē: toto pene uagabant̄
orbe romano. Ex hiſ etiam ad noſ uenerunt duo frater et ſoror: Paulus & Palladia:
multiſ aliiſ locis miſeria diffamante iam cogniti. Venerūt autem ante paſcha ferme
dieſ .xv. et eccleſiam quotidie ingredienteſ: in ea memoriam glorioſiſſimi martiriſ
Stephani frequētabāt: oranteſ ut ſibi iam placaret̄ deuſ: & ſalutē priſtinā redderet.
Et illic et quocūq; ibant: cōuertebant in ſe ciuitatiſ aſpectū. Nonnulli qui eoſ alibi
uiderant cauſāq; tremoriſ eorū nouerant: aliiſ & cuicūq; poterant indicabant. Venit
et paſcha: atq; ipſo die dominico mane cū iam populuſ frequenſ preſenſ eſſet: & loci
ſancti cancelloſ ubi martirium erat idem iuueniſ oranſ teneret: repente proſtratuſ eſt
& dormiēti ſimillimuſ iacuit: nō tamē tremēſ ſicut etiā per ſomnū ſolebat. Stupētibuſ
qui aderant: atq; aliiſ pauentibuſ aliiſ dolētibuſ cū eum quidā uellēt erigere: nōnulli
prohibuerunt: ſed potiuſ exitum expectandū eſſe dixerunt. Et ecce ſurrexit & nō
tremebat: qm̄ ſanatuſ erat: et ſtabat incolumiſ intuēſ intuēteſ. Quiſ ergo intuētium
ſe tenuit a laudibuſ dei? Clamātiū gratulantiūq; uocibuſ eccleſia uſq;quaq; cōpleta
eſt. Inde ad me currit̄ ubi ſedebā iam proceſſuruſ. Irruit alter quiſq; poſt alterū: oīſ
poſterior quaſi nouum quod aliuſ priuſ dixerat nuntianteſ. Meq; gaudente & apud
me deo gratiaſ agente: ingredit̄ etiam ipſe cum pluribuſ. Inclinatur ad genua mea:
erigitur ad oſculum meum. Procedimuſ ad populum: plena erat eccleſia: perſonabat
uocibuſ gaudiorum: deo gratiaſ: deo laudeſ: nemine tacente: hinc atq; inde clamātiū.
Salutaui populū & ruſuſ eadem feruentiore uoce clamabāt. Facto tandem ſilentio
ſcripturarū diuinarū ſunt lecta ſolennia. Ubi autē uentum eſt ad mei ſermoniſ locū:
dixi pauca pro tempore & pro illiuſ iocunditate letitie. Magiſ enī eoſ in ope diuina
quādam dei eloquentiā nō audire: ſed cōſiderare ꝑmiſi. Nobiſcum homo prandit: et
diligēter nobiſ omnē ſue fraterne ac materne calamitatiſ indicauit hiſtoriā. Sequēti
itaq; die poſt ſermonē redditum: narrationiſ eiuſ libellū in craſtinū populo recitādū
ꝑmiſi. Quod cum ex dominico paſche die tertio fieret: in gradibuſ exedre in qua de
ſuperiore loquebar loco: feci ſtare amboſ fratreſ: cū eorū legeret̄ libelluſ. Intuebat̄
populuſ uniuerſuſ ſexuſ utriuſq;: unū ſtantem ſine difformi motu: alteram membriſ
omnibuſ cōtremētem. Et qui ipm̄ nō uiderant quid in eo diuine miſericordie factum
eſſet: in eiuſ ſorore cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandum: quid pro illa
eſſet orandum. Inter hec recitato eorū libello: de conſpectu populi eoſ abire precepi:
& de tota ipſa cauſa aliquanto diligentiuſ ceperam diſputare: cū ecce me diſputante
uoceſ alie de memoria martiriſ noue gratulationiſ audiuntur. Conuerſi ſunt eo qui

me audiebant ceperuntq; concurrere. Illa enim ubi de gradibus deſcendit in quibus ſteterat ad ſanctū martirē orare perrexerat. Que mox ut cancellos attigit collapſa: ſimiliter uelut frater eius poſt ſomnum ſana ſurrexit. Dum ergo requireremus qd factum fuerit unde ille ſtrepitus letus extiterit ingreſſi ſunt cum illa ī baſilicam ubi eramus adducentes eam ſanā de martiris loco. Tum uero tātus ab utroq; ſexu admi-rationis clamor exortus eſt ut uox cōtinuata cum lacrimis nō uideret̃ poſſe finiri. Perducta eſt ad eum locum ubi paulo ante ſteterat tremens. exultabant eam ſimilē fratri factam cui doluerant remanſiſſe diſſimilē & nōdum fuſas preces ſuas pro ea iam tamen preuiam uoluntatem tam cito exauditam eſſe cernebant. Exultabant in dei laudem uoce ſine uerbis tanto ſonitu quātum noſtre aures uix ferre poſſent. Quid erat in corde exultantium: niſi fides xp̄i pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt?

Cui niſi huic fidei atteſtantur iſta miracula: in qua chriſtus predicat̃ reſurrexiſſe in carne & ī celū aſcendiſſe cū carne. Nam & ipſi martires huius fidei martires id eſt huius fidei teſtes fuerūt. huic fidei teſtimoniū phi-bētes mundū inimiciſſimū & crudeliſſimum pertulerūt eumq; non repugnando ſed moriendo uicerunt. Pro iſta fide mortui ſunt: qui hec a domino impetrare poſſunt: propter cuius nomen occiſi ſunt. Pro hac fide preceſſit eoꝝ mira patientia: ut in his miraculis tanta iſta potentia ſequeret̃. Nam ſi carnis in eternum reſurrectio uel nō preuenit in chriſto uel nō uentura eſt ſicut prenunciat̃ a chriſto uel ſicut prenunciata eſt a prophetis a quibus prenunciatus eſt chriſtus quare martires tanta poſſunt qui p ea fide qua hec reſurrectio predicat̃ occiſi ſūt? Siue .n. deus ipſe p ſe ipm̄ miro modo quo res temporales operatur eternus ſiue per ſuos miniſtros iſta faciat: & eadem ipſa que per miniſtros facit: ſiue quedam faciat etiā per martirū ſpiritus ſicut per hōines adhuc in corpe cōſtitutos ſiue oīa iſta per angelos quibus inuiſibiliter īmutabiliter & incorporaliter imperat operetur ut que p martires fieri dicitur eis orantibus tātum et impetrātibus nō etiam operantibus fiant ſiue alia iſtis ſiue alia illis modis q̄ nullo modo cōprehendi a mortalibus poſſunt: ei pfecto atteſtantur hec fidei in qua carnis in eternum reſurrectio predicatur.

Hic forte dicturi ſunt etiam deos ſuos aliqua mira feciſſe. Bene. ſi iam incipiunt deos ſuos mortuis hominibus compare adiciūt etiā ſe habere deos ex hominibus mortuis ſicut Herculem ſicut Romulū: ſicut alios multos quos in deorū numerum receptos opinantur. Sed nobis martires non ſunt dii quia unum eundemq; deum & noſtrum ſcimus et martirū nec tamen miraculis que per memoriam martirū noſtroꝝ fiunt ullo modo ſunt comparanda miracula que facta per templa phibentur illorū. Verum ſi qua ſimilia uidentur ſicut a Moyſe magi pharaonis ſic eoꝝ dii uicti ſunt a martiribus noſtris. Fecerūt aūt illa demōes eo faſtu impante ſuperbie: quo eorū dii eē uoluerūt. Faciūt aūt iſta martires uel potius deus uel orantibus aut coopantibus eis ut fides illa pficiat qua eos non deos noſtros eſſe: ſed unum deum nobiſcū habere credāus. Denīq; illi talibus diis ſuis & tēpla edificauerūt: & ſtatuerūt aras & ſacerdotes inſtituerūt: & ſacrificia fecerunt. nos autem martiribus noſtris nō tēpla ſicut diis ſed memorias ſicut hōibus mortuis quorum apud deum uiuunt ſpiritus fabricamus. Nec ibi erigimus altaria ī quibus ſacrificemus martiribus ſed uni deo et martirū & noſtro ſacrificiū immolamus ad qđ ſacrificiū ſicut homines dei qui mundū in eius cōfeſſione uicerūt ſuo loco & ordine nominantur non tamen a ſacerdote q ſacrificat inuocant̃.

Deo qppe nō ipſiſ ſacrificat: ḡuiſ in memoria ſacrificet eorū quia dei ſacerdoſ eſt nō illorum. Ipſum uero ſacrificium corpuſ eſt chriſti: quod nō offert̄ ipſiſ: quia hec ſunt & ipſi. Quibuſ igit̄ potiuſ credendū eſt miracula facientibuſ? Eiſne qui ſeipſoſ uolūt haberi deoſ ab hiſ quibuſ ea faciunt: an eiſ qui ut ī deum credat̄ quod et chriſtuſ eſt: faciunt quidqd mirabile faciunt? Eiſne qui ſacra ſua etiā crimina ſua eſſe uoluerūt: an eiſ q̄ nec laudeſ ſuaſ uolūt eē ſacra ſua: ſed totū ꝙ ueraciter laudāt̄ ad eiuſ gloriā proficere in quo laudantur? In domino quippe laudantur anime eorū. Credamuſ ergo eiſ & uera dicentibuſ: et mira facientibuſ. Dicendo eni uera paſſi ſunt ut poſſent facere mira. In eiſ uerit eſt precipuū ꝙ xp̄ſ reſurrexit a mortuiſ: et immortalitatem reſurrectioniſ in ſua carne primuſ oſtēdit: quā nobiſ affuturam uel inprincipio noui ſeculi: uel in huiuſ fine promiſit.

Contra quod magnū dei domū ratiocinatoreſ iſti quoꝝ cogitationeſ dominuſ nouit quoniam uane ſunt de ponderibuſ elementoꝝ argumentant̄: quoniam ſcilicet magiſtro Platone didicerūt mūdi duo corpa maxima atq; poſtrema duobuſ mediiſ aere ſcilicet et aqua eſſe copulata atq; cōiuncta. Ac p̄ hoc inquiunt quoniam terra ab hinc ſurſum uerſuſ eſt prima: ſecūda aqua ſuper terram: terciuſ aer ſup aquā: quartū ſuper aera celū: nō poteſt eſſe terrenū corpuſ in celo. Momentiſ eni propriiſ ut ordinē ſuū teneant: ſingula elementa librant̄. Ecce q̄libet argumētiſ omipotētie dei humana cōtradicit infirmitaſ: quam poſſidet uanitaſ. Quid ergo faciunt in aere terrena tot corpora: cum a terra ſit aer terciuſ? Niſi forte q̄ per plumarū & pennarū leuitatē donauit auium terreniſ corporibuſ ut portētur in aere: immortalibuſ factiſ corporibuſ hominū nō poterit donare uirtutem qua etiam in ſummo celo ualeant habitare. Animalia quoq; terrena que uolare nō poſſunt in q̄buſ et homineſ ſunt: ſicut ſub aqua piſceſ que ſunt aquarum animalia: ſic ta ſub terra uiuere debuerūt. Cur ergo nō ſaltem de ſecūdo id eſt de aquiſ ſed de elemēto tercio terrenū animal carpit hanc uitā? Quare cū pertineat ad terram in ſecundo quod ſuper terram eſt elemēto uiuere ſi cogatur continuo ſuffocatur: et ut uiuat uiuit in tercio? An errat hic ordo elementoꝝ: uel potiuſ nō in natura rerum ſed in iſtorum argumentatōibuſ deficit? Omitto dicere quod iā in terciodecimo libro dixi: q̄m multa grauia terrena ſint corpa ſicut plumbum: et formā tamē ab artifice accipiant qua natare ualeant ſuper aquā: & ut accipiat qualitatem corpuſ humanum qua ferri in celum et eſſe poſſit in celo omnipotenti artifici cōtradicit? Iam uero contra illud quod iam dixi ſuperiuſ: etiam iſtum cōſiderantes atq; tractanteſ elementorū ordinē quo cōfidunt non inueniunt omnimodo quid dicant. Sic eſt enim hinc ſurſum uerſuſ terra prima: aqua ſecunda: terciuſ aer: quartū celū: ut ſuper om̄ia ſit anime natura. Nam & Ariſtoteleſ quintum corpuſ eam dixit eſſe: & Plato nullum. Si quintū eſſet: certe ſuperiuſ eſſet ceteriſ. Cū uero nullum eſt: multo magiſ ſuperat omnia. In terrēo ergo quid facit corpore? In hac mole quid agit ſubtilior omnibuſ? In hoc pōdere quid agit leuior omnibuſ? In hac tarditate qd agit celerior omnibuſ? Ita ne p̄ huiuſ tā excellentiſ nature meritū non poterit effici ut corpuſ eiuſ leuet̄ in celum: et cum ualeat nūc natura corporum terrenorū deprimere animaſ deorſum: aliquo modo & anime leuare ſurſum terrena corpora nō ualebūt? Iam ſi ad eoꝝ miracula ueniamuſ que facta a diiſ ſuiſ opponūt martiribuſ noſtriſ: nōne etiā ipſa p̄ nobiſ facere & nobiſ repient̄ omnino pficere? Nam inter magna miracula deoꝝ ſuorū profecto magnū illud eſt q̄d Varro cōmemorat: Veſtalem uirginem cū pēclitaretur falſa ſuſpitione de ſtupro: cribrū impleſſe aqua

de riberi:& ad ſuoſ iudiceſ nulla eiuſ parte ſtillante portaſſe. Quiſ aque pōduſ ſupra cribrū tenuit? Quiſ tot cauernis patētibuſ nihil inde i terrā cadere pmiſit? Reſpōſuri ſunt: aliquiſ deuſ uel aliquiſ demon. Si deuſ: nunqd maior eſt deo q fecit hūc mūdū? Si demon: nunquid potentior eſt angelo qui deo ſeruit a quo factuſ eſt mūduſ? Si ergo deuſ minor uel angeluſ uel demon potuit ponduſ humidi elemēti ſic ſuſpēdere ut aquarum uideatur mutata fuiſſe natura: ita ne deuſ omnipotenſ qui ipſa creauit elementa terreno corpori graue ponduſ auferre non poterit: ut in eodem elemento habitet uiuificatum corpuſ in quo uoluerit uiuificāſ ſpiritus? Deinde cū aerē mediū ponāt inter ignem deſuper & aquam ſubter: quid eſt ꝙ eum inter aquam & terram ſepe ineniuimuſ? Quid enim uolunt eſſe nubeſ aquoſaſ inter quaſ & maria aer mediuſ inuenitur? Quo nam queſo elementorum pondere atq: ordine efficitur: ut torrenteſ uiolentiſſimi atq: undoſiſſimi anteq̄ ſub aere in terriſ currant: ſuper aera in nubibuſ pendeant? Cur deniq: aer eſt mediuſ inter ſumma celi & ima terrarum: quaq̄uerſum orbiſ extenditur: ſi locuſ eiuſ inter celum et aquaſ: ſicut aquarū inter ipſum et terraſ eſt conſtitutuſ? Poſtremo ſi ita eſt elementorum ordo diſpoſitus: ut ſcd̄m Platonem duobuſ mediiſ id eſt aere et aqua: duo extrema id eſt igniſ et terra iungantur: celiq: obtineat ille ſummū locū: hec autem imi uelut fundamini mundi: & ideo in celo eſſe nō poteſt terra: cur eſt ipſe igniſ in terra? Scd̄m hanc quippe rationem: ita iſta duo elementa in locis propriis imo ac ſummo terra et igniſ eſſe debuerūt: ut queadmodū nolunt in ſummo eſſe poſſe quod imi eſt: ita nec in imo poſſet eſſe quod ſummi eſt. Sicut ergo nullam putāt eſſe uel futurā eſſe pticulā terre in celo: ita nullā pticulā uidere debuimuſ igniſ in terra. Nūc uero nō ſolū in terriſ uerū etiā ſub terriſ ita eſt: ut eū eructēt uerticeſ mōtiū: pterq̄ ꝙ in uſibuſ hōim & eē ignē in terra: & eū naſci uideuſ ex terra: q̄n qdem & de ligniſ & de lapidibuſ naſcitur: que ſunt corpa ſine dubitatiōe terrena. Sed ille inquiunt igniſ eſt tranquilluſ: puruſ: innoxiuſ: ſempiternuſ: iſte autē turbiduſ: fumeuſ: corruptibiliſ atq: corruptor. Nec tamen corrūpit monteſ in quibuſ iugiter eſtuat cauernaſq: terrarū. Verū eſto: ſit illi iſte diſſimiliſ ut terreniſ habitati/ onibuſ cōgruat. Cur ergo nolunt ut credamuſ naturam corporum terrenorū aliq̄n incorruptibilem factam celo cōuenientem futuram: ſicut nunc igniſ corruptibiliſ hiſ cōuenit terriſ? Nihil igit̄ afferūt ex pōderibuſ atq: ordie elementoꝝ: unde omipotēti deo quo minuſ faciat corpa noſtra talia ut etiā in celo poſſint habitare pſcribant.

Sed ſcrupoloſiſſime querere: & fidē qua credimuſ reſurrecturā carnē ita querēdo aſſolent irridere: ſuturū fetuſ abhortiui reſurgant? Et quoniā dominuſ ait: amen dico uobiſ capilluſ capitiſ ueſtri nō peribit: ſuturū ſtatura et robur equalia futura ſint omnibuſ: an diuerſe corporum quantitateſ? Si enī equalitaſ erit corpoꝝ unde hēbūt quod hic non habuerunt in mole corporiſ illi abhortiui: ſi reſurgent et ipſi? aut ſi non reſurgent: quia nec nati ſunt ſed effuſi? Eandem queſtionem de puuliſ uerſant. unde illiſ menſura corporiſ quam nunc defuiſſe uidemuſ accedat: cū in hac etate moriunt̄. Neq: enim dicturi ſumuſ eoſ non reſurrecturoſ: qui non ſolum generationiſ capaceſ ſunt: uerum etiam regenerationiſ. Deinde interrogant: quemadmodum ipſa eq̄litaſ habitura ſit. Si enī tam magni et tam longi erūt omneſ q̄ fuerūt quicūq: hic fuerūt maximi atq: lōgiſſimi: nō ſolum de peruuliſ ſed et de pluriimiſ magniſ querūt: unde illiſ acceſſurum ſit qđ hic defuit: ſi hoc quiſq: recipiet quod hic habuit. Si autem quod ait apoſtoluſ occurſuroſ noſ omneſ in menſurā etatiſ plenitudinis xpi: & illud alteꝝ quoſ predeſtinauit cōformeſ fieri imaginiſ filii ſui: ſic intelligendum eſt: ut ſtatura &

moduſ corporiſ xpi omnium qui in regno eiuſ erunt humanorũ corpoꝝ ſit futuruſ: multiſ erit inquiunt de magnitudine & lõgitudine corporiſ detrahendũ. Et ubi iam erit: capilluſ capitiſ ueſtri nõ peribit: ſi de ipſa corporiſ quantitate tam multũ ꝑibit? Quãuiſ & de ipſiſ capilliſ poſſit inqri: utrũ redeat quicqd tondẽtibuſ decidit. Quod ſi rediturũ eſt: quiſ nõ exhorreat illã deformitatẽ. Nam hoc et de unguibuſ uidet neceſſario ſecuturum: ut redeat tam multũ quod corporiſ curatura deſecuit. Et ubi erit decuſ: quod certe maiuſ q̃ in iſta eſſe corruptione potuit: in illa iã immortalitate eſſe debebit? Si autẽ non redibit: ergo peribit: quõ igitur inquit capilluſ capitiſ non peribit? De macie quoq; uel pinguedine ſimiliter diſputant. Nam ſi equaleſ omneſ erunt nõ utiq; alii macri alii pingueſ erunt. Accedet ergo aliiſ aliquid: aliiſ minuet. Ac per hoc nõ quod erat recipiẽdum: ſed alicubi addendum eſt qđ nõ fuit: & alicubi perdendum quod fuit. De ipſiſ etiam corruptiõibuſ & dilapſiõibuſ corpm mortuoꝝ: cum aliud uertat̃ in puluerem: in auraſ aliud exalet: ſiue quoſ beſtie ſiue quoſ igniſ abſumat: naufragio uel quibuſcũq; aquiſ ita quidem peant: ut eoꝝ carneſ in humorem putredo diſſoluat: nõ mediocriter permouẽtur: atq; omnia iſta recolligi in carnem & redintegrari poſſe non credunt. Conſectant̃ etiam quaſdam feditateſ & uicia ſiue accidant ſiue naſcant̃: ubi & monſtruoſoſ partuſ cũ horrore atq; irriſiõe cõmemorãt: & requirunt que nã cuiuſq; deformitatiſ reſurrectio ſit futura. Si enĩ nihil tale redire in corpuſ hominiſ dixerimuſ: reſponſionẽ noſtram de locis uulnerũ cũ qbuſ dominũ chriſtum reſurrexiſſe predicamuſ: ſe cõfutaturoſ eſſe preſumunt. Sed inter hec omnia queſtio illa difficillima proponitur: in cuiuſ carnẽ reditura ſit caro q̃ corpuſ alteriuſ ueſcentiſ humana uiſcera fame cõpellente nutriuit. In carnem quippe cõuerſa eſt eiuſ qui talibuſ uixit alimentiſ: & ea que macieſ oſtenderat detrimẽta ſuppleuit. Utrum hoc illi redeat homini cuiuſ caro priuſ fuit: an illi potiuſ cuiuſ poſtea facta ẽ: ad hoc percũctant̃ ad fidem reſurrectioniſ illudant: ac ſic anime humane aut alternanteſ ſicut ait Plato ueraſ infelicitateſ falſaſq; ꝑmittãt beatitudineſ: aut poſt multaſ itidẽ per diuerſa corpora reuolutioneſ aliquãdo tamẽ eã ſicut Porphiriuſ finiri miſeriaſ: & ad eaſ nũq̃ redire fateantur: non tamen corpuſ habẽdo immortale ſed corpuſ om̃e fugiendo.

AD hec ergo que ab eorum parte contraria me digerente mihi uident̃ oppoſita: miſericordia dei niſibuſ meiſ opem ferẽte reſpondeam. Abortiuoſ fetuſ qui cum iam uixiſſẽt ĩ utero ibi ſũt mortui: reſurrecturoſ ut affirmare ita negare nõ audeo: Quamuiſ non uideam quomodo ad eoſ nõ pertineat reſurrectio mortuorum: ſi nõ eximuntur de numero mortuorum. Aut enim non omneſ mortui reſurgent: & erunt alique humãe anime ſine corporibuſ in eternum: que corpa humana quamuiſ inter uiſcera materna geſtarunt: aut ſi omneſ humane anime recipient reſurgẽtia corpora ſua que habuerũt ubicũq; uiuentia: ac moriẽtia reliquerũt: nõ inuenio quẽadmodũ dicam ad reſurrectionem nõ pertinere mortuoꝝ: quoſcunq; mortuoſ etiam in uteriſ matrũ. Sed utrũlibet de hiſ quiſq; ſentiat: qđ de iam natiſ infantibuſ dixerimuſ: hoc etiam de illiſ intelligendum eſt ſi reſurgent.

QVid ergo de infantibuſ dicturi ſumuſ: niſi qa nõ in ea reſurrecturi ſunt corpiſ exiguitate qua mortui: ſed quod eiſ tardiuſ acceſſurum erat tempore: hoc ſunt illo dei ope miro atq; celerrimo recepturi. In ſentẽcia qppe domini ubi ait: Capilluſ capitiſ ueſtri nõ peribit: dictũ eſt nõ defuturũ eſſe qđ fuit: nõ aũt negatũ ẽ affuturũ eſſe qđ defuit. Defuit aũt infanti mortuo ꝑfecta q̃titaſ ſui corporiſ. perfecto qppe

infāti deeſt utiq; pfectio magnitudiniſ corpaliſ. que cū acceſſerit iā ſtatura lōgior
eſſe nō poſſit. Hūc pfectōiſ modū ſic habēt omſ ut cū illo cōcipiant atq; naſcant.
ſed habent in ratiōe nō mole. ſicut ipſa mēbra omnia iam ſunt latenter in ſemine. cū
etiam natiſ nōnulla adhuc deſint. ſicut dētes ac ſi qd eiuſmodi. In qua ratiōe uniuſ/
cuiuſq; materie indita corporali iam quodāmodo ut ita dicam. innatum eſſe uidetur
quod nōdū eſt: imo quod latet: ſed acceſſu tēporiſ erit uel potiuſ apparebit. In hoc
ergo infanſ iam breuiſ aut longuſ eſt: qui breuiſ longuſ ue futuruſ eſt. Scdm hanc
ratiōem profecto in reſurrectiōe corporiſ detrimenta corporiſ nō timemuſ. quia et
ſi equalitaſ futura eſſet omniū. ita ut omſ uſq; ad gigāteaſ magnitudineſ puenirēt:
ne illi qui maximi fuerunt minuſ haberent aliqd in ſtatura quod eiſ cōtra ſentētiā
xp̄i periret. qui dixit nec capillum capitiſ eē periturū. creatori utiq; q creauit cūcta de
nihilo: quomō deeſſe poſſet unde adderet. qd addendū eſſe mirus artifex noſſet?

SI utiq; xp̄ſ in ea mēſura corporiſ in qua mortuuſ eſt reſurrexit. nefaſ ē dicere:
cum reſurrectioniſ omniū tempuſ uenerit acceſſurā corpi eiuſ eā magnitudinē
quā nō habuit. quando ī ea diſcipuliſ in qua illiſ notuſ erat apparuit. ut longiſſimiſ
fieri poſſit equaliſ. Si autem dixerimuſ ad dominici corporiſ modum etiam quorūq;
corpa maiora redigenda. peribit de multorū corporibuſ plurimū: cū ipſe nec capillū
peritur ū eſſe pmiſerit. Reſtat ergo ut ſuā recipiat quiſq; menſuram: quā uel habuit in
iuuentute etiam ſi ſenex eſt mortuuſ. uel fuerat habituruſ ſi ante eſt defunctuſ. Atq;
illud quod cōmemorauit apoſtoluſ de menſura etatiſ plenitudiniſ chriſti. aut ppter
aliud intelligamuſ dictum eſſe. id eſt ut illi capiti in populiſ xp̄ianiſ accedēte omniū
perfectiōe membrorū. etatiſ eiuſ mēſura cōpleat. aut ſi hoc de reſurrectione corpm
dictum eſt. ſic accipiamuſ dictum: ut nec ultra nec infra iuuenilem formā reſurgāt
corpa mortuoꝝ. ſed in ea etate & robore uſq; ad quā hic xp̄m peruēiſſe cognouimuſ.
Circa triginta quippe annoſ definierunt eſſe etiam ſeculi huiuſ doctiſſimi homineſ
iuuentutem. que cū fuerit proprio ſpacio terminata. inde iam hominē in detrimēta
uergere grauioriſ ac ſeniliſ etatiſ. Et ideo nō eſſe dictum in menſuram corporiſ uel in
mēſurā ſtature. ſed in menſurā etatiſ plenitudiniſ chriſti.

ILlud etiā qd ait predeſtinatoſ fieri cōformeſ imaginiſ filii dei. poteſt et ſcdm
interiorē hominē intelligi. unde nobiſ alio loco dixit. Nolite conformari huic
ſeculo: ſed reformamini ī nouitate ſenſuſ uẽſtri. Vbi ergo reformamur ne cōforme/
mur huic ſeculo: ibi conformamur dei filio. Poteſt et ſic accipi: ut queādmodum ille
nobiſ mortalitate. ita noſ illi efficiamur īmortalitate cōformeſ. qd quidē & ad ipſam
reſurrectionē corpoꝝ pertinet. Si autem etiam in hiſ uerbiſ qua forma reſurrectura
ſint corpora ſumuſ admoniti. ſicut illa menſura ita et iſta cōformatio nō quātitatiſ
intelligenda eſt ſed etatiſ. Reſurgēt itaq; omneſ tam magni corpore: q̄ uel erant uel
futuri erant iuuenili etate. quiſ nihil oberit etiam ſi erit infātiliſ uel ſeniliſ corporiſ
forma. ubi nec mentiſ nec ipſiuſ corporiſ ulla remanebit infirmitaſ. Vnde etiā ſi quiſ
in eo corporiſ modo in quo defūctuſ eſt reſurrecturum unumquēq; cōtendit. non eſt
cū illo laborioſa contradictione pugnandum.

NOnnulli propter hoc q dictum eſt. donec occurramuſ omneſ in uirū perfectū
in menſuram etatiſ plenitudiniſ chriſti. et cōformeſ imaginiſ filii dei. nec ī ſexu
femineo reſurrecturaſ feminaſ credūt. ſed in uirili omneſ aiunt. quoniam deuſ ſolum

uirum fecit ex limo: feminã ex uiro. Sed mihi melius ſapere uidentᷣ: q utrũq; ſexum reſurrecturũ eſſe nõ dubitant. Non enĩ libido ibi erit que cõfuſionis eſt cauſa. Nam priuſq̃ peccaſſent nudi erant: & non cõfũdebantᷣ uir & femina. Corporibus ergo illis uitia detrahentur: natura ſeruabitur. Non eſt autẽ uitiũ ſexus femineus ſed natura. que tunc quidem & a cõcubitu & a partu immunis erit. erunt tamen mẽbra feminea: nõ accõmodata uſui ueteri ſed decori nouo. quo nõ alliciatᷣ aſpicientis cõcupiſcẽtia que nulla erit. ſed dei laudetur ſapientia atq; clemẽtia: qui et quod non erat fecit: et liberauit a corruptione quod fecit. Ut enim in exordio generis humani de latere uiri dormiẽtis coſta detracta femina fieret: chriſtũ et eccleſiã tali facto iã tunc pphetari oportebat. Sopor quippe ille uiri mors erat chriſti. cuius exanimis in cruce pendẽtis latus lancea perforatum eſt: atq; inde ſanguis et aqua profluxit: que ſacramenta eſſe nouimus quibus edificatᷣ eccleſia. Nam hoc etiã uerbo ſcriptura uſa eſt: ubi nõ legitᷣ formauit aut finxit: ſed edificauit eam in mulierem. Unde et apoſtolus edificationẽ dicit corporis chriſti: quod eſt eccleſia. Creatura eſt ergo dei femina ſicut uir: ſed ut de uiro fieret unitas commendata eſt. ut autem illo modo fieret xp̃s ut dictum eſt et eccleſia figurata eſt. Qui ergo utrunq; ſexum inſtituit: utrũq; reſtituet. Deniq; ipſe Ieſus interrogatus a saduceis qui negabant reſurrectionem: cuius ſeptem fratrum erit uxor quã ſinguli habuerunt: dum quiſq; eorũ uellet defuncti ſemẽ ſicut lex p̃cepat excitare: erratis inquit neſcientes ſcripturas neq; uirtutem dei. Et cũ aptus locus eſſet ut diceret: de qua eñ me interrogatis uir erit ipſa nõ mulier: nõ hoc dixit: ſed dixit. in reſurrectione enim neq; nubent neq; uxores ducẽt: ſed ſunt ſicut angeli dei in celo. Equales utiq; ãgelis immortalitate ac felicitate: nõ carne ſicut nec reſurrectiõe qua nõ indiguerũt angeli: q̃a nec mori potuerũt. Nuptias ergo dominus futuras negauit eſſe in reſurrectione non feminas: et ibi negauit ubi talis queſtio uertebatur: ut eam negato ſexu muliebri celeriore facilitate diſſolueret: ſi eum ibi prenoſceret nõ futurũ. Imo etiã futurũ eſſe firmauit dicendo: nõ nubẽt qď ad feminas pertinet: nec uxores ducent qď ad uiros. Erunt ergo que uel nubere hic ſolent uel ducere uxores: ſed ibi hoc non facient.

PRoinde quod ait apoſtolus occurſuros nos omnes in uirum perfectũ: totius ipſius circũſtantiã lectionis cõſiderare debemus. que ita ſe habet. Qui deſcendit inq̃t ipſe ẽ et q aſcendit ſuper omẽs celos. ut adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdã quidem apoſtolos: quoſdam autem pphetas: quoſdam uero euangeliſtas: quoſdã aũt paſtores et doctores: ad cõſumationẽ ſanctorum in opus miniſterii: in edificationem corporis chriſti: donec occurramus omnes in unitatẽ fidei & agnitionẽ filii dei: in uirũ perfectum in menſuram etatis plenitudinis chriſti: ut ultra nõ ſimus paruuli lactati & circũlati omni uento doctrine: in illuſione hominum: in aſtutiã ad machinationẽ erroris. Ueritatẽ aũt facientes in caritate augeamur in illo per omnia qui eſt caput chriſtus: ex quo totũ corpus cõnexum & cõpactũ p omẽm tactũ ſubminiſtratiõis ſcďm opationẽ in mẽſurã uniuſcuiuſq; partis: incrementũ corporis facit i edificationẽ ſui in caritate. Ecce qui eſt uir perfectus: caput et corpus qď cõſtat omnibus mẽbris que ſuo tempore cõplebuntur. Quotidie tamẽ eidem corpori accedũt dum edificatᷣ eccleſia: cui dicitᷣ uos autem eſtis corpus chriſti et membra. Et alibi pro corpore inq̃t eius quod eſt eccleſia. Item alibi. unus panis unũ corpus multi ſumus. De cuius corpis edificatione & hic dictum eſt. Ad cõſumationem ſanctoꝝ in opus miniſterii in edificationem corporis xp̃i. Ac deinde ſubiectũ eſt: unde nũc agimus: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei: in uirum perfectũ in menſurã etatis

plenitudiniſ chriſti & cetera. donec eadem menſura in quo corpore intelligenda eſſet oſtēderet diceſ. Augeamur ī illo per oīa qui eſt caput chriſtuſ: ex quo totū corpuſ cōnexum & cōpactum: per omnem tactum ſubminiſtrationiſ ſcd'm operationem in menſuram uniuſcuiuſq; partiſ. Sicut ergo eſt menſura uniuſcuiuſq; partiſ: ita totiuſ corporiſ qđ omnibuſ ſuiſ partibuſ conſtat: eſt utiq; mēſura plenitudiniſ de qua dictū eſt: in menſuram etatiſ plenitudiniſ xp̄i. Quam plenitudinem etiam illo cōmemorauit loco ubi ait de xp̄o. Et ipſm dedit caput ſup omnē eccleſiā que ē corpuſ eiuſ plenitudo eiuſ qui omnia in omnibuſ adimplet. ueſū ſi hoc ad reſurrectioniſ formā in qua erit unuſqſq; referēdū eſſet: qd noſ impediret nomīato uiro intelligere & feminā: ut uirū pro homine poſitū acciperemuſ: ſicut in eo qđ dictum eſt. Beatuſ uir qui timet dn̄m: utiq; ibi ſunt & femine que timent dominum.

Quid iam reſpondeā de capilliſ atq; unguibuſ? Semel quippe intellecto ita nihil periturū eſſe de corpore: ut deforme nihil ſit in corpore: ſimul intelligit ea que forme factura fuerant enormitatē: maſſe ipſi acceſſura eſſe nō locis: in qbuſ mēbrorū forma turpet. Velut ſi de limo uaſ fieret: qđ rurſuſ ī eūdē limū redactū totū de toto iterū fieret: nō eſſet neceſſe ut illa parſ limi que in anſa fuerat ad anſam rediret: aut que fundū fecerat ipſa rurſuſ faceret fundū: dū tamē totū reuerteret in totum: id eſt totuſ ille limuſ in totum uaſ nulla ſui perdita parte remearet. Quapropter ſi capilli tonſi totieſ ungueſ ue deſecti ad ſua loca deformiter redeūt: nec tamē utiq; reſurgētibuſ peribunt: quia in eandē carnē ut quēcūq; ibi locū corporiſ teneant: ſeruata partium cōgruētia materie mutabilitate uertent. Quāuiſ quod ait dominuſ: capilluſ capitiſ ueſtri nō peribit: nō de lōgitudine ſed de numero capillorū dictū multo aptiuſ poſſit intelligi. Vnde & alibi dicit. Capilli capitiſ ueſtri nūerati ſūt. Neq; hoc ideo dixerim: q̄ aliqd exiſtimē corpi cuiq; periturū qđ naturaliter inerat: ſed quod deforme natū fuerat. nō utiq; ob aliud: niſi ut hinc quoq; oſtenderet q̄ ſit penaliſ cōditio iſta mortalium: ſic eſſe rediturū: ut ſeruata integritate ſubſtantie ſola ſubſtātie deformitaſ pereat. Si n. ſtatuā poteſt artifex homo quā ppter aliquā cauſam deformē fecerat: conflare & pulcerrimā reddere: ita ut nihil inde ſubſtantie ſed ſola deformitaſ pereat: et ſi quid in illa figura priore indecēter extabat: nec parilitati partiū cōgruebat: nō de toto unde fecerat āputare atq; ſeparare: ſed ita cōſpargere: uniuerſo atq; miſcere: ut nec feditatē faciat nec minuat quantitatem: quid de omnipotente artifice ſentiendum eſt? Ergo ne poterit quaſq; deformitateſ humanorum corporum nō modo uſitataſ: uerū etiā raraſ atq; mōſtruoſaſ que huic miſere uite cōgruūt: abhorrēt autē ab illa futura felicitate ſcōrū: ſic auferre aut perdere: ut quecūq; earum faciunt et ſi naturalia tamē īdecora excremēta ſubſtātie corpalis: nulla eiuſ diminutiōe tollantur? Ac per hoc nō eſt macriſ pinguibuſ ue metuendū: ne ibi etiā taleſ ſint qualeſ ſi poſſēt nec hic eſſe uoluiſſent. Omiſ enī corporiſ pulchritudo eſt partiū cōgruētia: cū q̄dam coloriſ ſuauitate. Vbi aūt non ē partiū cōgruētia: aut ideo quid offēdit qa prauum eſt: aut ideo quia parū: aut ideo qa nimium. Proinde nulla erit deformitaſ quā facit incōgruētia partiū: ubi et que praua ſūt corrigentur: et qđ minuſ ē q̄ decet: unde creator nouit inde ſupplebitur: & qđ pluſ ē q̄ decet: materie ſeruata integritate detrahetur. Coloriſ porro ſuauitaſ quāta erit: ubi iuſti fulgebūt ſicut ſol ī regnō patriſ ſui? Que claritaſ in xp̄i corpore: cum reſurrexit ab oculiſ diſcipulorū potiuſ abſcōdita fuiſſe q̄ defuiſſe credēda ē. Non. n. eā ferret humanuſ atq; utiq; infirmuſ aſpectuſ: quādo ille a uiſ ita deberet attēdi: ut poſſet agnoſci. Quo pertinet etiā ut cōtrectātibuſ oſtēderet

ſuoꝝ uulnerū cicatriceſ|ut etiam cibum potiꝰ ſumeret|nō alimētorū indigētia:ſed ea qua & hoc poterat poteſtate|Cum autem aliquid nō uidetur q̄uiſ aſſit|a quibuſ alia que pariter aſſunt uidentur|ſicut illam claritatem dicimuſ affuiſſe non uiſam:a quibuſ alia uidebantur aoraſia grece dicit|quod noſtri interpreteſ latine dicere non ualenteſ:in libro geneſeoſ cecitatem interpretati ſunt|Hanc enī paſſi ſunt ſodomite quādo querebant oſtium iuſti uiri:nec poterant inuenire|Que ſi cecitaſ fuiſſet qua fit ut nihil poſſit uideri:nō oſtium quo ingrederentur|ſet duceſ itinerū a quibuſ inde abducerentur inquirerent.

NEſcio quo autem modo ſic efficimur amore martirum beatorū|ut uelimuſ in illo regno ī eoꝝ corporibuſ uidere uulnerū cicatriceſ|que ꝑ xp̄i nomīe ptulerūt. Et fortaſſe uidebimuſ|Non enī deformitaſ in eiſ ſed dignitaſ erit|& quedā quāuiſ in corpe nō corpiſ ſed uirtutiſ pulchritudo fulgebit|Nec ideo tamē ſi aliq̄ martiribuſ amputata & ablata ſunt membra|ſine ipſiſ membriſ erūt in reſurrectionē mortuorū: quibuſ dictū ē:capilluſ capitiſ ueſtri nō ꝑibit|Sed ſi hoc decebit in illo nouo ſeculo: ut indicia glorioſorum uulnerum in illa immortali carne cernantur|ubi membra ut preciderentur percuſſa uel ſecta ſunt|ibi cicatriceſ ſed tamē eiſdem mēbriſ redditiſ nō perditiſ apparebūt.|Quāuiſ itaq; omnia que acciderunt corpori uicia tūc non erunt: nō ſunt tamen deputanda uel appellanda uicia ſed uirtutiſ indicia|Abſit autē ut ad reſuſcitāda corpora uitæq; reddenda|nō poſſit omīpotētia creatoriſ oīa reuocare: que uel beſtia uel igniſ abſumſit|uel quidq̄d in puluerē cinerem ue collapſum: uel in humorem ſolutum:uel in auraſ eſt exalatū|Abſit ut ſinuſ ulluſ ſecretūq; nature ita recipiat aliquid ſubtractū ſenſibuſ noſtriſ|ut omniū creatoriſ aut lateat cognitionē: aut effugiat poteſtatē|Deū certe uolenſ ſicut poterat diffinire Cicero tātuſ auctor ipſoꝝ|menſ quedam eſt inquit ſoluta et libera:ſecreta ab omni cōcretione mortali: oīa ſentiēſ & mouenſ:ipaq; predita motu ſempiterno|Hoc aūt repent in doctriniſ magnorum philoſophorū|Vt igitur ſcd̄m ipſoſ loquar: quomodo aliquid uel latet omnia ſentiētem:uel irreuocabiliter fugit omnia mouentē|Vnde iam etiā queſtio illa ſoluēda eſt que difficilior uidet̄ ceteriſ|ubi queritur:cū caro mortui hominiſ etiā alteriuſ fit uiuentiſ caro|cui potiuſ eorū in reſurrectione reddatur|Si enim quiſpiam cōfectuſ fame atq; cōpulſuſ ueſcat̄ cadaueribuſ hominū|q̄d malū aliquotieſ accidiſſe & ueruſ teſtatur hiſtoria|et noſtroꝝ tempoꝝ infelicia experimenta docuerūt|Non q̄squā ueridica ratiōe cōtendet|totū digeſtū fuiſſe ꝑ imoſ meatuſ|nihilq; inde in euſ carne mutatum atq; cōuerſum|cū ipſa macieſ que fuit et nō eſt|ſatiſ indicet que illiſ eſciſ detrimēta ſuppleta ſint|Iam itaq; aliq̄ pauloante ꝑmiſi:que ad iſtū quoq; nodū ſoluendum ualere debebunt|Quidq̄d enī carnium exhauſit fameſ:utiq; in auraſ eſt exalatum|Vnde diximuſ omnipotentem deū poſſe reuocare quod fugit|Reddet̄ ergo caro illa hominum quo eſſe caro humana primituſ cepit|ab illo quippe altero tanq̄ mutuo ſumpta deputanda eſt|que ſicut eſ alienū redibenda eſt unde ſupta eſt. |Sua uero illi quē fameſ exinanierat:ab eo qui poteſt etiā exalata reuocare reddet. |Quamuiſ et ſi omnibuſ periſſet modiſ|nec ulla euſ materieſ in ulliſ nature latebriſ remanſiſſet|unde uellet eam repararet omnipotenſ|Sed propter ſentētiam ueritatiſ qua dictū eſt|capilluſ capitiſ ueſtri nō peribit|abſurdū ē ut putemuſ:cū capilluſ hoīſ perire nō poſſit|tantaſ carneſ fame depaſtaſ atq; cōſumptaſ perire potuiſſe.|Quibuſ oībuſ ꝑ noſtro modulo cōſideratiſ atq; tractatiſ|hec ſūma cōficit̄:ut ī reſurrectiōe carniſ in eternū eaſ menſuraſ habeat corporū magnitudo|quaſ habebat perficiende

ſiue perfecte cuiuſq; indita corpori ratio iuuentutiſ. in membrorum quoq; omnium
modulis cōgruo decore ſeruato. Quod decus ut ſeruet᷑ ſi aliqd demptū fuerit idecētī
alicui granditati in parte aliqua cōſtitute: quod p̄ totū ſpergatur: ut neq; id peat et
cōgruentia partium ubiq; teneatur: non eſt abſurdū ut aliqd inde etiā ſtature corpiſ
addi poſſe credamus: cū omnibus partibus ut decorē cuſtodiant id diſtribuitur quod
ſi enormiter in una eſſet: utiq; nō deceret. Aut ſi cōtenditur in ea quēq; ſtatura corpiſ
reſurrecturū eſſe in qua defunctus eſt: nō pugnaciter reſiſtendū eſt: tantū abſit omnis
deformitas: omnis infirmitas: omnis tarditas: omniſq; corruptio: & ſi qd aliud illud nō
decet regnū in quo reſurrectionis et promiſſionis filii equales erunt angelis dei: ſi nō
corpore: nō etate: certe felicitate.

Reſtituetur ergo & quidqd de corporibus uiuis:
uel poſt mortem de cadaueribus periit: & ſimul cū eo qd̄ in ſepulcris remāſit: in
ſpiritualis corporis nouitatē ex aīalis corpis uetuſtate mutatum reſurget: ſ corruptiōe
atq; īmortalitate ueſtitū. Sed et ſi uel caſu aliquo graui: uel inimicoꝝ īmanitate totū
penitus cōteratur in puluerem: atq; in auras uel in aquas diſperſum: quantū fieri pōt
nuſquā eſſe ſinatur: omnino nullo modo ſubtrahi poterit omnipotētie creatoris: ſed
capillus in eo capitis nō pibit. Erit ergo ſpiritui ſubdita caro ſpiritualis: ſed tamē caro
non ſpiritus: ſicut carni ſubditus fuit ſpiritus ipſe carnalis: ſed tamē ſpiritus non caro.
Cuius rei experimentū habemus in noſtre pene deformitate. Nō enī ſcd̄m carnem:
ſed utiq; ſcd̄m ſpiritum erant carnales quibus apoſtolus ait. Non potui uobis loqui
quaſi ſpiritualibus: ſed quaſi carnalibus. Et homo ſpiritualis ſic in hac uita dicitur: ut
tamen corpore adhuc carnalis ſit: & uideat aliā legē in mēbris ſuis repugnantem legi
mētis ſue. Erit aūt etiā corpus ſpūale: cū eadē caro ſic reſurrexit: ut fiat qd̄ ſcriptū ē.
Seminatur corpus animale: reſurget ſpirituale. que ſit aūt & q̄ magna corpis ſpūalis
gratia: que nondū uenit in experimentū: uereor ne temerarium ſit omne quod de illa
pfertur eloquiū. Verūtamē quia ſpei noſtre gaudiū ꝓpter dei laudē nō eſt tacēdū:
& de intimi ardentis ſancti amoris medullis dictū eſt: domine dilexi decorem domus
tue: de donis eius que in hac uita erūnoſiſſima bonis malisq; largitur: ipſo adiuuante
coniciamus: ut poſſumus: q̄tū ſit illud qd̄ nondū expti utiq; digne eloq nō ualemus.
Omitto enī quando fecit hominē rectū: omitto uitā illā duorū cōiugū in paradiſi
fecūditate felicē: quādo tam breuis fuit ut ad naſcētiū ſenſū nec ipſa puenerit. in hac
quam nouimus in qua adhuc ſumus: cuius tēptatiōes imo quā totā tēptationē q̄diu
in ea ſumus: q̄ntūlibet proficiamus ꝑpeti non deſinimus: que ſint indicia circa genus
humanū bonitatis dei: quis poterit explicare?

Nam qd̄ ad primā originē pertinet: oīm mortalium progeniem fuiſſe dānatam:
hec ipſa uita ſi uita dicēda ē: tot & tātis malis plena teſtat᷑. Quid enim aliud
indicat horrēda quedam profūditas ignorantie: ex qua omnis error exiſtit: q omnes
filios Adam tenebroſo quodā ſinu ſuſcepit: ut hō ab illo liberari ſine labore: dolore:
timore nō poſſit. Quid amor ipē tot rerū uanaꝝ atq; noxiarū: & ex hoc mordaces
cure: ꝑturbatiōes: merores: formidines: inſana gaudia: diſcordie: lites: bella: inſidie: iracūdie:
inimicicie: fallacia: adulatio: fraus: furtū: rapina: pfidia: ſuperbia: ambitio: inuidētia:
homicidia: parricidia: crudelitas: ſeuitia: nequicia: luxuria: petulantia: impudentia:
impudicicia: fornicatiōes: adulteria: inceſta: & cōtra naturā utriuſq; ſexus tot ſtupra
atq; immūdicie: quas turpe eſt etiam dicere: ſacrilegia: hereſes: blaſphemie: periuria:
oppreſſiones innocentiū: calumnie: circūuentiōes: preuaricationes: falſa teſtimonia:

inqua iudicia: uiolentia: latrocinia: & quidqd taliũ malorum in mentẽ nõ uenit: et
tamen de uita iſta hominũ nõ recedit? Verũ hec hominũ ſunt maloꝝ: ab illa tamen
erroris & peruerſi amoris radice uenientia: cũ qua omnis filius Adam naſcit. Nam qs
ignorat cũ quãta ignorantia ueritatis: que iam ĩ infãtibus manifeſta eſt: et cũ quãta
abundãtia uane cupiditatis que in pueris incipit apparere: homo ueniat in hãc uitã:
ita ut ſi dimittatᷓ uiuere ut uelit & facere quidqd uelit: ĩ hec facinora & flagitia que
cõmemoraui & que cõmemorare nõ potui uel cũcta uel multa perueniat? Sed diuina
gubernatiõe nõ omnimõ deſerẽte dãnatos: & deo nõ cõtinẽte in ira ſua miſeratiões
ſuas: in ipſis ſenſibus generis humani ꝓhibitio et eruditio cõtra iſtas cũ qbus naſcimur
tenebras uigilant: et cõtra hos impetus opponuntur: plene tamen etiam laborum et
dolorum. Quid enim ſibi uolũt multimode formidines: que cohibendis paruulorum
uanitatibus adhibentur? Quid pedagogi: quid magiſtri: quid ferule: quid lora: qd
uirge: quid diſciplina illa qua ſcriptura ſancta dicit dilecti filii latera eſſe tundẽda:
ne creſcat indomitus domariq; iam durus aut uix poſſit: aut fortaſſe nec poſſit? Quid
igitur agitᷓ his penis omnibus: niſi ut debelletᷓ imperitia: et parua cupiditas refrenetᷓ:
cum quibus malis in hoc ſeculo uiuimus? Quid eſt enĩ qd cũ labore meminimus: ſine
labore obliuiſcimur: cũ labore diſcimus: ſine labore neſcimus: cum labore ſtrenui: ſine
labore inertes ſumus? Nonne hinc apparet: in quo uelut põdere ſuo procliuis & prona
ſit uitioſa natura: et quãta ope ut hinc liberetur indigeat: deſidia: ſegnicia: pigritia:
negligẽtia? Vicia ſunt utiq; qbus labor fugitur: cũ labor etiã ipſe qui eſt utilis pena
ſit. Sed preter pueriles penas: ſine quibus diſci nõ poteſt qd maiores uolunt: qui uix
aliquid utiliter uolunt: quod et quãtis penis genus agitetᷓ humanũ: que nõ ad maliciã
nequitiamq; iniquoꝝ: ſed ad cõditionem pertinẽt miſeriãq; cõmunẽ: quis ullo ſermõe
digerit: quis ulla cogitatiõe cõprehẽdit: Quãtus ẽ metus: quãta calamitas ab horbitatibus
atq; luctibus: a damnis & damnatiõibus: a deceptiõibus & mendaciis hoim: a ſuſpitiõibus
falſis: ab omnibus uiolentis facinoribus et ſceleribus alienis: quando quidem ab eis et
depdatio & captiuitas & uincula et carceres: & exilia & cruciatus: et ãputatio mẽbroꝝ
& priuatio ſenſuũ: & oppreſſio corporis ad obſcenam libidinẽ opprimẽtis explendã:
& alia multa horrẽda ſepe cõtingũt? Quid ab innumeris caſibus q forinſecus corpori
formidantᷓ: eſtibus et frigoribus: tempeſtatibus: imbribus: alluuionibus: coruſcatione:
tonitru: grandine: fulmine: motibus: hiatibusq; terrarum: oppreſſionibus ruinarũ: ab
offenſiõibus & pauore uel etiam malitia iumentoꝝ: a tot uenenis fruticũ: aquarum:
aurarũ: beſtiarum: ac ferarum: uel tantũmodo moleſtis: uel etiã mortiferis morſibus:
a rabie que contingit ex rabido cane: ut etiam blanda et amica ſuo domino beſtia:
nõnũq̃ uehementius & amarius q̃ leones draconeſq; metuatᷓ: faciatq; hominẽ quem
forte cõtaminauerit cõtagiõe peſtifera ita rabioſum: ut a parentibus: coniuge: filiis:
peius omni beſtia formidetur? Que mala patiuntur nauigãtes? Que terrena itinera
gradientes? Quis ambulat ubicũq; non inopinatis ſubiacens caſibus? De foro quidam
rediens domum ſanis pedibus ſuis cecidit: pedem fregit: & ex illo uulnere finiuit hanc
uitam. Quid uidetᷓ ſedente ſecurius? De ſella in qua ſedebat cecidit Heli ſacerdos: et
mortuus eſt. Agricole imo uero omnes homines: quod et quantos a celo & terra uel a
pernicioſis animalibus caſus metuunt agrorũ fructibus? Solent tamen de frumentis
tandem collectis & reconditis eſſe ſecuri. Sed quibuſdam quod nouimus: prouentum
optimũ frumentorũ fluuius improuiſus fugientibus hominibus de horreis eiecit atq;
abſtulit. Contra milleformes demonũ incurſus quis innocentia ſua fidit: quãdo quidẽ
ne quis fideret: etiam paruulos baptiſatos quibus certe nihil eſt innocentius aliquãdo

ſic uexarẽtur in eiſ maxime deo iſta ſinente mõſtretur huiuſ uite flenda calamitaſ & alteriuſ deſideranda felicitaſ? Iam uero de ip̄o corpore tot exiſtũt morboꝝ mala: ut nec libriſ medicoꝝ cũcta cõprehenſa ſint: in quoꝝ pluribuſ ac pene oĩbuſ etiã ip̄a adiumẽta & medicamẽta tormenta ſunt: ut hoĩeſ a penaꝝ exitio penali eruantur auxilio. Nõne ad hoc p̱duxit ſitiẽteſ hoĩeſ ardor immãiſ: ut urinã quoq; hũanã uel etiam ſuã biberent? Nonne ad hoc fameſ ut a carnibuſ hominũ abſtinere ſe non poſſent: nec inuẽtoſ hoĩeſ mortuoſ: ſed ꝓpter hoc a ſe occiſoſ: nec quoſlibet aliẽoſ: uerũ etiam filioſ matreſ icredibili crudelitate quã rabida eſurieſ faciebat aſſumerẽt? Ipſe poſtrẽo ſomnuſ qui ꝓprie quietiſ nomen accepit: q̄ſ uerbiſ explicet ſepe ſomnioꝝ uiſiſ q̄ ſit inquietuſ: & q̄ magniſ licet falſarũ rerũ terroribuſ: quaſ ita exhibet & quo/dãmodo exp̄mit: ut a ueriſ eaſ diſcernere nequeamuſ: aĩam miſerã ſenſuſq; ꝑturbet? Qua falſitate uiſorũ etiã uigilãteſ in q̄buſdã morbiſ & ueneniſ miſerabiliuſ agitant: q̄uiſ multimoda uarietate fallacie hoĩeſ etiã ſanoſ maligni demõeſ nõnũq̄ decipiant talibuſ uiſiſ: etiã ſi eoſ p̱ hec ad ſua traducere nõ potuerint ſenſuſ eorum tamen ſolo appetitu qualitercũq; perſuadẽte falſitatiſ illudant. Ab huiuſ tam miſere q̄ſi q̄buſdã inferiſ uite: nõ liberat niſi gratia ſaluatoriſ xp̄i dei ac domini noſtri. Hoc enĩ nomen eſt ipſe Ieſuſ: interpretat̃ q̄ppe ſaluator: maxime ne poſt hãc miſerior ac ſẽpiterna ſuſcipiat: nõ uita ſed morſ. Nam ĩ iſta q̄uiſ ſint p̱ ſacra & p̱ ſanctoſ curationũ magna ſolatia: tamen ideo nõ ſemper etiã ipſa beneficia tribuũtur petentibuſ: ne ꝓpter hoc religio queratur: que propter aliã magiſ ubi mala nõ erũt omnino ulla querenda ẽ. Et ad hoc melioreſ quoſq; ĩ hiſ maliſ adiuuat gratia: ut q̄nto fideliore tãto fortiore corde tolerentur. Ad quã rem etiã philoſophiã p̱deſſe dicũt docti huiuſ ſeculi: quam dii quibuſdam paucis: ut ait Tulliuſ ueram dederũt. Nec hominibuſ inq̄t ab hiſ aut datũ eſt maiuſ donũ: aut potuit ullũ dari: uſq; adeo & ipſi contra quoſ agimuſ quoquomodo cõpulſi ſunt: ſi habẽda nõ quãcũq; ſed uera philoſophia diuinã gratiã cõfiteri. Porro ſi paucis diuinituſ datũ eſt uere philoſophie cõtra miſeriaſ huiuſ uite unicũ auxilium: ſatiſ et hinc apparet humanũ genuſ ad luendaſ miſeriarũ penaſ eſſe damnatũ. Sicut autẽ hoc ut fatentur nullũ diuinũ maiuſ eſt donũ: ſic a nullo deo dari credẽdum eſt: niſi ab illo quẽ et ipſi q̄ multoſ deoſ colunt nullũ dicũt eſſe maiorẽ.

PReter hec autẽ mala huiuſ uite boniſ maliſq; cõmunia: habent in ea iuſti etiã proprioſ quoſdã laboreſ ſuoſ: quibuſ aduerſuſ uitia militãt: & in taliũ p̄liorum tẽptationibuſ periculiſq; uerſantur. Aliquãdo enĩ cõcitatiuſ: aliquãdo remiſſiuſ: non tamen deſinit caro cõcupiſcere aduerſuſ ſpiritũ: & ſpirituſ aduerſuſ carnẽ: ut non ea que uolumuſ faciamuſ: omnẽ malã cõcupiſcẽtiã cõſumẽdo: ſed eã nobiſ q̄tũ diuinituſ adiuti poſſumuſ: nõ ei cõſentiendo ſubdamuſ: uigilãteſ continue excubanteſ: ne opinio uériſimiliſ fallat: ne decipiat ſermo uerſutuſ: ne ſe tenebre alicuiuſ erroriſ effundant: ne quod bonũ eſt malum: aut q̃d malũ bonum eẽ credat̃. Ne ab hiſ que agẽda ſunt metuſ reuocet: ne in ea que agẽda nõ ſũt cupido p̄cipitet: ne ſup iracũdiã ſol occidat: ne inimicitie ꝓuocẽt ad retributionẽ mali p malo: ne abſorbeat inhõeſta uel immo/derata triſticia: ne impẽdedorũ beneficioꝝ ingerat meſ ingrata corporẽ: ne maledicis rumoribuſ bona cõſcientia fatiget̃: ne temeraria ſuſpicio noſtra decipiat: ne aliena de nobiſ falſa noſ frangat: ne regnet peccatum in noſtro mortali corp̄e ad obediẽdum deſideriiſ eiuſ: ne mẽbra noſtra exhibeant̃ iniq̄tatiſ arma peccato: ne oculuſ ſequatur cõcupiſcẽtiã: ne uindicandi cupiditaſ uincat: ne in eo q̃d male delectat uel uiſio uel cogitatio demoretur: ne improbũ aut indecẽſ uerbũ libẽter audiat̃: ne fiat quod nõ

licet etiã ſi liber: ne ĩ hoc bello laboꝝ periculorũq; pleniſſimo: uel de uiribuſ noſtriſ ſperetur facienda uictoria: uel uiribuſ noſtriſ noſtra facta tribuãtur: ſed eiuſ gratie de quo ait apoſtoluſ. Gratiaſ autẽ deo qui dat nobiſ uictoriam per Ieſum chriſtum dominũ noſtrũ. Qui et alio loco. In hiſ inq̃t omnibuſ ſuperuincimuſ per eũ qui dilexit noſ. Sciamuſ tamen quantalibet uirtute preliandi uitiiſ repugnemuſ: uel etiam uitia ſuperemuſ uel ſubiugemuſ: quãdiu ſumuſ in hoc corpore nobiſ deeſſe nõ poſſe: unde dicamuſ deo dimitte nobiſ debita noſtra. In illo autẽ regno ubi ſemper cũ corporibuſ immortalibuſ erimuſ: nec prelia nobiſ erunt ulla: & debita que nuſq̃ & nunq̃ eſſent ſi natura noſtra ſicut recta creata eſt ꝑmaneret. Ac per hoc etiã iſte tunc conflictuſ in quo ꝑiclitamur: et de quo noſ uictoria nouiſſima cupimuſ liberari: ad uite huiuſ mala pertinet: quam tot tantorũq; teſtimonio maloꝝ probauimuſ eſſe damnatam.

NVnc iam cõſiderandum eſt: hanc ipſam miſeriam generiſ hũani in qua laudatᷣ iuſticia punientiſ: quãlibet & q̃ multiſ impleuerit boniſ eiuſdem bonitaſ cũcta que creauit adminiſtrantiſ. Primũ benedictionẽ illam quã protulerat ante peccatũ dicenſ. Creſcite et multiplicamini & replete terrã: nec poſt peccatũ uoluit inhibere: manſitq; ĩ ſtirpe damnata donata fecunditaſ: nec illam uim mirabilem ſeminũ ſimo etiã mirabiliorem qua efficiũtur et ſemina inditam corporibuſ humaniſ & quodãmõ intexta: uitium peccati potuit auferre: quo nobiſ impacta eſt etiã neceſſitaſ mortiſ: ſed utrũq; ſimul currit iſto quaſi fluuio atq; torrente generiſ humani malum quod a parente trahitur: et bonum quod a creante tribuitur. In originali malo duo ſũt: peccatũ atq; ſuppliciũ. In originali bono alia duo: propagatio & conformatio. Sed quãtum ad preſentem pertinet intentionẽ noſtram: de maliſ quorũ unum de noſtra uenit audacia id eſt peccatũ: alterũ de iudicio dei id ẽ ſupplicium: iam ſatiſ diximuſ. Nunc de boniſ dei que ipi quoq; uitiate damnateq; nature contulit: ſiue uſq; nunc confert dicere inſtitui. Neq; enim damnãdo aut totũ abſtulit quod dederat: alioqn nec eſſet oĩno: aut remouit a ſua poteſtate etiã cum diabolo penaliter ſubdidit: cum nec ipm diabolum a ſuo alienauerit imperio: quãdoquidem ut ipſiuſ quoq; diaboli natura ſubſiſtat: ille facit qui ſumme eſt: et facit eẽ quicqd aliquo modo eſt. Duum igitᷣ illorũ que diximuſ bona: etiã in natura peccato uitiata ſuppliciõq; damnata: de bonitatiſ eiuſ quodam ueluti fonte manare propagationẽ: in primiſ mundi operibuſ benedictiõe largituſ eſt: a quibuſ operibuſ die ſeptimo requieuit. Confirmatio uero in illo eiuſ opere eſt: quo uſq; nunc operatur. Efficacem q̃ppe potẽtiam ſuam ſi rebuſ ſubtrahat: nec progredi poterunt: & ſuiſ dimenſiſ motibuſ peragere tempora: nec prorſuſ in eo ꝙ create ſunt aliquatenuſ permanebunt. Sic ergo creauit hominẽ deuſ: ut illi adderet fertilitatem quãdam qua alioſ hoĩeſ propagaret: congenerãſ eiſ etiam ipſam propagandi poſſibilitatem non neceſſitatem. Quibuſ tamen uoluit hominibuſ abſtulit eam deuſ: et ſterileſ fuerunt. Non tamẽ generi hũano abſtulit ſemel datam primiſ duobuſ cõiugibuſ benedictionẽ generandi. Hec ergo ꝓpagatio quãuiſ peccato ablata non fuerit: non tamẽ etiã ipſa taliſ eſt: qualiſ fuiſſet ſi nemo peccaſſet. Ex quo enim homo in honore poſituſ: poſteaq̃ deliquit comparatuſ eſt pecoribuſ: ſimiliter generat. Non in eo tamẽ penituſ extincta ẽ quedã uelut ſcintilla rationiſ: in qua factuſ eſt ad imaginẽ dei. Huic autẽ propagatiõi ſi cõformatio non adhiberetur: nec ipſa in ſui generiſ formaſ modoſq; ꝓcederet. Si enĩ nõ cõcubuiſſent homineſ: et nihilominuſ deuſ uellet implere terraſ hoĩbuſ: quomõ creauit unum ſine commixtione mariſ & femine: ſic poſſet omneſ: concumbenteſ uero niſi illo creante

generanteſ eſſe nó poſſunt. Sicut ergo ait apoſtoluſ de inſtitutóne ſpiritali qua hó
ad pietatem iuſticiamq; formatur: neq; qui plantat ē aliquid neq; qui rigat: ſed qui
incremētum dat deuſ. Ita etiā hic dici pōt: nec qui cócumbit nec q ſeminat eſt aliqd:
ſed q format deuſ. Nec mater que conceptū portat & partū nutrit eſt aliqd: ſed qui
incremētum dat deuſ. Ipſe nanq; opatione qua nunc uſq; opatur: facit ut numeroſ
ſuoſ explicēt ſeminaſ et a qbuſdam latētibuſ atq; inuiſibilibuſ inuolucriſ in formaſ
uiſibileſ huiuſ quod aſpicimuſ decoriſ euoluant. Ipſe incorpeam corpeāq; naturam:
illā prepoſitā iſtam ſubiectā miriſ modiſ copulanſ & cónectenſ aīantem facit. Quod
opuſ eiuſ tam magnū & mirabile eſt: ut non ſolū in hóie quod eſt aīal rónale: et ex
hoc cūctiſ terreniſ aīantibuſ excellentiuſ atq; pſtantiuſ ſed in qualibet minutiſſima
muſcula bene cōſideranti ſtuporem mentiſ ingerat. laudemq; pariat creatoriſ. Ipſe
itaq; aīe hūane mentē dedit: ubi ratio & intelligentia in infante ſopita ē quodāmō
quaſi nulla ſit: excitanda ſcilicet atq; exercenda etatiſ acceſſu: qua ſit ſciētie capax
atq; doctrine: et habiliſ perceptióī ueritatiſ & amoriſ boni. Qua capacitate hauriat
ſapiam: uirtutibuſq; ſit predita: qbuſ prudēter fortiter: temperanter & iuſte aduerſuſ
erroreſ et cetera īgenerata uicia dimicet: eaq; nulliuſ rei deſiderio niſi boni illiuſ ſu/
mi atq; incómutabiliſ uincat. Quod et ſi non faciat ipſa talium bonoꝝ capacitaſ in
natura rationali diuinituſ inſtituta: q̄tum ſit boni q̄ mirabile opuſ oīpotentiſ quiſ
competenter effatur aut cogitat? Preter enim arteſ bene uiuēdi et ad immortalem
puenīēdi felicitatē que uirtuteſ uocant: et ſola dei gratia que in xp̄o eſt filiiſ pro/
miſſioniſ regniq; donātur: nōne humano ingenio tot tanteq; arteſ ſunt inuente &
exercitate: partim neceſſarie ptim uoluptarie. Et tam excellenſ uiſ mentiſ atq; róiſ:
in hiſ etiā rebuſ quaſ ſupfluaſ imo & piculoſaſ pnicioſaſq; appetit: q̄tum bonū hēat
in natura unde iſta potuit uel inuēire uel diſcere: uel exercere teſtat. Veſtimentorū
et edificioꝝ ad q̄ mirabilia q̄ ſtupēda induſtria hūana peruenerit: quo in agricultura:
quo in nauigatióe pfecerit: que in fabricatióe quorūq; uaſoꝝ uel etiā ſtatuarum &
picturarū uarietate excogitauerit et impleuerit: que in theatriſ mirabilia ſpectan/
tibuſ: audiētibuſ incredibilia facienda & exhibenda molita ſit: in capiēdiſ occidendiſ
domandiſ irrónabilibuſ aīantibuſ: que & q̄ta reperit: aduerſuſ ipſoſ hóieſ tot genera
ueneuoꝝ: tot armoꝝ: tot machinamētoꝝ: et p ſalute mortali tuēda atq; reparanda
quot medicamēta atq; adiumēta cóprehenderit: p uoluptate fauciū quot cōdimēta
et gule incitamenta reperit: ad iudicandaſ & ſuadendaſ cogitatióeſ q̄ multitudinem
uarietatēq; ſignoꝝ: ubi precipuū locū uer' a & littere tenēt: ad delectādoſ aīoſ quoſ
elocutioniſ ornatuſ: q̄ diuerſoꝝ carminū copiam: ad mulcendaſ aureſ quot organa
muſica: quoſ cātilene modoſ excogitauerit: q̄tam pitiam dimēſionū atq; numeroꝝ:
meatuſq; & ordineſ ſiderū quāta ſagacitate cóprehenderit: q̄ multa rerū mundanarū
cognita cognitióe ſe impleuerit quiſ poſſit eloqui: maxie ſi uelimuſ non aceruatim
cuncta cógerere: ſed in ſinguliſ immorari. In ipſiſ poſtremo erroribuſ & falſitatibuſ
defēdendiſ: q̄ magna claruerint ingenia philoſophoꝝ atq; hereticoꝝ quiſ exiſtimare
ſufficiat? Loqmur enī nūc de natura mentiſ hūane: qua iſta uita mortaliſ ornatur:
non de fide atq; itinere ueritatiſ qua illa immortaliſ acquiritur. Huiuſ tante nature
códitor cū ſit utiq; deuſ uerus & ſūmuſ: ipſo cūcta que fecit adminiſtrāte: et ſummā
ptātem ſummāq; habente iuſticiā: nunq̄ pfecto in haſ miſeriaſ decidiſſet: atq; ex hiſ
preter eoſ ſoloſ q liberabunt in eternaſ eſſet ituraſ: niſi nimiſ grande peccatū in hóie
primo de quo ceteri exorti ſunt preceſſiſſet. Iam uero in ipſo corpe q̄uiſ nobiſ ſit cū
beluiſ mortalitate cóe: multiſq; eaꝝ reperiat infirmiuſ: q̄ta dei bonitaſ: q̄ta puidētia

tanti creatoris apparet. Nonne ita ſunt in eo loca ſenſuum & cetera membra diſpoſita: ſpecieſq; ipſa ac figura & ſtatura totius corporis ita modificata: ut ad miniſteriũ aĩe rõnalis ſe indicet factum. Non enĩ ut aĩalia rõnis expertia prona eẽ uidemus in terram: ita creatus eſt hõ: ſed erecta in celũ corporis forma admonet eũ que ſurſũ ſũt ſapere. Porro mira mobilitas que lingue ac manibus attributa ẽ ad loquẽdũ & ſcribendũ apta atq; conueniens: et ad opa artiũ plurimarũ officiorũq; cõplenda: nonne ſatis oſtẽdit q̃li aĩe ut ſeruiret tale ſit corpus adiunctũ. Quanq̃ et detractis neceſſitatibus operandi: ita oĩm partiũ cõgruentia numeroſa ſit & pulchra ſibi paritate rñdeat: ut neſcias utrum in ea cõdenda maior ſit utilitatis habita rõ q̃ decoris. Certe.n. nihil creatũ uidemus in corpe utilitatis cã quod nõ habeat etiã decoris locũ. plus aũt id nobis appareret: ſi nũeros menſuraruꝫ qbus inter ſe cũcta cõnexa ſũt & coaptata noſſemus: quos forſitan data opa ĩ his que foris eminẽt hũana poſſet inueſtigare ſolertia. Que uero tecta ſũt atq; a noſtris remota cõſpectibus: ſicut eſt tanta perplexitas uenarũ atq; neruorũ et uiſcerũ ſecreta uitaliũ: inuenire nullus poteſt. Quia et ſi medicorũ diligẽtia nõnulla crudelis: quos anathomicos uocãt laniauit corpora mortuorũ: ſiue etiã inter manus ſecantis & ꝑſcrutãtis morientiũ: atq; in carnibus hũanis ſatis inhũane abdita cuncta rimata eſt: ut qd & quõ et qbus locis curandũ eẽt addiſceret: numeros tamẽ de qbus loquor: qbus coaptatio que armonia grece dicit: tanq̃ cuiuſdam organi extrinſecus atq; intrinſecus totius corporis cõſtat. Quid dicam? Nemo ualuit inuẽire: quos nemo auſus ẽ querere: q̃ ſi noti eẽ potuiſſent: interioribus quoq; uiſceribus que nullũ oſtẽtant decus ita delectaret pulchritudo rõnis: ut omi forme apparenti que oculis placet: ipſius mẽtis que oculis utitur ꝑferret arbitrio. Sunt uero quedã ita poſita in corpe: ut tm̃modo decorẽ hẽant nõ etiã uſũ: ſicut habet pectus uirile mamillas: ſicut facies barbã: quã non eẽ munimẽto ſed uirili ornamẽto: indicant pure facies feminarũ: quas utiq; infirmiores muniri tutius cõueniret. Si ergo nullũ mẽbrũ eſt in his qdem cõſpicuis: unde ambigit nemo q̃ ita ſit alicui operi accõmodatũ: ut nõ etiã ſit decorũ: ſunt aũt nõnulla quorũ ſolũ decus & nullus eſt uſus: puto facile intelligi in cõditione corporis dignitatem neceſſitati fuiſſe ꝓlatam. Tranſitura ẽ quippe neceſſitas: tempuſq; uenturũ: qñ ſola inuicẽ pulchritudĩe ſine ulla libidine ꝑfruamur: quod maxĩe ad laudẽ referendum eſt cõditoris: cui dicit in pſalmo. Confeſſionẽ & decorẽ induiſti. Iam cetera pulchritudo & utilitas creature: que hõi licet ĩ iſtos labores miſeriaſq; proiecto atq; dãnato: ſpectãda atq; ſumẽda diuina largitate cõceſſa ẽ. Quo ſermõe terminari põt: in celi & terre et maris multimoda & uaria pulchritudĩe: etiã ipſius lucis tanta copia: tãq; mirabili ſpecie ĩ ſole ac luna et ſideribus: in opacitatibus nemorũ: in coloribus & odoribus florum: in diuerſitate ac multitudĩe uolucrũ garrularũ atq; pictarũ: in multiformi ſpẽ tot tantarumq; aĩantiũ: quorũ illa plus hñt admirationis que molis minimũ: plus enĩ formicularũ & apicularũ opa ſtupemus: q̃ immẽſa corpora balenarũ in ipſius quoq; maris tã grandi ſpectaculo: cũ ſeſe diuerſis coloribus uelut ueſtibus induit: et aliqñ uiride: atq; hoc multis modis: aliquãdo purpureũ: aliqñ ceruleũ eſt? Quã porro delectabiliter ſpectat etiã qñcunq; turbat: et fit inde maior ſuauitas: qa ſic demulcet intuentẽ: ut nõ iactet & q̃ttiat nauigantẽ. Quid ciborũ uſq;q̃q; copia cõtra famẽ: qd ſaporũ diuerſitas cõtra faſtidiũ nature diffuſa diuiciis: nõ cocorũ arte ac labore queſita. Quãta in multis rebus tuẽde ac recupãde ſalutis auxilia: q̃ grata uiciſſitudo diei alternãtis & noctis: aurarũ q̃ blãda temperies: in fruticibus & pecoribus indumẽtorũ cõficiẽdorũ q̃ta materies: ſola cõmẽorare quis poſſit. Hec aũt ſola que a me uelut in quedã aggerẽ ſunt coarctata: ſi uellẽ uelut colligata inuolucra ſoluere atq; diſcutere:

quãta mihi mora eẽt in ſingulis qbus plurima cõtinẽtur. Et hec om̃ia miſeroꝵ ſunt
dãnatorũq; ſolacia: nõ p̃mia btõꝵ. Que igit̃ illa ſunt: ſi tot ac talia & tãta ſunt iſta?
Quid dabit eis quos p̃deſtinauit ad uitã: q hec dedit eis quos p̃deſtinauit ad mortẽ?
Que bona in illa beata uita faciet eos ſumere: p quibus in hac miſeria unigenitũ filiũ
ſuũ uoluit uſq; ad mortẽ mala tanta pferre? Unde apoſtolus de ipſis in illud regnũ
p̃deſtinatis loquens. Qui p̃p̃o inquit filio nõ pepcit: ſed p nobis oĩbus eũ tradidit: quõ
non etiã cũ illo oĩa nobis donauit? Cũ hec pmiſſio cõplebit̃: qd erimus: q̃les erimus:
que bona in illo regno accepturi ſumus: qñqdem xp̃o moriẽte p nobis tale iã pignus
accepimus? Qualis erit ſpũs hoĩs nullũ oĩo habens uiciũ: nec ſub quo iaceat: nec cui
cedat: nec cõtra quod ſaltẽ laudabiliter dimicet: pacatiſſima uirtute pfectus? Rerũ
ibi oĩm q̃ta q̃ ſpecioſa q̃ certa ſciencia ſine aliquo errore uel labore: ubi dei ſapia de
ipſo ſuo fonte potabit̃ cũ ſũma felicitate: ſñ ulla difficultate? Quale erit corpus qd̃
oĩmõ ſpiritui ſubditũ: et eo ſufficiẽter uiuificatũ: nullis alimoniis indigebit? Non eni
aĩale ſed ſpiritale erit: habens qdem carnis ſed ſñ ulla carnali corruptiõe ſubſtantiã?

Verũ de aĩmi bonis qbus poſt hanc uitã beatiſſimus pfruet̃:
nõ a nobis diſſentiũt philoſophi nobiles: q de carnis reſurrectione cõtendunt.
Hãc q̃tum poſſunt negãt: ſed credentes multi negantes pauciſſimos reliquerũt: et ad
xp̃m q hoc qd̃ iſtis uidet̃ abſurdũ in ſua reſurrectiõe mõſtrauit: fideli corde cõuerſi
ſunt docti & indocti: ſapiẽtes mũdi & inſipiẽtes. Hoc.n. credidit mũdus: qd̃ p̃dixit
deus: q etiã hoc p̃dixit: ꝙ hãc rem mũdus fuerat crediturus. Neq;.n. Petri maleficiis
eã cũ laude credenciũ tanto añ p̃nunciare cõpulſus eſt. Ille ẽ eni deus quẽ ſicut iam
dixi aliquotiẽs nec cõmemorare me piget: cõfitente Porphirio atq; id oraculis deoꝵ
ſuorũ pbare cupiẽte: ipſa numia phorreſcũt. Quẽ ſic laudauit: ut eũ et deũ prẽm &
regẽ uocaret. Abſit.n. ut ſic itelligẽda ſint que p̃dixit: quõ uolũt hi q hoc cũ mũdo
nõ crediderũt: ꝙ mundũ crediturũ eſſe p̃dixit. Cur.n. nõ potius ita ſicut crediturus
tanto añ p̃dictus ẽ mũdus: nõ ſicut pauciſſimi garriũt: q cũ hoc mũdo ꝙ crediturus
p̃dictus ẽ credere noluerũt? Si eni pptorea dicũt alio mõ eẽ credẽda: ne ſi dixerint
uana eẽ cõſcripta: iniuriã faciãt illi deo cui tã magnũ phibẽt teſtimoniũ: tantã prius
ei uel etiã grauiorẽ faciũt iniuriam: ſi aliter dicũt eſſe intelligẽda: nõ ſicut mũdus ea
credidit: quẽ crediturũ ipe laudauit: ipſe pmiſit: ipſe cõpleuit. Cur.n. nõ põt facere ut
reſurgat caro & uiuat in eternum? An pptere a credẽdum non ẽ: id eũ eẽ facturũ: qa
malũ ẽ atq; indignũ deo? Sed de oĩpotencia eius que tot & tãta facit incredibilia: tã
multa diximus: ſi uolũt inuẽire qd̃ oĩpotens nõ põt habẽt. prius ego dicã: mẽtiri nõ
põt. Credamus ergo qd̃ põt: nõ credendo qd̃ nõ põt. Non itaq; credẽtes ꝙ mentiri
poſſit: credãt eẽ facturũ qd̃ facturũ eſſe pmiſit. Et ſic credãt ſicut id credidit mũdus:
quẽ crediturũ eẽ p̃dixit: quẽ crediturũ eẽ laudauit: quẽ crediturũ eẽ pmiſit: quẽ credi/
diſſe iã oñdit: hoc aũt malũ eſſe unde demõſtrauit? Non erit illic ulla corruptio: qd̃
eſt corporis malũ. De ordine elemẽtoꝵ iam diſputauimus: de aliis hoĩm cõiecturis ſatis
diximus. Quãta ſit futura ĩ corpe incorruptibili facilitas motus: de plenaria ualitudis
bone temparamẽto: que unq; nullo mõ illi comparanda ẽ immortalitate: in libro.xiii.
ſatis ut opĩor oñdimus. Legãt ſupiora opis huius: q uel nõ legerũt: uel nolũt recolere
qd̃ legerũt.

Sed Porphirius ait inquit: ut beata ſit aĩa corpus om̃e eſſe fugiẽdum. Nihil ergo
pdeſt qa incorruptibile diximus futurũ corpus: ſi aĩa beata nõ erit niſi corpus

omne effugerit. Sed iam & hinc in libro mẽorato q̃tum oportuit diſputaui. uerum hic unũ inde tantũ cõmemorabo. Emendet libroſ ſuoſ iſtoꝝ olim magiſter Plato: et dicat eorum deoſ ut beati ſint ſua corpora fugituroſ: id eſt eſſe morituroſ: quoſ in celeſtibuſ corporibuſ dixit incluſoſ. Quibuſ tamẽ deuſ a quo facti ſunt: quo poſſent eſſe ſecuri immortalitatẽ id eſt in eiſdem corporibuſ eternam permanſionẽ non eorũ natura id habente ſed ſuo conſilio preualente promiſit. Vbi etiã illud euertit quod dicunt: quĩ eſt impoſſibile ideo reſurrectionẽ carniſ nõ eſſe credendam. Apertiſſime quippe iuxta eundem philoſophũ: ubi diiſ a ſe factiſ promiſit deuſ nõ factuſ immor/talitatem: quod impoſſibile eſt ſe dixit eſſe facturũ. Sic enĩ eũ locutũ narrat Plato. Quoniam eſtiſ orti inquit: immortaleſ eſſe & diſſolubileſ non poteſtiſ. Non tamen diſſoluemini: neq; uoſ ulla mortiſ fata perimẽt: nec erũt ualentiora q̃ conſiliũ meũ: quod maiuſ eſt uinculum ad perpetuitatẽ ueſtram q̃ illa qbuſ eſtiſ colligati. Si non ſolum abſurdi ſed ſurdi non ſunt qui hec audiunt: non utiq; dubitant diiſ factiſ ab illo deo qui eoſ fecit ſecũdum Platonẽ quod eſt impoſſibile fuiſſe promiſſum. Qui enim dicit uoſ quidem immortaleſ eſſe nõ poteſtiſ: ſed mea uolũtate immortaleſ eritiſ: quid aliud dicit q̃ id quod fieri nõ poteſt me faciente tamẽ eritiſ. Ille igitur carnẽ incorruptibilem: immortalem: ſpiritualem reſuſcitabit: qui iuxta Platonem id quod impoſſibile eſt ſe eſſe facturum promiſit. Quid adhuc quod promiſit deuſ: q; deo p/mittenti credidit mũduſ: qui etiã ipſe promiſſuſ eſt crediturſ: eſſe impoſſibile clamãt: quãdoquidem noſ deum qui etiã ſecũdum Platonem facit impoſſibilia: id facturũ eſſe clamamuſ. Non ergo ut beate ſint anime corpuſ eſt omne fugiendum: ſed corpuſ incorruptibile recipiendũ. Et in quo cõuenientiuſ incorruptibili corpore letabunt: q̃ in quo corruptibili gemuerunt. Sic enim non in eiſ erit illa dira cupiditaſ quam poſuit ex Platone Virgiliuſ ubi ait. Rurſuſ & incipiẽt in corpora uelle reuerti. Sic inquã cupiditatem reuertendi ad corpora nõ habebunt: cum corpora in que reuerti cupiũt ſecũ habebunt: et ſic habebũt ut nunq̃ non habeant: nunq̃ ea prorſuſ uel ad exiguũ quãlibet tempuſ ulla morte deponant.

Singula quedam dixerunt Plato atq; Porphiriuſ: que ſi inter ſe communicare potuiſſent: facti eſſent fortaſſe chriſtiani. Plato dixit ſine corporibuſ aĩmaſ in eternũ eſſe nõ poſſe. Ideo enĩ dixit etiã ſapientũ aĩaſ poſt quãlibet longũ tempuſ tamẽ ad corpora rediturã. Porphiriuſ aũt dixit aĩam purgatiſſimã cum redierit ad patrem: ad hec mala mundi nunq̃ eſſe rediturã. Ac per hoc quod uerũ uidit Plato ſi dediſſet Porphirio: etiã iuſtorum atq; ſapientium purgatiſſimaſ aĩmaſ ad hũana corpa rediturã: rurſuſ quod uerũ uidit Porphiriuſ ſi dediſſet Platõi: nunq̃ redituraſ ad miſeriaſ corruptibiliſ corporiſ aĩaſ ſanctaſ: ut nõ ſinguli hec ſingula: ſed ambo ut ſinguli utrunq; dicerent: puto q; uiderent eſſe iam cõſequenſ: ut & redirent aĩme ad corpora: et talia reciperẽt corpora in qbuſ beate atq; immortaliter uiuerẽt. Quoniã ſecũdum Platonẽ etiã anime ſancte ad hũana corpora redibunt: ſecũdum Porphirium ad mala mũdi huiuſ ſancte anime non redibunt. Dicat itaq; cum Platone Porphiriuſ redibunt ad corpora: dicat Plato cũ Porphirio non redibũt ad mala: et ad ea corpa redire conſentient in qbuſ nulla patiantur mala. Hec itaq; non erunt niſi illa que promiſit deuſ: beataſ aĩaſ in eternum cũ ſua eterna carne facturuſ. Hoc enĩ quantũ exiſtimo iam facile nobiſ cõcederent ambo: ut qui faterent ad immortalia corpora redituraſ animaſ eſſe ſanctoꝝ: ad ſua illaſ redire permitterent: in quibuſ mala huiuſ ſeculi pertulerunt: in quibuſ deum ut hiſ maliſ carerent pie fideliterq; coluerunt.

NOnnulli noſtrum propter quoddam preclariſſimú loquendi genuſ et propter nónulla que ueraciter ſenſit amanteſ Platonem dicút eum aliquid ſimile nobiſ etiam de mortuoꝝ reſurrectione ſenſiſſe. Quod quidem ſic tangit in libriſ de republica Tulliuſ: ut eum luſiſſe potiuſ q̄ ꝙ id uerú eẽe affirmádo dicere uoluiſſe. Inducit ení hominem reuixiſſe: et narraſſe quedá que platonicis diſputatióibuſ cógruebát. Labeo etiá duoſ dicit uno die fuiſſe defunctoſ: et occurriſſe inuicé in quodá cópito. Deinde ad corpa ſua iuſſoſ fuiſſe remeare: et cóſtituiſſe iter ſe amicoſ ſe eẽ uicturoſ: atq; ita eſſe factum donec poſtea morerẽtur. Sed iſti auctoreſ talem reſurrectioné corporiſ factam fuiſſe narrarunt: qualeſ fuerunt eorú quoſ reſurrexiſſe nouimuſ & huic quidem redditoſ uite: ſed non eo modo ut non morerentur ulteriuſ. Mirabiliuſ auté quoddá Marcuſ Varro ponit in libriſ quoſ cóſcripſit de gente populi romani: cuiuſ putaui uerba ipſa ponéda. Genethliaci qdam ſcripſerunt inquit eſſe in renaſcendiſ hominibuſ quá appellant palingeneſiam greci. hanc ſcripſerunt cófici in anniſ numero quadringétiſ quadraginta. ut idé corpuſ et eadé aía que fuerant coniuncta in homine aliquando: eadem rurſuſ redeant in cóiunctionem. Iſte Varro quidem ſiue genethliaci illi neſcio qui: nó enim nomina eoꝝ prodidit quoꝝ commemorauit ſenténtiam aliqd dixerunt qđ licet falſú ſit: ſcí ení ſemel ad eadé corpa que geſſerút aíe redierunt: nunq̄m ea poſtea ſunt relicture: tamen multa illiuſ impoſſibilitaſ que contra noſ iſti garriunt argumenta conuellit et deſtruit. Qui enim hec ſentiunt ſiue ſenſerunt: non eiſ uiſum eſt fieri nó poſſe: ut dilapſa cadauera in auraſ: in puluerem: in cinerem: in humoreſ: in corpora ueſcentium beſtiarum: uel ipſorú quoq; hominú: ad id rurſuſ redeant quod fuerút. Quapropter Plato et Porphiriuſ: uel potiuſ quicúq; illoſ diligunt et adhuc uiuunt: ſi nobiſ conſentiút: etiam ſanctaſ animaſ ad corpora redituraſ ſicut ait Plato: nec tamé ad mala ulla redituraſ ſicut ait Porphiriuſ: ut ex hiſ fiat cóſequéſ qđ fideſ pdicat chriſtiana: talia corpa recepturaſ in quibuſ ſine ullo malo in eternú feliciter uiuant. Aſſumant etiá hoc de Varrone: ut ad eadé corpora redeát in quibuſ antea fuerút: & apud eoſ tota queſtio de carniſ i eternú reſurrectione ſoluet.

NVnc iam quid acturi ſint in corporibuſ immortalibuſ atq; ſpiritualibuſ ſancti: non adhuc eorú carne carnaliter ſed ſpiritualiter iam uiuéte ſe quátú dñſ dignatur adiuuare uideamuſ. Et illa qdem actio uel potiuſ quieſ atq; otiú: q̄le futuꝝ ſit ſi uerum uelim dicere neſcio. Non .n. hoc unq̄ p ſenſuſ corpiſ uidi. Si aút méte .i. intelligentia uidiſſe me dicam: q̄tum eſt aut quid eſt noſtra intelligentia ad illá excellentiam. Ibi eſt enim pax dei que ſicut dicit apoſtoluſ ſupat omné ſenſú uel intellectú: quem niſi noſtrú: aut fortaſſe etiá ſanctoꝝ angeloꝝ. Non .n. & dei. Si ergo ſancti in dei pace uicturi ſunt: pfecto in ea pace uicturi ſút: que ſupat omné intellectú. Quoniam ꝙ noſtrú qdem ſupat nó eſt dubiú. Si auté ſupat & angelorum: ut nec ipſoſ excepiſſe uideat qui ait omné intellectú: ſcdm hoc dictum eſſe debemuſ accipere quia pacem dei qua ipſe deuſ pacatuſ é. ſicut deuſ nouit non eam noſ ſic poſſumuſ noſſe: nec ulli angeli. Superat itaq; omnem intellectum: non dubium ꝙ preter ſuum. Sed quia et noſ pro modo noſtro paciſ eiuſ participeſ facti ſummam i nobiſ atq; inter noſ & cum ipſo pacem: quantum noſtrum ſummum eſt obtinebimuſ. Iſto modo pro ſuo modo ſciunt eam ſancti angeli. Homineſ autem nunc longe infra quantumlibet prouectu mentiſ excellant. Conſiderandum eſt enim quantuſ uir dicebat. Ex parte ſcimuſ et

ex parte propbetamuſ: donec ueniat quod perfectum eſt. Et uidemuſ nunc per ſpeculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Sic iam uidēt ſancti angeli: qui etiam noſtri āgeli dicti ſunt: quia eruti de poteſtate tenebrarum: et accepto ſpiritus pignore tranſlati ad regnum chriſti: ad eoſ angeloſ iam cepimuſ pertinere: cū quibuſ nobiſ erit ſacta atq; dulciſſima de qua iam tot libroſ ſcripſimuſ dei ciuitaſ ipſa communiſ. Sic ſunt ergo angeli noſtri qui ſunt angeli dei: quemadmodum chriſtuſ dei chriſtuſ eſt noſter. Dei ſunt quia deum nō reliquerunt: noſtri ſunt: quia ſuoſ ciueſ noſ habere ceperunt. Dixit aūt dominuſ Ieſuſ. uidete ne contempnatiſ unum de puſilliſ iſtiſ. dico enim uobiſ quia angeli eorum in celiſ ſemper uident faciem patriſ mei: qui in celiſ eſt. Sicut ergo illi uidēt: ita et noſ uiſuri ſumuſ: ſed nondū ita uidemuſ: ꝓpter quod ait apoſtoluſ quod paulo ante dixi. Videmuſ nunc per ſpeculum ī enigmate: tunc autem facie ad faciem. Premium itaq; fidei nobiſ uiſio iſta ſeruatur. De qua et Iohanneſ apoſtoluſ loquēſ: cum apparuerit inquit ſimileſ ei erimuſ: quoniam uidebimuſ eum ſicuti eſt. Facieſ autem dei manifeſtatio eiuſ intelligenda eſt: nō aliquod tale mēbrorū quale noſ habemuſ in corpe: atq; iſto noīe nuncupēmuſ. Quapropter cum a me queritur: quid acturi ſunt ſancti in illo corpore ſpirituali: non dico quod iam uideo: ſed dico quod credo: ſcđm illud quod in pſalmo lego. Credidi propter qđ locutuſ ſum. Dico itaq; uiſuroſ ſūt deum ī ipſo corpore: ſed utrum per ipſum ſicut per corpuſ nunc uidemuſ: ſolem: lunā: ſtellaſ: mare: ac terram & que ſunt ī ea nō parua queſtio eſt. Durum eſt enim dicere: ꝙ ſancti talia corpora tunc habebunt: ut non poſſint oculoſ claudere atq; aperire cum uelint. Duriuſ autem ꝙ ibi deum quiſquiſ oculoſ clauſerit non uidebit. Si enim propheta Heliſeuſ puerum ſuum Giezi abſenſ corpore: uidit accipientem munera que dedit ei Naaman ſyruſ: quem ꝓpheta memoratuſ a lepre deformitate mundauerat: quod ſeruuſ nequam domino ſuo non uidente latenter ſe feciſſe putauerat: quāto magiſ in illo corpore ſpirituali uidebūt ſancti omnia: nō ſolum ſi oculoſ claudant: uerum etiam unde ſunt corpore abſenteſ.

Tunc enim erit perfectum illud de quo loquenſ apoſtoluſ: ex parte inquit ſcimuſ & ex parte prophetamuſ. cum autem uenerit quod perfectum eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Deinde ut quomodo poſſet aliqua ſimilitudine oſtenderet: quātum ab illa que futura eſt diſtet hec uita: nō qualiūcunq; hominum: uerū etiam q preapua hic ſanctitate ſūt prediti: cum eſſem inquit paruuluſ: quaſi paruuluſ ſapiebam: quaſi paruuluſ loquebar: quaſi paruuluſ cogitabam. Cum autem factuſ ſum uir: euacuaui ea que paruuli erant. Videmuſ nunc per ſpeculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc ſcio ex parte: tunc autem cognoſcā ſicut et ego cognituſ ſum. Si ergo in hac uita: ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda eſt illi uite quaſi paruuli ad iuuenem: uidit tamen Heliſeuſ ſeruū ſuum accipientem munera ubi ipſe non erat: ita ne cū uenerit qđ perfectū eſt: nec iam corpuſ corruptibile aggrauabit aīam: ſed incorruptibile nihil impediet: illi ſancti ad ea que uidēda ſūt: oculiſ corporeiſ qbuſ Heliſeuſ abſenſ ad ſeruum ſuū uidendum nō indiguit indigebunt. Nam ſcđm interpreteſ. lxx. iſta ſunt ad Giezi uerba prophete. Nōne cor meū erat tecū: quādo conuerſuſ ē uir de curru in obuiā tibi: & accepiſti pecuniā: & cetera. Sicut autem ex hebreo īterꝑtatuſ eſt ꝑſbiter Hieronimuſ. Nōne cor meū inquit in ꝑſenti erat: qñ reuerſuſ ē hō de curru ſuo ī occurſū tui. Corde ergo ſuo ſe dixit hoc uidiſſe ꝓpheta: adiuto qdem mirabiliter nullo dubitāte diuinituſ. Sed qto āpliuſ tunc omeſ munere iſto abundabunt: cū deuſ erit omnia in omībuſ: habebūt tamē etiā illi oculi corporei officiū ſuū: & in loco ſuo erūt: utetēq; ille ſpirituſ ꝑ ſpirituale corpuſ. Neq; enī & ille

propheta q̄a nō eis indiguit ut uideret abſentē: nō eis uſus eſt ad uidenda preſentia: que tamē ſpiritu uidere poſſet etiā ſi illos clauderet: ſicut uidit abſentia ubi cū eis ipſe nō erat. Abſit ergo ut dicamus illos ſcōs in illa uita deū clauſis oculis nō uiſuros: quē ſpiritu ſemp uidebūt ſed utrū uidebūt & p oculos corpis cū eos apertos habebūt: inde queſtio eſt. Si enī tātum poterūt in corpore ſpirituali eo modo utiq; etiā ipſi oculi ſpirituales: q̄tū poſſunt iſti quales nūc habemus: proculdubio p eos deus uideri non poterit. lōge itaq; alterius erūt potētie: ſi per eos uidebit̄ icorpea illa natura: que nō cōtinet̄ loco: ſed ubiq; tota eſt. Non enī quia dicimus deum & in celo eſſe & in terra: ipſe quippe ait p prophetā: celū & terrā ego impleo: aliā partē dicturi ſumus eū in celo habere: & aliam in terra: ſed totus in celo ē totus i terra: non alternis temporibus ſed utrūq; ſimul: qđ nulla corpalis natura pōt. Uis itaq; p̄pollentior oculorum erit illoꝝ: nō ut acutius uideant q̄ quidam perhibentur uidere ſerpentes uel aquile: q̄talibet enim acrimonia cernendi eadē quoq; animalia nihil aliud poſſunt uidere q̄ corpora: ſed ut uideant & in corpralia. Et fortaſſe iſta uirtus magna cernendi data fuerit ad horam etiam in iſto mortali corpore oculis ſancti uiri Iob: quando ait ad deum. In obauditu auris obaudiebam te prius: nūc autē oculus meus uidet te: ppterea deſpexi memetipm & diſtabui: & exiſtimaui me terrā & cinerem. Quāuis nihil hic phibebat oculū cordis intelligi: de q̄bus oculis ait apoſtolus. Illuminatos oculos habere cordis ueſtri. Ipſis aūt uideri deū cū uidebit̄: chriſtianus ambigit nemo: qui fideliter accipit qđ ait ille magiſter deus. Beati mūdo corde quoniā ipſi deū uidebūt. Sed utrū etiā corpalibus ibi oculis uideat̄: hoc in iſta queſtione uerſamus. Illud enim qđ ſcriptum eſt & uidebit omīs caro ſalutare dei: ſine ullius nodo difficultatis ſic intelligi poteſt: ac ſi dictū fuerit. Et uidebit omnis homo chriſtū dei: qui utiq; in corpore uiſus eſt et in corpe uidebit̄: q̄ndo uiuos & mortuos iudicabit. Quod aūt ipſe ſit ſalutare dei: multa ſunt & alia teſtimōia ſcripturaꝝ. Sed euidētius uenerādi illius ſenis Symeonis uerba declarant. Qui cū infantē chriſtū accepiſſet in manus ſuas: nūc inq̄t dimittis domine ſeruū tuū ſcđm uerbū tuū in pace: quoniā uiderūt oculi mei ſalutare tuū. Illud etiā quod ait ſupra mēoratus Iob: ſicut in exemplaribus que ex hebreo ſunt inueniť: et in carne mea uidebo deū: reſurrectiōem q̄dem carnis ſine dubio prophetauit. Non tamē dixit p carnē meā. Quod quidē ſi dixiſſet: poſſet deus chriſtus intelligi: qui per carnem in carne uidebit̄. Nunc uero poteſt & ſic accipi. In carne mea uidebo deum ſaluatorē meū. Ac ſi dixiſſet. In carne mea ero cū uidebo deum. Et illud quod ait apoſtolus: facie ad faciē: nō cogit ut deū p hāc faciē corpalē ubi ſūt oculi corpales: nos uiſuros eſſe credamus: quem ſpiritu ſine intermiſſione uidebimus. Niſi enim eſſet etiam interioris hominis facies: non diceret idem apoſtolus. Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes: in eandem imaginē transformamur: de gloria in gloriā: tanq̄ ad domini ſpiritu. Nec aliter intelligimus quod in pſalmo canitur. Accedite ad eum & illuminamini: et facies ueſtri non erubeſcent. Fide quippe acceditur ad deū: quam cordis eſſe conſtat non corporis. Sed quia ſpiritale corpus neſcimus quantos habebit acceſſus: de re q̄ppe iexperta loq̄mur: ubi aliqua que aliter intelligi nequeat diuinarum ſcripturarum non occurrit: ſed ſuccurrit auctoritas: neceſſe eſt ut cōtingat in nobis quod legitur in libro ſapientie. Cogitationes mortalium timide et incerte prouidētie noſtre. Ratiocinatio quippe illa philoſophorum: qua diſputāt ita mētis aſpectu intelligibilia uideri: et ſenſu corpis ſenſibilia id eſt corporalia: ut nec intelligibilia per corpus: nec corporalia p ſeipſam mens ualeat intueri: ſed poſſet nobis eſſe certiſſima: profecto certum eēt per oculos corporis etiā ſpirituales nullo modo poſſe

uiden deū. Sed iſtā rōcinationē et uera ratio & pphetica irridet auctoritas. Quiſ. n. ita ſit auerſus a uero: ut dicere audeat deum corporalia iſta neſcire? Nunquid ergo corpus habet: per cuius oculos ea poſſit addiſcere? Deinde quod de propheta Heliſeo paulo ante diximus: nōne ſatis indicat etiā ſpiritu nō p corpus poſſe cerni corpalia? Quādo enī ſeruus ille munera accepit: utiq; corpaliter geſtū eſt: quod tñ ppheta nō p corpus ſed p ſpiritū uidit. Sicut ergo cōſtat uideri corpora ſpiritu: quid ſi tanta erit potentia ſpūalis corporis: ut corpore uideat̄ & ſpiritus? Spiritus enī eſt deus. Deinde uitam qdem ſuam qua nunc uiuit in corpore: et hec terrena membra uegetat facitq; uiuentia: interiore ſenſu quiſq; nō p corporeos oculos nouit: aliorū uero uitas cū ſint inuiſibiles per corpus uidet. Nam unde uiuētia diſcernimus a nō uiuētibus corpora: niſi corpa ſimul uitaſq; uideamus: quas niſi p corpus uidere nō poſſumus? Vitas aūt ſine corpibus corporeis oculis nō uidemus. Quāobrem fieri pōt ualdeq; credibile eſt: ſic nos eē uiſuros mūdana tūc corpora celi noui et terre noue: ut deū ibiq; pſentem & uniuerſa etiā corporalia gubernantē: p corpora que geſtabimus et que cōſpiciemus: quaquerſū oculos duxerimus clariſſima pſpicuitate uideamus: nō ſicut nūc inuiſibilia dei per ea que facta ſūt intellecta cōſpiciunt̄ per ſpeculū in enigmate et ex parte: ubi plus in nobis ualet fides qua credimus q̄ rerū corpaliū ſpecies q̄ p oculos cernimus corporales. ſed ſicut hoīes inter quos uiuētes motuſq; uitales exerentes uiuimus: mox ut aſpicimus non credimus uiuere ſed uidemus: cū eorū uitam ſine corporibus uidere nequeamus: quā tamē in eis per corpora remota omi ambiguitate conſpicamus. Ita quacuq; ſpūalia illa lumina corporū noſtrorū circūferemus: incorporeum deū omia regentē etiā p corpa cōtuebimur. Aut ergo ſic p illos oculos uidebitur deus: ut aliqd habeāt in tāta excellētia mētis ſimile: quo & icorpea natura cernat̄: qd̄ ullis exēplis ſiue ſcripturarū teſtimoniis diuinarū uel difficile uel impoſſibile ē oſtēdere. Aut qd̄ eſt intelligendum facilius: ita deus nobis erit notus atq; conſpicuus: ut uideatur ſpiritu a ſingulis nobis ī ſingulis nobis: uideat̄ ab altero in altero: uideatur in ſeipſo: uideat̄ in celo nouo & in terra noua: atq; in omi que tūc fuerit creatura: uideat̄ et p corpa in omi corpore: quocūq; fuerint ſpūalis corporis oculi acie puenienti directi: patebunt etiā cogitationes inuicē nobis. Tunc enī implebit̄ quod apoſtolus cū dixiſſet nolite ante tempus quicq̄ iudicare: mox addidit donec ueniat dñs et illuminet abſcondita tenebrarum: et manifeſtet cogitationes cordis: et tunc laus erit unicuiq; a deo.

QVanta erit illa felicitas: ubi nullū erit malum: nullū latebit bonū: uacabit̄ dei laudibus: q erit oīa in omnibus. Nā qd aliud agetr: ubi neq; ulla deſidia ceſſabit: neq; ulla indigētia laborabitur neſcio. Admoneor etiam ſancto cantico ubi lego uel audio Beati qui habitāt in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabūt te. Omnia membra et uiſcera incorruptibilis corpis: que nunc uidemus p uſus neceſſitatis uarios et motus diſtributa: qm̄ tūc nō erit ipſa neceſſitas: ſed plena: certa ſecura: ſempiterna felicitas: proficiēt laudibus dei. Omes quippe illi de qbus iam ſum locutus: q nūc latent armonie corporalis numeri: non latebunt: intrinſecus et extrinſecus p cuncta corpis diſpoſiti: et cū ceteris rebus que ibi magne atq; mirabiles uidebunt: rationales mētes in tanti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatiōe ſuccendent. Qui motus illic taliū corporū ſint futuri: temere definire nō audeo: quod excogitare nō ualeo. tamē et motus et ſtatus ſicut ipſa ſpecies decens erit: quiq; erit ubi quod nō decebit non erit. Certe ubi uolet ſpūs ibi erit protinus corpus: nec uolet aliquid ſpūs quod nec ſpm̄ poſſit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit: ubi laudantis nec errore quiſq̄ nec

adulatione laudabit. uerus honor: q̄ nulli negabitur digno: nulli deferetur indigno. Sed nec ad eum ambiget ullus indignus: ubi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ibi erit: ubi nihil aduerſi nec a ſeipſo nec ab alio quiſq; patietur. premiū uirtutis erit ipſe q̄ uirtutem dedit: eiq; ſeipſum quo melius & maius nihil poſſit eſſe promiſit. Quid eſt enim aliud qđ per ꝓphetam dixit. Ero illorū deus: & ipſi mihi erūt plebs: niſi ego ero unde ſatientur: ego ero quecūq; ab omnibus honeſte deſiderantur: & uita et ſalus & uictus et copia: & gloria et honor: et pax & omnia bona. Sic .n. & illud recte intelligitur quod ait apoſtolus: ut ſit deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtroꝝ: qui ſine fine uidebitur: ſine faſtidio amabitur: ſine fatigatione laudabitur. hoc munus: hic affectus: hic actus profecto erit omnibus: ſicut ipſa uita eterna cōis. Ceterū qui futuri ſint pro meritis premioꝝ etiā gradus honoꝝ atq; gloriarū: quis e idoneus cogitare: Quāto magis dicere? Quod tamen futurū ſit: non eſt ambigendū. Atq; id etiā beata illa ciuitas magnū in ſe bonū uidebit: quod nulli ſuperiori ullus inferior inuidebit: ſicut nūc nō inuident archangelis angeli ceteri: tam nollet eē unuſquiſq; quod non accepit: quāuis ſit pacatiſſimo concordie uinculo ei qui accepit obſtrictus: q̄ nec in corpore uult oculus eſſe qui eſt digitus: cū membrū utrunq; contineat totius carnis pacata cōpago. Sic itaq; habebit donū alius alio minus: ut hoc quoq; donū habeat ne uelit amplius. Nec ideo liberū arbitriū nō habebūt: qa peccata eos delectare nō poterūt. Magis quippe erit liberū a delectatione peccandi: uſq; ad delectationem non peccādi indeclinabile liberatū. Nam primū liberum arbitriū quod hoī datū eſt qn primū creatus e rectus: potuit nō peccare ſed potuit et peccare. hoc autem nouiſſimū eo potētius erit: quo peccare nō poterit. Verū hoc quoq; dei munere: non ſue poſſibilitate nature. Aliud eſt enī eſſe deū: aliud participē dei. deus natura peccare nō pōt: particeps uero dei ab illo accepit ut peccare nō poſſit. Seruādi aūt gradus erant diuini muneris: ut primū daret liberū arbitriū quo nō peccare homo poſſet: nouiſſimū quo peccare non poſſet. atq; illud ad cōparandum meritum: hoc ad recipiendū premium ptineret. Sed qa peccauit iſta natura cū peccare potuit: largiore gratia liberatur: ut ad eam perducatur libertatē in qua peccare nō poſſit. Sicut enī prima immortalitas fuit quā peccando Adam perdidit poſſe non mori: nouiſſima erit non poſſe mori: ſic erit primū liberum arbitriū poſſe nō peccare: nouiſſimū non poſſe peccare. Sic enim erit inamiſſibilis uolūtas pietatis et equitatis: quomō eſt felicitatis. Nam utiq; peccando nec pietatem nec felicitatem tenuimus: uoluntatem uero felicitatis nec perdita felicitatē perdidimus. Certe deus ipſe nunquid quia peccare nō poteſt: ideo liberum arbitrium habere negandus eſt? Erit ergo illius ciuitatis & una in omnibus et inſeparabilis in ſingulis uolūtas libera: ab omni malo liberata: et impleta omni bono: fruens indeficienter eternorū iocunditate gaudiorū: oblita culparum: oblita penarū: nec tamē ideo ſue liberationis oblita: ut liberatori ſuo ſit ingrata. Quantū ergo attinet ad ſcientiā rationalem: memor preteritoꝝ etiā maloꝝ ſuoꝝ: quantū aūt ad experientis ſenſum prorſus immemor. Nam et periſſimi medici ſicut arte ſciuntur omnes fere morbos corpis nouit: ſicut aūt corpe ſentiuntur plurimos neſcit: quos ipſe nō e paſſus. Ut ergo ſcientie maloꝝ due ſunt: una qua potentiā mentis non latent: altera qua expientis ſenſibus inherent: aliter quippe ſciuntur omnia uitia per ſapientie doctrinam: aliter per inſipientis peſſimā uitam: ita et obliuiones maloꝝ due ſunt. aliter ea naq; obliuiſcitur eruditus & doctus: aliter expertus & paſſus. Ille ſi peritiā negligat: iſte ſi miſeria careat. Sed in hac obliuione quā poſteriore loco poſui: nō erunt memores ſancti preteritoꝝ maloꝝ. Carebūt enim omnibus malis: ita ut penitus deleantur de ſenſibus eoꝝ: ea tamē potētia

ſciente que magna in eiſ erit: nõ ſolum ſua preterita: ſed etiã damnatorũ eoſ ſempi/
terna miſeria nõ latebit. Alioqn ſi ſe miſeroſ fuiſſe neſcituri ſũt: quõ ſicut ait pſalmiſ
miſericordiaſ domini in eternũ cantabunt? Quo cantico in gloriã gratie xp̄i: cuiuſ
ſanguine liberati ſumuſ: nihil erit profecto illi iocũdiuſ ciuitati. Ibi pficietur: uacate
et uidete qm̄ ego ſum deuſ. Quod erit uere maximũ ſabbatũ non habenſ ueſperam.
quod cõmendauit dominuſ in primiſ opibuſ mũdi ubi legitur. Et requieuit deuſ in
die ſeptima ab omibuſ opibuſ ſuiſ que fecit: et benedixit deuſ diem ſeptimũ & ſancti/
ficauit eum: qa in eo requieuit ab omibuſ opibuſ ſuiſ que inchoauit deuſ facere. Dieſ
enĩ ſeptimuſ etiã noſipſi erimuſ: qñ eiuſ fuerimuſ benedictiõe & ſanctificatiõe pleni
atq; refecti. Ibi uacanteſ uidebimuſ quoniã ipſe ẽ deuſ: quod nobiſipſi eẽ uoluimuſ:
qñ ab illo cecidimuſ audienteſ a ſeductore eritiſ ſicut dii: et recedenteſ a uero deo quo
faciente dii eſſemuſ eiuſ participatiõe non deſertione. Quid enĩ ſine illo fecimuſ: niſi
q in ira eiuſ defecimuſ. a quo refecti & gratia maiore perfecti: uacabimuſ in eternũ
uidenteſ quia ipſe eſt deuſ. quo pleni erimuſ quãdo ipſe erit omnia in omnibuſ. Nam
et ipſa opera bona noſtra quãdo ipſiuſ potiuſ intelliguntur q̃ noſtra: tũc nobiſ ad hoc
ſabbatum adipiſcendũ imputãtur. Quia ſi nobiſ ea tribuerimuſ: ſeruilia erũt: cum de
ſabbato dicatur. Omẽ opuſ ſeruile in eo nõ facietiſ. Propter quod & per Ezechielẽ
prophetam dicitur. Et ſabbata mea dedi eiſ in ſignũ inter me & inter eoſ: ut ſcirent
qa ego dominuſ qui ſanctifico eoſ. Hoc pfecte tunc ſciemuſ: qñ pfecte uacabimuſ:
et pfecte uidebimuſ qa ipſe eſt deuſ. Ipſe etiã numeruſ etatũ ueluti dierũ: ſi ſecũdum
eoſ articuloſ temporiſ cõputentur qui in ſcripturiſ uidentur expreſſi: iſte ſabbatiſmuſ
euidentiuſ apparebit: qm̄ ſeptimuſ inuenitur. Vt prima etaſ tanq̃ primuſ dieſ ſit ab
Adam uſq; ad diluuium. Secũda inde uſq; ad Abraã: nõ equalitate tẽporũ ſed numero
generationũ: denaſ quippe habere reperiuntur. Hinc iam ſicut Matheuſ euangeliſta
determinat: treſ etateſ uſq; ad xp̄i ſubſequũtur aduentũ: que ſingule deniſ & quaternis
generatiõibuſ explicãtur. Ab Abraam uſq; ad Dauid una. Altera inde uſq; ad tranſ/
migratione in babiloniam. Tertia inde uſq; ad xp̄i carnalẽ natiuitatẽ. Fiunt itaq;
omneſ quinq;. Sexta nũc agitur nullo generationũ numero metienda: propter id quod
dictũ eſt. Non eſt ueſtrũ ſcire tẽpora que pater poſuit in ſua poteſtate. Poſt hanc
tanq̃ in die ſeptimo requieſcet deuſ: cũ eundẽ diem ſeptimũ: qđ noſ erimuſ: in ſeipſo deo
faciet requieſcere. De iſtiſ porro etatibuſ ſinguliſ: nunc diligẽter longũ eſt diſputare.
Hec tamẽ ſeptima erit ſabbatũ cuiuſ finiſ non erit ueſpera: ſed dominicuſ dieſ uelut
octauuſ eternuſ qui chriſti reſurrectione ſacratuſ eſt: eternam non ſolum ſpũſ uerum
etiã corporiſ requiẽ pfigurans. Ibi uacabimuſ & uidebimuſ: uidebimuſ et amabimuſ:
amabimuſ & laudabimuſ. Ecce quod erit in fine ſine fine. Nam quiſ aliuſ eſt noſter
finiſ: niſi peruenire ad regnum cuiuſ nulluſ eſt finiſ?

Videor mihi debitũ ingentiſ huiuſ operiſ adiuuante domino reddidiſſe. Quibuſ
parum uel quibuſ nimium eſt: mihi ignoſcant. Quibuſ autẽ ſatiſ eſt: non mihi
ſed deo mecũ gratiaſ congratulanteſ agant. Gloria & honor patri et filio & ſpiritui
ſancto: omnipotenti deo in excelſiſ in ſecula ſeculorum Amen.

Hoc Conradus opus ſuueynheym ordine miro
Arnolduſq; ſimul pannartz una ede colendi
Gente theotonica rome expediere ſodaleſ.

In domo Petri de Maximo. M.CCCC.LXVIII.